Digitized by Google

LIOTECA NAZ.
ittorio Emanuele III
XXX
C
35
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

GVERNERI ROLFINCII,

PHIL. ET MED. DOCT. ET
PROFESSORIS PUBLICI,

ORDO ET METHODUS medicinæ ſpecialis commentatoriæ

ὡς ἐν γένει,

ad normam

veterum & novorum dogmatum

propoſita.

JENÆ & FRANCOFURTI,
Apud THOMAM MATTHIAM GOETZENIUM,
Curabat SAMUEL Krebs.

ANNO M DC LXV.

Digitized by Google

SERENISSIMO.
PRINCIPI. AC. DOMINO.
DNO.
CHRISTIANO.
ALBERTO.
EPISCOPO.
LUBECENSI. ELECTO.
DUCI.
SCHLESVVICI. HOLSATIÆ.
ET. DITHMARSIÆ.
COMITI.
OLDENBURGI. ET. DELMENHORSTI.
PACIFICO. FORTI. MAGNANIMO.
PATRIÆ. PATRI.
DOMINO. SUO. CLEMENTISSIMO.
CUM.
HUMILLIMA. DEVOTIONE.
SALUTEM!

):(SERE-

Digitized by Google

SERENISSIME PRINCEPS.

ADmiratio publicæ felicitatis, quâ divinis pariter ac humanis conſiliis concordi omnium applauſu, veluti cœleſti oraculo, tuâ ſerenitate clavo regiminis admotâ, Cimbrica reſplendet Cherſoneſus, facit, quod audeam gratulari, ſerò licet tempore, animo tamen ſincero, ultimus licet ordine, inter primos tamen memorandus devotione.

Humanis exemto rebus parente Sereniſsimo, Heroe magnanimo, lugubrem veſtem induebat Pietas, vidui-

Digitized by Google

viduitatis habitu conſpiciendam ſe præbebat Juſtitia, literæ & diſciplinæ cum ſubditis, quem regimini admotum ut orientem Solem fauſtis vocibus & adclamationibus exceperant, illum occaſui proximum, imò poſt breviſsimum intervallum, humanis rebus deſertis, planê in vivis eſſe deſinentem conquerebantur miſerè, & deplorabant inconſolabiliter. Amiſerant plebs parentem, reſpublica moderatorem, leges cuſtodem, pietas exemplum, ſenatus reverentiam. Videbantur omnia cimmeriâ damnata nocte.

Mœroris publici & denſæ cali-

ginis hic diſcuſſus horror, cum deſtinatione ac arbitrio numinis immutabili, ſerenitas tua novi Solis adinſtar lucem trepidanti patriæ redderet.

Gravem ex triſtiſsimo obitu conceptum dolorem lenivit ex imperii novi auſpiciis enatum commune gaudium.

Videbatur Pietas hilariori prodire vultu, & Juſtitia veſtimentis ſe induere jucunditatis. Mirâ gaudiorum ambitione exultabant ARTES & SCIENTIÆ. Memoriâ repetentes vetera, & mentis oculos per antiqua avorum circumferentes decora, nullâ te virtute majoribus

bus tuis ominabantur futurum minorem, qui nullô dignitate, opibus, animique celſitudine inferior es.

Subditi gaudebant impensè, lætitiam ſuam oculis, nutu teſtantes, ſalutis & præſidii ſui firmamentum in illâ videntes domo, cujus nomen fatali ſucceſsione colere, venerarique adſueverant, non annorum, ſed ſeculorum prorogatione dignum.

Eſt illa Ducum Holſatiæ, origine vetuſtiſsima, ſacri ignis, hoc eſt, religionis & doctrinæ cuſtodiâ commendatiſsima, illi imperans nationi, quæ militarem gloriam fortibus facinoribus domi foriſque

ab

ab eo poſsidet tempore, quo naſci cœpit, eamque in hanc diem ſine ullá imbelliæ continuat maculâ Heroum glorioſiſsimorum factis toti mundo notisſima, magnæ fortunæ præſidiis omnibus atque ornamentis inſtructisſima, omni regnantium arte excultisſima, tanto digna prorſus imperio.

Majorum in ſummo rerum faſtigio, omni magno fortunæ paratu circumdatorum res geſtas attingere nolo, ne validiore ſpiritu geſta, remiſsiore ſcribens, magnitudinem earum ignorare videar & violare, divinumque illum cœleſtium virtutum conſenſum impari

præ-

prædicatione devenuſtare. Quicquid dixero magnum, infra magnitudinem erit rerum, quicquid dixero mediocre, minus fuerit auguſtæ ſtirpis gloriâ.

Tanta illa eſt, ut ſatius videatur admirantium turbæ immixtum, tacere, quàm in ipſo conatu deficere, & ludibrium debere.

Vidit te Mars arma vibrantem, Pallas literas meditantem, literas inter arma, arma inter literas cordi habentem.

Prudentiæ tuæ militaris ſpecimina fuêre, quàm famâ feruntur, majora, futura utique clariora, cùm parem rebus fuerint nacta ſcriptorem.

Seda-

Sedatis bellicis furoribus, & compoſitis armorum terroribus, uno eodemque tempore ſingulari exemplo dominiorum & literarum regimen capeſſebas: inter victrices lauros ſerpente oleâ redimitus tempora, uno eodemque momento ſubjectos tibi populos & confugientes in ſinum tuum, ex toto orbe artes ac diſciplinas in tutelam recipiebas, exſules ſolatus Gratias, & profugas amplexus Muſas.

Lætitia publica loquax res & oſtentatrix ſui laudum tuarum præconia pandit.

Increbuit fama per univerſam Europam novum ſidus, caliganti

ſæculo,

ſeculo, ſtudiisque propè intermortuis affulſiſſe, teque auſpice in patriæ meditullio duplicatum iri aras, novumque excitatum iri Athenæum, convocatis honeſto ſtipendio viris omni doctrinarum genere ſummis, qui arcana ſapientiæ divinæ & humanæ evulgent, deſperatione torpentia, aut inſcitiæ vel ignaviæ ſervitute oppreſſa ingenia erigant, in ſacrarium eruditionis manu ducant, & dum ſymbolas conferunt ſinguli, orbem ſcientiarum abſolvant univerſi.

Macte ſacris his conſiliis, Princeps Sereniſsime, lætare de futuris eorum divitis ſpei fructibus.

Supremus beatæ perennitatis arbiter, imperiorum auctor, Deus, concedat regimen felix, tranquillam pacem, perennantem fortunam, ſummamque poſteritatis felicitatem, non niſi cum orbe finiendam.

Cœlum, quod te deſtinavit regimini populorum, te ſoſpitet etiam moderamini animorum.

Fiat novum tuum Chriſtianæum Athenæum, quod TIBI natales ſuos debet, ſcientiarum emporium locupletiſsimum, in quo ultro citroque commeantes cives & advenæ ſtudiis & laboribus immortalitatem negocientur. Fiat æra-

rium

rium Muſarum ditiſsimum, unde immenſas ingenii opes, illud qui intrant, reportent. Fiat famæ theatrum ampliſsimum, in quo ſpectator orbis univerſus vario dramate, omnium ſcientiarum actoribus multiplici adplaudat vice. Fiat arx ſapientiæ, templum veritatis, liberalium artium mercatus, modeſtiæ & humanitatis palæſtra, amicitiæ & virtutum officina, mirabilium animi voluptatum paradiſus, univerſæ in hisce terris beatæ fons vitæ, denique communis quædam omnium ſalutis prænuncia aurora. Exedræ ejus floreant, inque illis per interpretes devotiſsimos

divi-

divinæ res frequentiſsimis communicentur auditoribus. In iisdem floreat juſtitia, manibus ſummi ejusdem præſidis, tui proprincipis KIELMANNI, in quo philoſophia & imperium æquis temperantur momentis, concredita. In iisdem floreat, & æquâ ſuos clientes reſpiciat fronte omnis boni fons & auctrix ὑγίεια. Sapientiæ radii totum illuſtrent Prytaneum. Celebritas ejus arduis creſcat incrementis, ut qui illâ in univerſitate operam ingeniorum culturæ impenderunt, ac teſtimonia doctrinæ impetrarunt, habeantur viri probati & meritis pleni,

ni, qui valeant ſacris cum laude præeſſe myſteriis, cenſoriâ juris poteſtate de fortunis & capite civium cognoſcere, & ſuum cuique tribuere, labaſcentem ſanitatem erigere, ſalutem mortalibus ægris dando anguſtas ævi moras extendere, & contra fatorum imperium jam depoſitos & conclamatos, ab extremâ meta revocare, animos etiam virtutum & ſcientiarum nectare irrigare, copioſè loquente prudentiâ informare, conſtantibus probitatis exemplis firmare, pectoraque munire.

Hujus voti interpres eſt oblatus libellus, mole parvus, ſubjectione magnus.

magnus. Eum ut ſublimis veſtra cum humanitate certans Celſitudo, more donariorum, quæ templis dedicantur, non tam precio ſui, quod vile eſt & leve, quam offerentis devotione, & de publico benè merendi ſtudio æſtimare dignetur, voti mei ſumma eſt atque cacumen. Dabam in Athenæo Salano, ANNO M DC LXV, CALENDIS AUGUSTI.

SERENITATI VESTRÆ

ſubjectiſſimus

GUERNERUS ROLFINCIUS,
Phil. & Medicinæ D. Practicæ & Chimiæ Profeſſor, Univerſitatis Senior.

ROL-

ROLFINCIO.

FELICITER.

DEUS. TE. SERVET.

adclamat

M. JOHANNES PRÆTORIUS

Facultatis Philoſophicæ Adjunctus.

PRinceps medentûm, ſumme vir, ſceptri potens,
numeroſa proles Æſculapio patre
prognata prono quod veretur oſculo;
O ſplendidum Germaniæ ſidus tuæ,
ROLFINCE, merus ſeculi noſtri ſtupor!
Quid usque & usque mentis exerces tuæ
vires, quietem & debitum dudum otium
prorſus repellens? jam decus ſenii grave
December annorum genis ſparſit tuis,
vultumque cani Neſtoris tibi induit.
Infracta conſtat mens tamen, nec dentibus
voracis atteri illa temporis poteſt,
fœcunda librorum elegantium parens
celebrata ſemper. Partus hic vel ultimus,
qui prodit ipſis obſtetricibus novem
Pindi Deabus, quô nitet cultu? quibus
refulget eruditionis aureæ
gemmis? coloris vividi, ſucci boni
totusque plenus, ut Jovem prodit patrem
vultu decoro, maſculisque greſſibus

cerebri

cerebrigena Dea, cum ferox ægida quatit:
Sic deme fronti nomen, & titulus libro
reſecetur omnis, ipſe verborum fluor
non imitandus, iſte medicarum artium
theſaurus, omnibus Indiæ gazis prior,
ROLFINCIUM clamabit hic ſtatim patrem.
Ut pulchrior cunctis Diones ſanguine
aſperſa rubro purpureâ micat roſâ,
lateque ſpargit grata inanis gaudia;
illi omne lubens cedit hortorum decus;
ROLFINCIO ſic patre prognatis libris
omnes Chironis & ſenis Machaonis
qui dia tradunt ſcita, ſe longè impares
fatentur. Hîc miro redundat gurgite
Ciceronianæ rivus eloquentiæ,
ut ille Romæ ſplendor, illa mellea
Latina Siren, Æſculapii cohors
cui principatum detulit linguæ, impari
Celſus feratur laude noſtro tempore.
Hîc quicquid Hellas culta, quicquid Galliæ
morata terra, vel celebre Latii ſolum;
quod mollis Angliæ, vel Daniæ labor,
& ipſe quondam protulit felix Arabs,
ſervatur omne maximo compendio.
O fauſta! & ô amica nobis ſidera,
ROLFINCIO quæ mentis invictum ſuæ
finxere robur; regna nam latè ferox
Morbona, fines & ſuos extenderat,

ardeu-

ardentiumque ſæva febrium cohors
impunè feſſos igne torquebat gravi
artus; Charontis cymba nec ſatis (heu miſeros
ægros!) vehendis maximo quas agmine
mittebat animas inferorum ſedibus
gens imperita, ſtulta gens, brutum pecus,
vix unam & alteram quos herbam farier
novit ſuperbâ voce, medicorum pudor,
& ſanitatis tortor inſcitiâ ferox.
At te ſimul meditrina ut accepit ſuum,
ROLFINCE, vindicem, procul noctis rudes
fugêre nati, omnique ceſſerunt loco,
& ſanitati priſtinum robur redit,
victam triumpho febrium nam ſplendido
trahis cohortem, omnemque morborum tuo
victorioſo conteris turbam pede,
dum luce perfundis tui ingenî potens
natura ſinû clauſa quæ ſuo tenet.
Extollat Hellas nunc alumnum Pergami,
Senemque Coum proximum ponat polo;
Doctoribus Patavis ſuperbiat Itala
tellus; ſolumque Galliæ decus ſuum
RIOLANE te jactet; ſit ipſa SYLVIO
beata amœna LEIDA; felix HAFNIA
ſit BARTHOLINO; & Anglia HARVEO ſuo;
plus noſtra in uno poſſidet Germania
(O maximum munus DEI!) ROLFINCIO.
Virtutibus tantis tuis, & nominis

):( ):( ):(fulgori,

ſulgori, amœno qui æmulus Soli micat,
inerudita, atque indiſerta Pſaltria
quid noſtra quæſò Pieris dignum canet?
Prægrande fulcrum, & unicum medicæ rei
decus, columna, vita, turris, anchora,
morbona dira contumaxque ſi irruit.
O febrium, & peſtis Triumphator potens
& fortis Hercules, canenda vocibus
vel mille, mille prædicande laudibus?
Fruſtrà precatur dona, quæ tellus ſolet
conferre, totam nam dedit ſeſe Tibi
virtus amica, & alba comitatur tuos
fortuna greſſus. Longa nec ſeries Tibi
annorum, & ætas voce ſuetâ Neſtoris
precanda, qui captum omne læto & ſplendido
tempus triumpho ducis, & victum trahis,
famâ perenni, maximoque nomine
æternitatis candidatus nobilis.
Conferre nulla vota cum poſſit mea
CLIO, benignus audies ergò decus
ROLFINCE, Phœbi, vera quæ vates velut
canit: *ſecundum nulla cui unquam ſecula
tulêre (tu faceſſe livor) aut parem
Machaonem,* ROLFINCE, *te præſens quidem
miratur ætas, ſed ſtupebunt Poſteri.*

Nomina

Nomina Dnn.

Reſpondentium.

I.

Johann Ludolphus Ringelmann,
Oldenburgenſis, nunc medic. D. & Practicus Oldenburgenſis.

II.

Jacobus Schäfferus, Hallenſis Saxo,
nunc medic. D. & in patriâ Practicus.

III.

VVenceslaus Schulz, Lubenâ-Luſatus, nunc medic. D. & in patriâ Practicus.

IV.

Andreas VVilhelmus Oſann, Longo-Saliſſâ Thuringus, nunc medic. Licent. & in patriâ Practicus.

V.

M. Jeremias Loſsius, Bornenſis,
medic. Baccalaureus.

VI.

Georgius Adamus Dummer,
medicinæ Doctorandus, Ratisponenſis.

VII.

Johannes Borgehlius, Lubecenſis,
nunc in Belgio degens.

VIII.

Johann-Caſpar Kricher,
Schmalcaldenſis.

IX.

Matthias Zacharias Pilling,
Pföffelbacchenſis.

X.

VVilhelmus Zapffius, Vinarienſis.

XI.

Henricus Schröder, Quackenbrugâ-Weſtphalus, in patriâ Practicus.

XII. Chri-

XII.

Chriſtianus Döring, Trebniz-
Sileſius, nunc Patavii vivens.

XIII.

Martinus Faber, Butzbachio-
VVetteravus.

XIV.

Johannes VVilhelmus Fauſt,
Hersfeldenſis Haſſus.

XV.

Joachimus Georgius Elsner, Wra-
tislavienſis, nunc Pariſiis ſtudiis operam navans.

XVI.

Johannes Hartmannus Gramannus,
Moſcavienſis.

XVII.

Johannes Plumigk, Pruſſiaco-
Thorunenſis.

XVIII. Pau-

XVIII.

Paulus Chriſtophorus Moebius,

Jenenſis.

XIX.

Petrus Völcker,

Hamburgenſis.

XX.

Johannes Henricus Furſen,

Hamburgenſis, nunc Leidæ vivens.

XXI.

David VVenceslaus Zeidler,

Cala-Thuringus.

XXII.

Johannes Noldenius,

Corbacco-VValdeccus.

XXIII.

Johannes Otto Pröſſel,

Andreamontano Cheruſcus.

XXIV. Jd.

XXIV.

Johann Andreas Bechmannus,

Gerenâ Thuringus.

XXV.

Andreas Matthias Volſchvvetz,

Clausthalenſis.

XXVI.

Samuel Ochlizius, Landsbergâ

ad VVartham Neo-Marchita.

XXVII.

Adolphus Dreckmeierus, Schot-

mariâ Lippiaco Gueſtphalus, nunc Patavii vivens.

XXVIII.

Sigismundus Scholtzius,

Dantiſcanus.

XXIX.

Martinus VVillichius,

Hamburgenſis.

XXX. Go-

XXX.

Johann Gothofredus ab Hellenbach, Nobil. Hungarus.

XXXI.

Gothofredus Schvvveddeke,

Olsnâ-Sileſius.

XXXII.

Johannes Georgius Trumphius,

Goslariâ Saxo.

XXXIII.

Johann Andreas Henckel,

Ilmenſis.

XXXIV.

Johannes Rauſendorff,

Bregâ-Sileſius.

BENE-

BENEVOLO LECTORI
S.

DUo ſunt, quæ res clariſſimas, uſuque maximas ſpiſſâ involvunt nocte, & quo minùs in ſtudiorum auſpicatos cedant progreſſus, impediunt: INCURIA, deſidiæ torpentis abortus, & prurientis ingenii morbus; VANA CURA.

Veremur, ne utroque nomine cenſuram incurramus, & neglectis aliis, quorum poſſeſſio vitam jucundam ſanis, & minus tædioſam ægris polliceri & præſtare poſſit, ea machinari, quæ tot ſeculis jam ſunt acta, novâ veſte induere, in quibus ætas antiquior & recentior omne tulit punctum, adeoque novo, ORDINIS & METHODI MEDICINÆ SPECIALIS COMMENTATORIÆ titulo, animos curioſorum allicere velle videamur.

Præſaga mens diù prævidit, communem noſtram fore ſortem cum pictoribus & ſcriptoribus, quorum nonnulli ſimiarum imitari obſervantur morem. Τὰς πιθήκους φασὶν. *ſcribit Syneſius Epiſcopus Cyrenes devotiſſimus, epiſtolâ 1. ad Nicandrum,* οἳ ἐπειδὰν τέκωσιν, ὥσπερ ἀγάλμασιν, ἐνατενίζουσι τοῖς βρέφεσιν, ἀγάμεναι τοῦ

κάλλους. οὕτως ἐστὶν ἡ φύσις φιλότεκνον. τὰ δ᾽ ἀλλήλων ὁρῶσιν, ἅπερ ἐστὶ πιθήκων παιδία. ἑτέροις οὖν ἐπιτρεπτέον ἐξετάζειν τὰ ἔκγονα. αἱ γὰρ εὔνοιαι δειναὶ δικάσαι τὰς ψήφους. Διὰ τοῦτο Λύσιππος Ἀπελλῆν εἰς τὰς γραφὰς εἰσῆγε, καὶ Λύσιππον Ἀπελλῆς. *Simias ferunt, poſtquàm pepererint, in fœtibus ſuis, tanquàm ſimulacbris obtutus defigere, pulcbritudinemque eorum admirari. Adeò natura ejus, quod peperit, amans eſt. Alii porrò invicem vident, id quod ſunt, ſimiarum eſſe partus. Quamobrem aliis permittenda in ſobolem inquiſitio eſt. Favor quippe corrumpendis ſuffragiis ſive judiciis efficaciſſimus eſt. Ob id Lyſippus Apellem ad tabellas admittebat, & Apelles Lyſippum.*

Non quidem tantum noſtris meditationibus tribuimus, ut ſiniſtro tali dignæ poſſint cenſeri judicio, ſed tria mortalitatis incommoda, caliginem mentis, nec tantùm neceſſitatem errandi, ſed etiam errandi amorem objici nobis facilè patimur.

Et quî meliori ſimus loco, quàm fuêre ſummi olim in omni diſciplinarum liberalium genere viri! Quis Homero nobilior? dormitaſſe tamen videbatur quandoque Horatio. Divinum Platonem ἀταξίας καὶ ἀπαιδευσίας τῶν ἀναλυτικῶν reum faciunt multi. Ariſtoteles viſus veteribus συνεστραμμένος, γοργὸς καὶ σκοτεινός. Tullio non in omnibus placuit Demoſthenes. Quanquam, *ſcribit in oratore,* unus eminet in omni dicendi genere, tamen non ſemper implet aures

meas:

meas: ita avidæ ſunt, & capaces, & ſemper aliquid immenſum infinitumque, deſiderant.

TITULUS promittit ordinem & methodum medicinæ ſpecialis, ὡς ἐν γένει.

Medica ars duobus potiſſimùm continetur ac perficitur: rebus tractandis, & modo tractandi. RES ſunt quaſi materia: MODUS TRACTANDI quaſi forma earundem, & anima. HIC iterum cernitur in duobus: 1. in rerum tractandarum τάξει *aptâ* collocatione, & œconomiâ, quæ καθ' εἰωθὸς, *ſecundùm vulgatam conſuetudinem* dicitur τρόπος ἐπιστήμης ὁ τῆς τάξεως, ἡ διδασκαλία τάξεως ἐχομένη, *modus ſciendi ſecundum ordinem, ordo doctrinæ.* 2. in ſingularum rerum diſpoſitarum explicatione & probatione, quæ dicitur τρόπος ἐπιστήμης ὁ τῆς μεθόδου, πίστις, μέθοδος καὶ ὁδὸς, *modus ſciendi ſecundùm methodum, imò methodus ipſa.*

Uterque tractandi modus hîc obſervatur.

PROPONUNTUR I. ORDINIS doctrinæ ratione, GENERALIA, ſingulos quæ concernunt affectus. ὀρθῶς ἔχει, *verba ſunt Philoſophi 1. de partibus animal. cap. 4.* τὰ μὲν κατὰ γένη κοινῇ λέγειν. ταῦτα μὲν τὸ περὶ ἑκάστου λέγειν ἀπότοπον καὶ μακρὸν. *Scitè agitur, ſi quæ ad genera attinent, ea communi negocio explicentur. E contrà ſubabſurdum, & nimis prolixum, ſeorſim ea referre.* Deinde ὁμογένεια attenduntur, ἡ δὲ εἰς ἄλλο γένος κατάβασις vitatur.

II. METHODI officium, quod eſt δεικνύειν *demonſtrare*, hîc etiam obſervatur, καὶ τὰ ζητούμενα aptè diſpoſita non ſolùm examinantur, verùm etiam ἢ διὰ συλλογισμοῦ, ἢ ἐξ ἐπαγωγῆς *per ſyllogiſticam inferendi vim, aut inductionem* confirmantur.

MEDICINÆ SPECIALIS ordo & methodus indigitatur, ad differentiam medicinæ generalis, quæ ſunt INSTITUTIONES. Res deſumuntur ex inſtitutionibus. Tractandi ordo diverſus eſt.

COMMENTATORIA ſpecialis medicina dicitur, ad differentiam conſultatoriæ, & renunciatoriæ.

ΤΟ͂ ὩΣ ἘΝ ΓΈΝΕΙ limitat conſiderandi modum. Non proponuntur ſpecialia certis affectibus deſtinata, ſed in genere his vel illis quæ accommodari queunt.

Non promittit titulus vanâ oſtentatione res novas, ſed aliam veterum rerum ad ordinem & methodum commentatoriam ὡς ἐν γένει applicandi rationem.

Res in inſtitutionibus tractantur, ut ſunt: in hoc ordine & methodo, prout applicantur, & illâ in ſerie quæ explanando affectui fœneratur lucem.

Clavis exhibetur ordinis & methodi commentatoriæ ὡς ἐν εἴδει, & conſultatoriæ in ægrorum conſortio magnæ æſtimationis, ὡς ἐν ἀτόμῳ ut in individuo.

Spem facimus, utile operæ precium factu-

rum,

rum, librum hunc qui ſedulâ verſarit manu, cum affectûs alicujus indolem ſecundùm tres ab antiquitate adſignatos fontes reſolvere, apud animum conſtituit ſuum.

Non hîc τιμιώτατον τὸ πρεσβύτατον, neque exempla ex veteri memoriâ, priſcisve monumentis tantâ in veneratione habentur, ut credendi ſint norma ac regula: ſed ἑλκυστικὸν τὸ μὴ σφόδρα συνηθές, *allicienda vim etiam habet, quod non adeò familiare & obvium.* Οὐκ ἀεὶ ἡ ἢ αἰδὼς ἢ λόγος εἰσέρχεται ἡμᾶς τῆς τῶν καρίων ἐκείνων σοφῶν παρὰ πᾶσιν, ὅσοι φιλολογίας μεταποιοῦνται δόξης τε καὶ περιφανείας, ἥνικα τὰ παλαιὰ τὴν ἀλήθειαν ἔχει ἐπανθοῦσαν τῷ χρόνῳ. *Non ſemper nos tangit reverentia & ratio illius famæ & autoritatis, quàm beati & ſapientes illi apud eruditos ſunt conſequuti, cum vetera habeant veritatem tempore effloreſcentem,* ſeu, *ut vertit Barthius* ὁ θαυμάσιος, *non comparens, cum tempore effloreſcat veritas.*

Ut annorum, ita & operum progreſſus maturitatem adfert rebus. Non cum animis, ars medica cœli ex penetralibus cecidit, ſed nata eſt in terris, & cum progreſſu temporum paulatinâ meditatione conflata.

Admovit manus primus ejus parens, cujus nomen, tot ſeculorum conſenſu, & veritatis & virtutis commendatione ſanctum habitum, *Hippocrates,* ſed complementum non addidit. οὐδεὶς ἡμῶν, *exclamat*

Perga-

Pergamenus; ἱκανὸς ἐϛὶ συνιϛήσασθαι τι ἅμα, καὶ τελειῶσαι τὴν τέχνην. *Nemo noſtrûm poteſt eandem artem inchoare ſimul & abſolvere.*

Hinc etiam *Paracelſus cum ſuis aſſeclis* in ſcenam producitur, multis novis qui artem illuſtravit commentis.

De *Helmontio* tacere nobis liberum erat & loqui. Ne taceremus, provocabat inventorum quorundam novorum generoſitas: quod mentionem fecerimus, imperabat felicitas.

Neutra fraudari vult ſuâ laude illum, cui ſe debet.

Cum *Philoſophus 2. polit. cap. 8.* ὁ σοφώτατος ἀνὴρ καὶ ὤν, καὶ εἶναι δοκῶν, *vir re & opinione ſapientiſſimus*, cenſeat, licere ſcientias alias, tum etiam τὴν ἰατρικὴν κινεῖν παρὰ τὰ πάτρια, *artem medicam mutare à patriis inſtitutis*, non potuimus vitio vertere *Petro Johanni Fabro*; quod quædam pro ſuo arbitratu propoſuerit nova. Noluimus etiam non ea inſerere, ut ſciantur, non tamen ut approbentur.

Illuſtrare conſultum viſum, cauſarum morbificarum hiſtoriam inventis venarum lactearum ductûs thoracici, circulationis ſanguinis, vaſorum lymphaticorum, ductuum ſalivalium inferiorum & ſuperiorum, à quibus producuntur alia vaſa in nares & os hiantia, & muci materiam in glanduloſam narium & palati tunicam deponentia. Magnum lumen à mentione pancreatici liquoris, quemcunque

tandem

tandem habeat uſum, accedere morborum cauſis cenſuimus.

Singula tamen hæc ita tractata, ut novitas fuerit in admiratione, non verò neglecta gravitas rerum. Xeuxis pictoriæ artis magiſter excellentiſſimus non pingebat popularia, & communia, ut heroas, aut bella, *ἀεὶ δὲ καινοποιεῖν ἐπειρᾶτο, ſemper autem nova comminiſci tentabat.* Inter alia Hippocentauram gemellos alentem, *autore Luciano in dialogo, Xeuxis, inſcripto,* miro artificio depictam, in tabulâ conſpiciendam publicè proponebat. Tantâ picturæ quidem præſtantiâ omnes in admirationem adducti fuêre, *οὐκ ἐπὶ τῇ τέχνῃ, ἀλλὰ ὑποθέσει καινῇ οὔσῃ. ἡ μὲν αὐτοὺς ἀσχολεῖ καὶ ἀπάγει τῆς τέχνης, ὡς ἐν παρέργῳ τίθεσθαι τὴν ἀκρίβειαν τῶν πραγμάτων, non ob artis excellentiam, ſed argumenti novitatem, quæ animos illorum detinebat, in tantum, ut eos etiam ab arte ipsâ expendendâ abduceret, imò neglectui darent exactam rerum expreſſarum diligentiam.* Contigit autem illud ſpectatoribus non mediocri aberratione, & optimi artificis indignatione. Commotus enim inde Xeuxis ſtatim alloquitur diſcipulum: *ὦ Μικκίων, inquiens, περίβαλε ἤδη τὴν εἰκόνα, καὶ αἰρομένην ἀποκόμιζε τὸ οἴκαδε, involve picturam, & ſublatam domum auſer.*

In oculis habita hæc cenſura, & cautum, ne in publicum prodeuntia doctorum ſcripta non de rerum novitate fuerint æſtimata, ſed veritate, cum nec

b omnia

omnia nova proba, nec omnia antiqua ſint improba. Utraque ad regiam rectæ rationis examinata lancem, & illud demum retentum, quod probum.

In medicamentorum tàm ſimplicium quàm compoſitorum delectu experti fuimus verum illud Stagiritæum: de plantarum partibus οὐκ ἔστιν ἀκριβὴς ὁ λόγος, *non ſatis eſt exacta ratio.* Non humanæ ſed divinæ felicitatis opus, nullis hîc circumveniri erroribus. Temperamentum συμπάθειαν & amicabilem cum humoribus, & partibus conſpirationem, illique junctam diſtinctam fermentationem ad unguem exhibere politam δυσδιάκριτον καὶ δυσεπίκριτον, adeò profundis immerſum tenebris, ut lyncei deſiderentur oculi, in illis, qui publico ſuffragio hîc decretam affectant lauream.

Et tamen artis forma certam flagitat regulam, ceu cynoſuram, niſi intueri velimus,

omnia collabi, & retrò ſublapſa referri.

Compoſitiones veterum alterantes & purgantes, plurimæ, ſine ordine, ſine legibus & regulis, magnâ ex parte confuſæ, allegantur quidem, ſed non ubique adprobantur. Zvvelferi monita attendenda.

In magiſtralibus multâ farragine ſæpè coacervata apparent ingredientia. Rationes, quæ veteribus plurium ingredientium ſtudium reſpicientibus perſuaſerunt, medicamentum, ejusque applicationem & affectum ipſum, hîc etiam habent locum. Indica-

tionibus

tionibus non ſemper ſatisfieri poteſt unâ indicati materiâ. Baſis nonnunquam corrigente indiget & dirigente. Saporis gratiam quæ addunt ſæpe neceſſaria. Conſideratè *Petrus Andreas Matthiolus in Dioſcoridem lib.5. de vinis medicatis agens cap.45.* Apud Germanos medicamenta commiſta in frequentiſſimo habentur uſu, quod magis quàm nos odoratis & concinnis delectentur potionibus.

Demantur, quæ videntur ſuperflua, addantur, quæ magis neceſſaria. Diligentia quæ expoliri poſſunt novâ, gratioſo reſtituantur fulgori.

Chimicorum medicamentorum rationem ſuppeditat *chimia in artis formam redacta*, propediem locupletior & auctior lucem viſura.

Neminem deterreat cenſura *Paracelſica, tomo 1. in ſcholio lib.4. cap.10. de gradationibus pag.987.* propoſita: Nullo utaris ſuperfluo in receptis. Omne quod intrat receptum, minerale eſt, exque hâc proprietate curatur æger. Quò plura conveniunt in receptis ſimplicia, vel compoſita, eò indoctior habetur medicus præſcribens: nam nullum receptum ultrà ſex ſimplicia in ſe habere univerſaliter debet.

Dignum laude axioma primum. Secundum aſſenſum non meretur. Tertium planè ineptum.

Vegetabilium, mineralium, & animalium natura pleniùs patebit, cum noſtris vigiliis perluſtrata hæc regna lucem videbunt publicam.

ORIEN-

ORIENTALIUM LINGUARUM florilegia ἀπανθίζων, delibatorumque apicum mellificio ornatum addere placuit, ſæpe enim in planiorem nomina hæc rerum deducunt cognitionem. In his *Johannes Friſchmutius*, harum deliciarum profeſſor publicus, vir in noſtro Athenæo multæ lectionis, ſolidæque eruditionis ſemitam monſtravit planam & callem ſecurum.

SCOPUS generalis eſt, ut proſimus publico, & occaſionem meliora cogitandi aliis felicioribus præbeamus ingeniis, vel ſaltem alicujus eruditi ingenioſique viri animum excitemus, qui hiſce offenſus, eruditiùs ipſe hâc de totâ diſſerat materiâ, ſicut de quodam præſtante narratur cytharœdo, qui, ut hujusmodi homines ſunt moroſi, & nunquam inducunt animum cantare rogati, non poterat aliter, ut caneret, adduci, quàm ſi alium, coràm ſe, ineptiſſimè canentem audire cogeretur.

Dabam in Athenæo Salano ANNO
M DC LXV. V. NON.
AUGUSTI

G. Rolfincius D.

GUER-

GUERNERI ROLFINCII, PHIL. ET MED. DOCT. ET PROF. PUBLICI, ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS.

LIBER I. DE ILLIS IN GENERE AGIT.

SECTIO I.

Medicina duplex, generalis & ſpecialis. Illa traditur in inſtitutionibus: Hæc in particularibus exemplis.

CAPUT I

diviſionem medicinæ explicat in genere.

Medicina duplex eſt: *generalis*, & *ſpecialis*. Generalis complectitur inſtitutiones. Has proponendi ordo & methodus conſtat προλεγομένοις ἢ προγινωσκωμένοις, καὶ ἐξεργασίᾳ, *præcognitis & tractatione ipſâ.*

Medicina duplex: Generalis complectitur inſtitutiones.

Τὰ προλεγόμενα iterum conſtant duabus partibus: προοιμίῳ καὶ ὁρισμῷ, *præfatione & definitione.* Illa artis nobilitatem, ejus-

Prolegomena continent præfa-

-tionem & definitionem.

ejusque dignitatem adſerit, & contra iniquè ſentientium tela defendit, originem & ſectas proponit. Hæc nominis & eſſentiæ rationem per formalem, materialem & efficientem rationem, partes ejus etiam exponit.

Utraque pars neceſſaria eſt.

Hæc quamvis in eſſentialem complexum docendarum rerum non veniant, & cenſeantur *εἰς ἐγκοπὰς τῶν μανθανόντων καὶ τεχνωθῆναι μελλόντων μᾶλλον, ἢ προκοπὰς in impedimentum inſtituendorum magis vergere, quàm commodum,* nullibi tamen commodius proponi poſſunt. Neceſſaria ſunt illis, qui univerſam σωματοποίησιν animo complecti meditantur ſuo. Neceſſitas eſt non exigentiæ abſolutæ, ſine quâ res eſſe nequeat ſimpliciter, ſed expedientiæ hypotheticæ, ſine quâ res tam commodè eſſe nequit. Reſecentur minùs neceſſaria, alia ſuo loco reſerventur, ſic nullum periculum, inſtituendum in curſu ſtudiorum iri impeditum.

Tractatio partes explanat.

TRACTATIO complectitur quinque partes *à Galeno, εἰσαγωγὴ ἢ ἰατρὸς, introductio ſeu medicus inſcripto libro,* memoratas, φυσιολογικὴν, παθολογικὴν, σημειωτικὴν, ὑγιεινὴν καὶ θεραπευτικήν.

Partium natura & indoles.

Harum tres primæ ſunt miniſtræ, duæ ultimæ principes. Tres primæ faciunt magis ad cognitionem, tres ultimæ ad curationem. Prima eſt transſumpta ex phyſicâ, quatuor ultimæ
1. ſunt propriæ. Φυσιολογικὴ & ὑγιεινὴ reſpiciunt magis ſanita-
2. tem: ILLA quidem ejus naturalem conſtitutionem, quæ com-
3. plectitur ſanitatis eſſentiam, differentias, cauſas, effectus, ſeu
4. actiones naturales; HÆC ejus conſervationem & moderationem. Παθολογικὴ & θεραπευτικὴ verſantur circa morbos, & illa quidem eorum naturam, differentias, cauſas & ſymptomata, hæc morborum & ſymptomatum curationem tradit. Σημειωτικὴ διαγνωστικὴ corpus ſanum, & ægrum, προγνωστικὴ morborum eventum cognoſcere & ex certis ſignis prædicere docet.

Omnia tamen hæc proponenda ὡς ἐν γένει. Ad ſpecialia qui ſe conferunt, niſi id ſingulari intentione illuſtrandi generalem aliquam regulam fiat, cenſentur ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾶν. Notantur hic Inſtitutioniſtæ, qui morborum, non rarò tamen febrium obliti, & ſymptomatum definitiones & cauſas tradunt. Sin artis forma ſervari debeat, conveniet eorum

etiam

etiam ſigna & curandi ſpecialem proponere methodum. Eo autem ipſo confunderetur medicina generalis & ſpecialis.

In his tradendis obſervanda ἡ μὲν τάξις διδασκαλικὴ ἀναλυτικὴ, à fine quæ incipit, & ad media progreditur.

V. SPECIALIS de certis morborum & ſymptomatum ſpeciebus agit, doctrinam pathologicam, Semioticam, ὑγιεινὴν & therapeuticam iisdem applicat, & ſic in particularibus exemplis exercitationem inſtituit. *Specialis de certis rebus præter naturam agit.*

CAPUT II.

Diviſio medicinæ ſpecialis.

Τεχνοτόμως ſpecialis medicina, ſeu in particularibus exemplis exercitatio dividitur in COMMENTATORIAM, CONSULTATORIAM & RENUNCIATORIAM. *Triplex eſt particularis exercitatio.*

COMMENTATORIA res præter naturam ipſas, MORBOS & SYMPOMATA reſpicit, CERTIS PARTIBUS inhærentia, his vel illis remediis propulſanda, I. ὡς ἐν γένει, 2. ὡς ἐν εἴδει primò *in genere*, deinde *in ſpecie*. *I. Commentatoria de partibus ſolicita eſt.*

CONSULTATORIA propiùs ad rem accedit, & de τῷ ἀτόμῳ, HOC vel ILLO *individuo* ſolicita eſt, voce vel ſcripto, ſolitariè, vel cum aliis medicis præſentibus habitâ communicatione. *II. Conſultatoria de individuis.*

ORIGINIS antiquitate hæc medicinæ pars celebris eſt. *Hippocrates libro de præceptionibus* jubet alios medicos conſilii communicandi gratiâ accerſere. οὐκ ἄσχημον δὴ, *verba ejus ſunt*, οὐδ᾽ ἢν τις ἰητρὸς στενοχωρέων τῷ παρεόντι ἐπί τινι νοσέοντι καὶ ἐπισκοτεόμενος τῇ ἀπειρίῃ κελεύῃ καὶ ἑτέρους εἰσάγειν, εἵνεκα τοῦ ἐκ κοινολογίης ἱστορῆσαι τὰ περὶ τὸν νοσέοντα, καὶ συνεργοὺς γενέσθαι, εἰς εὐπορίην βοηθήσιος. *Neque ſanè indecorum fuerit, ſi medicus in rei præſentis anguſtiâ circa ægrum verſatur, imperitiæ etiam tenebris circumfuſus, alios quoque accerſiri jubeat, quo communi quæ in ægrotum ſunt, diſquirantur, & illi ad præſidiorum facultatem operas ſuas conferant.* A Romanis magni fuit habita, poſtquam medicos civitate donarunt. Quoties enim gravis morbus magnates invadebat, jubebant medicos in templo PACIS congregari, *Antiquiſſima eſt origine. 1.*

& de ægri ſalute, ſine ullâ altercatione, ſententias conferre.

III. Renunciatoria. RENUNCIATORIA obſervatur in dirimendâ quâpiam difficultate, absque ullâ operandi intentione, conſiſtitque in ſolâ deciſione quæſtionis propoſitæ, ut cum in conſilium adhibentur medici à judicibus criminalibus, AN HOC VULNUS ſit lethale in Petro, Paulo, ſimpliciter an per accidens. An maritus de IMPOTENTIA COEUNDI accuſatus reverâ impotens ſit, an verò malitiâ mulieris divortium deſiderantis hoc ipſi vitium imputetur. Hanc deſcripſit *Paræus tractatu de renunciationibus*, & plurimis exemplis illuſtrarunt *Baptiſta Codronchius* & *Platerus in obſervationibus*.

CAPUT III.

Magna ad benè medendum ſpecialis medicinæ, quoad partes & individua, eſt neceſſitas.

CUm medico incumbat, non curare morbum in genere, ſed in hâc vel illâ parte, & hoc vel illo individuo, ſpecialis medicina & exercitatio in exemplis particularibus inventa fuit à vetuſtate, & in noſtrum uſq; ſeculum exculta.

Exercitatio hæc ſpecialis particularis eſt neceſſaria futuro medico, in genere, *autore Galeno 9. meth. medendi cap. 4.* μάλιστα μὲν χρὴ, *ſcribit*, γυμνάζεσθαι τοὺς μανθάνοντας, ὅτι οὖν ἐπὶ παραδειγμάτων. οὐ γὰρ ἀρκοῦσιν αἱ καθόλου μέθοδοι πρὸς τὴν ἀκριβῆ γνῶσιν. *Maximè expedit diſcentes exercere in exemplis, non ſatisfaciunt enim ad exactam cognitionem univerſales methodi.*

In genere declaratur à Galeno

1. Διττὴ μὲν, *inquit idem 1. epidem. comm. 3. textu 17.* ἡ τῶν ζητουμένων εὕρεσίς ἐστι, μία μὲν ἡ διὰ τοῦ λόγου πρὸς τὴν γνῶσιν ἀφικνουμένη τοῦ καθόλου παραγινομένη, καὶ τὰ μὲν συμ-

2. πληροῦντα εἶναι καθόλου, τὰς δὲ πράξεις τῶν τεχνιτῶν ἐπὶ τῶν ἀτόμων εἰδῶν γίγνεσθαι. δεῖσθαι δὲ τὴν ἐπ' αὐτῶν γυμνασίας, καὶ καθόλου προπεπορευμένα. *Duplex eſt quæſtionis inventio: una, qua ratione adſequitur cognitionem univerſalis & communis ſingulorum forma: altera per ſingularia, ad commune & univerſale progreditur, & hâc quidem univerſale perfici, opera verò artificum*

circa

circa formas verſari individuas, ad quæ deberet excitari, qui univerſale jam cognovit.

Hanc ſententiam clariùs propoſuit *13. methodi medendi cap. 11.* οὐκ ἀρκεῖ, *inquiens,* αὐτὰ μόνον γινώσκειν τὰ καθόλου, χωρὶς τοῦ γεγυμνάσθαι περὶ τὰ κατὰ μέρος, *non ſatis eſt univerſalia noviſſe, niſi quis in particularibus ſeſe exerceat.* 3.

Et *9. meth. med. cap. 6.* εὖ εἴδομεν, *inquit,* ὡς οὐχ οἷόν τε ἐστὶ τέχνης οὐδεμιᾶς ἐπιστήμην κτήσασθαι, χωρὶς τοῦ μέθοδον μέν τινα διὰ τῶν καθόλου λεγομένων θεωρημάτων, ἄσκησιν δὲ διὰ τῶν ἐν μέρει λαμβάνειν παραδειγμάτων. οὔτε γὰρ οἷόν τε χωρὶς τοῦ γυμνάσασθαι πολυειδῶς ἐν τοῖς κατὰ μέρος ἐπὶ τῶν καμνόντων, ἄχρι πράττειν. οὔτ' αὐτὴν τὴν γυμνασίαν ἐγχωρεῖ γίγνεσθαι προσηκόντως ἄνευ τῆς τῶν καθόλου γνώσεως. ἐν ἐκείνοις μὲν γὰρ ἡ μέθοδος. ἡ δὲ ἄσκησις, ἐν τοῖς κατὰ μέρος. ὥσπερ οὖν ὅσοι βαδίσαι τινὰ ὁδὸν ἐφίενται, τοῖς σκέλεσιν ἀμφοτέροις ἐν μέρει χρῶνται, θατέρῳ δ' εἴ τις σκάζων μόνῳ χρῷτο, παμπόλλῳ τε χρόνῳ, καὶ κατὰ τὸ σφάλλεσθαι πολλάκις ἀνύσει τὴν πορείαν, οὕτως ὅστις ἐπὶ τέλος ἡστινοσοῦν ἀφικέσθαι τέχνης ἐθέλει, χρηστέον αὐτῷ τοῖς δύο τούτοις, οἷον τοῖς σκέλεσιν ἢ ὀργάνοις, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν βούληται, μεθόδῳ μὲν, ἐν τοῖς καθόλου θεωρήμασιν. ἀσκήσει δ' ἐν τοῖς κατὰ μέρος. *Pro comperto habemus, non licere ullius artis ſcientiam nanciſci, niſi & methodum quandam habueris per univerſalia vocata theoremata, & in particularibus te exemplis exercueris. Cum neque fieri poſſit, ut ſine multiplici in agris ſingulatim exercitatione, quod ex uſu ſit, facias: nec ſine univerſalium cognitione probè exercitatio procedat, quippe cum in univerſalibus methodus, in particularibus exercitatio conſiſtat. Tanquam igitur, qui iter aliquod ingredi ſtudent, utroque invicem utuntur crure, qui altero claudus eſt, uno duntaxat utitur, & longo ſpatio, & ſæpè errans, viam peragit: ita ſanè, & qui finem cujuslibet artis conſequi parat, duobus his veluti cruribus vel inſtrumentis, vel quomodocunque appellaſſe libet, uti debebit: in univerſalibus theorematis, methodo, in particularibus, exercitatione.* 4.

NECESSITATEM ſpecialis ſeu particularis exercitationis in INDIVIDUO inſinuat *Philoſophus* 1. τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ *cap. 1.* multa in laudem exercitationis & experientiæ circa particularia proponens exempla. αἱ δὲ πράξεις καὶ αἱ γενέσεις πᾶ- *Specialis in individuo exercitationis neceſſitas proponitur.*

 σαι

σαι περὶ τὸ καθ' ἕκαστον εἰσίν. οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιάζει ὁ ἰατρεύων πλὴν ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός, ἀλλὰ Καλλίαν ἢ Σωκράτην, ἢ τῶν δείνων τινὰ τῶν οὕτω λεγομένων, ᾧ συμβέβηκεν ἀνθρώπῳ εἶναι. Ἐὰν οὖν ἄνευ τῆς ἐμπειρίας ἔχῃ τις τὸν λόγον, καὶ τὸ καθόλου μὲν γνωρίζῃ, τὸ δ' ἐν τούτῳ καθ' ἕκαστον ἀγνοῇ, πολλάκις διαμαρτήσεται τῆς θεραπείας. θεραπευτὸν γὰρ τὸ καθ' ἕκαστον μᾶλλον. *Actiones autem ac generationes omnes circa ſingulare ſunt: non enim hominem, niſi per accidens, ſanat, qui medetur, ſed Calliam, aut Socratem, aut alium quempiam eorum, qui ſic dicuntur, cui accidit, hominem eſſe. Si quis itaque rationem abſque experientiâ teneat, & univerſale quidem cognoſcat, quod autem particulare ſub eo eſt, ignoret, ſæpenumero errabit in ſanando: id enim magis ſanabile eſt, quod eſt ſingulare.*

[illegible]

Vana opera luditur ab iis, qui in curriculo ſtudiorum inanibus contemplationibus & univerſalibus theorematis ita ſunt addicti, ut ſolum ſcire ſibi ſufficere putent, negligunt autem omnino vel parùm curant exercitationem in particularibus, in quâ, quæ in univerſali methodo traduntur ſparſim & diffuſè, limitantur, certisque carceribus circumſcribuntur.

Ut nulla è ſpeculis rudibus reſplendet imago
artificis ni ſint ritè polita manu;
Ingenii ſic uſus erit non ullus acuti
doctrina (& exercitationis hujus) ſi non erudiatur ope.

Particularis hæc exercitatio confert ad experientiam comparandam.

Particularis exercitatio hæc facit ad experientiam comparandam, medico apprimè neceſſariam. Fit autem illa, ὅταν ἐκ πολλῶν τῆς ἐμπειρίας ἐννοημάτων, καθόλου μία γίνεται ὑπόληψις καὶ τήρησις, περὶ ὁμοίων, *cum ex multiplici & iteratâ cognitione ejusdem rei in ſenſu factâ, ſeu ex pluribus ſentiendi actibus, memoriis, & experimentis, eodem modo ſe habentibus in ſingularibus affectionibus, fit una comprehenſio, de ſimilibus judicatio, & utrorumque in memoriâ conſervatio.*

CAPUT IV.

proponitur difficultas ſpecialis particularis hujus medicæ exercitationis.

DIFFI-

DIFFICULTAS cujuscunque particularis exercitationis IN GENERE magna eſt, imò difficillimum omnium eſt habitum in arte, ea, quæ univerſaliter in eâ traduntur, applicare ſingulis. Id notabili ſententiâ teſtatum fecit *Galenus lib. 5. tuend. ſanit. cap. 8.* μὴ πάντες οὕτως εἰσὶ συνετοὶ, ὡς ἐκ μόνου τοῦ καθόλου γνωσθέντος, εὑρίσκειν τὰ κατὰ μέρος. ἀλλὰ τοῦ ποδηγήσαντος ἐπ' αὐτὰ προσδεῖσθαι. *Non omnes adeò ſunt ſolertes, ut ex ſolo univerſali præcepto inveniant, ſed qui ad ea quaſi manuducat, opus habent.*

IN SPECIE difficilis eſt duas potiſſimum ob cauſas, affectuum nempe varietatem, & combinationem.

I. Magna eſt affectuum VARIETAS. Quot enim ac quantis inſultibus non eſt ſubjectum humanum corpus, quibus ſimul ac corripitur, languet, mox præbiturum eſcam vermibus. Nuſquam tuta fides. οὐχ ὁρῇς, verba ſunt *Democriti in epiſtolâ ad Damagetum,* ὅτι καὶ ὁ κόσμος μισανθρωπίης πεπλήρωται. ἄπειρα καθ' αὐτέου πάθεα ξυνήθροικεν. ὅλος ἄνθρωπος ἐκ γενετῆς νοῦσος ἐστίν. τρεφόμενος ἄχρηστος, ἱκέτης βοηθείης· αὐξανόμενος ἀτάσθαλος, ἄφρων, ἐνδεὴς παιδαγωγίης· θρασὺς, ἀκμάζων· παρακμάζων, οἰκτρός. τοὺς ἰδίους πόνους ἀλογιστίῃ γεωργήσας. ἐκ μητρώων γὰρ λύθρων ἐξέθορε τοιοῦτος. *Nonne vides mundum ipſum inhumanitate redundare, & infinitas adverſus hominem affectiones cumulare? Totus homo ab ortu ipſo morbus eſt. Dum educatur inutilis, auxilium ſupplex implorat; dum increſcit, miſerandus & demens eſt, inſtitutione puerili indigens; in ætatis vigore conſtitutus, audax; ætate marceſcens, miſerabilis, ſuos labores per imprudentiam excolens. Talis enim ex materno cruore ſanie permiſto promicuit.*

II. COMBINATIO affectuum difficultatem hanc auget. Non rarò complicantur affectus, qui contraria indicant auxilia. In homine macilento & paralytico macies indicat ſubſtantificè humectantia, paralyſis exſiccantia. In phthiſi ulcus pulmonum exſiccantia, macies humectantia ſuadet. Hydropico affectui non rarò jungitur febris quartana, intermittens, interdum erratica. Indicationes diverſa poſtulant præſidia. De his ritè ſententiam ferre difficile eſt ac arduum.

Difficilem eſſe particularem exercitationem in genere, oſtendit Galenus.

In ſpecie difficilis eſt duas ob cauſas.

I. ob affectuum varietatem.

II. combinationem.

GUER-

GUERNERI ROLFINCII, PHIL. ET MED. DOCT. ET PROFESSORIS PUBLICI ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS.

LIBER II

agit de commentatoriâ ſpeciali medicâ in particularibus exemplis exercitatione. Ordo & methodus certa hîc neceſſaria.

SECTIO I.

Ordo generalis, triplex.

CAPUT I.

De Ordine in genere.

Commentatoria primum meretur locum.

COMMENTATORIA particularis exercitatio, ſpecialis medicinæ pars nobilis, primum locum meretur; præbet enim conſultatoriæ & renunciatoriæ fundamenta, quibus fidere poteſt, eidemque monſtrat viam, ad optatum perveniendi finem.

Ordine tractationis hîc opus & methodo.

Ordine hîc opus eſt, ut τὸ ὅτι inveſtigetur, & METHODO, ut τὸ διότι.

In genere conſideratus ordo triplex:

IN GENERE conſideratus ordo occurrit *triplex: Unus* in Græcorum & Arabum quorundam; *alter* in Galeni & aliorum monumentis, *tertius* eſt medius.

PRIOR

PRIOR ab affectibus capitis exordio facto, progreditur *Primus.*
d medii, infimi ventris, & artuum præternaturales diſpoſiti-
nes. Obſervarunt hunc Avicenna, Ægineta, Rhazes, & ferè
mnes Academiæ Patavinæ primicerii, Johannes Arculanus,
eonhardus Jacchinus, Hier. Capivaccius, Hercules Saxonia,
lexander Maſſaria, Hieronymus Mercurialis, & alii.

ALTER obſervatur *à Galeno in libris methodi medendi,* *Secundus.*
uem recentiores plurimi ſequuntur, reprehendentes priorem
rdinem eo nomine, quod dum per ſingulas corporis partes
rogreditur, in quâque parte eadem ſemper repetatur cura-
o, commodiorem autem cenſentes ordinem Galenicum. Tra-
ant de ſummis morborum ſimilarium, diſſimilarium, &
mmunium ſpeciebus. Primum locum concedunt SIMILA-
IBUS, eòque reducunt INTEMPERIES quaſcunque & FE-
BES, PESTEM etiam, & malignas, indicando ſemper illam va-
etatem curandi, quæ à naturâ partium, ſitu & aliis circumſtan-
is oritur. POST in DISSIMILARIBUS eodem modo proce-
unt, & COMMUNIBUS SOLUTÆ UNITATIS ſpecieb9. PRIN-
EPS HORUM eſt *Comes Montanus Vicentinus*, ut apparet *ex præ-*
ctione ſecundâ libri de morbis, qui FRISIMELICAM primum vo-
t autorem hujus inſtituti, licet id morbo prẹventus abſolvere
on potuerit. *Johannes Paulus Pernumia, Patavinus Philoſophus &*
Medicus hoc ordine edidit in lucem therapeuticen ſive meden-
rationem affect9 omnes prẹter naturam octo libris compre-
enſam. Non ignotum eſt, quid *Godofridus Steegius in libris medi-*
& *Hofmannus pathologiâ parvâ & in inſtitutionibus* præſtiterint.

MEDIA VIA incedunt, qui & Galeni methodum gene- *Tertius.*
em, & communem practicorum ordinem conjungunt, ge-
ralia à particularibus ſeparant, operamque dant, ne πανῶ-
ῶς eadem repetantur. In hâc claſſe primatum tenent *Dani.*
Sennertus, Victor Trincavella, Vidus Vidius. PRIMUS ordine
nertus, primus etiam dignitate. De cujuſlibet partis mor-
intemperiei, conformationis, ſolutæ unitatis primò agit,
nde ſymptomata actionum læſarum, excretorum tractatio-
n ſubjungit. *Jonſtonus* eundem κτ̀ πόδα imitatur *idea medici-*
inſcripto libro.

B CAPUT

CAPUT V.

Judicium fertur de his methodis.

Sennertiana optima. *Friſimeliciana difficilis.*

VLtima Sennertiana omnium evidentisſima, & clariſſima.

ALTERA Friſimeliciana ita intricata, ut nemo hactenus eam adgredi, multò minùs experiri auſus fuerit. Fragmenta tegulas auratas vendibilis domus monſtrant, ſed ædes ipſæ ſunt imperfectæ, nondum ad umbilicum deductæ. Satius ergò videtur vel VETEREM vel MEDIAM viam obſervare.

Arabum ordo magnifaciendus, per tres qui incedit ventres, & adfectuum internorum potiſſimùm rationem habet: externos corporis affectus ſuum rejicit in locum, & in chirurgicis de iis eſt ſollicitus.

CAPUT VI.

Ordo & methodus ſpecialis. Tres habet partes.

I. *Διάγνωσις in genere.*

Partes tres.

PRoponitur illa *à Galeno in fronte libri primi de victus ratione in acutis t. 3.* Explicaturus enim τὰ ἐπίκαιρα ἐοντα εἰς τέκμαρσιν, ὡ χρὴ ἕκαστα ἰατρεύειν, *quæ ſint opportuna ad benè medendi rationem, quomodo rectè medicari oporteat*, tria enumerat capita: PRIMUM eſt Διάγνωσις τῶν νοσημάτων, *dignotio morborum. Alterum* πρόγνωσις τῶν ἀποβησομένων, *prædictio futurorum.* TERTIUM eſt Θεράπεια, *curatio.* ἡ μὲν θεράπεια δι' αὐτὴν ἀσκεῖται τοῖς ἰατροῖς, ἡ δὲ διάγνωσις καὶ πρόγνωσις ἕνεκα τῆς θεραπείας. *Curatio per ſe expetitur à medicis, dignotio autem & prædictio gratiâ curationis*, quæ tribus nititur indicationibus.

1. Διάγνωσις. 2. πρόγνωσις. 3. θεράπεια.

Quid τέκμαρσις.

Τέκμαρσις eſt vox, quæ habet ἔμφασιν. Derivatur ἀπὸ τοῦ τεκμηρίου. Notat διὰ τεκμηρίου γνῶσιν. Τεκμήριον autem veteres appellabant σημεῖον συλλογιστικὸν, ἀπὸ τοῦ συλλογίζεσθαι, quod ſignum ſit συλλογιστικὸν & neceſſarium, deſumtum à propriâ cujusque rei indicatione, quam naturâ ſuppeditat. Τέκμαρσις eſt ipſa cuique convenienter medendi ratio.

Ad

Ad hanc τέκμαρσιν ritè inſtituendam tria adſignata capita ſunt apprimè neceſſaria: ex his omnia, quæ ad medicinam faciunt, pullulant ex fontibus.

Neceſſitas trium horum capitum methodo analyticâ ſeu reſolutivâ ſic demonſtrari poteſt, à fine ad ea, quæ eum præcedunt, progrediendo. Medici finis externus eſt amiſſæ ſanitatis reſtitutio. Internus eſt inventio indicatorum auxiliorum, ſine quibus ille impetrari non poteſt. Hæc quænam eſſe debeant, cognoſci non poteſt, abſque operâ indicationum. Indicationes erui non poſſunt non cognitâ affectus eſſentiâ. Eſſentia cognoſcitur per ſigna diagnoſtica. An autem curatio aggredienda, vel non, an ad mortem vel ſalutem ſit morbus terminaturus, quanto temporis ſpatio ad curationem ſit opus, & quomodo ſit terminaturus, diſquiritur ope προγνώσεως. Materiæ auxiliorum ex ſuis fontibus ſunt petendæ. *Neceſſitas trium dictarum partium ita demonſtratur.*

LIBRI II.

SECTIO II.

De ordine & methodo hâc in ſpecie. In eâ explicatur διάγνωσις.

CAPUT I.

διαγνώσεως partes in genere, & ſpecie. Prima pars continet nominalem definitionem.

Διαγνώσει primus debetur locus. In eâ diſpicienda 1. ESSENTIA & IDEA rei præter naturam ope definitionis nominalis & realis, in quâ proponitur *cauſa formalis, materialis, & efficiens*. Hæ poſt clariùs explicantur. DIFFERENTIÆ ſubjunguntur συντόμως repetitione inſtitutâ ante dictorum. QUÆ SEQUUNTUR eſſentiam SIGNA affectus exponentia ideam formalem, deinde mate- *In διαγνώσει explicanda 1. Eſſentia, differentia, Signa.*

 rialem

rialem ſeu ſubjectum, & demum cauſam, claudunt agmen.

Definitio.

Vocabulum DEFINITIONIS logicum eſt ſed non proprium, verum ex ſcholis geometrarum petitum, qui regionem limitibus certis circumſcribentes illam περιγραφὴν appellàrunt ὅρον. Hos Philoſophi imitantes, nomini & deſcriptioni cujusque morbi ſpeciei eandem appellationem attribuere.

Duo genera definitionum. 1. nominalis. 2. eſſentialis.

Δύο γένη τὰ πρῶτα τῶν ὁρισμῶν ἐστι, *inquit Galenus lib. 4. de pulſuum differentiis cap. 2.* τὸ μὲν ἕτερον ἐξηγούμενον σαφῶς τὴν τοῦ πράγματος ἔννοιαν, ἣν ἔχουσιν οἱ ὀνομάζοντες αὐτὸ, τὸ δὲ ἕτερον τὴν οὐσίαν διδάσκον. ἀρετὴ δ᾽ ἑκατέρου τῶν ὅρων ἰδία. *Sunt definitionum prima genera duo: alterum rei notionem explicat, quam nomenclatores habent: alterum eſt, quod docet eſſentiam. Virtus eſt ſua utrique definitioni.*

Galenus utramque illuſtrat ex Ariſtotele.

Utramque definitionem illuſtrat autoritate *Ariſtotelis*, qui primam vocavit λόγον ὀνοματώδη, ἢ λόγον ὀνόματος ἑρμηνευτικὸν, τὸ δὲ ἕτερον γένος ὅρον οὐσιώδη, ἢ λόγον τὸ ἦν εἶναι δηλοῦντα, *definitionem nominalem, alterum autem genus definitionem eſſentialem, quæ quid ſit declarat, ipſamque rei eſſentiam exprimit.* ἔστι δ᾽ ὁ ὅρος λόγος, *autore Ariſtotele 1. topicorum cap. 5.* τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνων. *Definitio eſt oratio quæ quid eſſe rei ſignificat,* ſeu *eſt oratio vel ratio* explicans, in quo quælibet res *ſuum eſſe* conſtitutum habet.

ὀνοματικὴ definitio non eſt propriè definitio.

PROPRIE definitio nominalis non datur, quæ unius vocis aut nominis explicatio eſt. ὅσοι δὲ ὁπωσοῦν, *ſcribit idem poſt pauca interjecta,* ὀνόματι τὴν ἀπόδοσιν ποιοῦνται, δῆλον, ὡς οὐκ ἀποδιδόασιν ἔτι τὸν τοῦ πράγματος ὁρισμὸν, *qui quoquo modo nomen pro nomine reddunt, non adhibent rei definitionem, quoniam omnis definitio eſt oratio,* quæ diſtinctè ſubjicere intellectui, quod nomen definiti ponit confusè.

Nominum ratio in genere commendatur.

NOMINUM, quæ τῶν ὄντων νοήματα, *rerum notiones*, & quaſi cubilia, primò ratio habenda. Nominum uſu cognito, rerum, quarum notitiam inſpicere amamus, notitia ſequitur.

ὃς ἂν τὰ ὀνόματα εἰδῇ, εἴσεται καὶ τὰ πράγματα, *inquit Plato in Gorgiâ. Nominum gnarus, gnarus rerum.*

Laude vetuſtatis illuſtris eſt ſententia *Epicteti tomo 1. diſſert. Arrian. cap. 17.* Ἀρχὴ τῆς παιδεύσεως ἡ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψις. *Principium doctrinæ nominum diſquiſitio.*

Nec

Nec minus *Galenus lib. 1.* μεθόδου θεραπευτικῆς *capite 5.* καὶ ὡς ἐπὶ πάντων ζητουμένων εἰς λόγον χρὴ μεταλαμβάνεσθαι τοὔνομα *i.e in omnibus, de quibus quæritur, ad rationem oportet adſumi ipſum nomen.*

Idem 3. de ſimpl. med. facultatibus. ἡ τῶν ὀνομάτων χρῆσις ταραχθεῖσα καὶ τὴν πραγμάτων ἐπιταράττει γνῶσιν. *Conturbatus nominum uſus & rerum ipſarum conturbat cognitionem.*

Cura nominum Specialis conſiſtit in tribus, in ὁμωνυμίᾳ, συνωνυμίᾳ, καὶ παρωνυμίᾳ. *Triplex nominum eſt cognitio.*

1. Ὁμωνυμία, πολυσημία, *æquivocatio*, & *multiplex*, eorum, quæ ſunt ἐκ τῶν ἀφ᾽ ἑνὸς ſeu πολλαχῶς λεγομένων, pluresque notant eſſentias. *ſignificatio* expedienda, & rejecta impropria, ſive ea ſit lata ſive ſtricta, propria, ſeligenda, ut definitionem, quæ eſt univocorum, exſtruere valeamus. *1. ὁμωνυμία.*

Egregiè *Philoſophus 1. de cœlo t. 110.* πολλαχῶς λεγομένων κἂν μηδὲν διαφέρῃ πρὸς τὸν λόγον, ἀνάγκη τὴν διάνοιαν ἀορίστως ἔχειν, εἴ τις τῷ διαιρουμένῳ πολλαχῶς ὡς ἀδιαιρέτῳ χρῆται. ἄδηλον γὰρ κατὰ ποίαν φύσιν αὐτῷ συμβαίνει τὸ λεχθέν. *Multipliciter enim cùm dicantur* (loquitur de generabilibus & corruptibilibus) *& ſi nihil refert ad rationem, neceſſe eſt intellectum ſe indeterminatè habere, ſi quis eo, quod multipliciter dividitur, tanquam indiviſibili utatur. Immanifeſtum enim eſt, ſecundùm quam naturam ipſi accidit, quod dictum eſt.*

Προσέχειν οὖν χρὴ ταῖς ὁμωνυμίαις καὶ σκοπεῖσθαι, τί ποθ᾽ ἡ σύμπασα λέξις ἑκάστου βούλεται τοῦ λέγοντος· εἰ γὰρ ἐκείνου καθ᾽ ἕτερον σημαινομένου τοὔνομα φέροντος, ἡμεῖς καθ᾽ ἕτερον ἐκδεξάμενοι τὸν λόγον συκοφαντοῦμεν, οὐ τὸν εἰρηκότα δήπου κατά γε τὴν ἀλήθειαν αὐτὴν ἐξελέγξομεν, ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν ὑπόληψιν. *Diligenter animadvertenda eſt homonymia, videndumque ſemper quid ſibi dicentis velit oratio univerſa. Nam ſi aliâ ſignificatione nomen aliquod proferat, aliâ nos accipiamus, ideoque ejus damnemus orationem, non tam revera eum qui dixit redarguerimus, quàm noſtram prodiderimus ignorantiam.*

Συνωνυμία & nominum æquipollentium virtute præditorum appoſitio, non parum illuſtrans rei evidentiam, ſequitur. *2. συνωνυμία.*

5. ἐτυμολογία.

Ἐτυμολογία καὶ παρωνυμία, *nominum derivatio* agmen claudet. Nomina quorundam morborum ſunt εὐετυμολόγητα, quædam δυσετυμολόγητα. Unde veteres nomina

Expenditur unde veteres morbis impoſuerint nomina.

IMPOSUERINT, explanat *Galenus 2. methodi medendi cap. 2.* ἐπιβλέπειν, *inquiens*, ἀκριβῶς χρὴ τὴν ἀνομαλίαν τῶν ὀνομάτων, ἃ κατὰ τῶν νοσημάτων ἐπήνεγκαν οἱ πρῶτοι θέμενοι. *Suſpiciendā diligenter eſt nominum diverſitas, quæ impoſuerunt ægritudinibus ipſorum primi autores.*

1. à parte affectâ.

Subinde ἀπὸ τοῦ βεβλαμμένου μορίου, *à læsâ particula* ſunt indita: ut pleuritis, peripneumonia, iſchias, podagra, nephritis, arthritis, ophthalmia, cephalalgia, dyſenteria. Nomina morborum â parte affectâ deſumta in ῖτις deſinentia omnia notant ſimul inflamationem.

2. à ſymptomate.

ἀπὸ τοῦ συμπτώματος quædam nomina ſunt impoſita, ut ileos, teneſmus, ſpaſmus, palpitatio, tremor, paralyſis, apepſia, dyſpnoea, apnoea, agrypnia, paraphroſyne, coma.

3. ab utroque.

ἀπ' ἀμφοῖν ἅμα, *à parte adſectâ & ſymptomate ſimul* alia nomina ſunt indita, ut: cephalalgia, otalgia, cardialgia, odontalgia, hyſteralgia.

6. Generalia alia pauca ſunt nomina.

Τῶν δὲ νοσημάτων αὐτῶν ὀνόματα, μήτε τὸ πὲρ ἑαυτὰ μόριον πεπονθότος, μήτε τῆς ποιούσης αἰτίας, ὀλίγα, *ipſorum verò morborum, quæ nec locum affectum nomine repræſentant, nec cauſam, quæ eos effecit, perpauca ſunt nomina*, phlegmone, gangræna, ſcirrhus, eryſipelas, apoſtema, œdema, & empyema, ulcus, luxatio, oſſis fractura, &c.

CAPUT II.

Onomatologias in affectuum præter naturam conſideratione obtrectatores.

Princeps nominum contemtor.

PRimus ſuperciliosus nominum contemtor fuiſſe videtur hoſpes, qui, *Platone referente in Politico, & Galeno 4.* περὶ χρείας *cap. 13.* repetente, Socratem adloquutus fuit his verbis: καὶ διαφυλάξῃς τὸ μὴ σπουδάζειν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασι, πλουσιώτερος εἰς τὸ γῆρας ἀναφανήσῃ φρονήσεως. *Si ita perrexeris de nominibus minus eſſe ſollicitus, ditior ſapientiâ ad ſenectutem pervenies.*

Gale-

Galenus pluribus in locis, & imprimis *libro de ſymptomatum differentiis cap. 1.* invehitur in ſollicitos nominum venatores & calatores.

Galenus ſiniſtrè ſenſit de iisdem.

Hos *alii* ſequuntur, qui dolendam judicant infelicitatem ſeculi noſtri, quo verba magni æſtimantur, imò tanti, ut majori nonnunquam habeantur in precio, quàm res ipſæ, quarum causâ fuerunt inventa.

Alii nominum perſequutores.

Omnis ætas, *inquiunt*, de ſuo tempore conqueſta eſt, tot de vocibus ali contentiones. Tùm demum docti res neglexere ipſas, cum nimio ſtudio quærere cœperunt nomina. Nomenclatura neminem ſervavit unquam. Non in nominibus conſiſtit τὸ *κατορθοῦν, rectum officium.*

Verùm à Platone *μικρολογία* ſolùm venit in cenſuram, & inanis nominum venatio proſcribitur. *R.*

Galenus non omnem de nominibus ſollicitudinem calumniatur, ſed eorum tantum, *οἱ μὲν κατατρίβοντες τὸν ἑαυτῶν βίον, εἰς τὴν περὶ τῶν ὀνομάτων ἔριν, ὡς μηδέποτε δυνηθῆναι τοῦ τέλους τῆς τέχνης ἐφικέσθαι, qui litigando de nominibus totam vitam conterunt, & propterea ad finem artis pertingere nequeunt.* Sobriam autem nominum curam non negligit, eâ ratione, ut *ὑπὲρ τῶν ὀνομάτων ὅτι τάχιστα, συντίθεσθαι πρὸς ἀλλήλους, ἐπὶ τὰ πράγματα σπεύδειν αὐτὰ, καὶ διατρίβειν τε, καὶ χρονίζειν ἐν ἐκείνοις, de nominibus quamprimum inter nos conveniat, ad res ipſas properare, in iisque immorari* adnitamur. Et paulò poſt, primam curam injungit *τῷ τῆς ἀληθείας ἐραστῇ, veritatis ſtudioſo*, rerum, poſt cum res ipſas jam intellexerimus, nominum. Ἐν γὰρ τῇ πραγμάτων γνώσει τὸ κατορθοῦν ἐστιν, οὐκ ἐν τοῖς ὀνόμασιν. *In rerum cognitione conſiſtit ſucceſſus operis, non in nominibus.*

CAPUT III.

Πραγματολογία. *Definitio realis.* *Ejus nobilitas.*

MAgna definitionis eſt dignitas. ὅρος ἐστὶ λόγος, *autore Galeno in ſtitutionibus medicis*, τὸ εἶναι δηλῶν. ἢ λόγος τὴν ἔννοιαν

Definitionis dignitas.

ἔννοιαν ἡμῖν τοῦ πράγματος δεικνύς τε καὶ σαφηνίζων. *Finitio eſt oratio, quæ ipſum eſſe declarat: vel oratio, quæ nobis intelligentiam rei indicat, ac palam facit.*

Requiſita ejuſdem. Τὸν ὁρισμὸν, *inquit idem 4. de differentiis pulſuum cap. 2.* ὁ ὑπὲρ ὅλην τὴν οὐσίαν ἀκριβῶς τοῦ πράγματος μέλλει δηλώσειν οὐδὲν αὐτῆς τῶν κυριωτάτων παραλείπειν προσήκει. *Definitio, quæ totam rei eſſentiam eſt ob oculos poſitura, nihil debet eorum, quæ illi præcipua ſunt, & maximè propria, omittere.*

Elogium Ciceronis. Hâc, *teſte Cicerone, libro de officiis,* ignoratâ, res ipſa, de quâ tractatur, ignoratur.

aliorum, Ὁρισμὸς μεγάλην ἔχει ῥοπὴν πρὸς τὰ ἑπόμενα. Illa eſt fundamentum, principium, & velut certum ſignum deſtinandarum cognitionum animis proponit, autoritatem diſſerenti conciliat: ejus omiſſio ignorantiam, fundamenti hujus carentia ruinam: principii hujus intermiſſio imperfectionem, confuſioniſque pelagus aperit.

Philoſophi. Eadem eſſentiam rei notam facit: ὁ ὁρισμὸς ἐστὶ τῆς οὐσίας γνωρισμός, *inquit Philoſophus 2. poſter. analyt. cap. 3.* ἔστι δὲ ὁρισμὸς μὲν λόγος, ὁ τὸ τί ἦν εἶναι σημαίνων. *1. topicor. cap. 4.*

Galeni, Χρησιμώτατοι γενήσονται οἱ ὅροι, *inquit Galenus finitionum medicarũ libro adſcripto, in frontiſpicio.* δι᾽ ὀλίγων τὰ πολλὰ διδάσκειν δυνάμενοι. ἐν πάσαις γὰρ ταῖς τέχναις καὶ ταῖς ἐπιστήμαις ἀρίστη διδασκαλία, οὐχὶ διὰ πολλῶν καὶ ἀπείρων, ἀλλὰ δι᾽ ὀλίγων καλῶς διαγινωσκομένη *Utiliſſimæ erunt finitiones, quæ paucioribus multa docere poſſunt. In artibus & ſcientiis optimum dicendi genus, quod non verboſum atque in infinitum excurrens, ſed paucis contentum bellè cognoſcitur.*

Simile. Ut agrorum fines agros definiunt & claudunt, alioſque ab aliis diſcernunt: ſic definitiones, quibus rerum naturæ declarantur, eſſentias eorum circumſcribunt, aliaſque ab aliis diſtinguunt.

Deſcriptio. Cum non licebit exactè definire, deſcriptio ſubſtituetur. Ὑπογραφὴ, *autore Galeno libro de finitionibus medicis,* ἐστὶ λόγος τυπωδῶς εἰσάγων εἰς τὴν τοῦ δηλουμένου πράγματος γνῶσιν. οἱ δὲ οὕτως: ὑπογραφή ἐστι λόγος τυπωδῶς ἐμφανίζων τὰ πράγματα. *Deſcri-*

ptio

prio eſt oratio, quæ rudius, ac quâdam veluti formulâ ad declarandæ rei notitiam introducit. Alii ſic: *Deſcriptio eſt oratio, quæ res per rudem imaginem repræſentat.*

CAPUT IV.

non neceſſarias eſſe definitiones morborum oſtenditur ex ſententiâ quorundam ἀφιλορισῶν.

CONſideratu digna eſt ſententia *Ariſtotelis*, quam proponit *9. metaph. cap. 11.* οὐ δεῖ παντὸς ὅρον ζητεῖν, *non oportet cujusque rei definitionem quærere.* *Ariſtotelis invectiva.*

Galenus 4. de diff. pulſuum cap. 17. invehitur in Φιλορισὰς nonnullos, qui omnium rerũ definitiones quærebantt. ὡς ἡ παροιμία φησὶ, γλυκὺς πόλεμος ἀπείρῳ οὕτω μοι δοκοῦσι καὶ οἱ πάντα ὁρίζεσθαι προαιρούμενοι, μηδ᾽ ὅλως ἐγνωκέναι τὰς γεγονυίας ζητήσεις τοῖς διαλεκτικοῖς περὶ τοῦ πῶς ὁρίζεσθαι προσήκει. *Ut eſt in proverbio: Dulce bellum inexperto: ſic iſti videntur mihi, qui omnia volunt definire, prorſus quæſtiones ignorare, quas dialectici de ratione definiendi inſtituerunt. Paulo poſt* conqueritur, quod τῆς φιλορισίας νόσος, *omnia definiendi cupiditatis morbus* pervaſerit non medicos tantùm, & Philoſophos, ſed oratores etiam, muſicos & grammaticos. Ἔνιοι δοκοῦσιν, *inquit libro de differentiis pulſuum 2. cap. 3* μοὶ μηδὲ λάχανον ἂν πρίασθαι χωρὶς ὅρου. *Sunt qui ne olus quidem citra definitionem mihi videntur empturi.* Eos exagitat ibi & confutat. *Galeni cenſura.*

Idem Galenus 4. de differentiis pulſuum cap. 2. novum bellum movet definitionibus. οὐδὲ ὁρίζεσθαι προσήκει τὰ τοιαῦτα τῶν πραγμάτων. οὐδὲ αὐτὸν ἐμβάλλειν εἰς λόγους. μηδὲν ἀναγκαῖον διὰ ὅρων οὐσιωδῶν ποιεῖσθαι τὰς διδασκαλίας. οἱ δ᾽ ἐννοηματικοὶ τῶν ὅρων λαλούμενοι τοῖς μὲν ἤδη γινώσκουσι τὸ πρᾶγμα περιττοὶ, τοῖς δὲ ἀγνοοῦσιν οὐκ ἀναγκαῖοι, δυναμένης γε δὴ τῆς διδασκαλίας διὰ μακροτέρου λόγου γίνεσθαι σαφεστέρας *Non omnia definire opus eſt, neque ſe in definitiones conjicere quaſcunque. Non eſt neceſſarium ad diſcendas diſciplinas eſſentiales definitiones tradere. Definitiones notionis ſeu nominales, his qui jam rem cognoſcunt, ſunt ſupervacaneæ,* *2. alia majoris momenti.*

 igno-

ignorantibus non neceſſariæ, quæ pluribus verbis doceri poſſunt apertius. *Subjungit:* τοῖς δεχομένοις τῆς μαθήσεως ἢ ὅλι οἷω μανθάνειν, *tyronibus* non eſſentiales definitiones tradendas, ſed notionis ſeu nominales tantùm, hasque prolixiori ſermonis ſerie explanandas, ut ſic eſſentia rei tandem illis declaretur. προαποδειχθῆναι γὰρ χρὴ διὰ λόγων πολλῶν τὴν οὐσίαν τοῦ ζητουμένου πράγματος, ἵνα γνωσθεῖσαί τε καὶ πιστωθεῖσαι νοηθῇ ποθ' ὕστερον ἐν βραχείᾳ λέξει. *Longâ enim oratione prius rei, quâ de agitur, aperienda ſententia eſt: quâ cognitâ jam & perſpectâ brevibus tandem verbis accipiatur.* Hæc ſolere ſe exprobrare τοῖς ἐπιχειροῦσι πάντα διδάσκειν δι' ὅρων, *illis, qui definitionibus omnia docere conantur,* demum adnectit.

3. *Omiſſa definitio ab eodem, & aliis.*

Omittuntur eſſentiales definitiones *ab eodem, libro de differentiis febrium, de intemperie inæquali, de pulſuum differentiis.*

His inſiſtentes nonnulli veſtigiis, definitiones morborum planè omittunt, ut *Trincavella & alii.*

R. ad has objectiones.

Verùm in prioribus Ariſtotelis & Galeni locis ſolùm abuſus, non legitimus uſus venit in cenſuram. Trincavella ſuo id facit periculo.

CAPUT V.

alia invectiva in definitiones medicas.

Alia objectio

ILlis dicam ſcribunt, qui ſtatuunt, nullas legitimas & probatas dari poſſe. Diſtinguunt definitiones in logicas & medicas. Logicas vocant, quæ ad logicum examen ſufficiunt; medicas, quæ ſufficiunt uſui, licet ad logicas leges cogi non poſſint. Ita *Hoffmannus libro 3. Inſtit. cap. 12.*

Diluitur

Sed ſciendum, definitiones medicas ita exſtrui poſſe, ut logico examini ſufficiant, θέσει καὶ πτώσει διαφέρουσαι τῆς ἀποδείξεως, *terminorum collocatione & caſu à veris differentes demonſtrationibus.*

CA-

CAPUT VI.

quo loco explicari debeat definitio.

PRimum locum poſt nominalem ipſi adſignat methodus, à definitione quæ auſpicatur, & ſingulas ejus pertractat partes, *ὁριστικὴ* dicta. Unica, verbis & ente utimur *Platonis in Philebo*, placet via, quâ primùm a idæa, deinde duæ ponuntur, hæ deducuntur in alias idæ, & uno genere comprehenduntur omnes. Ex uno & multo iiverſa, *docente Socrate in Philebo.* *ἓν γὰρ τὰ πολλὰ εἶναι, καὶ τὸ ἓν ολλὰ, θαυμαστὸν λεχθέν.* *Unum verò eſſe multa, & multa eſſe num, mirabile dictu.* COMMUNISSIMA & una definitio exonens eſſentiam, primo & ſummo ſtatuetur loco. Ex eá aliæ eæ manabunt. *Primùm nõnulli adſignant locum.* 1.

Invehuntur iidem in illos, qui definitionem ultimo ſtatuat loco. Quid aliud eſt hoc, quàm laternam in tergo geſtare? 2.

Ignorantia analytices eſt, *ajunt alii*, eſſentiales definitioes ſtatim ab initio, legiſlatorum more, ſtatuere, & quaſi ſanre. Inde formali, materiali & efficiente cauſis præmiſſis exruunt & ſubjungunt definitionem, & hanc docendi rationem ommodiorem judicant, ſicque definitiones ultimô ſtatuunt ocô. *improbant id alii.*

Obſervat ordinem talem autor *libri ad Thraſybulam*, qui ex miliâ Stoicorum eſſe videtur. Et certè negari non poteſt, erquàm commodè ita affectus particulares omnes, morbos & mptomata explicari poſſe.

Diſtingui poteſt inter artem conſtituendam & conſtitum. IN CONSTITUENDA poteſt poſt nominis examen cundùm *ὁμωνυμίαν, συνωνυμίαν* & *ἐτυμολογίαν ἢ παρωνυμίαν* rolixè primùm agi de formali, materiali & efficiente cauſis, & oſt ceu in compendio ſumma rerum capita amplectens ſubngi definitio. IN CONSTITUTA autem, qualis nunc eſt, is *προηγμένοις provectioribus* ſtatim poteſt proponi definitio nthetica, & poſt ſubjungi analytica, ſeu ejuſdem reſolutio, quâ formalis, materialis & efficiens cauſæ explicantur. *Conciliatio.*

CAPUT VII.

non ſubſtantiarum, ſed accidentium definitio hîc habet locum.

Subſtantiæ propriè definiuntur.

SUBSTANTIARUM definitio propriiſſimè *κατ' ἐξοχὴν* ESSENTIALIS *à Philoſopho* 7. *τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ*, cap. 5. dicitur. *δῆλον τοίνυν, inquit, ὅτι μόνος τῆς οὐσίας ἐστὶν ὁρισμός, manifeſtum, quod ſola ſubſtantiæ ſit definitio.* Hæc enim ſola ſimplex ac per ſe habet eſſentiam, & tùm genus tùm differentia in definiendâ ſubſtantiâ ſumuntur ab intrinſecâ rei naturâ, & continentur intra eſſentiam illorum. Genus eſt inſtar materiæ, quod reſtringitur à formâ, ut, homo eſt animal rationale. Talis in morbis locum haud habet.

Accidentiũ definitio hîc habet locũ.

ACCIDENTIUM definitio *ἐκ προσθέσεως*, quia reſpectum habet vel ad id, cui inhæret, vel ad id, à quo oritur ſubjecto vel causâ, unde etiam ex iis definitur, dicta, hic abſolvit omne momentum.

Duplex ea eſt: imperfecta & perfecta.

Duplex ea eſt; alia imperfecta, alia perfecta. IMPERFECTA duplex eſt: ESSENTIALIS vel CAUSALIS. Tertia PERFECTA eſt.

Duarũ priorum indoles.

Duæ priores definitiones dicuntur eſſentiales imperfectæ, quia non fiunt per omnia ſimul, quæ ad eſſentiam accidentis vulgò referuntur, formam ſcilicet, materiam & cauſam, ſed in imperfectâ eſſentiali ponitur genus & ſubjectum, eſtque demonſtrationis concluſio: in alterâ imperfectâ cauſali, genus & cauſa, eſtque demonſtrationis principium.

Imperfecta eſſentialis.

IMPERFECTA ESSENTIALIS conſtat genere & differentiâ à ſubjecto petitâ. Genus limitatur à materiâ in quâ. Talis eſt definitio ECLIPSEOS LUNÆ, quæ finitur privatio luminis in Lunâ: PUTREDINIS, quæ definitur, corruptio in unoquoque humido: TONITRU, quod definitur ſonus in nubibus: & CEPHALALGIÆ, quæ finitur triſtis ſenſatio partium capitis ſenſu tactûs præditarum. Talisque definitio eſt concluſio in demonſtratione. Pari modo PLEURITIS, ut morbus conſiderata, eſt inflammatio membranæ coſtas ſuccingentis.

Cau-

CAUSALIS IMPERFECTA conſtat genere & differentiâ à causâ proximâ petitâ: ut ECLIPSIS LUNÆ eſt interpoſitio terræ inter Solem & Lunam. PUTREDO eſt evacuatio caloris ab ambiente: CEPHALALGIA eſt ſolutio continui. PLEURITIS eſt influxus humorum. *Imperfect. cauſalis.*

Et hæc definitio eſt principium demonſtrationis.

PERFECTA eſt, quæ conſtat genere & differentiâ, tùm à ſubjecto, tùm â causâ petitâ, ſive quæ cõplectitur definitionem eſſentialem & cauſalem, imperfectas, ut: ECLIPSIS LUNÆ eſt privatio luminis in Lunâ, ab interpoſitione terræ inter Solem & Lunam: CEPHALALGIA eſt triſtis ſenſatio partium capitis ſenſu tactûs præditarum, exorta à ſolutione continui. PLEURITIS eſt inflammatio pleuræ, exorta ab influxu vitioſorum humorum. *Perfecta definitio, illuſtratur exemplis.* 1. 2.

ESSENTIALIS non quidem *propriè* dicitur, quia accidentia non habent veram eſſentiam, quæ componitur ex materiâ conſtituente ſeu ex quâ, & formâ propriè dicta, ſed ſolùm materiâ inhæſionis: verùm *impropriè* ſolùm, quatenus abſolvitur omnibus tribus, quæ eſſentiam accidentis declarare, ejusque definitionem ingredi poſſunt: formâ, materiâ ſeu ſubjectô, & causâ, quæ tria neceſſariò etiam ad hanc accidentalem definitionem requiruntur, cum ſolùm *τῇ θέσει ϗ πτώσει διαφέρει τῆς ἀποδείξεως, ſolâ terminorum poſitione à verâ demõſtratione differat.* Omnis vera ſcientia in demonſtratione conſiſtens fundatur in causâ, quæ habet rationem medii termini, in ſubjecto, quod habet rationem minoris termini, & in affectione ſeu formâ, quæ eſt major terminus. *Eſſentialis quomodo dicatur.*

Genus in *primâ definitione* eſt major terminus, ſeu prædicatum in demonſtratione, privatio nempe luminis. SUBJECTUM ſeu materia in definitione eâdem, Luna ſcilicet, eſt minor terminus, in demonſtratione. CAUSA, interpoſitio, eſt medius terminus. *Examinatur definitio* 1.

Eadem ratio eſt ſecundæ definitionis Cephalalgiæ. GENUS ſeu forma definitionis eſt major terminus, ſeu prædicatum 2.

catum in demonſtratione, triſtis videlicet ſenſatio. Hæc licet idem videatur cum dolore, eſt tamen notior & evidentior in conceptu mentis. SUBJECTUM ſeu MATERIA in definitione, partes ſcilicet capitis ſenſu tactûs præditæ, eſt minor terminus in demonſtratione. CAUSA ſeu SOLUTIO CONTINUI in definitione eſt medius terminus in demonſtratione. GENUS ſeu forma, major terminus ſpecificatur à materiâ ſeu ſubjecto, ut minore termino per cauſam ſolutionem continui, ut medium terminum. Inde exſtruitur ſyllogiſmus demonſtrativus:

Ubicunque datur ſolutio continui, ibi datur triſtis ſenſatio. Hæc propoſitio eſt principium demonſtrationis.

Sed in capitis partibus ſenſu tactûs præditis datur ſolutio continui.

Ergò in capitis partibus ſentientibus datur triſtis ſenſatio. Hæc autem eſt ipſe dolor. Et hæc eſt demonſtrationis cõcluſio.

3. Eadem ratio eſt tertiæ definitionis. Pleuritis eſt inflammatio membranæ coſtas ſuccingentis, cum dolore punctorio, tuſſi, difficili reſpiratione, febri acutâ, pulſu duro, orta ab influxu humorum.

GENUS ſeu forma, major terminus, prædicatum in demonſtratione, eſt inflammatio ſymptomatibus enarratis comitata. Hanc qui nominat, nihil aliud quidem notat, quàm ipſam pleuritidem, illa tamen notior eſt, & evidentior. SUBJECTUM ſeu materia in definitione, ὑπεζωκὸς ὑμὴν, eſt minor terminus in demonſtratione. CAUSA, influxus humorum in definitione, eſt medius terminus in demonſtratione.

Genus ſeu forma, major terminus reſtringitur ad certam ſpeciem à materiâ, ſeu ſubjecto, ut minore termino, per cauſam, ut medium terminum, inde talis demonſtrativus ſyllogiſmus:

Ubicunque datur inflammatio cum his ſymptomatibus, ibi datur pleuritis.

Sed in membranâ coſtas ſuccingente datur talis inflãmatio. Ergò in membranâ coſtas ſuccingente datur pleuritis.

4. Eadem eſt Eadem ratio eſt aliarum rerum præter naturam. Et ad

has

has bonæ definitionis regulas animus adplicandus, eſſentiaque rerum præter naturam ſecundum formam, materiam, & efficiendi rationem examinanda. *ratio aliarum definitionum.*

CAPUT IIX.

definitionis reſolutio. Forma ſeu Genus. Res præter naturam. Ad quamnam claſſem pertineat in genere, morborum vel ſymptomatum.

PRima definitionis pars eſt ἡ ὐσία *eſſentia*, ſeu, quæ generis locum obtinet, formalis ratio. *Prima definitionis morbi pars eſt ἡ ὐσία.*

Hæc ut cognoſcatur, expendendum, quænam res præter naturam ſiet. Ut tres ſunt res ſecundum naturam, ſanitas, cauſa ſanitatis, & operationum integritas, ita etiam tres ſunt res præter naturam, morbus, cauſa, & ſymptoma. *Res ſecundum naturam tres.*

Hunc ordinem rerum præter naturam conſtituit *Galenus de differentiis ſympt. cap. 1.* Ἅπασα διάθεσις τοῦ σώματος ἐξισταμένη τοῦ παρὰ φύσιν, ἤτοι νόσημά ἐστιν, ἢ αἰτία, ἢ σύμπτωμα τοῦ νοσήματος. *Res præter naturam etiam tres.*

Apprimè opera danda, ne confundantur tria hæc nomina. Quamvis enim *Galenus 2. methodi medendi cap. 1.* vocabulorum, morbi, ſymptomatis, cauſæ accuratam cognitionem cenſeat neque prodeſſe, neq; obeſſe, ſed neque ſi quis Theonem aut Dionem vocet, modò rectè ſanet, nemo enim eô ægrotanti officiet: Quin imò, ſi quis prorſus innominatô eô, tamen quæ ex uſu ægrotantis ſunt, adhibeat remedia, non ſolùm hic nihil offendet, ſed etiam belliſſimè curabit. Verùm, *ſubjungit*, qui alterum docere vult, quæ ipſe tenet, huic prorſus nominibus propter res uti, opus eſt. In quorum uſu claritas, quaſi meta ſpectanda erit. Διδάσκειν μέν τοι βουλόμενος ἕτερον, ἃ γινώσκει, δεήσεται πάντως ὀνομάτων ἐπὶ τοῖς πράγμασιν. ὅρον γὰρ τῆς χρήσεως αὐτῶν ἕξει τὴν σαφήνειαν. Nam qui ſic nominare quæque ſtudet, ut, qui diſcit, clariſſimè intelligat, is ἄριστος διδάσκαλος fuerit. *Neceſſaria eſt vocum morbi, ſymptomatis & cauſæ cognitio, nō quidem ſimpliciter ad curationem, ſed ad fundamentalem informationem.*

Curio-

Morbus eſt diſpoſitio primò lædens actiones. Symptoma morbum quod ſequitur. Cauſa, quod præcedit.

Curioſè itaque nomina diſtinguenda, & affectum, qui actionem primò vitiat, MORBUM: hunc ſi quid ſequitur, *ſymptoma*: quod illum excitat, cauſam appellandum eſſe cenſet.

Morbi definitio Galenica. Symptoma. Cauſa.

Νόσος ἐστὶν, *inquit de differentiis ſymptomat. cap. 1.* κατασκευὴ τοῦ σώματος παρὰ φύσιν, ὑφ᾽ ἧς ἐνέργεια βλάπτεται πρώτως. *Aliter:* ἐστὶ παρὰ φύσιν κατασκευὴ τοῦ σώματος, καὶ αἰτία τοῦ βεβλάφθαι τὴν ἐνέργειαν. *Brevius:* Νόσος ἐστὶ διάθεσις παρὰ φύσιν ἐνεργείας ἐμποδιστικὴ πρώτως. τὸ δὲ τούτου προηγούμενον, αἴτιον μὲν νοσήματος. εἰ δ᾽ ἕποιτό τις ἄλλη τῷ νοσήματι περὶ τὸ σῶμα διάθεσις, αὕτη σύμπτωμα ὀνομασθήσεται. *Qualibet diſpoſitio corporis præter naturam aut morbus eſt, aut cauſa, aut ſymptoma morbi. Morbus eſt conſtitutio corporis præter naturam, à quâ actio læditur primò. Eſt præternaturalis conſtitutio corporis, & cauſa læſæ actionis. Eſt diſpoſitio præter naturam actionem impediens primò. Quod præcedit, eſt cauſa morbi. Si qua ſequatur alia morbum in corpore diſpoſitio, illa ſymptoma nominabitur.*

Hoc à nonnullis ἐπιγέννημα dici, & latè pro omni re præter naturam, ſive illa ſit morbus, ſive cauſa, ſive ſymptoma, ſumi, ſubjungit idem *cap. 2.* propriè tamen ſumitur in malam partem.

Aliæ definitiones rerum præter naturam. 1. Morbi. 2. Cauſæ. 3. Symptomatis.

Alias definitiones rerum præter naturam, quibus hæ illuſtrari queunt, habet *Galenus lib. eodem definit. medicarum.* ΝΟΣΗΜΑ ἐστιν ἕξις νοσώδης ὅλου τοῦ σώματος, ἢ μέρους. Νόσημα ἐστὶν ἔμμονος κατασκευὴ περὶ τὰ μετέχοντα τοῦ ζῆν σώματα. Ἀρρώστημα ἐγκεχρονισμένον μετ᾽ ἀσθενείας πλείονος, ἢ νόσημα ἀσθενὲς ἐλαττοῦν τὴν δύναμιν. οἱ Ἡροφίλιοι πάθος λέγουσιν εἶναι τὸ εὔλυτον, καὶ εὐκίνητον, οὗ τὴν αἰτίαν ἐν ὑγροῖς εἶναι. ΑΙΤΙΟΝ ἐστὶν, ὃ ποιεῖ τι ἐν τῷ σώματι, καὶ αὐτὸ ἀσώματον ἐστίν. Σύμπτωμα ἐστὶ πάθους ἐπιγέννημα. MORBUS *eſt habitus morboſus totius corporis, aut partis. Morbus eſt permanens diſpoſitio partium viventium. Ægritudo eſt morbus diuturnus cum infirmitate multâ, aut debilis morbus facultatem infirmans. Herophilæi* πάθος *affectum nominant facilè ſolubilem & mobilem, cujus cauſa ſit in humoribus.* CAUSA *eſt, quæ efficit aliquid in corpore, ipſa corporis expers.* SYMPTOMA *eſt morbo quid ſuperveniens.* Vox πάθος & ἐπιγέννημα latè hîc ſumuntur.

Sennertiana ſymptomatis definitio.

Non ſuſque habenda *Sennertiana* ſymptomatis definitio

in inſtitutionibus propoſita: Symptoma eſt affectus ſeu accidens præter naturam in iis, quæ extra conſtitutionem partium, ad actionem neceſſaria ſunt, aliquid aliud præter naturam ſequens.

CAPUT IX.

fundamenta definitionum morbi Galenicarum & aliarum explicantur in genere.

BEnè habere definitiones has oſtendendum eſt, ut tantò confidentius ad eas, ceu ad Lydium lapidem res præter naturam, & inprimis morbi ſpeciales affricari, & vel recipi vel rejici queant.

Probitatis nota, ut in omnibus aliis, ita etiam in his morbi definitionibus, præcipuè in eâ, quâ morbus definitur: diſpoſitio præter naturam lædens actiones primò: eſt, quod fiat EX NOTIORIBUS. *Probitatis nota eſt: fieri ex notioribus.*

Illud notius duplex eſt; alterum SENSUI, alterum INTELLECTUI. Ex utroque conflantur definitiones Galenicæ. *Illud notius duplex:*

PRIMUM ſumit Galenus hoc ἐναϱγὲς id eſt, ſenſui manifeſtum: ACTIONES A SANIS EDI INTEGRAS, id eſt, ventriculum appetere, manum apprehendere, oculum videre. Inde ſequitur alterum ἐναϱγὲς ſenſui manifeſtum, ACTIONES AB AEGRIS NON EDI INTEGRAS. 1.

DEINDE. Hoc ἐναϱγὲς ſequitur φαινόμενον i. e. intellectui notum. Cum enim ab hoc homine aliàs edantur actiones integræ, nunc non edantur, eſſe aliquid, colligit ratio, præter illius hominis naturam, quod actiones ejus naturales & ſolitas inhibeat. Ex priori igitur, & ſenſui noto naſcitur hoc: Sanitas eſt actionum naturalium ac voluntariarum integritas. Ergò: Morbus eſt actionum impedimentum vel læſio. Ex poſteriori & intellectui noto naſcitur illud: Sanitas eſt conſtitutio ſecundum naturam. Ergò: Morbus eſt conſtitutio contra naturam. Ex his duobus prodit definitio morbi: Morbus eſt conſtitutio ſeu diſpoſitio præter naturam, lædens actiones.

Sed quia etiam lædunt cauſæ morbificæ, addendum diſcriminis causâ: PRIMO.

Illuſtrantur hæc exemplis. Illuſtranda hæc ſunt majori curioſitate in duabus morbi definitionibus imperfectis, quarum una eſt eſſentialis, altera cauſalis, & tertiâ perfectâ, ex utrâque quæ conſtat, & veræ demonſtrationis ſtationem defendere poteſt.

1. Ex SENSUI NOTO oritur imperfecta eſſentialis definitio: MORBUS EST IMPOTENTIA AD AGENDUM. Et hæc eſt demonſtrationis concluſio.

2. Ex INTELLECTUI NOTO oritur imperfecta cauſalis: MORBUS EST DISPOSITIO CORPORIS PRÆTER NATURAM. Diſpoſitio præter naturam generis habet locum; hoc limitatur à ſubjecto, nimirum corpore vivente. Et hôc modo conſtructa definitio eſt demonſtrationis principium.

3. Ex SENSUI NOTO ET INTELLECTUI oritur morbi definitio perfecta, quæ conſtat formâ ſeu genere, nempe diſpoſitione, quæ limitatur à ſubjecto, ſeu materiâ. *Vel*, conſtat utrâque definitione imperfectâ propoſitâ, quarum una eſt principium demonſtrationis, altera concluſio, addito ſubjecto inhærentiæ cum nullum accidens per ſe ſubſiſtat. Hâc conjunctione factâ habebitur definitio PERFECTA, ſolo ſitu terminorum à verâ differens demonſtratione: MORBUS EST IMPOTENTIA CORPORIS ANIMATI AD AGENDUM, PROVENIENS EX PRÆTERNATURALI DISPOSITIONE PRÆTIUM.

Explicatio partium definitionis. GENUS in hâc definitione eſt major terminus, ſeu prædicatum in demonſtratione, IMPOTENTIA videlicet AD AGENDUM, quæ licet idem eſſe videatur cum morbo, etymologiâ tamen notior eſt. Et eadem obtinet locum formæ. SUBJECTUM ſeu materia eſt minor terminus, corpus nempe animatum. CAUSA, præter naturalis diſpoſitio, eſt medius terminus.

Quæ definitio morborum ſpecialium huic generali ſe ſubmittit, conformemque gerit, illa morbus nominari poteſt, utante oſtenſum.

CAPUT

CAPUT X.

Conſiderare jubet, ad quam claſſem res præter naturam pertineat in ſpecie, differentiarum morborum, & 1. eſſentialium.

PRo partium diverſitate differentiæ morborum variant: alii parti ſimilari, alii diſſimilari, alii utriſque competunt. Ut una ſanitas ſimilaris, altera diſſimilaris, tertia communis, ita etiam morbus. Τὰ δὲ γένη, *autore Galeno de arte medicinali cap. 8.* τῶν σφαλμάτων ταὐτὰ τοῖς τὴν ἀρετὴν αὐτῶν συμπληροῦσι. *Vitiorum genera eadem cum his, quæ virtutem perficiunt.* *Morbi*

IN SIMILARI parte locum habere morbos intemperiei ſolos & non alios, multi ita demonſtrant. Inſtrumentum agendi ſimilarium partium, ut ſimilarium, non eſt niſi temperamentum. Hoc, ex elementis & eorum qualitatibus enatum eſt terminus primæ compoſitionis ad certum modum & gradum comenſuratus. Quatuor elementa agendi & patiendi principium aliud non habent, quàm quatuor qualitates: cætera ad hos ſequuntur. Ergò compoſito aliud tribuere non poſſunt. *Similarium partium an ſola intemperies?*

Verùm non eſt magni hæc ratio facienda. Qualitates ſecundæ, quæ mollitiem, duritiem, laxitatem, aſtrictionem inducunt, alium reſpectum materiæ vel atomorum, ad primas qui referri non poteſt, compoſitioni ſecundæ ex ſimilaribus ſuperaddunt. Quin & primæ ipſæ qualitates dictæ, vix clarè explicari queunt, niſi habitâ ratione atomorum magnitudinis, figuræ & mobilitatis. *IV.*

Intemperiei morbi ſunt vel intemperiei manifeſtæ, vel occultæ. *Intemperiei*

MANIFESTAE SIMPLICES quatuor ſunt: calidi, frigidi, humidi, ſicci: *manifeſtæ, ſimplices,*

COMPOSITI ſeu conjugati totidem: frigidi humidi, frigidi ſicci, calidi humidi, calidi ſicci. *compoſiti.*

Hæc in parte ſimilari morborũ intemperiei manifeſtæ utraq; differentia iterum duplex: 1. ποτὲ μὲν ταῖς ποιότησι μόναις ἀλλοι- *1. Intemperiei modo.*

2. cum materiâ.

οὐμένων ὁμοιομερῶν σωμάτων. 2. ὅταν, ὅτε δὲ ῥεύσεως τινὸς εἰς οὐσίας αὐτὰς τὰς εἰρημένας ἐχούσης ποιότητας. *Cum nonnunquam partes ſimilares ſolis qualitatibus alterantur, nonnunquam ad eaſdem partes aliqua confluit ſubſtantia, in quâ eadem ſunt qualitates.*

PRIMA differentia complectitur intemperies nudas.

Prima differentia.

Nudæ intemperies priſcis dictæ non eæ tantùm, quæ ſimpliciter ſunt SINE HUMORE, ſed illæ quoque, quæ CUM ALIQUO, modò non faciant tumorem. Id patet ex *Galeno.* 7. *methodi cap.* 11. πολλάκις ἐν αὐτῷ, *dum inquit,* τῷ κύτει τῆς κοιλίας περιέχεσθαι τι ὑγρόν. ἐνίοτε εἰς αὐτοὺς χιτῶνας ἀναπεπωμένον ἢ ἐμπεπλασμένον ἐργάζεται τὴν δυσκρασίαν, *ſæpe in ipſâ cavitate ventris contineri humorem: nonnunquam in tunicas impactus excitat intemperiem.* Tu vide, *ait Hofmann. lib. 6. inſtit. cap. 9.* quàm ſtudioſè declinet & inflammationis & cœtera tumorum nomina. Exempla morborum intemperiei manifeſtæ utriusque ſunt dolores capitis ab inſolatione, & artubus hyemali tempore emortuis. Locus iis etiam eſt in quibusdam febribus, ut ephemeris, & ſynochis

Occultæ intemperiei.

OCCULTÆ intemperiei morbi in ſimilari parte lædunt quaſdam qualitates, quæ ſenſu non percipiuntur, quamvis earum operationes ſenſu deprehendantur, proprio etiam nomine deſtituuntur. Tales ſunt febres peſtilentes & peſtis.

Morbi materiæ.

MATERIÆ morbos, à qualitatibus ſecundis, ex primis patibilibus, humiditate & ſiccitate, quarum corpora terra & aqua, variè permiſtis, ortos, & *à Jacobo Forojulienſi comm. in artem medicin. quæſt. 5.* & *in 1. fen. canonis Avicennæ, quæſt. 14.* primùm introductos, *à Fernelio de abditis rerum cauſis, libro 2. capite 9.* & *Andernaco de medic. vet. & novâ, com. 1. dialog. 7. Steechio lib. 3. med. theor. cap. 2.* ſtabilitos, mollitiem, duritiem, laxitatem, aſtrictionem; παχυμέρειαν, λεπτομέρειαν; craſſitiem, tenuitatem, raritatem, denſitatem, quibus addit *Argenterius*, acerrimus eorum patronus, *libro de morborum generibus cap. 2.* ſenſum acrem & colorem vitioſum; pauci τῶν δειοζύτων recipiunt, multi ſilentio prætereunt, tanquam ad inſtituendos non pertinentes, aliqui infelici Marte adoriuntur, & ad conformationis morbos referunt.

FOR-

FORMÆ ſimilares morbi, *à Fernelio* imprimis introdu-ċti, & calidi nativi ſuper elementarem ſortem elevati diſpoſitioni *ab aliis* adſcripti, referri poſſunt ad occultas elementorum qualitates. *Formæ morbi.*

CAPUT XI.

Secunda & tertia eſſentialium morborum ſimplicium ad τὴν οὐσίαν, *ſubſtantiam & eſſentiam pertinentes diviſiones.*

Altera morborum eſſentialium differentia à *Galeno* his proponitur verbis. ὁ δὲ δεύτερος τρόπος ὄγκον περὶ τοῖς σώμασιν ἐργαζόμενος, οὐδενὸς ἀγνοεῖται τῶν ἰατρῶν. *Morbi conformationis.*

Alter morbus tumorem in corporibus excitans, à nemine non medicorum agnoſcitur.

Quaternario hi morbi numero includuntur. ἐν τέσσαρσι γένεσι, *inquit Galenus cap. 4.* τὰ τῶν ὀργάνων ἁπάντων ἔσται νοσήματα· ὅταν ἡ προσήκουσα μορφὴ τοῦ μορίου διαφθείρηται. Alterum genus κατὰ τὸν ἀριθμόν. Tertium κατὰ τὸ μέγεθος. Quartum κατὰ τὴν σύνθεσιν verſatur. Repetit alibi: ἔσονται 1. ἤτοι τῆς κατὰ φύσιν ὑπηλλαγμένης διαπλάσεως, 2. ἢ μὴ σωζομένου τοῦ δέοντος ἀριθμοῦ τῶν μορίων. 3. ἢ τὸ μὴ προσῆκον ἑκάστου φυλάττον τὸ μέγεθος. 4. ἢ, ὡς οὐκ ἐχρῆν, συγκειμένων αὐτῶν. *Fiunt 1. vel naturali* FORMATIONE *permutata. Vel 2. non ſervato* NUMERO *partium oportuno. 3. Aut unicuique parti convenienti* MAGNITUDINE. *4. Vel quod non ut naturalis* POSITURA *expetebat, ipſæ cohæreant.* *Quaternario numero includuntur.*

CONFORMATIONIS MORBUS *cap. 7.* triplex con- 1.
ſtituitur: 1. in figurâ vel nativâ, vel acquiſititiâ. 2. in cavitatibus ſtrictioribus clauſis & obſtructis, vel laxioribus nimium apertis. 3. in ſuperficie aſperatâ vel levigata.

In NUMERO duæ occurrunt differentiæ *cap. 8.* cum pars 2.
aliqua deficit, vel ſuperabundat.

In MAGNITUDINE exceſſus vel defectus nonnunquam 3.
advertitur.

In συνθέσει morbus diſſimilaris occurrit, cum vel articuli ſe- 4.

 dibus

dibus ſuis excidunt: aut luxantur, aut omentum, aut inteſtinam prolabitur, aut labia, vel palpebræ coaleſcunt.

Tertium genus. Tertium morborum eſſentialium genus ἑνώσεως λύσις, SOLUTA unitas, vocatur, competit utriſque & ſimplicibus & compoſitis partibus: in oſſe & cartilaginibus vocatur κάταγμα, fractura: in carne ἕλκος, ulcus, vel τραῦμα, vulnus. ῥῆγμα, σπάσμα. Atque hæ ſunt differentiæ eſſentiales ſimplices.

CAPUT XII.

Differentiæ eſſentiales compoſitæ, 1. morborum intemperiei. 2. conformationis. 3. ſolutæ unitatis.

Compoſiti morbi intemperiei, DE compoſitis morbis partium ſimilarium agit *Galenus cap. 12.* & oſtendit, in unaquaque ſimilari particulâ, qualitatibus ſolis naturæ modum egreſſis, compoſitos morbos quatuor occurrere. Tales ſunt calidus ſimul & humidus: calidus & ſiccus: frigidus & humidus; frigidus & ſiccus.

Profluente verò ad ipſos aliquâ ſubſtantiâ itidem quatuor fiunt, ſive adſit inflammatio, ſive ulcus, combinationes. Unâ quidem ratione: quum omnes à ſuperfluo humore ſeu calido ſeu frigido procreantur, à flavâ quidem bile ἐρυσίπελας: ab atrâ σκίρρος, à ſangvine φλεγμονὴ, à pituita οἴδημα 2. Aliâ ratione componuntur, cum humorum, licet formam rei putreſcentis præ ſe ferant, vires conſiderantur. Sic ἡ χολὴ ξανθὴ calidam & ſiccam vim habet: τὸ αἷμα calidam humidam, ἡ μελαγχολία frigidam & ſiccam: φλέγμα frigidam & humidam. 3. Tertiâ ratione, cum humores commiſcentur omnes, & rarò admodum ex illis unus purusve exiſtit. Hinc oriuntur φλεγμονὴ ἐρυσιπελατώδης, ἐρυσίπελας φλεγμονῶδης: nonnunquam etiam duri vel laxi humoris aliquid utriſque & ſibi invicem permiſtum eſt.

Diſſimilares De compoſitis morbis τῶν ὀργάνων agit *Galenus cap 13. ſeu ultimo,* oſtendens, quod combinari poſſint morbi ſimilarium corporum

porum, ut inflammatio, & inſtrumentariorum, ut exarticulatio: In oculo occurrere poteſt, unguis, lippitudo, eroſio corneæ, procidentia uveæ. Si verò quis non compoſitum morbum, ſed plures vocare voluerit ægritudines, in diverſis oculi conſtitutas partibus, per nos licet.

SOLUTAE UNITATIS compoſiti morbi etiam non deſunt. Fractura poteſt eſſe ſimplex, vel cum vulnere conjuncta. *Solutæ unitatis.*

CAPUT XIII.

De ſymptomatibus, quæ ceu ἐπουσιώδεα morborum eſſentiam ſequuntur ut umbra corpus, & eorum primâ claſſe actionum læſarum.

DIligenti opus eſt examine, an res præter naturam mereatur referri ad claſſem ſymptomatum. Hanc ternario numero includit *Galenus de different. ſymptomatum cap. 2.* ἔστι δὲ τριττὴ τῶν συμπτωμάτων ἡ διαφορά. τῶν ἐνεργειῶν βλάβαι, αἱ διαθέσεις τοῦ σώματος, καὶ κατὰ τὴν ἀμετρίαν ἐκκρινομένα, καὶ ἐπεχομένα, *actionum læſarum, qualitatum mutatarum, excretorum & retentorum.* *Tria ſunt ſymptomatum genera.*

Cum verò *Galenus de criſibus* duorum ſolùm facit mentionem, & conſtituit τὰ ἐκκρινόμενα, καὶ τὰ καθ' ὅλον σῶμα φαινόμενα, omittit autem τὰ τὴν ἐνέργειαν βλάπτοντα, mendum eſſe & corrigendum cenſemus.

Τῶν ἐνεργειῶν βλάβαι conſideratæ ſecundum 1. MODUM LAESIONIS, ſunt imminutæ, abolitæ, vel depravatæ, ad quas etiam referri poſſunt auctæ. 2. SECUNDUM SPECIEM à Philoſophis quidem, tres viventium ſpecies & definitos vitæ modos intuentibus, actiones in homine referuntur ad facultatem φυτικὴν, φυσικὴν ἢ θρεπτικὴν, *vegetantem*, αἰσθητικὴν, *ſentientem*, ac λογιστικὴν, *rationalem.* *Actionum læſarum ſpecies.*

Verum *Plato, lib. 4. de republicâ*, ad trium principalium viſcerum reſpiciens ordinem, tres facultates, & inde ceu immortali rivo manantes actiones, λογικὴν, θυμοειδῆ, ἐπιθυμητικὴν, *rationalem, iraſcibilem, concupiſcibilem* conſtituere maluit. *Platonis diviſio.*

Verba Platonis.

Τὸ μὲν ᾧ λογίζεται, λογιστικὸν προσαγορεύουσιν τῆς ψυχῆς. τὸ δὲ ᾧ ἐρᾷ τε καὶ πεινῇ, καὶ διψῇ, καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἐπιθυμίας ἐπτόηται, ἀλόγιστόν τε καὶ ἐπιθυμητικὸν πληρώσεων τινῶν καὶ ἡδονῶν ἑταῖρον. Ταῦτα μὲν τοίνυν δύο ἡμῖν ἡρέσθω εἴδη ἐν ψυχῇ ἐνόντα. τὸ δὲ τοῦ θυμοῦ, καὶ ᾧ θυμούμεθα, πότερον τρίτον; ἢ τούτων ποτέρῳ ἂν εἴη ὁμοφυές; ἴσως τῷ ἑτέρῳ τῷ ἐπιθυμητικῷ. *Ea pars quâ ratiocinamur,* RATIONIS PARTICEPS *nominabitur. Ea vero, quæ ſitit, eſurit, & aliis cupiditatibus percellitur, rationis expers, &* CONCUPISCIBILIS *quarundam voluptatum ſocia. Hæ duæ igitur nobis in animo ſpecies diſtinctè ac definitè ineſſe animadvertuntur. Illa vero, quæ ad iram pertinet, & quâ iraſcimur, utrum tertia, an alterius harum naturæ quadam communitate cognata &* IRASCIBILIS *vocetur: fortaſſe ſocia Iraſcibili.*

Galenica diviſio facultatum

Hunc imitatus *Galenus*, habitâ ratione actionum primariorum viſcerum, in quibus & à quibus in corpore exercentur; quas integras conſervare & læſas reſtituere debet, easdem retulit *1. de ſymptom. cauſis cap. 1. & de ſymptom. differ: cap. 3.* ad naturam τὴν φύσιν, (ad quam etiam *cap. 4.* reſtrinxit pulſificam) & ad animam τὴν ψυχήν. *Sed clarius 9. meth: medendi cap 10.* ad φυσικὴν, ζωτικὴν καὶ ψυχικὴν, *naturalem, vitalem & animalem facultatem.*

Tres ſunt:

Διοικοῦσι τὸ ζῶον τρεῖς ἑτερογενεῖς ἀλλήλων δυνάμεις. ὥσπερ ἐκ πηγῆς τινὸς ἰδίας ἑκάστη πάντη τῷ σώματι διανεμόμεναι.

Vegetativa,

Ἔστι δὲ ἡ μὲν τις αὐτῶν εἰς τὸ τρέφεσθαι τὸ ζῶον ἀναγκαία καὶ κοινὴ πρὸς τὰ φυτὰ· ταύτην μὲν οἷον πηγὴν ἔχουσα τὸ ἧπαρ. ἣν εἴτ᾽ ἐπιθυμητικὴν, εἴτε φυσικὴν, εἴτε θρεπτικὴν ὀνομάζεις, οὐδὲν διοίσει. καθάπερ οὐδ᾽ ἢ ψυχὴν ἢ δύναμιν.

Vitalis,

Ἑτέρα ὡς ζώοις ὑπάρχουσα ψυχὴ κατὰ τὴν καρδίαν πηγή τις οὖσα καὶ ἥδε τοῦ ἐμφύτου θερμασίας. Ὀχετοὶ δὲ ταύτης τῆς πηγῆς αἱ ἀρτηρίαι. καλουμένης καὶ αὐτῆς πολλοῖς ὀνόμασι. καὶ γὰρ δύναμις ζωτικὴ, θυμοειδὴς καὶ ψυχὴ θυμοειδὴς ὀνομάζεται.

animalis.

Τρίτη δ᾽ ἐν ἐγκεφάλῳ καθίδρυται, λογιστικὴ τῶν κατὰ προαίρεσιν ἐνεργειῶν ἅμα ταῖς αἰσθήσεσιν ἐξηγουμένη. χρῆται δὲ μορίοις καὶ ἥδε καθάπερ ὀχετοῖς τισὶ τοῖς νεύροις αἴσθησίν τε καὶ κίνησιν ἐπιπέμπουσα δι᾽ αὐτῶν τῷ ζώῳ παντί.

Gubernant

Gubernant animal tres diverſi inter ſe generis facultates, toti corpori, ex ſuo quodam veluti fonte quæque diſtributæ.

Eſt enim earum quædam ad nutriendum animal neceſſaria, ac cum ſtirpibus communis, quæ jecur veluti pro fonte habet: canales vero ab hoc in totum corpus ſparſos, ipſas venas: hanc ſeu appetitricem, ſeu naturalem, ſeu altricem voces, nihil intereſt: veluti nec, ſi animam aut facultatem.

Altera eſt, quæ non modò, ut ſtirpibus aut vita præditis, ſed etiam ut animalibus anima eſt inſita: hæc ſedem in corde habet, ipſo quoque inſiti caloris quodam ceu fonte: ab hoc fonte canales arteriæ ſunt: vocaturque hæc multis ſanè nominibus: nam & facultas ſive virtus vitalis, & facultas ſive virtus animoſa, & anima animoſa dicitur.

Tertia ratiocinatrix, in cerebro domicilium habet: ea voluntariis actionibus unà cum ſenſibus, præſidet: utitur & hæc particulis quibusdam, ceu canalibus, nempe ipſis nervis, ſenſum motumque per hos in totum animal transmittens.

Naturales duplices ſunt, aliæ individuo, aliæ ſpeciei ſerviunt, de quarum ſymptomatibus agit *cap. 4.* *Naturales.*

Vitales complectuntur pulſum & ſanguinis vitalis generationem. *Vitales.*

Animales comprehendunt principes & miniſtras. *Animales.*

PRINCIPES ἡγεμονικαὶ, quæ, *determinante Galeno art. medicinal. cap. 12.* ἀπὸ τῆς ἀρχῆς μόνης γίνονται, ſunt tres: φανταστικὴ, *imaginatio*, λογικὴ Platoni, Διανοητικὴ Ariſtoteli, aliàs λόγος, & μνήμη. In monumentis Galeni plura inveniuntur nomina: *7. de placitis cap. 3. & clariſſimè 1. prorheticorum cap. 4.* γνώμη, διάνοια, νοῦς, φρὴν, δόξα. Diverſæ quidem ſunt actiones, ab unâ tamen facultate λογιστικῇ promanant: cum *diſcurrit*, διάνοια, cum *judicat*, γνώμη, cum *conſiderat*, νοῦς, cum *opinatur*, δόξα indigitatur. ULTIMA naſcitur, cum intellectus rerum externarum imagines receptas ab imaginatione repræſentatas, an veræ vel falſæ ſint, expendit, & iis vel aſſentitur, vel non aſſentitur. PRIMA, cum eſt prompta & facilis, appellatur â *Galeno art. medicin. cap. 12.* ἀγχίνοια, (quæ *ab Ariſtot. 1. poſt. analyt.* εὐστοχία *Principum functionum nomina.*

τῆς ἐν ἀσκέπτῳ χρόνῳ τοῦ μέσου, *perſpicacitas ſtatim inveniendi medium & cauſam* definitur) cum tarda, τῆς διανοίας βραδύτης.

Recentiorũ decreto duæ. *Recentiorum* ſuffragio duæ ſunt facultates: vitalis & animalis.

CAPUT XIX.

de altero ſymptomatum ἐπουσιωδῶν, *ſubſtantiam & eſſentiam morborum* ἐξ ἀνάγκης neceſſariò *conſequentium genere, ſcil. qualitatibus mutatis.*

Qualitates mutatæ. COmprehenduntur hâc claſſe αἱ ΔΙΑΘΕΣΕΙΣ τοῦ σώματος ἡμῶν, οἷον οἱ ψόφοι ἐν τῷ ζώῳ συνιστάμενοι, ὥσπερ καὶ αἱ ἄλλαι ἅπασαι αἰσθητικαὶ ποιότητες, *diſpoſitiones corporis noſtri, quales ſunt ſoni, aliæque qualitates ſenſibiles, tot numero, quot ſunt ſenſus.*

Senſibiles, propriæ, Senſibiles hæ qualitates ſunt I. Propriæ 1. Viſibiles ut COLORES. 2. Odorabiles. 3. Audibiles, ſoni. 4. Guſtabiles, ſapores 5. TANGIBILES, ut QUALITATES primæ: calor, frigus, ſiccitas, humiditas, quæ morbi rationem non obtinent: SECUNDÆ: ut mollities, durities. Hæc adjunctam habet renitentiam, & aliquando gravitatem, quando à repletione oritur. Illam comitatur facilis compreſſio.

Communes. COMMUNES ſenſibiles qualitates ſunt omnia SENSIBILIA COMMUNIA, quæ tamen ad eſſentialiter inhærentia etiam referri queunt. Talia ſunt figura & magnitudo: ut in febre hectica facies cum fit cadaveroſa, nares acutæ, oculi concavi, ungues adunci, collapſa tempora.

CAPUT XX.

tertia ſymptomatum claſſis, excretorum, & retentorum, etiam perluſtranda.

Excreta & retenta. Ἡ δ' ἀμφοτέρεις ἑπόμενα κτ τὴν ἀμετρίαν, τῶν ἐκκρινομένων τε καὶ ἐπεχομένων, *tertium genus ſymptomatum ſequitur, excretorum & retentorum*, cum excernenda non eunt, quò debent ire, vel non debito modo, vel prorſus

ſus non. De his agit *Galenus cap. 6.* quo, quæ de ſonitibus & reliquis ſenſibilibus differentiis ſequuntur, videntur per errorem repetita. *ὅσα δὲ ἐκκρίνεται, inquit Galenus arte medicinali cap. 81. τὰ μὲν ὡς μόρια τῶν πεπονθότων, τὰ δὲ ὡς περιττώματα, τὰ δὲ ὡς ἐν αὐτοῖς περιεχόμενα. Quæcunque autem excernuntur,* nonnulla *ſunt veluti partes patientium locorum*, ut ramenta in dyſenteriâ, *nonnulla verò tanquam excrementa.* Peccantia qualitate, ut cacochymia: quantitate, ut plethora: toto genere, quæ nec materiam nec formam habent noſtræ naturæ convenientem, ut lumbrici, calculi, pus: *nonnulla in ipſis naturaliter continentur*, ut chylus in ventriculo.

LIBRI II
SECTIO III.
agit de cauſa rerum p. n. materiali ſeu ſubjecto.

CAPUT I.

Subjectum morborum quod, eſt homo. Subjectum quo inadæquatum eſt anima, non tamen rationalis.

ACcidens cum ſit morbus, habet materiam in quâ, ſeu ſubjectum, cui ineſt. Duplex eſt illud, ut quod, & ut quo.

Duplex morborum ſubjectum, 1, ut quod.

SUBJECTUM UT QUOD eſt totum vivens, ſeu totus homo. Huic enim ſumto in caſu recto, nominativo, aut modo æquipollente, tribuitur verbum denotans id, cujus ſubjectum eſſe dicitur, nempe ægrotare, quod denotat morbum, cujus utpote privationis datur ſubjectum. Ita dicimus: HOMO ÆGROTAT, laborat pleuritide, opthalmiâ, febre.

Prædicatio hæc eſt naturalis.

PRÆDICATIO hæc eſt NATURALIS, directa, ordina-

 ta,

ta, in quâ *prædicatur id*, quod alteri ineſt, nempe res præter naturam, morbus vel ſymptoma, & *ſubjicitur* id, cui alterum ineſt, ſeu quod ſuſtinet, nempe homo. Locum habet etiam prædicatio INNATURALIS, præternaturalis, contra naturam, indirecta, inordinata, cum ſubjicitur, quod ineſt, & prædicatur, cui ineſt, ſeu cum quod ſuſtinet, prædicatur de eo, quod inhæret. Ita dicere poſſumus, qui ægrotat, eſt homo.

Locum hic etiam habet prædicatio innaturalis.

Non eſt neceſſe dicere: hic homo ægrotat.

Non eſt neceſſe dicere: hic homo ægrotat, hic laborat pleuritide, hic inflammatione oculorum, febre &c. quantumvis actiones & paſſiones ſint ſingularium. τὸ ἐναντιοφανὲς ad bonum ſenſum trahitur. Verum eſt axioma de actionibus & paſſionibus, ut in ipſâ re ſunt, exercentur, aut à ſingularibus ſuſcipiuntur, non verò ut cadunt ſub ſcientiam. Hoc enim modo attenduntur non ut ſingulares, ſed ut univerſales res, quemadmodum & ipſa agentia & patientia non attenduntur, ut ſingularia, ſed ut univerſalia.

Duabus eſſentialibus partibus, animâ & corpore conſtat ſubjectum.

DUABUS eſſentialibus ex partibus conſtat ſubjectum hoc, animâ & corpore.

Agnovit duas has partes Hebræus legiſlator *Moyſes primo antiqui fœderis.* In totidem ſapientiſſimus regum *Salomo Eccleſiaſt. cap. 12. v. 9.* hominem reſolvit.

Platonis conſenſus.

Conſentit *Plato in Phædone*, notans in homine ὁρατὸν, *conſpicabile unum*, non eodem modo ſe habens, ſed variis mutationibus obnoxium, atque adeò mortale: alterum οὐχ ὁρατὸν, ἀειδὲς, ἀσύνθετον. *invisibile, æternum, ſimplex.* Ἐπειδὰν ἐν τῷ αὐτῷ ὦσι ψυχὴ καὶ σῶμα, τῷ μὲν δουλεύειν, καὶ ἄρχεσθαι ἡ φύσις προστάττει, τῇ δ' ἄρχειν καὶ δεσπόζειν. *Poſtquam anima & corpus in idem convenerint, huic quidem, ut ſerviat, & majoris imperio ſubjiciatur, natura mandat, illi verò, ut imperet & dominetur.* Et paulo pòſt ſubjungit. τῷ μὲν θείῳ, καὶ ἀθανάτῳ, καὶ νοητῷ, καὶ μονοειδεῖ, καὶ ἀδιαλύτῳ, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως καὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντι ἑαυτῷ ὁμοιότατον εἶναι ψυχήν. τῷ δ' ἀνθρωπίνῳ καὶ θνητῷ καὶ ἀνοήτῳ καὶ πολυειδεῖ καὶ διαλυτῷ, καὶ μηδέποτε κατὰ ταὐτὰ ἔχοντι ἑαυτῷ ὁμοιότατον αὖ εἶναι τὸ σῶμα. *Divino, immortali, intelligibili, uniformi, indiſſolubili, & ei, quod ſimiliter eodemque ſe habet modo, ſimilimum eſſe animum. At humano, mortali, intelligentiæ experti, multiformi, diſſolubili, & quod nunquam eodem modo ſe habet, ſimilimum eſſe corpus.*

Dis-

Diſſentit *Marſilius Ficinus Theologia Platonica de immortalitate animæ libro 7. cap. 6.* & tres conſtituit partes, animam, corpus, ſpiritum. Anima, *inquit*, cum ſit puriſſima, craſſo huic terreno corpori longè ab eo diſtanti non aliter quàm per tenuiſſimum quoddam luċidiſſimumque corpuſculum copulatur, quem ſpiritum appellamus, à cordis calore genitum, ex parte ſanguinis tenuiſſimâ diffuſum inde per univerſum corpus. Huic anima ſibi cognatiſſimo facile inſinuans ſe primo quidem per hunc totum ſe diffundit, deinde hoc medio per corpus univerſum. *Tres ſtatuit Marſilius Ficinus.*

Paracelſici tres eſſentiales hominis partes conſtituunt, animam, corpus & ſpiritum. *Paracelſici conſentiũt.*

Verùm quàm longè à veritatis tramite aberrent, noverunt, qui concedunt, magnam eſſe diſcrepantiam inter animam & corpus abſolutè conſiderata: inter relatè autem conſiderata non item: conveniunt enim ut materia & forma, inter quæ nihil omninò intercedere ſcimus. Οὐ δεῖ ζητεῖν, *inquit Philoſophus 2. de animâ capit. 1. t. 7.* εἰ ἓν ἡ ψυχὴ καὶ τὸ σῶμα, ὥσπερ οὐδὲ τὸν κηρὸν καὶ τὸ σχῆμα, οὐδ᾽ ὅλως τὴν ἑκάστου ὕλην, καὶ τὸ οὗ ὕλη. *Non oportet quærere, ſi unum eſt anima & corpus, ſicut neque ceram & figuram, neque omninò uniuscujusque materiam, & id, cujus materia.* Anima dat eſſe actu per ſuam eſſentiam, immediatè, & non opus eſt aliquo medio. *Ex ἰσχιοῖς duas partes adſerit.*

SUBJECTUM morborum in genere conſideratum, Quo mediante, morbi inhærent homini, alterutra duarum harum partium, corpus vel anima ut ſit, neceſſe eſt. ANIMA RATIONALIS ſubjectũ, cui inhærent morboſę diſpoſitiones, ſtatui nequit, ὁ δὲ νοῦς ἀγέννητος, ἀναλλοίωτος, ἀγέννητος, ἄυλος, ἀμιγής. *Ariſtotele libro 3. de animâ cenſore.* mens *ingenerabilis, immutabilis, ſenectutis expers, immaterialis.* Λείπεται τὸν νοῦν μόνον θύραθεν ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον μόνον· οὐδὲν γὰρ αὐτοῦ τῇ ἐνεργείᾳ κοινωνεῖ σωματικὴ ἐνέργεια. *Reſtat, ut mens ſola extrinſecus accedat, eaque ſola ſit divina. Nihil enim cum ejus actione communicat actio corporalis.* ACTIONES ejus ſunt ἄυλαι IMMATERIALES, ab objectis corporeis liberæ, ab organo corporeo non dependentes. *Subjectũ ut quo non eſt anima rationalis.*

Quamdiu anima rationalis operatur intelligendo & volendo, *Non alitur corpore.*

lendo, non utitur corpore, ſed abſque eo munia exſequitur ſua, cum à corporeis ſe ſegregat ſenſibus, ut habet *Plato in Phædone.* αὐτὴ καθ' αὑτὴν σκοπῇ, ἐκεῖσε οἴχεται, εἰς τὸ καθαρόν τε καὶ ἀεὶ ὂν καὶ ἀθάνατον, καὶ ὡσαύτως ἔχον. καὶ ὡς συγγενὴς οὖσα αὐτοῦ αἰεὶ μετ' ἐκείνου τε γίγνεται, καὶ ἐξῇ αὐτῇ, καὶ πέπαυταί τε τοῦ πλάνου. *Illa cum ſe ipſam contemplatur, eò contendit, ad purum illud videlicet, & quod ſemper exiſtit, & immortale, & quod eodem modo ſe habet: & tanquam ipſi cognata ſemper, cum illo verſatur, apud ſeipſam eſt, & ab errore ceſſat.*

Compatitur ſolùm, autore Platone,

Compatitur ſolùm anima corpori, ut mox *idem* ſubjungit. ὅτι ἡ ψυχὴ τῷ σώματι προσχρῆται, εἰς τὸ σκοπεῖν τι, ἢ διὰ τοῦ ὁρᾶν, ἢ διὰ τοῦ ἀκούειν, ἢ δι' ἄλλης τινὸς αἰσθήσεως, τοτὲ μὲν ἕλκεται ὑπὸ τοῦ σώματος εἰς τὰ οὐδέποτε κατὰ ταυτὰ ἔχοντα. καὶ αὐτὴ πλανᾶται καὶ ταράττεται, καὶ ἰλιγγιᾷ, ὥσπερ μεθύουσα, ἅτε τοιούτων ἐφαπτομένη. *Animus dum corporis miniſteriò utitur ad aliquod conſiderandum, vel videndo, vel audiendo, vel per aliquem alium ſenſum, tunc verò trahitur à corpore ad ea, quæ nunquam eodem modò ſe habent, & ipſe errat, & tumultuatur, & vertigine percellitur, ut ebrius, dum hæc tangit.*

Philoſopho.

Hoc exprimit *Philoſophus* Φυσιογνωμικῶν *librô cap.* 1. ὅτι αἱ διάνοιαι ἕπονται τοῖς σώμασι, καὶ οὐκ εἰσὶν αὐταὶ καθ' ἑαυτὰς ἀπαθεῖς οὖσαι τῶν τοῦ σώματος κινήσεων, τοῦτο δὲ δῆλον πάνυ γίνεται, ἔν τε ταῖς μέθαις, καὶ ἐν ταῖς ἀρρωστίαις. πολὺ γὰρ ἐξαλλάττουσαι φαίνονται αἱ διάνοιαι ὑπὸ τῶν τοῦ σώματος παθημάτων, καὶ τουναντίον δὴ τοῖς τῆς ψυχῆς παθήμασι τὸ σῶμα συμπάσχον, φανερὸν γίνεται περί τε τοὺς ἔρωτας, καὶ τοὺς φόβους τε καὶ τὰς λύπας καὶ τὰς ἡδονάς. ἔτι δὲ ἐν τοῖς φύσει γινομένοις, μᾶλλον ἄν τις συνίδοι ὡς οὕτως ἔχει πρὸς ἄλληλα σῶμά τε καὶ ψυχὴ συμφυῆ, ὥστε τῶν πλείστων ἀλλήλοις αἴτια γίνεσθαι παθημάτων. *Quod animæ ſequuntur corpora, & ipſæ ſecundùm ſeipſas non ſunt impaſſibiles à motibus corporis, id manifeſtum fit valde in ebrietatibus, & ægritudinibus: multum namque animæ mutatæ videntur à paſſionibus corporis. Et è contrario, quòd corpus compatitur paſſionibus animæ, manifeſtum circa amores, & timores, & triſtitias, & delectationes. Amplius autem & in iis, quæ naturâ fiunt, magis utique aliquis conſpiciet, quòd corpus & anima, ita ſe habent connaturalia, ut fiant cauſæ plurimarum paſſionum ad invicem.*

Com-

Compatitur anima rationalis corpori μηδὲ κατὰ τὴν οὐσίαν, μηδὲ κατὰ τὰς δυνάμεις, *nec ſecundum eſſentiam, nec potentias*, ab eſſentiâ realiter quæ non differunt, ſed ſecundùm ἐνεργείας, *actus ſecundos, & operationes.* Quando homo phrenitide laborat, ipſa anima rationalis neque ſecundum οὐσίαν, neque potentias, quæ pati & alterari non poſſunt, morbo afficitur. Sed dum morbus eſt in corpore, ipſa in operationibus ſuis aliàs ad phantasmata alligata, animæ ſenſitivæ & ſpirituum miniſterio uti adſueta, turbatis ſpiritibus in ratiocinatione, in rationis uſu & actu turbatur.

Secundùm actus ſecundos.

OPERATIONES autem rationalis animæ læduntur non directè, quomodo ignis agens in aquam, directè ſive directâ actione ejus frigus expellit, ſed indirectè, & quaſi per tertium, quia phantaſiæ functiones læduntur: læduntur autem hæ, cùm earum inſtrumenta ſpiritus directè afficiuntur.

Operationes non læduntur directè.

Diſſentit *Ludovicus Duretus lib. 2. coac. prænot. cap. 24. c. 1.* melancholiam eſſe animæ peccatum magis quam cerebri vitium, inque melancholiâ nullam eſſe cerebri proritationem, ſed mentis infectionem ſolùm oſtendere conatus; aſt infelici molimine.

Infelici ſidere diſſentit Duretus.

CAPUT II.

Subjectum ut ſanitatis, ita & morbi, eſt corpus humanum, organicum, animabus organicis, vegetativâ & ſenſitivâ præditum.

NOn poſſunt ægrè ferre hæ animæ, quod huic ſervituti mancipentur. Utraque ut ad conſtitutionem corporis humani concurrit, ſuumque συμβάλλον μέρος confert, ita etiam in morbis aliiſque affectionibus corpori compatitur.

Animæ ſunt ſubjectum morborum.

Ut adæquatum morborum ſubjectum eſt totum humanum corpus, includens in ſuâ ſubſtantiâ iſtas animas, ita animæ ipſæ ſunt ſubjectum inadæquatum.

Animæ hæ ſunt ſubjectum inadæquatum.

Compati has materiæ ſeu corpori malè affecto, confirmatur.

Paſſio vel compaſſio hæc confirmatur.

tur 1. IN GENERE, ratione. IN SPECIE, exemplis.

Ratio. RATIO talis eſt. Quicquid de ſe & ſuá naturâ eſt paſſivum, & 2. corpus humanum, ut ejus actus, intimâ περιχωρήσει pervadit, eique 3. coextenditur, illud afficitur affecto corpore, eique compatitur.

Sed animæ vegetativa & ſenſitiva 1. ſua naturâ ſunt paſſibiles, 2. corpus humanum intimè pervadunt, 3. eidemque coextenduntur. E.

Major. Majoris conſequentia indubia.

Minor probatur.

1. Minor probatur 1. *πᾶν τὸ ἔνυλον ἐστὶ παθητικόν, ὥσπερ ἄυλον ἀπαθές. Omne materiale paſſibile, ſicut immateriale paſſionis expers.* Sed duæ hæ animæ ſunt *ἔνυλαι, materiales*, âque corpore ſeu corporeâ maſsâ in fieri, eſſe, & poſtmodum quoque in operari dependent, corpusque organicum in eſſe talis corporis ponunt formaliter, idemque in eodem conſtituunt, & perficiunt. E. & patiuntur, & paſſiones cum corpore habent communes.

2. 2. Corpus pervadere, eidemque

3. 3. Coextendi nemo negaverit, qui materialem earum conſtitutionem ſecum perpenderit. Hujus tanta vis eſt, ut ad diviſionem corporis etiam dividantur, eidem totæ immerſæ, & ad extenſionem etiam extenſæ: *deinde* etiam cum corpore intereant. Cum itaque dividantur ad diviſionem corporis, cum corpore intereant, cur non etiam morborum ſint ſubjectum?

Exemplis febrium affectio animarum harum illuſtratur. EXEMPLA talia ſunt. IN FEBRE πάθος τῆς ψυχῆς θρεπτικῆς occurrit, corde laborante & epate, animæ vegetativæ operationes, concoctio, nutritio læduntur. Læſa ergo etiam ſunt operationum harum principia, quæ ſunt anima cum ſuis potentiis. Calidum viventis, ad vegetativam quod pertinet, etiam læditur, præternaturali accenſione, dum ferveſcit. In eâdem febre etiam occurrit πάθος τῆς ψυχῆς αἰσθητικῆς καὶ κινητικῆς. Labor ubique, δυσαρέσθησις, κόποι, dolores, pulſus, cordis motus, eſt celer, frequens, inordinatus, &c.

Cerebri adfectuũ notabile eſt. IN CEREBRI affectibus, melancholiâ, mania, dolores, ſenſus interni, externi, & tactus laborant. In paralyſi animam ſenſitivam compati corporis partibus, poſt apoplexiam debilitatis, quis ſanus negaverit?

MODUS

MODUS affectionis cum dupliciter intelligi queat, vel cum vel ſine corpore, ſciendum, animas eas pati non ſeparatim aut ſeorſim, utpote quæ ne quidem ſeparatim eſſe poſſunt, ſed junctim, in & cum corpore. Non laborant ſeorſim animæ, aut ſeorſim corpus. Unus eſt morbus, una mors. Conſpirant in unum interitum, ut unâ generatione unum eſſe habuere. *Modus paſſionis harum animarum.*

De his operosê aget *Johannes Zeiſoldus Phyſices Profeſſor honorarius eminentiſſimus in ſuâ anthropologiâ.*

CAPUT III.

Subjectum ut quo morborum, in genere conſideratorum, eſt corpus, ejusque partes.

Adæquatum ſubjectum eſt corpus.

LIquida eſt hæc theſis, in apricâ conſtituta luce. Corpus eſt id, cui ſumpto in caſu obliquo auferendi ſeu ablativo, aut loquutione æquipollente adnectitur verbum denotans id, cujus ſubjectum eſſe dicitur. Homo ægrotat corpore, aut hâc corporis parte. Subjectum hoc, ut quo, in definitione differentiæ ſuſtinet vicem.

Corpus humanũ, quatenus totum integrale, habet partes. *Partes ejus.*

PARTES hæ ſunt in triplici differentiâ: τῶν δὲ μορίων, *ait Hipp. 6. epid. ſ. 8. t. 19.* τοῦ σώματος ἡμῶν τρίτη ἡ διαφορά: τὰ δὲ ἴσχοντα, τὰ δὲ ἰσχόμενα, τὰ δὲ ἐνορμῶντα. *Continentes partes quædam ſunt, quædam contentæ, quædam impetum facientes.* *Partes quæ ab Hippocrate adſignatæ.*

Clariſſima Alexandri diviſio in στερεὰ, ὑγρὰ, καὶ πνευματώδη μόρια, *ſolida, humida, ſpirituoſa*, cum hâc eâdem coincidit. *Alexandri diviſio.*

SOLIDÆ PARTES propriiſſimè dicuntur partes viventes, quæ ἰδίαν ἔχουσι περιγραφὴν, ὡρισμένας οἰκείῳ ὅρῳ, *certam habent circumſcriptionem, non alieno continentur termino, ſed ſuo,* & vitalem exercent actionem. *Solida quæ nam*

Diſpeſcuntur in duas claſſes, αἱ μὲν ὁμοιομερῆ καὶ ἀσύνθετα μόρια, αἱ δὲ ἀνομοιομερῆ καὶ σύνθετα, *illæ ſimilares conſimiles, incompoſitæ, hæ verò diſſimilares, compoſitæ appellantur partes.* *Duorũ ſunt generum.*

Μόρια propriè vocantur ſimilares: μέρη diſſimilares: μέλη *membra* integra. Μόρια particulæ ſunt ſimilares primi & ſecundi ordinis: fibra, caro, oſſa, ligamenta. Μέρη partes com- *Συνωνυμία partium ſolidarum: μέλη, μέρη, μόρια.*

compoſitiores, ſunt cerebrum, oculi, aures, cor, jecur, lien.

Μέλια. Μέλη, μέλεα ſunt caput, thorax, imus venter, artus. Μέλη, μέλεα vocari commodè queunt tres corporis regiones adſignatæ à *Fernelio.*

Τόποι. Singulæ hæ partes appellari poſſunt τόποι. *τόπους, inquit Galenus, 1. περὶ τῶν πεπονθότων τόπων cap. 1.* ὀνομάζουσι τὰ μόρια τοῦ σώματος, οὐχ' οἱ νεώτεροι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν παλαιῶν ἰατρῶν οὐκ ὀλίγοι. *Locos nominant particulas corporis ipſas non recentiores ſolùm, ſed & veterum medicorum non pauci.* Ita *aureus Hippocratis liber* περὶ τόπων ἐν ἀνθρώπῳ nihil aliud vult, quam *de partibus in homine.*

Humores partium nomine indigitari queunt, Honorarius partium titulus denegari nequit humoribus & ſpiritibus. Humoribus alimentariis primariò competit, ſpiritibus ſecundario, quatenus ſunt tenuiores ſanguinis partes.

et ſubjecti morborum. SUBJECTI morborum titulus iiſdem jure conceditur, coafficiuntur ſolidis. *Galenus 3. de locis affectis cap. 5.* in humoribus agnoſcit morbos.

Spiritus i. e. tenuiores ſanguinis partes etiam afficiuntur. Morboſâ diſpoſitione ſpiritus inquinari, ſimile vero, tùm *illos* qui ſanguini juncti, à tenuiori parte ejuſdem realiter non diſtinguuntur, tùm *illum*, qui in medulloſâ cerebri ſubſtantiâ ex arterioſo ſanguine productus animalibus inſervit functionibus.

Solida partes ſunt ſubjectum. SOLIDÆ continentes partes imprimis ſunt ſubjectum morborum UT QUO. Hæ operationes exercent.

Loci affecti dicuntur. Cum verò morboſâ diſpoſitione adficiuntur, τῶν πεπονθότων τόπων *adfectarum partium* nomine in monumentis Galenicis indigitantur.

Cenſura Scaligeri. *Scaliger in librum 1. de plantis* monet, ſi pura & inculpata loquutionis ratio attendenda eſſet, potiùs πασχόντας τόπους, & περὶ τόπων πασχόντων, quàm πεπονθότων inſcribendos Galeni libros fuiſſe. Nemo neſcit, quod etiam valentes partes affectæ dicuntur: quod πέπονθε, non ampliùs patitur, non igitur eget opere medici. Quin præſenti potius utendum participio. *Subdit* etiam, non rectè factum ab Hippocrate περὶ παθῶν. Subjectum enim eſt homo, aut hominis partes, non enim eſt materia libri πάθος, ſed πάθους περίστασις.

In

In primo membro cenſura Scaligeriana juſta eſt: in altero ſuperflua. *Εxίνεσιε.*

CAPUT IV.

modus, quo partes ſolidæ afficiuntur, duplex.

AFficiuntur partes nonnunquam per *ἰδιοπάθειαν proprіam affectionem, ſeu eſſentiam*, nonnunquam per *συμπάθειαν: conſenſum.* Ἰδιοπαθητικῶς affici propriè dicitur pars, cum in eâ permanens eſt diſpoſitio, a nulla aliâ quæ pendet parte, ſed per ſe affecta eſt, κατὰ συναθροισμὸν, γένεσιν, καὶ διάθεσιν, *ſecundum congeſtionem, generationem & pravam diſpoſitionem*: *1. per eſſentiam.*

Per CONSENSUM, cum nondum permanentem habet diſpoſitionem, licet ab affectu penitus non ſit libera, ſed ab aliâ & cum aliâ afficitur, κατὰ ῥευματισμὸν, καὶ ἐπίχυσιν, *deſluxionem, irruptionem.* *Per conſenſum.*

De nominibus ſollicitus *Galenus 1. de locis affectis cap. 6.* admonet, ſe τὴν ὑπὸ τῶν ἄλλων ἰατρῶν ὀνομαζομένην πρωτοπάθειαν, οἰκειότερον ἰδιοπάθειαν ὀνομάζεσθαι, *affectus, qui à reliquis medicis primarii & primogenii vocantur, commodius proprios affectus appellare*: quanquam nihil refert, ſi eos primarios nominare volueris: quippe ſatius eſt, rerum differentias intelligere, quam contendere de nominibus. *Galenus protopathicos affectus mavult appellare proprios.*

Alibi diſtinguere jubet eos, qui per conſenſum alterius particulæ accidunt, à propriis: nam magis proprium fuerit, proprium affectum, quam ut medici ſolent, primarium affectum nominare, ex adverſo ſcilicet, diviſo affectu à prop. io. Κυρίως ὀνομάζειν βουλόμενος, τῇ μὲν πρωτοπαθείᾳ δευτεροπάθειαν, ἢ ὑστεροπάθειαν ἀντικεῖσθαι φήσομεν. ἰδιοπάθειαν δὲ τῇ συμπαθείᾳ. καὶ συνελθεῖν γὰρ δύναται πολλάκις, εἰς ταυτὸ κατὰ συμπάθειαν τι καὶ κατ᾽ ἰδιοπάθειαν ἤδη νοσεῖν, ὅταν τῷ πάσχοντι μορίῳ μόνιμος ἐγγένηται διάθεσις. οὐ γὰρ δὴ πρωτοπαθεῖν αὐτὸ τηνικαῦτα φήσομεν, ἀλλὰ δευτεροπαθεῖν τε καὶ ἰδιοπαθεῖν. *Qui propriè vocabulis uti voluerit*, PRIMOGENIO *quidem affectui*, SECUNDARIUM *aut poſteriorem opponet: ei verò, qui per* CONSENSUM *infeſtat*, PROPRIUM. *Repetit hanc ſuam ſententiam.*

 Quan-

Quanquam ſæpenumero contingere poteſt, ut aliquis ſimul & per conſenſum, & propriâ affectione laboret, cum in affectâ per conſenſum particulâ permanens ineſt diſpoſitio: neque enim primariò, ſed ſecundariò & propriè ipſam tum affici dicemus.

Idiopathia duplex. IDIOPATHIA duplex eſt: πρωτοπαθικὴ, cùm à parte affectâ *primariò* incipit. 2. δευτεροπαθικὴ ſeu ὑστεροπάθεια, cùm pars, diutiùs ex alterius *conſenſu* quæ laboravit, tandem & ipſa contrahit affectum primarium, quem Græci πρωτοπάθειαν dicunt.

CAPUT V.

quotuplex ſit conſenſus, explicatur.

Conſentiendi ratio CONſentiendi duplex in univerſum ratio: una poſitiva, altera privativa eſt.

Poſitiva. POSITIVA fit cum communitate materierum, & in eâ conſentiens membrum aliquid noxii aliunde accipit. Ab interpretibus *Avicennæ cap. de cephalalgiâ* vocatur

Duplici fit modo. COMMUNITAS NON ABSOLUTA. *κοινωνία communicatio* materiæ per appulſum alicujus cauſæ morbificæ fit duobus modis. 1. κατὰ μετάπτωσιν, cum relicto priore foco ea in alium transfertur locum vel ignobiliorem, diciturque διαδοχή: vel nobiliorem, diciturque μετάστασις. 2. κατ' ἐπιγένεσιν, cum ſuperſtite priore foco, morboque non ceſſante, materia propagatur, aliuſque ſuccedit morbus.

Materia quæ communicantur. MATERIÆ corporeæ, quæ communicari queunt, deſignantur humores, ſpiritus, vapor, flatus. Hæ à parte affectionem in ſuo ſinu alente ad conſentiens membrum cum demandantur, conſimilem affectionem parere poſſunt. Humorum

Exempla. exempla ſunt obvia. SPIRITUS horum partes cum iiſdem paria habent commercia. VAPORES in febribus cum ſanguine attenuato communicantur. QUALITAS noxia, in venenato morſu cordi moleſta eſt, per circulatum ſanguinem communicata. FLATUS omnia pervadunt.

Viæ, per quas fit communicatio, manifeſtæ. VIÆ ſunt MANIFESTÆ in illis partibus, quæ συμφύσει venarum & arteriarum junguntur. Sic cerebrum condolet cordi & ſpleni, per arterias & venas.

Facilitas

Facilitas conſenſûs augetur ſi adſit *ὁμιλία vicinia*, ſic pulmones faciei vaporoſam materiam facilè communicare queunt. Inde in peripneumoniâ rubent genæ.

Occultis viis, ſoli naturæ cognitiſſimis, eædem materiæ facilè communicari queunt. *Occultæ.*

PRIVATIVA στερητικὴ συμπάθεια, κοινωνία, ABSOLUTA dicitur ab Avicennâ, & fit, cum nihil materiæ communicatur, ſeu cum ex membro communicante nihil traditur parti, quæ conſentit, præter PASSIONEM. Talis contingit *Privativæ conſentiendi ratio duplex.*

1. *Διὰ ὁμοεθνίην ob ſocietatem, cognationem, & adſinitatem generis*, inter cerebrum & ſiniſtrum ventriculi orificium per nervos. *1.*

2. Propter rei utilis privationem ſæpe contingit συμπάθεια immaterialis, cum in partes non influit ſpiritus. Contingit in apoplexiâ & paralyſi, ob denegatum influxum ſpirituum animalium. Apoplectici difficili laborant reſpiratione, ob conſenſum privativum thoracis: ſubtractis enim ſpiritibus animalibus, per nervos influere ſolitis, thorax illi calamitati conſentit. Movendi & ſentiendi vis in partibus deficit ob conſenſum eundem privativum. In his adfectibus ſolidæ partes, ut ſubjectum quo, adficiuntur, dupliciter: ab unâ parte conſiderandus terminus à quo, ab alterâ parte terminus AD QUEM. PRIMUS eſt ſubjectum principale & CAUSALE: ALTER eſt SUBJECTUM ADÆQUATUM ET RECIPIENS. Cerebrum adficitur principaliter, totum corpus in apoplexiâ adæquatè, MEDIUM inter utrunque NERVI privativi conſenſûs autores. *2.* *Afficiuntur ſolidæ partes ut ſubjectum quo dupliciter.* *1.* *2.*

3. Actio ignoti regiminis Helmontiana huc etiam referri poteſt. *3. Actio ignoti regiminis.*

LÆSIO PER ESSENTIAM in organis naturalibus, ut naturalibus, eſt perpetua, nunquam hæ per conſenſum afficiuntur, facultates enim ſuas habent complantatas. *Læſio eſſentialis in organis naturalibus.*

LÆSIO PER CONSENSUM creberrima eſt in inſtrumentis ANIMALIBUS, quæ facultates habent aliunde influentes, quod ſanô ſenſu veriſſimum confirmatur etiam *à Galenô 1. de locis aff. cap. 7.* Διαφέρει πάμπολυ κατὰ τοῦτο τὰ φυσικὰ τῶν ψυ- *Sympathica in animalibus.*

χικῶν

χικῶν ὀργάνων. εἴγε τοῖς μὲν φυσικοῖς ἐδείχθη σύμφυτος ἡ τῆς ἐνεργείας δύναμις οὖσα. τοῖς ψυχικοῖς δ' ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐπιῤῥεῖν, ὁμοίως ἡλιακῷ φωτί. *Differunt naturalia ab animalibus inſtrumentis in hoc: ſiquidem naturalibus cognatam actionis vim eſſe, animalibus verò inſtrumentis à principio (veluti lumen à Sole) ipſam deſluere, jam oſtenſū eſt.* Et paulò poſt: Διὰ τοῦτο γε μόνον τοῖς αἰσθανομένοις τε καὶ κινουμένοις μορίων συμβαίνει μηδὲν ἐνίοτε βεβλαμμένοις αὐτοῖς, ὅμως ἀπόλλυσθαι τὴν ἐνέργειαν. οὐ μὴν τοῖς φυσικοῖς ὀργάνοις τοῦτο γε συμπίπτειν εἴωθεν, ἀλλ' αἰεὶ τοῖς κατὰ τὴν ἐνέργειαν βλάβης, αὐτὰ πάσχειν πρότερα. *Quamobrem ſolis partibus, quæ & ſentiendi & movendi vim habent, accidit, ut ipſis interdum haudquaquam affectis nihilominus earum actio pereat, id quod naturalibus inſtrumentis accidere non ſolet, quoties enim horum actio læditur, ſemper primariò affecta laborant.*

Pauci morbi chronici fiunt per conſenſum.

Pauci morbi chronici fiunt κατὰ συμπάθειαν καὶ χωρὶς τόπου πεπονθότος, *per conſenſum, & abſque loco affecto, ut vocat Galenus 2. aphoriſmorum 19.* ſtatim compatitur pars συμπαθικῶς læſa, communicatur quædam materia, fitque mox ἴδιον πάθος, *affectio propria.*

Objectio.

Atteſtatur experientia, quod hemicraniæ multis fœminis ab utero ſint longæ. Occiput illis ſæpe dolet ob uteri ſympathiam, χρόνικον τρόπον, nonnunquam toto vitæ tempore. Uterque dolor ſympathicus eſt: Utrobique diſpoſitio adeſt ἄυλος, in capite conſentiente. Ergo datur morbus διὰ συμπάθειαν, καὶ χωρὶς τόπου πεπονθότος, *per conſenſum, & ſine loco affecto* longus.

R.

Verùm tenendum, ſympathiam in hiſce non diu eſſe nudam. Temporis progreſſu materia venit in conſortium.

LIBRI II.
SECTIO III.
De cauſis agit.

CAP.

CAPUT I.

Cauſarum cognitionis nobilitas in genere.

Cauſarum cognitio ſplendidiſſima, autore Platone, in naturalium rerum ſcientiâ.

MEmorabilis eſt divini Platonis ſub perſonâ Socratis in Phoedone ſententia. ἐγὼ γὰρ νέος ὢν θαυμαστῶς ὡς ἐπεθύμησα ταύτης τῆς σοφίας, ἣν δὴ καλοῦσι περὶ φύσεως ἱστορίαν. ὑπερήφανον γὰρ μοι ἐδόκει εἶναι, εἰδέναι τὰς αἰτίας ἑκάστου, διὰ τί γίγνεται ἕκαστον, καὶ διὰ τί ἀπόλλυται καὶ διὰ τί ἐστι. *Ego adhuc adoleſcens hujus ſapientiæ, quam naturæ vocant hiſtoriam, ſtudiò mirè flagravi. Magnificum verò quiddam ſplendidumve videbatur noſſe ſingularum rerum cauſas, cur videlicet unumquodque fieret, & cur interiret, & quâ ratione exiſtat.*

Confirmat eandem nobilitatem Ariſtoteles.

Cognitio cauſarum magni habita ab *Ariſtoetle.* 1. εἰδέναι οὐ πρότερον οἰόμεθα ἕκαστον, πρὶν ἂν λάβωμεν, τὸ διὰ τί, *inquit* 2. *phyſ. cap.* 3. *t.* 27. τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ λαβεῖν τὴν πρώτην αἰτίαν. *ſcire non prius opinamur unumquodque, priusquàm acceperimus, propter quid unumquodque.* 1.

2. *Et 1. poſteriorum analyt cap.2.* in hæc prorumpit verba: Ἐπίστασθαι δὲ οἰόμεθα ἕκαστον ἁπλῶς, ἀλλὰ μὴ τὸν σοφιστικὸν τρόπον (τὸν κατὰ συμβεβηκός) ὅταν τὴν τ' αἰτίαν οἰώμεθα γινώσκειν, δι' ἣν τὸ πρᾶγμα ἐστὶν, ὅτι ἐκείνου αἰτία ἐστὶ, καὶ μὴ ἐνδέχεσθαι τοῦτ' ἄλλως ἔχειν. *Scire quemlibet exiſtimamus rem quamque ſimpliciter, ſed non ſophiſtarum more, qui incertis nititur, quando cauſam, per quam res eſt, ita ipſius rei cauſam eſſe cognoſcit, ut non poſſe omninò rem aliter habere credat.*

In morborum cognitione nobilis eſt: autore coo

MORBORUM EXPLORATIONI cauſarum cognitionem conducere tradidit *Hippocrates in aureo* περὶ Φυσῶν *libro:* εἰ γάρ τις εἰδείη τὴν αἰτίην τοῦ νοσήματος, οἷός τ' ἂν εἴη προσφέρειν τὰ ξυμφέροντα (τῷ ἐν) τῷ σώματι. ἐκ τῶν ἐναντίων ἐπιστάμενος τὰ νοσήματα. *Si quis cauſas affectionis probè cognorit, facultatem habebit offerendi ea, quæ corpori conferunt, ex eorum, quæ morbo contraria ſunt, cognitione.*

Galenus adſenſum præbet.

Magni etiam æſtimatur à *Galeno, ut libro introductio ſeu medicus inſcripto c. 8.* honoraria in hæc erumpat verba: τὸ μὲν

ὂν

οὖν φυσιολογεῖν ἀναγκαῖον ἐστὶν, μὴ πρότερον ἐπιστάμενον τὸ κατὰ φύσιν. παρὰ γὰρ τούτων φύσιν παρίσταται τὰ νοσήματα. τὸ δὲ αἰτιολογεῖν καὶ παθολογεῖν καὶ αὐτὰ ἀναγκαῖα. τὸ μὲν ἵνα τὰς αἰτίας τῶν παθῶν ἰδίωμεν πρὸς ἃς δεῖ ἐπίστασθαι. τοῦτο δὲ ἵνα καὶ αὐτὰ πάθη γνωρίζομεν. *Proinde rerum naturæ cognitio neceſſaria eſt, potiſſimum eô nomine, quod niſi naturalibus antea cognitis, ea, quæ à naturali habitu recedunt, cognoſcere queas, num quanam præter illorum naturam morbi conſiſtunt. Cauſarum verò & morborum notitia & ipſa neceſſaria eſt, ut affectuum origines, quibus reſiſtere oportet, ſciamus, tùm etiam ipſos affectus intelligamus.*

Confirmat Trallianus

Ἀμήχανον, ait *Alexander l. 5. cap. 1.* ἀγνοοῦντα τὸ αἴτιον, ἢ καὶ τὸ πάθος ἐκκόψαι δυνηθῆναι τὴν ἐνοχλοῦσαν διάθεσιν. *Certum eſt ignorantem cauſam & affectum non poſſe exſcindere negotium faceſſentem diſpoſitionem.* In confeſſo eſt apud omnes notumque, citra dignotionem non poſſe perfectas medicationes inſtitui. Hoc fine etiam de earum naturâ & differentiis, non ſolùm in genere, verùm etiam in ſpecie valdè fuit ſollicitus.

Amplificatio.

Cognitio cauſarum felices reddit doctrinarum poſſeſſores, metus omnes, & inexorabile ignorantiæ fatum ſubjicit pedibus, & ἀμεταπτώτους reddit curioſos. Eâ non inſtructus, Palladis portas nec aperire, nec ingredi, multò minus ad regium ὑγιείας ſoliū accedere, & glorioſæ reginæ conſpectu frui poteſt.

CAPUT II.

Cauſas aggreditur ipſas. Diviſio. Cauſa mediata proxima flatulenta.

Cauſa quid

IN *genere* cauſæ vocabulum notat quoddam, quod eſt efficax ad conſtituendum effectum, qui ſit poſterius quiddam χρόνῳ καὶ γενέσει, *tempore & generatione* ipſâ cauſâ, quâ etiam fieri & naſci dicitur. Ita vulgo dicimus cauſam efficaciâ ſuâ priorem ſuo eſſe effectu. *Deinde 2.* etiam cauſam & efficiens pro eodem uſurpari plerumque liquet. ἡ δὲ ποιοῦντος φύσις οὐδὲν πλὴν ὀνόμασι τῆς αἰτίας διαφέρει. *Efficientis natura ſolo nomine differt à cauſâ.*

Hoc ſignificatu uſus eſt

Et hâc ſignificatione κατ' ἐξοχὴν vocula cauſæ uſus eſt Galenus

Galenus in reſpectu ad morbum nondum exiſtentem. *Galenus.*

Relictis fontibus diviſionum Galenicarum in INTERNAS προηγουμένας *ante vel præcedentes, prægreſſas*, & EXTERNAS προκαταρκτικάς, προφάσεις, occaſiones dictas, quibus *libro definitionum medicarum addit* συνεκτικὴν, *continentem*, alios proponemus. *Relictis aliis diviſionum fontibus, ſtatuitur*

ALIA eſt ἄμεσος, alia ἔμμεσος, *immediata, mediata.* *Alia, ἄμεσος.*

ΑΜΕΣΟΣ eſt, inter quam & affectum nihil intercedit. ΕΜΜΕΣΟΣ eſt, inter quam & affectum alia propior cauſa intermediat. Hæc rurſum duplex, PROXIMIOR, & REMOTIOR. Illuſtratur diviſio exemplo pleuritidis. *ἔμμεσος.* *Hæc iterum duplex.*

PLEURITIDIS, ut inflammatio conſideratæ, ut etiam reliquarum omnium inflammationum immediata cauſa eſt ῥεῦμα in pleurâ συνιστάμενον, mediata proximior ῥεῦμα ὁρμώμενον, influxus humorum vitioſorum. Remotior cauſa tres comprehendit fontes, rerum naturalium, non naturalium, & præter naturam.

DOLORIS CAPITIS cauſa immediata eſt ſolutio continui. MEDIATA PROXIMIOR, primæ & ſecundæ qualitates. REMOTIOR claſſis triplex rerum naturalium, non naturalium, & præter naturam. *Doloris capitis.*

In VERTIGINE *immediata* cauſa, ἄτακτος ſpirituum animalium motus: *mediata proximior*, permiſtio πνεύματος φυσώδους. *Remotiores*, res naturales, non naturales, & præter naturam. *Vertiginis.*

In MEDIATAE inveſtigatione perpendenda *eſſentia*, & *modus eſſendi.* *Immediatæ cauſæ inveſtigatione occurrit.*

In ESSENTIA advertendum, qualis ſit materia peccans, an vapor, an corpulentum quid.

VAPOR vocatur πνεῦμα ἀλλότριον, ἀτμῶδες, *multitudo halituoſi ſpiritus. Flatus* partes corporis, in quas fertur, moleſtiâ afficit, eſtque nonnunquam παχὺς, *craſſus*, nonnunquam λεπτὸς, *tenuis.* Craſſus in colico dolore, in ructu, crepitu ventris, tenuis in tinnitu aurium. *1. Eſſentia vapor.*

Notatu digna eſt ſententia *Hippocratis libro* περὶ φυσῶν: Corpora tum hominum, tum aliorum animalium à triplici *Hippocratis effatum.*

ſuſtentantur nutrimentô. ἔστι δὲ τῇσι τροφῇσι ταύτῃσι ταῦτα τὰ ὀνόματα· σῖτα, ποτά, πνεύματα. πνεύματα δὲ τὰ μὲν ἐν τοῖσι σώμασι φῦσαι καλέονται, τὰ δὲ ἔξω τῶν σωμάτων ἀήρ. *Nutrimentis verò hiſce hæc ſunt nomina: Cibi, Potus, Spiritus. Ac ſpiritus quidem, qui in corporibus ſunt, Flatus vocantur, qui verò extra corpora, Aër.*

Flatus quomodo fiant morborum cauſæ.

1. Oſtendit etiam fuſiſſimè, quomodo αἱ φῦσαι *flatus* hi ex aëre cum cibo multo ingreſſo generati, morborum cauſæ fiant, dum ἐμφραχθείσης τῆς κάτω κοιλίης εἰς ὅλον τὸ σῶμα διέδραμον, *obturata alvo inferiore in totum corpus penetrant.* Hinc αἱ φρῖκαι γίνονται πρὸ τῶν πυρετῶν. ἐν δὲ τῇσι φρίκῃσι καὶ οἱ τρόμοι γίνονται. χασμῶνται δὲ πρὸ τῶν πυρετῶν. καὶ τὰ δὲ ἄρθρα διαλύονται. ἱδρῶτες, κεφαλῆς πόνος, σφυγμοὶ ἀμφὶ τοὺς κροτάφους γίνονται. *Horrores ante febres fiunt, & in horroribus tremores, oſcitationes, articulorum exſolutiones, ſudores, capitis dolores, pulſus circa tempora.*

2. In ſcenam producuntur alii etiam affectus, quorum cauſæ ſunt flatus, ut ſunt εἰλεοί, ἢ εἰλήματα, ἢ στρόφοι, ἢ ἕτερα ἀποστηρίγματα. πάντων γὰρ τῶν τοιούτων αἰτίη τοῦ πνεύματος ἡ διόδευσις. τοῦτο γὰρ ὁκόταν προσπέσῃ πρὸς τόπους ἁπαλοὺς καὶ ἀήθεας καὶ ἀθίκτους, ὥσπερ τὸ τόξευμα ἐγκείμενον, διαδύνον διὰ τῆς σαρκός, προσπίπτει ποτὲ μὲν πρὸς τὰ ὑποχόνδρια, ποτὲ δὲ πρὸς τὰς λαπάρας, ποτὲ δὲ ἐς ἀμφότερα. *Volvuli, agitationes inteſtinorum, tormina, & ſimiles aliæ infixiones. Nam quando is locos teneros, & non aſſuetos, & prius intactos, aggreditur, inſtar ſpiculi, incumbens, carnem penetrans, aliquando præcordia petit, aliquando alia, aliquando utraque ſimul.*

Probatur, flatus eſſe horum morborum cauſas.

Flatus autem horum cauſas eſſe confirmat à curandi ratione. διὸ δὴ καὶ θερμαίνοντες ἔξωθεν πυριήμασι πειρῶνται μαλθάσσειν τὸν πόνον. ἀραιουμένου γὰρ ὑπὸ τῆς θερμασίης τοῦ χρωτὸς τοῦ πυριήματος, διέρχεται τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ σώματος, ὥστε παῦλαν τινὰ γένεσθαι τῶν πόνων. *Ea propter vulgò calida fomenta extrinſecus adhibendo, dolorem mitigare conantur. Rarefactâ enim cute per calorem, fomenti ſpiritus extra corpus exhalat: itaque mitigatio quædam doloris conſequitur.*

Flatus ſunt cauſæ fluxionum.

SUBJUNGUNTUR τὰ ῥεύματα, & oſtenditur, quomodo flatus ſint cauſæ *fluxionum* ad oculos, nares, aures, pectus, unde gravedines, raucedines, tuſſis, faucium exulcerationes, ſanguinis exſpuitiones ex pectore, venarum rupturæ, hydropes, apoplexiæ, ſacer morbus.

Statui-

Cauſæ flatuum calor debilis.

Statuitur vulgò, flatus fieri in corporibus á debilitate caloris nativi. Sic *Galenus* εἰς τὸ περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων ὑπομνήματι, *de victus ratione in acutis, commento quarto, text: 42.* agens de vertiginibus, criſin antecedentibus; διὰ κίνησιν ἄτακτον φυσώδους πνεύματος inductis, clariſſimis verbis ſubjungit, illum flatuoſum ſpiritum generari, dum ἡ ἔμφυτος θερμασία ἐπιχειρεῖ μὲν διαλύειν τε καὶ χεῖν τοὺς κατὰ τὸ σῶμα χυμοὺς, λεπτύνειν δὲ ἀκριβῶς αὐτοὺς, καὶ κατὰ τὸ ἄδηλον αἰσθήσει ἐκκεῖναι οὐ δύναται. τελέως δ᾽ ἀρρωστήσασα τὴν ἀρχὴν οὐδ᾽ ἐπιχειρεῖ τῇ λύσει, καὶ κατὰ τὸ πνεῦμα φυσῶδες, οὐκ ἀρρωστούσης ἐσχάτως ἐμφύτου θερμασίας γεννᾶται. *Dum caliditas nativa corporis humores tum diſſolvere, tum diffundere conatur: ſed tenuare ipſos, & per inviſibilia foramina excernere non poteſt: cùm vero perfectè languet, neque ſolvere incipit. Atque ob id ſpiritus flatuoſus non ſummè languente nativâ caliditate ortum habet.*

Debilitas caloris duplicitèr conſideratur.

Ἀρρωστία hæc τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ duobus modis conſiderari poteſt: primò ſuapte naturâ, deinceps reſpectu materiæ. Calidus ſatis eſſe nonnunquam poteſt calor nativus, materiæ autem tanta eſt copia, ut ab eâ quaſi obruatur, opprimaturve, 1.
nec vires ſuas debitô modô exercere queat. 2.

CAPUT III.

cauſam mediatam proximam corpulentam quatuor conſtantem partibus proponit in genere.

Corpulenta materia.

Corpulenta materia, ut morborum cauſa conſiderata, non eſt una, ſed varia.

Varia ſententia de numero elementorum & humorum.

Hippocrates libro de natura hominis oſtendit, quod quemadmodum de elementorum NUMERO quaternario, ita neqùe de humorum, qui ſecunda elementa vocantur, idem ſentiant antiqui.

Aliqui unum quid eſſe hominem ſtatuunt.

Quidam enim ut omnia miſta, ita & hominem ex uno elemento conſtare aſſerebant. Φασὶ γὰρ ἕν τι εἶναι ὅ τί ἐστι καὶ τοῦτ᾽ εἶναι τὸ ἓν καὶ τὸ πᾶν. κατὰ δὲ τὰ ὀνόματα οὐχ᾽ ὁμολογέουσι. λέγει δέ αὐτέων ὁ μὲν τις φάσκων, ἠέρα τοῦτ᾽ εἶναι, τὸ ἓν καὶ τὸ πᾶν. ὁ δὲ πῦρ ὁ δ᾽ ὕδωρ.

ὕδωρ. ὁ δὲ γῆν. καὶ ἐπιλέγει, ἕκαστος τῷ ἑωυτοῦ λόγῳ μαρτύριά τε καὶ τεκμήρια, ἅ γε ἐστὶν οὐδέν. *Aiunt, unum quid eſſe quodcunque eſt. Et id ipſum tum unum eſſe, tum univerſum, nominibus autem minimè conſentiunt. Hic ſiquidem hoc unum & univerſum aërem eſſe adſerit, alius ignem, ille aquam, alius terram, tum unusquisque ſuam orationem teſtimoniis confirmat, & indiciis, quæ nullius ſunt momenti.*

Hippocratis ſententia. Ipſe autem *Hippocrates* οὔτε γὰρ *inquit*, τὸ πάμπαν ἠέρα λέγω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, οὔτε πῦρ, οὔτε ὕδωρ, οὔτε γῆν, οὔτ' ἄλλο οὐδὲν, ὅτι μὴ φανερόν ἐστιν, ἓν ἐὸν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. Ἀλλὰ τοῖσι βουλομένοισι ταῦτα λέγειν παρίημι: *Neque enim in totum aërem hominem eſſe dixerim, neque ignem, neque aquam, neque aliud quicquam, cum minime appareat unum in homine eſſe. Verum iis, qui hæc volent dicere, permitto.*

Neque ſolus ſanguis eſt homo. Pergit: τῶν δ' ἰητρῶν οἱ μὲν τινες λέγουσιν, ὡς ὁ ἄνθρωπος, αἷμα μοῦνον ἐστίν. Οἱ δ' αὐτέων, χολήν φασιν εἶναι τὸν ἄνθρωπον. ἔνιοι δέ τινες φλέγμα. ἐπίλογον δὲ ποιοῦνται καὶ οὗτοι πάντες τὸν αὐτόν. ἓν γὰρ τι εἶναι φασίν, ὅ, τι ἕκαστος ἠθέλησεν ὀνομάσαι αὐτέων. καὶ τοῦτο ἓν ἐὸν, μεταλλάσσειν τὴν ἰδέην καὶ τὴν δύναμιν ἀναγκαζόμενον ὑπό τε τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ, καὶ γίνεσθαι καὶ γλυκὺ, καὶ πικρὸν, καὶ λευκὸν, καὶ μέλαν. καὶ παντοῖον τι ἄλλο. ἐμοὶ δὲ οὐδὲ ταῦτα δοκέει ὧδε ἔχειν. *At verò ex medicis, hi quidem hominem ſanguinem ſolum, alii bilem, quidam etiam pituitam eſſe affirmant. Atque ii omnes eandem afferunt rationem. Unum enim eſſe quid affirmant, quod eorum quisque appellare voluerit: atque id unum cum ſit à calido & frigido coactum, formam & facultatem mutare, dulceque & amarum, & album & nigrum, vel aliud quidvis fieri. At hæc aliter mihi ſe habere videntur.*

Diſſenſus Hippocratis. Ἐγὼ δέ φημι, εἰ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐδέποτε ἂν ἤλγεεν. οὐδὲ γὰρ ἂν ἦν ὑπὸ τοῦ ἀλγήσειεν ἓν ἐόν. εἰ δ' οὖν καὶ ἀλγήσειε, ἀνάγκη καὶ τὸ ἰώμενον, ἓν εἶναι. νυνὶ δὲ, πολλά. πολλὰ γὰρ εἰσιν ἐν τῷ σώματι ἐόντα. ἃ ὁκόταν ὑπ' ἀλλήλων παρὰ φύσιν θερμαίνηταί τε καὶ ψύχηται, καὶ ξηραίνηταί τε καὶ ὑγραίνηται, νούσους τίκτει. ὥστε πολλαὶ μὲν ἰδέαι τῶν νοσημάτων, πολλὴ δὲ καὶ ἡ ἴησις αὐτέων ἐστίν. *Ego autem ſic ſentio, quod ſi homo unum eſſet, nentiquam doleret. Neque enim eſſet, dum unum exiſtat, à quo doleat. Quod ſi etiam doleat, neceſſe eſt,*

&

& quod medetur, unum eſſe. At nunc plura habentur, ſiquidem multa inſunt in corpore, quæ cum mutuo inter ſe præter naturam caleſcunt & refrigerantur, ſiccanturq; & humectantur, morbos pariunt. Ex quo multæ quidem ſunt morborum formæ, & multiplex quoque eorum curatio exiſtit.

Omnem hanc doctrinam in compendio complecti videtur *textu 21*, cum oſtendit, hominem, ſi ex uno humore conſtaret, non doliturum. τὸ δὲ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἔχει ἐν ἑωυτῷ αἷμα, καὶ φλέγμα, καὶ χολὴν διττὴν, ἤγουν ξανθήν, τε καὶ μέλαιναν. καὶ ταῦτ' ἐστὶν αὐτέῳ ἡ φύσις τοῦ σώματος, καὶ διὰ ταῦτα ἀλγέει καὶ ὑγιαίνει. ὑγιαίνει μὲν οὖν μάλιστα, ὁκόταν μετρίως ἔχῃ ταῦτα τῆς πρὸς ἄλληλα κρήσιος, καὶ δυνάμιος καὶ τοῦ πλήθεος. καὶ μάλιστα ἢν μεμιγμένα ᾖ. ἀλγέει δὲ, ὁκόταν τι τουτέων ἔλασσον ἢ πλεῖον εἴη, ἢ χωρισθῇ ἐν τῷ σώματι καὶ μὴ κεκρημένον ᾖ τοῖσι ξύμπασιν. *Hominis corpus in ſe ſanguinem & pituitam & bilem duplicem, flavam & nigram continet, ex quibus corporis ipſius natura conſtat, & per hæc dolet, & ſanum eſt.* SANUM *quidem vel maximè, cum hæc moderatam inter ſe tum facultate tum copiâ, temperationem habuerint, idque præſertim, ſi permiſta fuerint.* DOLET *autem ubi horum quicquam vel minus vel copioſius fuerit, aut in corpore ſeparatum, nec reliquis omnibus contemperatum.*

Rationes contrà ſimplicitatem.

Hoſce humores unum non eſſe, ſed QUATERNARIO numerô comprehendi, probat experimentô purgationum. ἢν γὰρ τινι διδῷς ἀνθρώπῳ φάρμακον, ὅτι φλέγμα ἄγει, ἐμέεταί σοι φλέγμα. καὶ ἢν διδῷς φάρμακον, ὅτι χολὴν ἄγει, ἐμέεταί σοι χολήν. κατὰ ταῦτα δὲ καὶ χολὴν μέλαιναν καθαίρει, ἢν διδῷς φάρμακον, ὅ, τι χολὴν μέλαιναν ἄγει. καὶ ἢν τρώσῃ αὐτέῳ τοῦ σώματος μέρος τι, ὥστε τραῦμα γίνεσθαι, ῥυήσεται αὐτέῳ αἷμα. *Si enim alicui medicamentum exhibueris, quod pituitam educat, pituitam tibi vomitione reddet, & ſi medicamentum, quod bilem ducat, exhibeas, bilem tibi evomet. Eâdem quoque ratione atram bilem purgat medicamentum; quod dederis atram bilem ducens. Quod ſi aliquâ corporis parte ſauciatâ, vulnus accipias, ſanguis inde effluet.*

Quaternio eſſe humores probat experimento.

Confirmat hunc quaternarium numerum *lib.* περὶ γονῆς *de genitura: εἰσὶ δὲ, inquiens,* τέσσαρες ἰδέαι τοῦ ὑγροῦ. αἷμα, χολή, ὕδωρ καὶ φλέγμα. τοσαύτας γὰρ ἰδέας, ἔχει ξυμφοίας ὁ ἄνθρωπος ἐν ἑωυτῷ,

Numerus hic confirmatur.

ἑωυτῷ, καὶ ἀπὸ τουτέων αἱ νόσοι γίνονται, ἢ αἱ ἐκ νόσων διακρίσιες. *Humidi quatuor ſunt ſpecies, ſanguis, bilis, aqua, pituita. Homo enim tot ſibi cognatas ſpecies habet, ex quibus tum morbi fiunt, tum dijudicantur.*

Modus generationis oſtenditur.

Repetit 1. τέσσαρας has ἰδέας τοῦ ὑγροῦ ἐν τῷ σώματι, ἀφ' ὧν νοῦσοι γίνονται. *lib. 4. de morbis ſect. 5. Foeſ.* & 2. quomodo hi humores ex cibo & potu in ventriculô proveniant fusè declarat.

Conciliatio locorum pugnantium.

Cum *idem lib. 1. de morbis & alibi*, ut mirus brevitatis autor, ſed magnarum & ſublimium rerum adumbrator & ſcrutator, duos humores conſtituit, bilem & pituitam, eosque τὰ συγγεγονότα, vocat his verbis: ἡ μὲν χολὴ καὶ τὸ φλέγμα γινομένοισί τε συγγίνεται, καὶ ἔστιν ἐν τῷ σώματι καὶ πλέον καὶ ἔλασσον. id eſt: *naſcentibus nobis & bilis, & pituita congenerantur, ſuntque in corpore plus minusve;* ſibi non contradicit, neque intendit, nullum alium præter humores hos eſſe, ſed ſub bile calidos, ſub pituitâ frigidos humores comprehendit. Eluceſcit id ex 4. *de morbis*, cùm quatuor conſtituit τὰ συγγεγονότα, *bilem, pituitam, ſanguinem, aquam.*

Galenus quaternarium numerum confirmat.

Galenus lib. 2. de Elementis, in quo de propriis τῆς ἁπάντων γενέσεως τῶν ἐναίμων ζώων, στοιχείοις, Hippocratis ſententiam & filum ſequutus, agit, ea *cap. 1.* quatuor conſtituit, τὸ αἷμα, φλέγμα, χολὴν ξανθὴν ἢ μέλαιναν: & ex his quatuor ſanguinem conſtare probat *cap. 2.* Concluditque in ultimo commendans quidem Philoſophos & Medicos, ὅσοι ἐξ αἵματος μόνου γίνεσθαι καὶ τρέφεσθαι τὸ ζῶον ἀπεφήναντο. χρὴ, inquit, καὶ τούτων ἐπαινεῖν τὴν γνώμην, ὡς εἰκότα γινωσκόντων. Ἀλλ' Ἱπποκράτης φυσικώτερον ἔτι καὶ τούτων, ἐκ τῶν τεττάρων χυμῶν, καὶ τὴν γένεσιν, καὶ τὴν αὔξησιν καὶ τὴν θρέψιν εἶναι φησὶ τοῖς σώμασιν ἡμῶν. *Qui ex ſolo ſanguine animal gigni & nutriri ſtatuerunt, oportet illorum laudare ſententiam, utpote, qui probabilia dicant. Sed Hippocrates tum propius ad rerum naturam acceſſit, dum ex quatuor ſuccis & ortum & incrementum & nutrimentum ait noſtris accidere corporibus.*

CAPUT IV.

de humoribus, ut cauſis morborum conſideratis in ſpecie.

Duorum

Duorum generum humores σαφηνείας ἕνεκεν conſtitui queunt: alimentales & excrementitii.

Humores duorum generum: alimentalis & excrementitius.

ALIMENTALIS eſt ſanguis omnibus partibus alendis commodus, in vaſis, venis & arteriis contentus, ortui, nutritioni, incrementoque corporis deſtinatus. Non eſt ſimplex ſubſtantia, bilioſis, pituitoſis, melancholicis atomis ſpoliata, ſed ex quatuor humoribus, eorumque ſero conflata.

Alimentalis humor eſt ſanguis.

SANGUIS propriè dictus prima pars eſt. Calidus eſt & humidus, *ut ait Galenus 2. nat. facult. cap. 9.* δυνάμει *poteſtate*, æquilibrio harum duarum qualitatum ad temperiem juſtam redactus, fibris plurimis inſtructus, colore ἐρυθρὸς, ruber, ſapore dulcis, ἔστι δὲ τὴν φύσιν τὸ αἷμα, τόν τε χυμὸν ἔχον γλυκὺν, ἐάν περ ὑγιὲς ᾖ, καὶ τὸ χρῶμα ἐρυθρόν. *Naturâ ſuâ ſanguis ſuccum dulcem habet, ſi ſanus eſt, & rubri caloris. Ita Ariſt. 3. hiſt. animal. cap. 19.*

PITUITA alimentali etiam conſtat ſanguis. Dicitur à φλέγομαι, quod eſt *uror, incendor, inflammor.* Atque idem eſt quod φλεγμασία & φλεγμονὴ, *inflammatio, ardor*: καὶ ἀντίφρασιν, *inquit etymologicum magnum*, ψυχρότατον γάρ ἐστι. Succus eſt frigidus & humidus, ſeu ſanguis minus perfectè coctus, ſaporis pene expers aut potiùs dulcis, genitus ex chyli partibus humidioribus & frigidioribus. Succus eſt alimentalis, non excrementitius: φλέγμα ἄποιον dicitur, quando nullum ſaporem præ ſe fert: γλυκὺ eo ſenſu, quo aquam appellamus dulcem ad diſcrimen medicatarum, appellatur. Φλέγματος δ᾽, *ait Galenus 2. de natur. facult. c. 9.* οὐδὲν ἐποίησεν ἡ φύσις ὄργανον καθαρτικὸν ὅτι ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν ἐστὶ, καὶ οἷον ἡμίπεπτός τις τροφή. δεῖται τοίνυν οὐ κενοῦσθαι τὸ τοιοῦτον, ἀλλ᾽ ἐν τῷ σώματι μένον ἀλλοιοῦσθαι. τὸ δ᾽ ἐξ ἐγκεφάλου καταρρέον περίττωμα τάχα μὲν ἂν, οὐδὲ φλέγμα τις ὀρθῶς, ἀλλὰ βλένναν τε καὶ κόρυζαν καλοίη. τό τε κατὰ τὴν γαστέρα τε καὶ τὰ ἔντερα συνιστάμενον φλέγμα ἐκκρίνεται δυνάμει τῆς φύσεως. ὅσον δ᾽ ἐμφέρεται ταῖς φλεψὶ φλέγμα χρήσιμον ὑπάρχον τοῖς ζώοις, οὐδεμιᾶς δεῖται κενώσεως. *Pituitæ nullum, quod eam expurget, natura inſtrumentum condidit, quæ frigida & humida eſt, ac velut ex dimidio coctum nutrimentum. Deſiderat*

Pituitoſus ſanguis altera pars eſt.

talis ſuccus non utique vacuari, ſed in corpore manens alterari. Excrementum verò à cerebro exſtillans, βλέννα mucus, κορυζα dictum, utique non rectè φλέγμα vocatur. Quæ etiam in ventriculo & inteſtinis pituita colligitur, illa â natura evacuatur. Quod autem in venis pituita fertur, in animalibus nulla eget vacuatione. Hac Galenus.

Rectius ergò ſanguis pituitoſus, ad maſſam ſanguineam ceu pars referendus, quæ pituita vocatur.

Bilioſa pars tertia eſt maſſæ ſanguineæ.

BILIOSUS ſanguis pars ſanguineæ maſſæ eſt θερμὴ καὶ ξηρὰ κατὰ τὴν δύναμιν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ὑγρὰ φαίνεται κατὰ φαντασίαν, *calidior & ſiccior poteſtate, licet ad aſpectum ſit humida, ut ait Galenus 2. de natur. facult. cap. 9.* ex tenuiore & calidiore chyli parte genita, alendis partibus calidioribus & ſiccioribus apta, adeoque rectius ſanguis bilioſus appellatur.

Bilem ſanguine eſſe frigidiorem, vel potiùs minùs calidam, ſtatuit *Hippocrates*, & ſanguini miſtam eum quodammodo refrigerare. Inde etiam pleuritides bilioſas ſecuriores pronunciat ſanguineis.

Melancholicus ſanguis.

MELANCHOLICUS HUMOR quarta pars eſt maſſæ ſanguineæ, ψυχρὰ καὶ ξηρὰ, *frigida & ſicca*, ex frigidiore & ſicciore chyli parte genitus, alendis partibus frigidioribus & ſiccioribus apta, adeoque rectius ſanguis melancholicus appellatur. Hic, *inquit Galenus 3. de loc. affect. cap. 7.* μελαγχολικὸς χυμὸς, οἷον τρὺξ αἵματος, ἐναργῶς φαινόμενος ἱκανῶς παχὺς ὥσπερ ἡ τοῦ οἴνου τρύξ. τήν τε ζύμωσιν οὐκ ἐργάζεται κατὰ τῆς γῆς ἐκχυθεὶς πλὴν εἰ πάνυ σφόδρα τύχοιτο τε καθοπτηθεὶς ἐν διακαεῖ πυρετῷ. καὶ ἥκιστα μετέχει ποιότητος ὀξείας, ἥνικα καὶ καλεῖν αὐτὸν εἴωθα μελανχολικὸν χυμὸν ἢ μελανχολικὸν αἷμα. *Melancholicus ſuccus eſt veluti fex ſanguinis, admodum ſpiſſus, fecibus vini haud abſimilis, in terram affuſus non inducit fermentationem, niſi forte in ardente febri ipſum valde præaſſum contingat. Neque ulla etiam acidâ qualitate participat, quamobrem ipſum nominare conſuevi melancholicum ſuccum, nec rectè adhuc atra appellari poteſt bilis.*

CAPUT

CAPUT V.

de ſero & ichore.

SErum & ICHOR inter cauſas morborum referuntur, non ceu diſtincti à reliquis humores, ſed eorum partes.

Nomina ſunt affinia.

Vicina vox eſt ἰχὼρ τῷ ὀῤῥῷ, ut una accipiatur ſæpè pro aliâ, immò ſub ichore ceu ſub genere plures ſeri comprehendantur ſpecies.

ὁ ὀῤῥὸς quid.

Ὁ ὀῤῥὸς *ſerum* dicitur. *οἱ ὀῤῥοὶ, inquit Galenus 2. de natural. facult. cap. 9.* τῶν χυμῶν ἅπαντες περιττώματα, καὶ καθαρὸν αὐτῶν εἶναι δεῖται τοῦ ζώου τὸ σῶμα. *Seri genera omnia, quæ in ſuccis habentur, ſunt excrementa, purumque ab iis poſtulat eſſe animalis corpus.*

De ſeri ὄχημα τῆς τροφῆς ſecernitur extra corpus.

Hoc ὄχημα τῆς τροφῆς *alimenti vehiculum* dicitur ab Hippocrate, ſimul cum appellatione uſum oſtendente. Officio ſuo functum partim ſecedit ad renes & vaſa urinaria, partim per ſudores diſcutitur ſenſibiliter: eadem enim urinæ & ſudoris materia: partim transpirat inſenſibiliter.

Sin ſubſiſtat in vaſis, variarum ægritudinum cauſa eſt.

Sin ſubſiſtat in vaſis, nec à renibus decenter attrahatur, excitat defluxiones, καὶ ὑδερώδεις καταστάσεις, imò aſciten ipſum. ὁ ὀῤῥὸς ὀργασμώδης, *ſerum turgens & furens* aliis humoribus motum imperat, ſicque inflammationibus fores aperit.

Ichorum nomen notum multis, res ipſa parum perſpecta.

ICHORUM nomen frequenter in ore medicorum: at ii qui ſint, pauci intelligunt.

Homerus eius meminit.

Meminit eorum *Homerus 5. Iliados*, & innuit eſſe ἄμβροτον αἷμα deorum, qui cum nec pane veſcantur, nec vino utantur, ſanguinem ut homines non gignunt, ſed ichorem.

Hippocrates.

Hippocrates 2. epid. circà principium, & 4. de rat. vict. acut. t. 1. appellavit aquoſas & tenues humiditates, à corpore emanantes, quæ prout à variis humoribus ſecernuntur, varias etiam qualitates & appellationes habent, dum alii bilioſi, alii melancholici appellantur.

Philoſophus ſtatuit eſſe crudum vel in ſerum converſum ſanguinem.

Philoſophus eò tendit, eſſe crudum, nondumque perfectum ſanguinem, vel in ſerum converſum. πεπλομένων, *inquit 3. hiſt. animal.*

animal. cap. 19. ἐξ ἰχώρων μὲν γίνεται αἷμα. *Fit ex concoctis ichoribus ſanguis.* Et circa finem: ἰχὼρ ἐστιν αἷμα ἄπεπτον, ἢ τῷ μή πω πεπέφθαι, ἢ τῷ διωρρῶσθαι, *ichor eſt ſanguis crudus, aut quia nondum coctus eſt, aut quia in ſerum degeneravit.* Talis ichor excernitur in illis, qui fluxu epatico laborant.

Ibidem ſe clariùs explicat: ἐξυγραινομένου δὲ λίαν τοῦ αἵματος νοσοῦσι. γίνεται γὰρ ἰχωροειδὲς, καὶ διορροῦται οὕτως, ὥστε ἤδη τινὲς ἴδισαν αἱματώδη ἱδρῶτα. *Exſiccato nimis ſanguine ægrotant. In ſpeciem ſaniei diluitur, & ſereſcit adeò, ut jam nonnulli ſudarent ſanguineum ſudorem.*

Quin etiam *2. de partibus animal. cap. 4.* uberiùs ſe explicans ait: ἰχὼρ δ' ἐστὶ τὸ ὑδατῶδες τοῦ αἵματος, διὰ τὸ μή πω πεπέφθαι, ἢ διεφθάρθαι. *ichor eſt aquoſum ſanguinis, eò quod aut nondum concoctum, aut corruptum eſt.*

Galeni de ichore ſententia.

Non minus obſcurè mentem ſuam proponit *Galenus 3. de cauſis ſymptomatum cap. 2. circa finem*, recenſens tertium ſymptomatum genus; quod in pravis vacuationibus conſiſtit. *Primam* ejus ſpeciem conſtituit, τὴν στραγγουρίαν καλουμένην, *ardorem urinæ appellatam. Secunda* ἔοικε τοῖς κατὰ τὴν γαστέρα ῥεύμασιν. Γίγνεται δή τις, οἷον ἀναστοιχείωσις, ἢ σύντηξις, ἢ ἀνάλυσις, ποτὲ μὲν ἅπαντος τοῦ σώματος ἐστίν. ἐστὶν ὅτε δὲ, τῶν ἐν ταῖς φλεψὶ μόνων χυμῶν. *Fit colliquatio quædam:* UNA TOTIUS CORPORIS, carnoſo genere reelementato: ALTERA *reſolutione ichorum ſeroſorum in venis celebratur.*

CAPUT VI.

Mediata proximior cauſa corpulenta excrementitia.

Excrementitia eſt vel naturalis, vel præternaturalis.

EXCREMENTITIA materia naturalis vel præternaturalis conſtituitur. *Naturalis* intra terminos à naturâ præfixos manet: *Præternaturalis* cum eoſdem excedit, indigitatur: naturæ lege generatur, præter naturam luxuriat.

Pituita quid ſit?

PITUITA excrementitia eſt humor frigidus, albus, lentus, tenax & craſſus, ex cibo relictus in ventriculo. Fit ex ne-

ceſſitate

ceſſitate materiæ, & ex inordinato victu colligitur. ἐν τοῖσι βρωτοῖσι, *inquit Hippocrates lib. 4. de morbis*, καὶ τοῖσι ποτοῖσιν ἔνεστι πᾶσι φλεγματῶδεός τι τῇ μὲν πλέον, τῇ δὲ ἔλασσον, δίοτι καὶ διαφέρει τὰ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα ἀλλήλων ἐς τὴν ὑγείην. *In omnibus eſculentis & potulentis pituitoſi quid ineſt, plus in hoc, minus in illo. Quamobrem etiam quæ eduntur & bibuntur, inter ſe differunt ad valetudinem.* *Pituita differentiæ.* Differentias varias, mucum, crudum humorem in urinis, vitreum Praxagoræ, ſalivam modò ſalſam, modò acidam, modò aquoſam, innuit *Galenus 3. de loc. affect. cap. 7.* *mucoſa urinaria ſalivalis.*

Et lib. 2. de natural. facult. cap. 9. duas, acidam & ſalſam, eſſe *ait*: προσέχειν δὲ χρὴ ταῦτα τὸν νοῦν, καὶ γινώσκειν τῶν χολῶν ἑκατέρης τὸ μὲν τὸ χρήσιμόν τε καὶ κατὰ φύσιν ἐν τοῖς ζώοις, τὸ δὲ ἄχρηστον καὶ παρὰ φύσιν. οὕτω καὶ τοῦ φλέγματος ὅσον μὲν ἂν ᾖ γλυκὺ χρηστὸν τῷ ζώῳ καὶ κατὰ φύσιν, τὸ δ' ὀξὺ καὶ ἁλμυρὸν ἐγένετο, τὸ μὲν ὀξὺ τελέως ἀπεπτῆσθαι, τὸ δ' ἁλμυρὸν διασεσῆφθαι. *Advertere mentem & noſſe oportet, quod ut ex bilis generibus, aliud utile & naturale in animalibus eſt, aliud inutile & præter naturam, ita & phlegmatis, quod dulce eſt, id ſalutare eſſe animanti, & naturale, quod acidum ſalſumque, acidum quidem omnino eſſe crudum, ſalſum computruiſſe.* *Salſa & acida.*

ACIDA ὀξεῖα diutinâ in debili ventriculo, morâ, dum tenax & craſſa vitri fuſi modo, fit, & tum ὑαλώδης *vitrea* à Praxagorâ indigitatur, ſæviſſimoſque colicos dolores, *referente Galeno 2. de locis affect. cap. 5.* excitat. In venis etiam pituitoſus ſanguis aceſcere poteſt. *1. Acida.*

SALSA ἁλμυρώδης fit, cum id, quod putredinē aduſtum & in cinerem quaſi redactum, aquoſâ humiditate diluitur. *2. Salſa.*

INSIPIDA ἄποιος lenta videtur his duabus jungi poſſe, appellatur autem illa κατ' ἐξοχὴν crudus humor, in cachecticis abundans. *3. Inſipida.*

BILIS EXCREMENTITIA, quæ alendo corpori apta non eſt, duplex eſt; una naturalis, altera præternaturalis. *Bilis differentia.*

NATURALIS χολὴ ξανθὴ *flava*, quæ etiam ſemper, cum abſolutè ponitur, intelligitur, & nonnunquam ὠχρὰ *pallida*, nonnunquam πυῤῥὰ, ἐρυθρὰ *rubra*, dicitur, excrementum eſt ſecundæ coctionis, in epate *ſecundum veteres, corde ſecundum recentiores.* *Naturalis.*

...ς, quæ celebratur, & in veſicâ fellis colligitur.

...ium generationis flavæ & atræ bilis eleganter expreſſit ... τῶν φυσικῶν δυνάμεων *cap. 9.* exemplo muſti: Οἶνον ... γλυκὺν οὐ πρὸ πολλοῦ τῶν σταφυλῶν ἐκτεθλιμμένον ζέοντα καὶ ἀλλοιούμενον ὑπὸ τῆς ἐν αὐτῷ θερμασίας. ἔπειτα κατὰ τὴν αὐτοῦ μεταβολὴν δύο γεννώμενα περιττώματα, τὸ μὲν κουφότερόν τε καὶ ἀερωδέστερον, τὸ δὲ βαρύτερόν τε καὶ γεωδέστερον, ὧν τὸ μὲν ἄνθος οἶμαι, τὸ δὲ, τρύγα καλοῦσι. τούτων τῷ μὲν ἑτέρῳ τὴν ξανθὴν χολὴν, τῷ δ' ἑτέρῳ τὴν μέλαιναν εἰκάζων οὐκ ἂν ἁμάρτοις. *Vinum mihi dulce ab uvis expreſſum, fervens & alteraſcens ex eo, quem in ſe habet, calore intellige. Poſt ex ejus mutatione duo excrementa, alterum levius, magisque aereum, alterum gravius ac magis terreum, quorum illud florem, hoc fecem, arbitror, vocant. Horum alteri ſi flavam bilem, alteri nigram aſſimiles, minimè pecces.*

2. Et paulo poſt: κατὰ τὴν τοῦ αἵματος γένεσιν, ὅσον ἂν ἱκανῶς παχὺ καὶ γεῶδες ἐκ τῆς τῶν σιτίων φύσεως ἐμφερόμενον τῇ τροφῇ μὴ δέξηται καλῶς τὴν ἐκ τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἀλλοίωσιν, ὁ σπλὴν εἰς ἑαυτὸν ἕλκει τοῦτο. τὸ δ' ὀπτηθὲν καὶ συγκαυθὲν τῆς τροφῆς, εἴη ἂν τοῦτο τὸ θερμότατον ἐν αὐτῇ καὶ γλυκύτατον, οἷον ποτε μέλι καὶ ἡ πιμελὴ ξανθὴ γενόμενον χολὴ, διὰ τῶν μολοδόχων ὀνομαζομένων ἀγγείων ἐκκαθαίρεται. λεπτὸν δ' ἐστὶ τοῦτο καὶ ὑγρὸν καὶ ῥυτὸν καὶ κατὰ φύσιν, οὐχ ὥσπερ ὅταν ὑπεροπτηθεὶ ἐσχάτως ξανθὸν καὶ πυρῶδες καὶ παχὺ γένηται ταῖς τῶν ᾠῶν ὅμοιον λεκύθοις παρὰ φύσιν. *In ſanguine generando quicquid abunde craſſum & terreum ex ciborum naturâ in nutrimento fertur, nec commode à naturali calore alteratur, id lien ad ſe trahit, quod verò aſſum uſtumque nutrimenti eſt, (fuerit ſanè hoc calidiſſimum in eo ac dulciſſimum, qualia ſunt mel & adeps) id cum flava bilis factum eſt, per fellis vocata vaſa expurgatur. Tenue hoc eſt, & humidum, & fluidum, non quale ad ultimum & excoctum, flavum, igneum & craſſum, vitellis ovorum ſimile.*

Modus delationis in Veſicam.

Bilis hæc non ſolùm in veſicam hanc expellitur, verùm etiam attrahitur, non tantùm intentione propria, ſui gratia commodi, verùm potius ex intentione naturæ univerſalis, non in ſuum ſed totius corporis commodum & uſum.

Præternaturalis.

PRÆTERNATURALIS bilis ſpecies *à Galeno 2. de natur. facult. cap. 9.* recenſentur, una ignea, altera æruginoſa, tertia glaſtea.

1. IGNEA

I. IGNEA craſſa λεκυθώδης à ſimilitudine vitellorum ovorum, à flavâ ad ultimum excoctâ. Et hanc fortaſſe *Galenus 3. de loc. affect. cap. 7. & Alexander Trallianus lib. 1. cap. 13.* intelligunt, cum recenſent ſpecies phrenitidis, unam oriri ἐπὶ τῇ ὠχρᾷ χολῇ, alteram ἐπὶ τῇ ξανθῇ χολῇ, tertiam θυελώδην τῆς αὐτῆς ξανθῆς χολῆς ὑπερθερμανθείσης, καὶ ὑπεροπτηθείσης. *1. Vitellina.*

II. ÆRUGINOSA ἰώδης alibi adjungitur, cui affinis PORRACEA πρασοειδής. *2. æruginosa.*

III. Ἰσατώδης GLASTEA, cum viror magis intenditur, vocatur. *3. Glaſtea.*

MELANCHOLIA excrementitia duplex conſtituitur, ut liquet ex *Galeno lib. 2. de natural. facult. cap. 2. citato*, naturalis & præternaturalis. *Melancholia.*

NATURALIS μελαγχολικὸς χυμός eſt, ὃν ἐν τοῖς ὑγιαίνουσι γίνεσθαι φάμεν, μελαγχολία ſeu μελαίνη χολὴ eſt, τῷ ἐν τοῖς παρὰ φύσιν ἔχειν γίνεσθαι φάμεν. *Succus melancholicus eſt, quem in ſanis gigni dicimus. Bilis atra eſt, quæ in corporibus malè affectis gignitur. Galenus lib.* περὶ μελαίνης χολῆς. NATURALIS ex craſſâ ciborum portione, quæ terræ & cineri reſpondet, generata & collecta eſt excrementum illud craſſum coctionis ſecundæ, juxtà naturæ leges generatur. *Naturalis.*

PRÆTERNATURALIS triplex, quælibet ab immodico calore & uſtione. 1. Una ex ſanguine aduſto, habeturque pro mitiſſimâ. 2. Altera ex ſucco melancholico, quæ à nigro humore melancholico naturali differt, ſicut fex uſta à non uſtâ. 3. Tertia oritur à bile vitellinâ. *Præternaturalis. 1. 2. 3.*

Duarum poſteriorum meminit *Galenus*, ſecundam vocans κακοηθέστερον. Ὄνομα δὲ οὐδὲν ἴδιον κεῖται τῷ τοιούτῳ χυμῷ πλὴν εἴ πού τινες, ἢ ξυστικόν, ἢ ὀξώδη κεκλήκασιν αὐτόν. Ὅτι καὶ δριμὺς ὁμοίως ὄξει γίγνεται, καὶ ξέει γε τὸ σῶμα τοῦ ζώου, καὶ τὴν γῆν εἰ κατ' αὐτῆς ἐκχυτείη. καί τινα μετὰ πομφολύγων οἷον ζύμωσίν τε καὶ ζέσιν ἐργάζεται, σηπεδόνος ἐπικτήτου προσελθούσης ἐκείνῳ τῷ κατὰ φύσιν ἔχοντι χυμῷ τῷ μέλανι. *Hæc longè malignior quàm quæ naturalis. Nomen tali ſucco nullum eſt inditum, niſi quod aliqui vel radentem eum, vel acidum appellaverint, quoniam ſcilicet acris in morem aceti ſit & corpus animalis radit, & terram, ſi ſupra eam ſit, effuſus,* *Secunda deſcriptio.*

quandamque cum bullis fermentationem ebullitionemque excitat, ubi ſcilicet adſciticia putredo nigro illi ſucco naturaliter ſe habenti acceſſerit.

Subjungit: καὶ μοὶ δοκοῦσιν οἱ πλεῖστοι τῶν παλαιῶν ἰατρῶν, αὐτὸ μὲν τὸ κατὰ φύσιν ἔχον τοῦ τοιούτου χυμοῦ, καὶ διαχωροῦν κάτω, καὶ πολλάκις ἐπιπολάζον ἄνω, μέλανα καλεῖν χυμὸν οὐ μέλαιναν χολήν. τό δε ἐκ συγκαύσεως τινὸς καὶ σηπεδόνος εἰς τὴν ὀξεῖαν μεθιστάμενον ποιότητα, μέλαιναν ὀνομάζειν χολήν. *Mihi videntur veterum medicorum plerique id, quod è tali ſucco naturaliter ſe habet, quod & infra dejicitur, & ſepe ſupra fluitat, atrum vocare ſuccum, non atram bilem. Quod vero exceſſione quapiam ac putreſcentiâ in acidam migravit qualitatem, id atram nuncupare bilem.*

Deſcribitur melancholia aduſta & non aduſta.

Nec deſinit etiamnum, quin ut melius explicet utriusq; melancholiæ naturam, pergit. Sic etiam: μέλανος χυμοῦ, τὸ μὲν μήπω τὴν οἰκείαν ζέσιν τε καὶ ζύμωσιν τῆς γῆς ἐργαζόμενον, κατὰ φύσιν ἐστί, τὸ δ' εἰς τοιαύτην μεθιστάμενον ἰδέαν τε καὶ δύναμιν ἤδη παρὰ φύσιν, ὡς αὖ τὴν ἐκ τῆς συγκαύσεως τοῦ παρὰ φύσιν θερμοῦ προσειληφὼς δριμύτητα, καὶ οἷον τέφρα τις ἤδη γεγονός, ὧδέ πως καὶ ἡ κεκαυμένη τρὺξ τῆς ἀκαύστου διήνεγκε. θερμὸν γὰρ ἐστι χρῆμα αὕτη ἱκανῶς ἐστίν, ὥστε καίειν καὶ διαφθείρειν τὴν σάρκα. τῇ δ' ἑτέρᾳ τῇ μήπω κεκαυμένῃ τοὺς ἰατροὺς ἐστὶν εὑρεῖν χρωμένους, εἰς ὅσα περ καὶ τῇ γῇ καλουμένῃ κεραμίτιδι, καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅσα ξηραίνειν τε καὶ ψύχειν ἅμα πέφυκεν. *Id nigri ſucci, quod nondum illam velut ebullitionem fermentationemque terra efficit, eſt naturale: quod autem in talem mutatum eſt vim atque ſpeciem, id jam præter naturam eſt, ceu quod ex uſtione non naturalis caloris acrimoniam adſciverit, ac veluti cinis quidam ſit redditum. Sic quodammodo & fex uſta à non uſtâ differt: illa namque adeò calida eſt, ut carnem urat, liquet, & corrumpat. Altera, quæ nondum eſt uſta, ad omnia medicos uti deprehendas, ad quæ terra figulina, aliiſque quæ ſimul ſiccandi ac refrigerandi facultatem habent.*

Tertia delineatio.

Et tandem de tertiâ ſermonem inſtituens, concludit: εἰς τὴν τῆς οὕτω συγκαυθείσης μελαίνης χολῆς ἰδέαν, καὶ ἡ λεκυθώδης ἐκείνη μεθίσταται, πολλάκις ὅταν καὶ αὐτὴ ποθ' οἷον ὀπτηθεῖσα τύχοι πυρώδει θερμασίᾳ. *Sanè in atræ bilis ſic uſtæ ſpeciem etiam vitellina illa ſubinde vertitur, quoties ipſa quoque igneo percocta eſt calore.*

unde ὕδωρ dicatur.

Melancholicus ſuccus fere ſemper ſero diluitur plurimo, unde & ὕδωρ, *aquam* appellavit Hippocrates. Cum

Cum ex tenuiore ſanguine aut pituitâ ſalsâ oritur fel atrum, veriſimile judicat *Sennertus*, quod dicti humores prius in bilem mutentur, antequam ex iis fiat atra bilis. *Sententia Sennerti.*

CAPUT VII.

humores hi excrementitii præternaturales dum cauſæ morborum fiunt, nonnunquam ſunt ſinceri, nonnunquam permiſti.

AKρατεῖς, ἀμικτὶ, εἰλικρινεῖς, *ſinceri, impermiſti* dicuntur, qui nullius alieni humoris adulterio inquinati ſunt. *Impermiſti ſunt vel miſti.*

Μικτὶ, *permiſti*, diverſo modo ſehabent.

CAPUT VIII.

de cauſis morborum, ex mente Paracelſicorum, in genere.

HIs humores à conſortio cauſarum morbificarum eliminare volupe eſt, contemtimque de iis loqui ſummæ ſunt deliciæ. Non entia clamant eſſe. Morborum nativitates, ortus, & incrementa tribuunt tribus ſuis principiis, ſyſtaticis, utilibus, ex quibus omne creſcentium à naturâ productum, *autore Paracelſo libro de tribus ſubſtantiis, primiſque principiis* : SALI, SULPHURI ET MERCURIO, quorum conjunctione omne conflatur corpus, & omnis unitur ſubſtantia. Duobus inutilibus relollaceis, elementariis, aquæ ſeu plegmati, & terræ, ſeu ☠ nullas agendi vires tribuunt. *Hi humoribus dicunt: valete!* *Tria utilia principia cauſæ morborum.*

In primis ſyſtaticis utilibus omnem agendi & immutandi vim quærunt. Hæc intelligere primum, qui nihil ſcivit, quod nos ignorare voluit, tantâque beatiſſimi ingenii ſolertiâ fuit præditus, ut nullus poſt ipſum ſciverit, quod ipſe ignoravit, medicinæ parentem *ajunt*, cum πάντα ἀπὸ δυνάμεων, *omnia à poteſtatibus* fieri docet *lib. de veteri medicinâ.*

Eadem intellexiſſe *putant, libro de naturâ hominis, per* τὸ πικρὸν, καὶ ἁλμυρὸν, καὶ γλυκὺ, καὶ ὀξὺ, καὶ στρυφνὸν, καὶ ἄλλα μυρία παντοίας δυνάμιας ἔχοντα.

Ultimis

Ultimis elementariis duabus qualitatibus ſegnem inertiam attribuunt, nullam δύναμιν, nullas ἀκρότητας, nullas ἰσχῦς, nullam impreſſionem fœcundam in iis agnoſcunt, quam ſterilitatem etiam declarant, quod ſine ſapore inſipida planè deprehendantur. Aliis etiam eadem impetunt dicteriis: quod deſtituta ſint arcanis: non habeant in ſe cherionium naturæ, in quibus nulla ſit confluentia, nulla conſpiratio cum aſtris morborum, neque quoad eorum generationem, neque quoad eorum curationem, ſed pro præſentiâ ſaltem adſiſtant legatorum comites. A conſortio cauſarum morbos parientium qualitates ſegregaſſe *docent Hippocratem, libro citato, de veteri medicina,* cum docet: τὸ δὲ θερμὸν, ψυχρὸν, ὑγρὸν, ξηρὸν οὐ μεγάλην δύναμιν ἔχειν, *calidum, frigidum, humidum, ſiccum magnum poteſtatem non habere.*

Quid nominibus hiſce deſignetur.

Nomine ſalis, ſulphuris, mercurii, tria hæc principia, indigitant, non abſolutè ſal, ſulphur, mercurium currentem, vulgaria intelligentes, quum ea individua in ſuo genere abſoluta ſint, ſed quod differentiæ ſubſtantiarum, ex quibus univerſa corpora componebantur, proprietates, conditiones in nullis naturæ ſpeciebus, *ut Severinus in idæa medicinæ loquitur capite 7* magis explicatæ viſæ fuerint. Ideò liquoribus Mercurii, oleo ſulphuris, craſſioribus verò ſalis titulum impoſuere.

Principia hæc *autore Henningo Scheunemanno medic. reform.* dum benè habent, omnia ſalva ſunt. Dum verò exorbitant, cauſæ morborum fiunt.

Exorbitant duobus modis.

Exorbitant autem, dum duobus mutationum generibus SOLUTIONI ET COAGULATIONI ſubjiciuntur. Solvuntur 1. calcinatione cum corrodentibus ſpiritibus, & poſt præcipitantur. 2. Diſſolutione ſubtiliati elevantur, ſublimatione, deſtillatione, circulatione, putrefactione. COAGULANTUR iterum vel fixatione vel fermentatione.

Ut extra corpus principia his modis mutantur, ita etiam in corpore, & nonnunquam motus eorum inhibetur, vel aboletur, nonnunquam per certos mutationum gradus ſummas poteſtates conſequuntur, efferantur, nequitiamque ſuam celare non poſſunt.

CAPUT

CAPUT IX.

De cauſis morborum ex mente Paracelſicorum, in ſpecie; & 1. de iis, quæ a Mercurio derivantur.

INter cauſas morborum tyrannidem ſuam ſæpe exercet mercurius, liquor ille aëreus, imò potius aqueus, permeabilis, & penetrabilis ſubſtantiæ, habens in ſe duo corpora: unum utile, quod eſt ſpiritus, potisſimum vitæ noſtræ inſtrumentum, ab aquis coeleſtibus oriundum, cui colorum infinita illa varietas à nonnullis adſcribitur: alterum inutile, phlegma vocatum, ad primum refertur. *☿ primum obtinet locum.*

Cum ſequius ſe habet, & naturæ limites excedit, variis modis alteratur: fitque vel PNEUMOSUS, vel CREMOSUS, vel SUBLIMATUS, vel PRÆCIPITATUS.

PNEUMOSUS MERCURIUS in cerebri ventriculis hoſpitari creditur, omnium actionum motor & rector, afflatu ſuo inviſibili omnem motum perficit. Si mutationum poteſtate motus ejus inhibeatur, debilitetur vel aboleatur, ἐμφυσήματα ſuboriuntur. *Pneumoſus.*

Ingroſſatus in ventriculis, membranulis, vaſis, ſubſiſtit fixus: viſibilisque ſic & materialis factus non immeritò ſuo nomine privatur, & FLATUS dicitur.

In collo excitat *ſtrumas, ſteatomata, melicerides, atheromata, ſcrophulas.*

In inguinibus, alis, mammis, meſenterio, *tumores.*

In palpebris flatuoſum *apoſtema*, aliis tiſar dictum.

In imo ventre *tympanitidem, tormina, & murmura, ventris crepitus, ventriculi inflationes, ructus, inteſtinorum dolores colicos & iliacos*: IN SCROTO *hernias, enteroceles, epipleocelas, oſcheoceles, ſarcoceles.*

CREMOSUS MERCURIUS, arca vitæ noſtræ, continens humidum radicale ſeu primigenium, permeabilis, rarus, rore ſuo partes corporis noſtri madefacit ac reficit. Permutationum gradibus alteratus & deſtillatus, ut fulgur, non *Cremoſus.*

vaginam, ſed ferrum, non ſaccum, ſed nummos petit, ita & ille non carnes petit, ſed nobiliori è metallo formata viſcera in unam maſſam cogit, & colliquat aut cerebrum, aut pulmones, aut cor, non aliter, ac ſi cera eſſet, interim alias partes non lædit, linguæ loquelam exurit, ſalvâ carne, & apoplexiam inducit.

Quemadmodum ſpodium vino injectum extimam vini ſuperficiem congelat, ita hic Mercurius inſita vi in rabiem ſuſcitatus nervis impingitur, corpora conſtringit, rigida reddit, *convulſionem*, ejusque ſpecies, *ἐμπροσθότονον, ὀπισθότονον, ϗ τέτανον* inducit. Excitat etiam *paralyſin*, *epilepſiam*. Caduci & fulguris eadem generatio & conditio. Ab eodem fit *tremor cordis*, *incubus*, *imperfecta epilepſia*.

☿tus. SUBLIMATUS MERCURIUS radicalis humidi ſpiritus acutus, permeabilis, penetrabilis, aerea, fumea, ſubtiliſſima, vivifica, ſpirituoſa eſt ſubſtantia, caloris, ſiccitatis, levitatis, tenuitatis, ſplendoris, perſpicuitatis, diaphaneitatis labrum & flabrum.

Hic ſi nimis ſuſcitetur, omnes ægritudines, quæ interiùs punctiones cum fervore cient, excitat. Tales ſunt *apoſtemata*, *mania*, *phreneſis*, *amentia*, *melancholia*. Hæc & alia plura ſymptomata ex mercurii ſpiritu gignuntur, qui rurſum adſcendens exitumque quærens, cerebrum & cellas memoriales judiciique lædit.

Præcipitatio ſpiritus mercurialis. Si ſpiritus hic Mercurialis PRÆCIPITETUR, meningas penetrat, excitatque *maniam*, *phreneſin*, *typhomaniam*, & *paraphreneſin*: ſi dimidiam capitis partem infrà cutim feriat, *hemicraniam* efficit: ſi fortiter ſe membranis cutaneis inſinuet, *cephalæam*: ſi leviter tantum attingat, *cephalalgiam*: ſi cordis capſulam, *palpitationem*: ſi laryngem & fauces, *anginam*: ſi diaphragma inquinet, *pleuritidem*: ſi liquorem vitæ, *peſtem*, *carbunculos*, *anthraces*, poſt aures & inguina excitat.

☿tum. PRÆCIPITATUS ☿curius ſpiritus æthereus, verè eſurinus, acidus, acris, vehemens, incombuſtibilis, ignem externum calore vincit, cum digeſtione & circulatione excitatur, adeò ſubtilis fit, ut propter naturæ poteſtatem interiorem

nihil

nihil ei reſiſtere queat, cum reliqua duo principia ipſum edomare nequeant. Hinc dolores artuum. Si ſpiritus hic acetoſus carpi & digitorum ſynoviam impugnet, *chiragra* nuncupatur. Si digitorum articuli doloribus illis excrucientur, PODAGRA: ſi genua, *gonagra*: ſi coxendicis os, ISCHIADICUS *dolor*: ſin omnes ſimul articuli infeſtentur, ARTHRITIS nuncupatur.

CAPUT X.

De cauſis morborum, qui oriuntur è Sulphure.

ALterum principium compoſitionis humani corporis ut eſt Sulphur, ita & ejuſdem deſtructionis.

🜍 à naturali ſtatu alimentum deſtructivum.

Sulphur CONGELATUM ſpiritus eſt puriſſimus, odoriferus, candidus, dulcis, caloris fomentum, mercurii aciditatem & ſalis amaritudinem contemperat ſuâ dulcedine, & ſuâ viſciditate mercurii volatilitatem cum ſalis fixione conciliat. Si verò vel motu vel retentione calidæ exſpirationis, vel viciniâ rerum calidarum accendatur, ad ardorem & flagrationem aliàs propenſionem habens, & INCENSIONEM, non unam, ſed omnes actiones lædit ſuo ardore, flammâ & caumate.

Congelatum.

Non unum, ſed pro diverſitate locorum diverſa NOMINA febrilis hic ardor adipiſcitur. In cute ſi accendatur 🜍, fit *Eryſipelas*: in oculis, *ophthalmia*: in aliis partibus, *inflammatio*: in venis & arteriis, *ephemera*. Sin ardor æqualiter perſeveret, *Synochos* ὁμότονος, ἐπακμαστικὴ, παρακμαστικὴ: ſi cordis ſubſtantiam adoriatur, *hectica* fit & *maraſmus*.

Nomina diverſa.

Cum fœtidum ſulphur cum diſſoluto mercurio & impuro ſale in ſtomachi cavitate in globum conglomeratur, fit *quotidiana*: ſi in regione hepatis, fit *Tertiana*: ſi circa lienem colligatur & accendatur, fit *Quartana*.

SULPHUR RESOLUTUM liquidam & mollem habet ſubſtantiam, omneſque partes benigno irrorat madore, à corde in cerebrum debito modo & tempore, imò etiam menſurâ delatum

🜍 reſolutum intrà limites ſuos beneficum eſt.

delatum, naturalem ſomnum conciliat. Inde cor & cerebrum ſuavi ſpirituum conventu ſe mulcent.

Extra eosdem pandora pyxis. Si verò immoderatiùs luxuriet, narcoticos & ſoporiferos inducit adfectus, & vi ſuâ narcoticâ *ſtupidos, ſocordes, obliviosos* reddit: *coma, ſopores, cataphoras, veternos, caros,* inducit, ſi partem cerebri infeſtet anteriorem: *catalepſin*, ſi poſteriorem. Quando caverna occipitis ſeu poroſitates ipſius narcoticis ſpiritibus obturantur, fit *lethargus, & portentoſæ dormitationes.* Cum ſpiritus reſinoſi, fuliginoſi, ſurphurei ad opticum tranſeunt nervum, omnia videntur circumagi, & quadam rotatione circumferri.

CAPUT XI.

DE CAUSIS MORBORUM ſalinorum.

Salini principii encomia. SAlinum principium morbos ciet, cum in officio non continetur. Diſperſum eſt per totam corporis lithurgiam, nec eſt pars ulla, licet minima, ſalis expers.

Balſamum eſt vivificum, Joviali benignitate nobile, quod ex corde per arterias ſeu aquæ ductus ad totius corporis mutationem diſpenſatur.

Quamdiu ſal hocce balſamicum, viſcosâ ſulphuris dulcedine, mercuriique irrigatione nectareâ contemperatum, proportionales confoederationis ſervat leges, ſalva eſt ubique λειτουργία corporis.

Luxuriantis damna. Verùm quantitate & qualitate luxuriante, efflorescente aut turgeſcente, divortium à reliquis faciente, ſedemque jam figere ſcorſim volente, occultam hactenus, ob miſtionis virtutem, exſerit malignitatem, bellum inducit ſulphuri, & mercurio, ſociis ſuis fidelibus, univerſam pervertit oeconomiam, vagabundum & locorum favore deſtitutum non quieſcit, donec oportunam matricem confluentiamque in partibus ſolidis nactum, cum mechanicis validioribus tincturis ſubjugatum inito conjugio conſpiret, radiceſque fixas agat, quibus inhærescens,

ſcens, continuo nutricatu, viribus adauctis, certo digeſtionum tempore fructus radici & mineræ partique affectæ conſentaneos emittit.

CALCINATUM SAL omnibus beneficiis humanum corpus ornat, à putredine præſervat, totum corpus in vigore ſuo conſervat, nec non ab eſcharà & vermibus præſervat. Quod ſi RESOLVATUR, fit SUDOR, CACHEXIA, ASCITES, LEUCOPHLEGMATIA, HYDROPS THORACIS, UTERI. *Calcinatum.*

RESOLUTUM SAL guſtu ſuave ac dulce eſt, ſaporum fundamentum, nutritionis & generationis promumcondum. Deorum cibus & potus: ambroſia & nectar ab Amaltheæ cornu profluens. *Reſolutum beneficum.*

Verùm ex officio delapſum congelationem patitur, induratur, & in reſinam, tartarum, arenam, lapides concreſcit. Sic vinum calculos gignit. Cereviſia feces deponit. Varia tartara ex lacticiniis oriuntur. In ſtomacho ſal hoc reſolutum ſi coaleſcat, ejusque orificio & fundo cohæreat, fit uſnea & pruina, fitque *ardor*, ὄρεξις, *vomitus*, INAPPETENTIA. *Congelatum.*

In inteſtinis, excitat *conſtipationem*, COLICAM, DORSI DOLOREM, DOLOREM COXÆ.

Si autem fuerit digeſtum in ſtomacho pro primâ digeſtione, & expulſum in ſecunda hepatis, fit CONSTIPATIO IN HEPATE, DURITIES & APOSTEMA CHRONICUM, SITIS, DOLORES LATERIS DEXTRI, OBSTRUCTIONES, TUMORES PEDUM, *& maximè tibiarum*, DOLOR MESARAICARUM, HECTICAE SPECIES, PHTHISEOS *principium*, VENTRICULI CONVULSIO, SINGULTUS, TORSIONES UMBILICI.

SI IN VENIS coaguletur, tabeſcit membrum, brachium tolli non poteſt, obſtruit vias nutrimenti. Inde ARIDURA: ARENAS in veſicâ: & TARTARUS à ſpiritu ſalis congelatus in variis membris, articulis, renibus concreſcit.

REVERBERATUM SAL officia habet magnæ dignationis. Ignis eſt occultus, quem nemo videt, neque ſentit eſſentialiter, attamen urit. Ut flammula, ranunculus, ſinapi, piper, *Reverberatum.*

urtica, euphorbium, *inter vegetabilia:* cantharides *inter animalia* occultum in ſe continent ignem, operatione ſolâ perceptibilem in EXTERIORIBUS: ita in HOMINE quædam ſalia habentur non aliter corpus intrinſecus urentia, quàm flammula, quæ ſi ab EXTERNIS irritentur, CUTIM miris modis defœdant.

Si ſal reverberatum lenem mordacitatem contrahat, fit PRURITUS, FOEDUS CUTIS COLOR, PSORA, PORRIGO, ACHORES; FAVUM.

SI REVERBERATI ſalis pernicies radices egerit altiores, SCABIEM concitat, ex quâ oriuntur puſtulæ, in extremitate palpebrarum HORDEOLUM: in naribus POLYPUS: IN CUTE VERRUCAE: in pedum digitis CLAVI.

SI SALIS hujus faſtus in ſanguine luxuriet, fiunt ULCERA, PHLEGMONE, CARBUNCULI, ANTHRACES.

Si in mammis ferociat, oritur CANCER.

Si in facie, ERYSIPELAS.

Si venæ ſub lingua afficiantur, RANULAE naſcuntur.

Sin in toto corpore, *Lues venerea*, SCORBUTUS, LEPRA.

CAPUT XII.

de Tartaro, prout eſt cauſa morborum.

Tartarea morborum cauſa.

TArtarum Paracelſus ſociat principiis ſuis, individuo comitatu, ut nihil ferè ſpirare videatur præter eundem. Ejus ſectatores eundem ceu aſylum & refugium agnoſcunt, tantâ cum devotione, ut quorum morborum naturam abditam cenſent, tartaro adſcribant.

Nomen.

APPELLATUT ♀ ab ipſis quæcunque reſidentia & ſuccus in fundo ſtabulans, coagulationi ſuâ naturâ aptus, & quadruplex conſtituitur *lib. 3. de origine morborum* ex ♀. *tract. 1.* calculus, arena, bolus, viſcus.

Modus collectionis.

GENERATIONIS primordia ſunt alimenta, quæ cum à ſpiritu mechanico in ultimam materiam reſolvuntur, hunc novum fœtum edunt in lucem.

Duplex eſt.

Duplex eſt, reſolutus & ſolidus. *Reſolutus* vagatur per uni-

univerſum corpus, liquidus, mucilaginoſus, glutinoſus, in arthritide, podagrâ, chiragrâ, *concretus* in renibus, podagricis inſultibus ſolideſcit.

Antequam ſalis ſpiritus accedit, in ſubſtantiâ liquoris apparet, ſuperveniente ſpiritu ſalis coagulatur in ſolidam ſubſtantiam. Inde obſtructiones in vaſis, extra vaſa, in articulis, renibus, pulmonum veſiculis membraneis.

Ut fructus arborum, pyra, poma in Majo producuntur, in autumno verò demum ad maturitatem perveniunt ita quoque tartarus ſuum ortus & maturitatis habet tempus. Quò maturior, nocentior, ſolidior. ♀. ventriculi, inteſtinorum, non tantum faceſsit negotii, ac renum, & veſicæ. Majorem cum expertus ſit elaborationem, eò ſubtilior fit. Subtilitas poteſtatis autor.

CAPUT XIII.

Petri Fabri de cauſis morborum opinio.

TRiginta annis, *inquit ultimus Paracelſicus ſcriptor Petrus Faber præfatione ad univerſitates medicinæ totius orbis, præfixâ ſapientiæ univerſalis libro 3.* coecus fui in curatione morborum, nihilque jucundi, certi, & tuti invenire potui, quamvis Hippocratem & Galenum legerem, diuque & noctu pervolverem, toto hoc xxx. annorum ſpacio, & anatomicis operibus vacarem, nullibi tamen invenire potui focos & nidos humorum putrentium, nullibi pituitam putrem, nec utramque bilem putredinis labe contaminatam, nec in homine ſano, nec ægro reperire potui. Quod ſi quid vomitu nonnunquam ejicitur viſcoſi, & tenacis humoris, & glutinoſi liquaminis, amari guſtûs, & flavi coloris, acidique ſaporis, & nigri coloris, nihilominus tamen pituitæ naturam & bilis utriusque indolem & proſapiam non ſapere illud, certiſſimum eſt, cum hæc omnia excrementa ſint coctionis ventriculi, & depravati chyli & alterati veram naturam redoleant. Adde, quod nec chylus in ventriculo. nec ſanguis in hepate poſſint quatripartiri in quatuor diverſos humores eſſentialiter differentes. &c. *Faber jurattus humorum hoſtis.*

Quem-

Quemadmodum autem eos in ſanguine non agnoſcit, ità eosdem refutat in generatione morborum, oſtendere adlaborans, aliud eſſe, id præter naturam, in quod degenerat alimentum noſtrum in coctione & digeſtione, ex quo errore fiunt illa præter naturam, ex quibus fiunt morbi.

Non fidit tamen ſibi, & quod illud ſit, nomine tenus non exprimit, ſed in ſingulis affectibus obſcurè tangit.

CAPUT XIV.

Helmontii acor.

Rejicit. ⊖. 🜍. ☿.

JOh. *Baptiſta ab Helmont libro ſingulari*, tria prima chimicorum principia ſal, ſulphur & mercurium impugnat, neque eorundem eſſentias de morborum exercitu eſſe pluribus oſtendit.

& humores.

Humores etiam non agnoſcit: *libro, ignotus hoſpes morbus, inſcripto* negat dari bilem flavam porraceam, æruginoſam & ſimiles. Humores in ſanguine, qui diverſi oſtendi ſolent, ex venâ ſectâ emiſſo, non tam morborum cauſam, quàm effectum eſſe oſtendit *alibi.*

Acori multum tribuit

Acorem corruptum magnifacit, eundemque in ventriculo ſtabulari ſolitum cum extrà pomoeria ſua divagatur in alia viſcera, vel artus, Archeum, irritare & varia ſymptomata inducere ſcribit. Ut acor, *inquit libro, pleura furens, inſcripto t. 14.* in ſtomacho eſt gratus, & ordinarius ſapor: ſic extra ſtomachum omnis aciditas eſt præter naturam & hoſtilis. Quod hactenus neſciverunt ſcholæ. Sic namque tormina ab acido inteſtinorum, in lotio ſtranguria, in ulceribus corroſio, in pelle ſcabies, in artubus podagra. Pleuritidem & alia apoſtemata oriri ait, ſi Archeus in cruoris gremium, leviculam ſibi applicatam aciditatem deponat. Tum ſtatim extravenatur, ejicitur è venis, & apoſtema parit, ubicunque id locorum contigerit. Si verò profundius id in venis eveniat, peſtilens aliquod pathema inſurgit.

CAPUT

CAPUT XV.

ἐπίκρισις adjungitur.

NOn uni immorandum chordæ, ſed pluribus. Proponentur ſingulæ hæ ſententiæ, & ad inſtitutum accommodabuntur. *Attendetur ſententia ſingula.*

In oculis autem haberi poteſt elegans *Plutarchi* effatum, *libro* περὶ τοῦ ἀκούειν *de auditione.* δεῖ τῆς λέξεως αὐτὸν διώκειν τὸν καρπόν. καὶ μιμεῖσθαι μὴ τὰς στεφηπλόκους, ἀλλὰ τὰς μελίττας. αἱ μὲν γὰρ ἐπιοῦσαι τὰ ἀνθηρὰ καὶ εὐώδη τῶν φύλλων. συνείρουσι καὶ διαπλέκουσιν ἡδὺ μὲν, ἐφήμερον δὲ καὶ ἄκαρπον ἔργον. αἱ δὲ πολλάκις ἴων καὶ ῥόδων καὶ ὑακίνθων διαπετόμεναι λειμῶνας, ἐπὶ τὸν τραχύτατον καὶ δριμύτατον θύμον καταίρουσι, καὶ τούτῳ προσκάθηνται, ξανθὸν μέλι μηδόμεναι. καὶ λαβοῦσαί τι τῶν χρησίμων, ἀποπέτονται πρὸς τὸ οἰκεῖον ἔργον. *Proinde oportet copiâ & vanitate dictionis remotâ, ipſum perſequi fructum, imitarique non eas, quæ ſerta plectunt, mulierculas, ſed apes. Illæ enim florida & odorata ſectantes folia conſerunt atque pertexunt opus, jucundum quidem illud, ſed in diem duntaxat durans, atque infrugiferum: hæ ſæpenumero prata pervolitantes, violarum, roſarum, hyacinthorumque copiâ conſita, in thymum aſperrimum, atque guſtûs acerrimi deferuntur, eique adſident mel meditantes flavum: perceptoque utili ſucco ad ſuum revolant opus.* *Lesbia regula ex dicto Plutarchi.*

Galenicis hypotheſibus potiſſimum innitemur, in quibus tamen multa obeliſcum merentur. *Fertur judicium de ſententia Galeni,*

Paracelſicorum ⊖ 🜍 ☿ ♀, ſi eo ſenſu accipiantur, quo *chimia noſtra in artis formam redacta* ea admittit, civitate donabuntur. Negari nequit, dari morbos, ſalis, ſulphuris, mercurii, tartari naturam æmulantes. Arthritici humores ſeroſi ſunt & ſalini: luxuriant iidem in ſcabioſâ fœditate. Sulphuris inflammabilis in reſuviano miraculoſo incendio flammas exprimunt ardentes febres. Epileptici motus mercurialibus adſcribi poſſunt humoribus. Tartareæ Veſolutiones & coagulationes apparent in humoribus tophaceis nodoſis. *Paracelſicorum,*

Rectè conqueritur *Faber*, multa pro bile, pituitâ, & melan- *Fabri.*

melancholiâ haberi, quæ verè talia non ſunt. Ipſe tamen in cauſis morborum explanandis expectationi non reſpondet.

Humores à vetuſtate adſignatos dari in humano corpore, docet *αὐτοψία*. Bilioſa propriè dicta in dyſenteriâ excluduntur. Quamvis colici dolores â fecalibus obſtructionibus propè coecum inteſtinum utplurimum excitentur, excrementitiam pituitam tamen dolores illos excitare, negari nequit *Galeno* teſti.

Helmontii. ACOR HELMONTIANUS non ens habetur â multis.

CAPUT XVI.

De cauſis ſecundum eſſendi modum determinati generis, in quantitate & qualitate, conſideratis.

Quæ eſſentiam ſequuntur. duplicia ſunt. EXplicatâ efficiente causâ, intuitu eſſentiæ, eadem examinanda ſecundum eſſentiæ modum. Ad hunc referri queunt omnia, quæ eſſentiæ modum conſequuntur, & peccantem ſubſtantiam modificant. Sunt hæc in duplici differentiâ: 1. alia conſequuntur eſſentiam in determinato genere. 2. alia indifferenter ſecundum omne genus.

1. in determinato genere 1. IN DETERMINATO genere I. CORPOREAE MOLIS ratione, eſſentiam modificant, ſeu, novum ei addunt modum, quantitas & qualitas.

Quantitas, 1. QUANTITAS cum EXCEDIT magnumque exceſſum à naturali ſtatu parit, vel DEFICIT.

Qualitas prima. 2. QUALITAS PRIMA eaque MANIFESTA cum peccat caliditate, frigiditate, ſiccitate, humiditate, ſimplici vel compoſita, vel OCCULTA, cum habet aliquam malignitatem.

Secunda. DEINDE SECUNDAE qualitates modum eſſentiæ addunt, cum materia eſt putrida, tenuis, vel craſſa nimis, atomis irregularibus excedens.

CAPUT XVII.

quomodo indifferenter modificent cauſam quantitas & qualitas.

IN-

INDIFFERENTER modificant materiam, ſecundùm modum eſſendi conſideratam, quantitas & motus. *II. Indifferenter.*

I. QUANTITAS ſeu corporea moles cauſæ morbificæ, examinanda merito actionis, in quâ expenditur ACTIVITAS, & merito PASSIONIS, in quâ occurrit RESISTENTIA. Utraque major eſt vel minor. *Quantitatis & activitatis ratione.*

II. MOTUS ratione indifferenter modificatur eſſentia cauſæ: Motus hic eſt duplex, *generationis* & *localis*. *Motus ratione, qui duplex eſt:*

GENERATIO & CONGESTIO ut innoteſcat, conſiderandum, â quo agente producatur, *in loco*, vel *extra locum* & affectum. *generationis in loco affecto.*

IN LOCO AFFECTO per *συναθροισμὸν congeſtionem*, *δύο πρῶτα γένη τῆς ἀποτυχίας*, *duo fruſtatæ actionis genera* conſtituit *Galenus 3. de ſymptomatum cauſis capite* 1. *τὸ μὲν ἔτερον ἐστιν ἡ δύναμις αὐτὴ πεπονθυῖα. τὸ δ' ἕτερον ἔξωθέν τις πλημμέλεια.* Actio læditur, cum *facultas in agendo* ob partis naturalem conſtitutionem, quæ facultatis inſtrumentum eſt, læditur, vel *ob errorem externum impeditur*. *congeſtionis 1.*

CAPUT XVIII

oſtendit modum, quo facultas partis læditur à calidâ intemperie.

CONSTITUTIO ſeu *οὐσία* partis naturalis & facultas læditur primò, læſis ſimilaribus partibus ab *intemperie* quacunque, manifeſtâ vel occultâ, conformatione, & ſolutâ unitate. *Modus conſtitutionis læſæ.*

INTEMPERIES eſt vel ſimplex vel conjugata. *Intemperiei calidæ cauſæ.*

CALIDAE morboſæ intemperiei cauſæ reducuntur ad quinque claſſes 1. *περὶ διαφορᾶς πυρετῶν cap. 2.* *1. Motus.*

1. *κίνησις* eſt tum corporis, tum animi. CORPORIS motu calorem excitari probat *Galenus de cauſis morborum cap. 2.* tribus exemplis: *τῶν γυμναζομένων ὁποσοῦν, καὶ τῶν παρατριβομένων ἀλλήλοις λίθων, ἢ ξύλων, καὶ τῆς ῥιπιζομένης φλογός. eorum, quæ quovis modo exercitantur, lapidum invicem colliſorum, & lignorum*

gnorum, ut & flammæ ventilata. ANIMI COMMOTIONES etiam calorem excitant febrilem in irâ præcipuè, qui ſi diu duret, medicas expoſtulat manus, morbus factus.

2. Putredo. 2. Ἡ δὲ σῆψις, *putredo*, altera calidi morbi cauſa eſt. Memorabilis ſimilitudo, ab inanimatis deſumta Galenica eſt de ſtercore columbino, *de cauſis morborum cap. 2.* propoſita. Domus in Myſiâ Aſiæ parte, *eodem autore 3. de temperamentis cap. 2.* propter ſtercus columbinum putrefactum vaporem edens tactu calidum, tota conflagravit. Eodem modo in animatis corporibus evocato ex humoribus calido ſyntheſis & miſtionis vinculum diſſolvitur, & maſſa, concepto ſemel incendio ebulliens, circulationis motu fervorem undiquaque communicat.

3. Vicinia calidorum. 3. ὁμιλία τῶν θερμοτέρων *vicinia calidorum externorum, balneorum*, ſolis æſtivi, & omnis flammæ calorem communicare poteſt contiguis corporibus. Tertia hæc immoderati caloris cauſa in animalibus eſt manifeſta. In bubonibus, inflammationibus & eryſipelatis, omnibusque adeò calidis morbis, *inquit Galenus de cauſis morborum cap. 1.* ἀεὶ τὸ ψαῦον τε καὶ συνεχὲς μόριον, αὐτὸ μὲν πρῶτον ἀπολαύει τῆς θερμασίας, ἔπειτα δὲ καὶ τῷ πλησιάζοντι μεταδίδωσι, κἀκεῖνον αὖθις τῷ μεθ' ἑαυτό, καὶ οὕτως ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐμφύτου θερμασίας ἀφικομένης τῆς δυσκρασίας, ὅλον ἐν τάχει τὸ σῶμα μεταλαμβάνει τοῦ τῆς ἀρχῆς παθήματος, *ſemper contingens pars atque continua, ipſa quidem primò caliditatem adſumit, deinceps verò & partem vicinam afficit, & hæc deinceps ſibi proximam, atque ita, uſque ad principium inſiti caloris ubi pervenerit intemperies, totum celeriter corpus principii ſentit affectum.*

4. Conſtipatio 4. στέγνωσις, ἀδιαπνευστία *conſtipatio & impedita tranſpiratio* excitata à rigore, in aquâ frigidâ natatione, vel aquâ aluminosâ aſtringente, & ignem de novo generare & genitum augere, fumoſis ſanguinis effluviis, quæ diſſlari ſolebant per inſenſibiles poros, retentis & repulſis, facilè poteſt. μόνην στέγνωσιν χωρὶς τῶν ἄλλων ἁπάντων ἱκανὴν γεννῆσαι πυρετούς, *ſolam meatuum ſtipationem, licet reliqua omnia deſint, generare febres poſſe, teſtatur Galenus 8. meth. cap. 2.*

Duplex eſt: Duplicem etiam corporum στέγνωσιν eſſe docet *9. methodi medendi cap. 1.* ἢ γὰρ φραχθέντων, ἢ μυσάντων γίγνεται τῶν πόρων, ἢ

καὶ

καὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ πιληθέντος ἀμετρότερον, vel obſtructis exilibus meatibus, vel conniventibus, vel etiam corpore ipſo immoderatius denſato accidit.

Utraque cauſa gravium ſymptomatum extitit origo in Alexandro, magno orbis domitore, cum pulvere ſimul & ſudore perfuſum, invitaret liquor Cydni, celebris in Ciliciâ amnis, ut calidum adhuc corpus ablueret, inque flumen deſcenderet veſte depoſitâ. Vix ingreſſi artus ſubito horrore cœperunt rigere: pallor deinde ſuffuſus eſt, & totum propemodum corpus vitalis calor reliquit: mox exſpiranti ſimilis, nec ſatis mentis compos in tabernaculum delatus, non niſi dubio eventu à Philippo medico reſtitutus fuit in integrum, *autore Q. Curtio Ruffo de rebus geſtis Al. Magni lib. 3.*

Utraq; locũ habuit in Alexandro. Ab aſtrictione cutis in balneo frigido vitæ periculum.

5. *ἡ ὕλη materia* ſi ſit calori concipiendo idonea, facilè accendi poteſt, & morbis intemperiei fores aperire. *δῆλον, inquit Galenus de cauſis morborum cap. 2. δὲ καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ὕλης, ὡς κάλαμοι μὲν οἱ ξηροὶ ῥᾳδίως ἐξαίρουσιν ἐπὶ μέγιστον τὴν φλόγα. ξύλα δέ γε χλωρὰ, καὶ μάλιστα ἢν πλείω σωρεύσῃς ἐπ᾽ αὐτὴν, ἄχρι μὲν πολλοῦ βαρύνεται καὶ οἷον καταπνίγει τὴν φλόγα, τελευτῶντα δ᾽ αὐξάνει. Nam aridi calami, faciliùs in maximam flammam attollunt: ligna autem viridia, & præſertim ſi plura ſuper ignem congeſſeris, diutiùs quidem aggravant & veluti obruunt flammã, demùm verò augent.*

5. Materia.

Materiæ talis inflammabilis rationem ſuſtinent alimenta, medicamenta, vel aer calidus: fervorem intus admiſſa excitare valent, auctâ ſupra modum caliditate. Eſculenta enumerantur *à Galeno* allia, porra, cæpæ: Potulenta, vina vetera, acria imbecillo corpore liberaliùs ingeſta, medicamenta acria interna & externa, ut & amoleta.

Quæ tales ſint materiæ, additur

CAPUT XIX.

Frigidi morbi cauſæ, quæ agunt alterando & ſuffocando.

ENumerat eas *Galenus de cauſis morborum cap. 3.* & refert ad quatuor ſumma capita 1. *ὁμιλίας τῶν ψυχόντων.* 2. *τῶν ἐσθιομένων καὶ πινομένων τό τε ποσὸν, καὶ ποιόν.* 3. *στέγνωσίν τε καὶ*

Recenſentur à Galeno.

μάνωσιν. 4. κἄπὶ τούτοις ἀργίαν τε καὶ κίνησιν ἄμετρον. 1. refrigerantium propinquitatem. 2. ciborum potuumque quantitatem & qualitatem. 3. ſtipationem ac rarefactionem. 4. ac prætereà ocium ac immodicum motum. Singula eleganter illuſtrat exemplis.

Poſitiva refrigerantia. *Nos* variationis amore ad alia redigemus capita. ALTERANT ET INFRIGIDANT PER SE POSITIVE FRIGIDA. Sin, *addit Galenus*, parvo carboni multum NIVIS aut GLACIEI ſuperimponas, aut plurimam aquam ſuperinfundas, continuò exſtinguitur. Sic cum CIRCUMSTANS AER ſit præter modum frigidus, velut hyberno tempore circa Hiſtrum, non ſolum lucernam ſub dio poſitam, ſed etiam quemcunque ignem exiguum videbis protinus exſtingui. Et hoc modo ignis à rerum prægelidarum contactu ſuperatur. Ita ſe res habet cum calore noſtro animali. ὑπὸ παντὸς τοῦ προσπίπτοντος ἔξωθεν ψυχροῦ, τοῦ μὲν κατὰ τὴν θίξιν μόνον, τοῦ δὲ κατὰ τὴν δύναμιν, ἔστι τι νόσημα ψυχρόν. οὕτως ἐν ὕδατι ψυχρῷ νηξάμενός τις ἐβλάβη, καὶ κακῶς λουσάμενος, καὶ διὰ κρύους ὁδοιπορήσας. Ἐνίους δὲ καὶ ἀποθανόντας οἶδα πρὶν οἴκαδε παραγενέσθαι. *Cum omne frigidum forinſecus advenerit, partim contactu tantùm, partim potentiâ, frigida ægritudo conſiſtet. Sic aliquis in frigidâ natans aquâ læſus eſt & malè lotus, & per gelida loca iter faciens. Nonnullos etiam vidi exanimatos, antequam domum deferrentur.*

Privativa Intemperiei frigidæ cauſæ ſuffocantes. SUFFOCANDO calorem, alia frigidam intemperiem excitant. ὑπὸ δὲ τῆς τῶν τρέφειν αὐτὸ τὸ θερμὸν φύσιν ἐχόντων ὑπερβολῆς, καὶ ἐνδείας, ἢ μὴ προσηκούσης ποιότητος ὡσαύτως βλάπτεται. *Ab iis, quæ naturâ aptæ ſunt, ut calorem enutriant, ob exceſſum, defectum, vel alienam qualitatem hoc pacto corrumpitur.*

1. ob exceſſum alimentorum. EXCESSÛS IN QUANTITATE exemplum eſt ſtrues lignorum. ξύλα μὲν ἀθρόα καὶ πολλὰ σωρεύσας ἐπὶ σμικρᾶς φλογὸς, ἀποπνίξεις αὐτὴν, ὑπερβολῇ ποσότητος ἀμέτρου. *Si enim ligna univerſim & multa ſuper parvam coacervaveris flammam, ob immodica quantitatis exceſſum, ipſam extingues.*

Applicatio. Ita etiam calor animalis, & biolychnii flammula, nimiâ copiâ vel qualitate, in plethorâ & cacochymiâ à liberali diætâ, vel evacuatione aliquâ ſuppreſſâ, coacervatâ obruitur, emoritur, & frigida ſequitur intemperies. Confirmat id Galenus exemplo

exemplo vini, & optimorum ciborum. Τοῦτον δὲ τρόπον, *inquit*, ἢ ἀποπληκτὸς, ἢ ἐπίληπτος, ἢ κίνησιν, ἢ αἴσθησιν βεβλαμμένος, ἢ πῶς ἄλλως καταψυχμένος ἐξ οἰνοφλυγίας τὶς ἐγένετο. καὶ τοί γε αὔξει τὴν ἔμφυτον θερμασίαν ὁ σύμμετρος οἶνος ὡς ἂν οἰκειοτάτη τροφή. καὶ μὲν δὴ καὶ ἡ τῶν χρηστοτάτων τε καὶ τροφιμωτάτων τοῖς ζώοις σιτίων ἄμετρος προσφορὰ νοσημάτων ψυχρῶν αἰτία γίγνεται. ὅσῳ δὲ ψυχροτέρα φύσει τῶν ἐσθιομένων ἢ πινομένων, καὶ ταῦτα ψυχρῶν νοσημάτων αἰτία. *Ad eum modum morbum attonitum, aut comitialem, aut motus ſenſuſve læſionem, ex ebrietate aliquis ſubiit: quanquam vinum modicè hauſtum, ut quod maximè proprium alimentum ſit, nativum calorem adauget. Sic & optimi cibi quique plurimum animali afferunt nutrimentum, ſupra modum aſſumpti, morbos frigidos generant.* — *Confirmatur exemplo vini.*

ἐν τῇ στεγνώσει τοῦ περιέχοντος ἀμέτρως ὄψει καὶ οὕτως ἐλάττονα τε γινομένην καὶ κινδυνεύουσαν σβεσθῆναι τὴν θερμασίαν. στεγνοῦται μὲν οὖν εἰ σικύαν ἰατρικὴν, ἢ πνιγέα περιθείης, ἢ τι τοιοῦτον ἕτερον. οὕτω δὲ καὶ τῶν καμίνων εἰ τὰς ὀπὰς ἐμφράξαις. *Sin etiam, qui flammæ circumfunditur, aerem ſtipaveris, aut nimium rareſeceris, ſic quoque flammam ſuffocari, decreſcere aut periclitari, ne penitus exſtinguatur, inſpicies. Stipatur autem, ſi cucurbitam, quâ medici utuntur, vel furnulum, aut tale aliquod aliud circumponas. Quod etiam continget, ſi fornacum foramina clauſeris.* — *2. ob adſtrictionem, pororum, indeque fuliginum diſcuſſionem impeditam.*

QUALITATE aliquâ pravâ ſuffocari poteſt calor nativus, cum alimenta vel medicamenta frigida calorem nativum ſupprimunt, & planè interimunt, ut papaver, mandragora, cicuta. — *3. ob malam qualitatem ſuffocatur & conculcatur calor.*

CAPUT XX.

Frigidi morbi cauſæ, quæ agunt reſolvendo.

RESOLVENDO calorem, frigidam intemperiem excitant ἔνδεια τῶν τρέφειν τὸ θερμὸν δυναμένων, *defectus eorum, quæ calori pabulum ſubminiſtrare poterunt.* Calor depaſcens humidum brevi reſolvitur, ſeipſum conſumens, niſi novo alimentorum appulſu indies reſtituatur. εἰ δὲ μὴ — *Privatibè refrigerantes cauſæ aliæ.* — *1. defectus alimenti.*

Illuſtratur exemplo flamma.

μὴ παρέχοις ἢ παντάπασιν ὀλίγα, μαραινομένην ὄψει τὴν φλόγα δι' ἔνδειαν ἢ ὀλιγότητα τροφῆς. οὕτω δέ πως καὶ τὴν λυχνιαίαν φλόγα θεώμεθα μειουμένην, τι καὶ κινδυνεύουσαν σβεσθῆναι ταῖς ἀμετρίαις τῆς οἰκείας τροφῆς. εἴτε γὰρ μὴ παρέχεις αὐτῇ τοὔλαιον δαψιλές, εἴ τε ἀθρόως καταχέοις πάμπολυ, λυπήσεις ἑκατέρως. εἰ δὲ καὶ παρέχεις μὲν ἄφθονον αὐτῇ τὴν ὕλην, ἀλλ' ἤτοι μὴ δι' ὅλως καίεσθαι πεφυκυῖαν, ἢ σὺν πολλῷ καμάτῳ, καὶ αὐτὴν εὐθέως ἐλάττονα ποιήσεις τὴν φλόγα, καθάπερ εἰ καὶ τ' ἔλαιον ἀναμίξας ὕδατι καταχέεις τοῦ πυρός. *Si nihil omninò, aut parum admodum adjeceris, ob defectum aut paucitatem alimenti, videbis continuò marceſcere. Sic & lucernæ flammam comminui, atque in periculo eſſe, ne propè extinguatur, inſpicimus, ubi nutrimenti proprii modus non ſervetur. Sive enim oleum liberaliter non adhibueris, aut multum univerſim ſuperinfundas, utroque offendas modo. Quod ſi largam quidem exhibueris materiam, ſed quæ vel nullo modo apta ſit ut ardeat, vel cum magnâ difficultate incendium ſuſcipiat, hanc etiam ſtatim minorem efficies. Veluti ſi oleum aquâ commiſtum ſupra ignem conjeceris.*

2. Motus nimius. Illuſtratur exemplo caloris ſolaris. & flabrorum motu concitati aeris.

Motu nimio etiam calor exſtinguitur, & reſolvitur. εἰ δὲ ἐν ἡλίῳ πολλῷ καὶ θερινῷ καὶ προσηλίῳ χωρίῳ καταθείης, ἢ μείζονα παραθείης ἑτέραν φλόγα, θεάσῃ καὶ τό τε τὴν ἐλάττω μαραινομένην, ἐκ τοῦ μανοῦσθαί τε καὶ διαφορεῖσθαι σφοδρῶς ὑπὸ τῆς ἔξωθεν φλογὸς ἰσχυροτέρας ὑπαρχούσης. ὅτι δὲ καὶ ῥιπίζων αὐτὴν ὥσπερ ἐπὶ κινῶν αὐξήσεις μὲν εἰ μεμετρημένως αὐτὸ ποιήσεις, ἀμέτρως δὲ ῥιπίσας διαλύσεις τε καὶ σκεδάσεις, οὐδὲ τοῦτο ἄδηλον. οὕτω γ' οὖν καὶ οἱ ἄνεμοι κατὰ τὸ μέγεθος ἀεὶ τῆς φλογὸς ἐθέλουσιν ὑπάρχειν, εἴ γε μέλλοιεν ὀνήσειν αὐτήν. οἱ δὲ μείζους ἢ κατ' ἐκείνην σκεδαννύουσιν, οὐ ῥιπίζουσιν. κἀν τούτῳ δὲ δῆλον, ὡς δεῖται μὲν τῆς ἐπικτήτου κινήσεως ἡ φλὸξ πρὸς αὔξησιν, οὐ μὴν ἀμέτρου γε ταύτης. ἀρρωστεῖ μὲν γὰρ ἡ μὴ δι' ὅλως ῥιπιζομένη, σκεδάννυται δὲ καὶ διαφορεῖται πρὸς τῆς ἔξωθεν κινήσεως ἀμέτρως ἐπιπιπτούσης. *Sin in multó ſole, & calido & aprico loco, aut ad alteram majorem flammam admoveris, tunc quoque minorem flammam marceſcere videbis, quoniam exterior flamma, ut quæ præpotentior ſit, elaxat atque diſpergit minorem. Neque verò in obſcuro eſt, quod ſi eas flabellans, hoc eſt movens, ſi quidem modicè hoc feceris, augebis, ſi verò immodicè, diſſolves ac diſſipabis. Sic & ventos magnitudine flammæ reſpondere oportet, ſi quid ejus augmento conferre*

ferre debuerint: qui verò majores ſunt, quàm illa queat ſuſtinere, diſpergent, non flabellabunt. Ex quô manifeſtum fit, quod flamma quidem ad ſui incrementum motu egeat adventitiô, non tamen immodicô. Si enim nullô modô flabellatur, elanguet: vehementiore autem motu extrinſecùs urgente diſſolvitur ac diſſipatur.

CAPUT XXI.

Siccæ intemperiei cauſa.

REduxit has *Galenus de cauſis morborum capite* 4. ad octo capita. 1. εἰ δέ τις διαπνοίη μὲν πλείω. 2. τρέφοιτο δὲ ἐλάττω. 3. καὶ ταῦτα ξηρότερα τὴν δύναμιν, εἰς ξηρὸν ῥᾳδίως ἀπαχθήσεται νόσημα, καὶ μάλιστα. 4. εἰ φροντίσειεν. 5. ἢ ἀγρυπνήσειε πλείω. 6. καὶ μὴν καὶ αἱ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος καταστάσεις αἱ ξηραὶ, ξηραίνουσι δηλονότι καὶ αὐτὰ τὰ τῶν ζώων σώματα. 7. καὶ νῆξις ἐν ὕδασι νιτρώδεσί τε καὶ θειώδεσι καὶ στυπτηριώδεσι καὶ ἀσφαλτώδεσι, καί τινος ἑτέρου τοιαύτης ποιότητος μετέχουσι. 8. καὶ μέντοι καὶ ὅσα τῶν φαρμάκων ξηρὰ τὴν δύναμιν ἐστὶν, εἴτ' ἔσωθεν εἴτ' ἔξωθεν προσφέροιτο, ξηραίνει καὶ ταῦτα. *1. Si quis magis quidem tranſpiret. 2. minus autem nutriatur. 3 cum eo quod ſicci habitus exiſtit, in ſiccam incidet ægritudinem. 4. Si curis, 5. immodicis vigiliis occupatus fuerit. 6. aeris temperaturæ ſiccæ exſiccant corpora. 7. natatio in aqua, quæ nitri ſulphuris, aluminis, bituminis, aut alterius hujuscemodi qualitatis eſt particeps. 8. medicamina, quæ vim exſiccandi habent, ſiccum quoque corpus reddunt.* *Siccæ intemperiei cauſa.*

CAPUT XXII.

humidæ intemperiei cauſa.

ENumerantur hæ à *Galeno capite* 5. τῶν δ' ὑγρῶν, *inquit*, αἱ ἐναντίαι σύμπασαι. 1. ἐδεσμάτων μὲν ὑγροτέρων τὴν δύναμιν ἀφθονία. 2. καὶ πλείω τὰ πόματα. 3 καὶ σύμπασα ἡ ἀβροτέρα δίαιτα. 4. καὶ ἡ θυμηδία. 5. καὶ λουτρὰ γλυκέων ὑδάτων πολλὰ, καὶ μᾶλλον μετὰ τροφήν. 6. οὕτω δὲ καὶ ἀργὸς ὁ σύμπας βίος, καὶ ἄπονος. 7. ὄμβροι τε πολλοί. 8. καὶ ἡ πᾶσα κατάστασις ὑγρά. 9. καὶ φάρμακα ταυτὸ το δρᾶν δυνάμενα. *Humidarum autem ſunt omnes cauſæ contrariæ, veluti* *Humidæ intemperiei cauſa.*

1. ciborum qui humidiori naturâ conſtant copiâ 2. & potuum exceſſus 3. & omnis vivendi ratio delicatior. 4. & animi ſecuritas 5. & balneorum ex aquis dulcibus plurimus uſus, præſertim poſt cibum. 6. ſic & tota vita otioſa, atque omni labore vacans 7. & pluviarum abundantia. 8. atquè omnis ſtatus temporis humidus. 9. & medicamina, quæ humectandi habent poteſtatem.

CAPUT XXIII.

Cauſæ compoſitorum morborum, qui ſimilares partes invadunt.

Componuntur inter ſe

TRaduntur illæ à *Galeno loco citato, cap. 6. aëris quoque nobis circumfuſi temperatura cum ſicca fuerint, exiccant animalium corpora.* Componuntur morbi illi vel 1. inter ſe ut calidi ſicci, frigidi humidi, *μηδεμιᾶς ἔξωθεν αὐτοῖς ἐπιῤῥυείσης ἑτέρας οὐσίας, nullâ ad corpora affecta adfluente ſubſtantiâ.*

Cum materiâ.

2. ἐνίοτε δὲ τὰ δὲ σώματι ἐπιπλάται ῥεύματος, ὑγρῦ μὲν πάντως τὴν ἰδέαν, οὐχ ὑγρῦ δὲ τὴν δύναμιν, nonnunquam verò eadem replentur fluxionibus, ideâ quidem omnino humidis, vi autem non humidis.

Modus depoſitionis materiæ.

Τρόπον ἀποθέσεως, modum, quo fluxiones hæ *deponuntur,* ſubjungit, qui à nobis in ſequentibus exponetur, cum agetur de motu locali, & conſiſtit in robore partium mittentium, & imbecillitate recipientium.

Compoſiti cum qualitate maligna.

Cum MALIGNA QUALITATE juncti morbi, *ὅλης τῆς οὐσίας* appellati, adſcribendi meritò corruptioni occultæ, cujus ratio reddi nequit, nonnunquam ab internâ humorum alienatione, nonnunquam externo contagio, & cum infectis converſatione, venenorumve propinatione exorti.

Cum animalibus.

Non ignoti etiam ſunt morbi ANIMATI, à ſingulari humorum corruptione & ſanguinis, ſphæram ſuam tranſcendentis, alienatione exorti.

CAPUT XXIV.

Cauſæ morborum organicorum communiter dictorum, & ſolutæ unitatis.

Explica-

EXplicat eas eleganter *Galenus loco citato cap. 7.* & 1. quidem τοῦ παρὰ τὴν διάπλασιν ὑπαρξαμένου γένους. à morbis conformationis exorſus; 2. cauſas morborum in numero expedit *cap. 8.* 3. magnitudinis *capite 9.* 4. poſitionis *cap. 10.* 5. in ſolutâ unitate *cap. 11.*

Organicorum morborum cauſæ.

CAPUT XXV.

Cauſæ morborum, quæ erroris externi rationem habent, & extra partis conſtitutionem poſitæ actioni obſunt.

VAriæ illæ ſunt. Declarari poſſunt exemplo ingeſtorum alimentorum peccantium τῇ οὐσίᾳ *ſubſtantia* κατὰ τὸ ποιὸν *qualitate manifeſta vel occulta*, κατὰ τὸ ποσὸν, *quantitate, vel* τρόπῳ τῆς χρήσεως *utendi modo*, κατὰ τὴν τάξιν, καὶ κατὰ τὴν εὐκαιρίαν, *ordinem & tempeſtivum.*

Errores externi.

CAPUT XXVI.

quomodo cauſa morbifica extra locum affectum generetur.

EXTRA LOCUM AFFECTUM GENERATUR *cauſa morbifica.* 1. TOTIUS vitio in plethorâ vel cacochymiâ. 2. partis DETERMINATÆ, cujus facultas labefactatur vel impeditur, ut cerebri, ventriculi, epatis, lienis, uteri.

Extra locum affectum.

TOTIUS VITIUM à ΠΛΗΣΜΟΝΗ ἢ πληθώρα, ἢ πληθωρικῇ καλουμένη συνδρομῇ exorta, primum meretur locum.

Vitio totius in plethorâ

Non infrequens eſt vocabulum aliquod in ore habere, & tamen notionem ſubjectam ignorare. Idem contingit in nomine plethoræ.

ΠΛΗΣΜΟΝΗ *ab Hippocrate lib. 2. aphoriſmor. 22.* generaliter pro omni humoris abundantiâ, etiam eâ, quæ cacochymia dicitur, accipitur. Ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσα ἂν νοσήματα γένηται, κένωσις ἰῆται. καὶ ὁκόσα ἀπὸ κενώσιος, πλησμονή. *Qui à plenitudine morbi oriuntur, vacuatio ſanat, qui ab manitione, plenitudo.* In ſpecie ſanguinis abundantiam notat.

Plethora ſumitur dupliciter generaliter.

Specialiter

Conſideratur plethora tripliciter.

ΠΛΗΘΟΣ καὶ ΠΛΗΘΩΡΑ conſideranda ſecundùm *quantitatem*, ejusque *proportionem*, *locum* ſeu *ſedem*, & *differentiam*.

1. Secundùm quantitatem.

πληθώρα conſiderata ſecundùm .1 QUANTITATEM, duplex eſt: UNA ἁπλῶς ſimpliciter & exquiſitè talis, in quâ ὁμοτίμως κατὰ τὴν ἀρχαίαν ἀναλογίαν αὐξηθῶσι ἅπαντες χυμοὶ, *æqualiter, veteri ſervatâ proportione, omnes excedunt ſucci.* ALTERA eſt in quâ unus humor alterum copiâ & proportione vincit, adeoque AUT τὸ αἷμα μόνον παμπολλὴν ἔχει ὑπεροχὴν, τῶν δ' ἄλλων οὐδεὶς, *ſolus ſanguis multam habet eminentiam, reliquorum nullus*, AUT cum ſanguine cæterorum aliquis. Et hæc non ἁπλῶς, ἀλλὰ μετὰ προσθήκης κατά τι, bilioſa, ſanguinea, pituitoſa, melancholica appellatur. Sanguinea tamen, in quâ ſanguis copia & proportione reliquos humores vincit, exquiſitæ adnumeratur.

2. Secundùm locum.

2 SEDES eſt in vaſis. non rectè ergo *Augenius libro 2. de ſanguinis miſſione capite 6.* in habitu corporis, licet ſecundariò, conſtituit.

3. Numerum.

3. NUMERO duplex, una πρὸς τὰ ἀγγεῖα, ſeu κατὰ τὸ ἔγχυμα, *ad vaſa*: altera πρὸς τὴν δύναμιν *ad vires*. Prima ſi nimium increſcit, ſemper alteram comitem habet: Et hanc *Horatius Augenius* MISTAM appellat, neminem ex recentioribus medicis hanc advertiſſe admiratus, ceu ſuum inventum magni æſtimat, & tertiam plenitudinis ſpeciem conſtituit. Altera ſine primâ conſiſtere & creſcere poteſt.

Cacochymia.

CACOCHYMIA eſt aliorum humorum præter ſanguinem, qui corpori alendo idonei non ſunt, abundantia: eſtque bilioſa, melancholica, pituitoſa, ſeroſa.

Vitio prædictarum partium extrà locum affectum conſervatur cauſa.

CONSERVATUR extra locum affectum cauſſa morbifica, cum PARTIS DETERMINATÆ, cerebri, epatis, lienis, ventriculi, uteri facultas fruſtratur vel impeditur.

CAPUT XXVII.

Motus cauſæ morbificæ localis, qui alteram differentiam modi conſtituebat, etiam conſiderandus.

Multum

MUltum lucis affulgebit, ſi ſciatur, an materia QUIESCAT in loco adfecto, per συναθροισμὸν, γένεσιν, διάθεσιν & eſſentialem, partis debilitatem generata, & CONGESTA, an verò aliunde per ῥευματισμὸν καὶ ἐπίχυσιν PROMOVEATUR ad locum affectum. Cauſa morborum conſideratur κατὰ στάσιν ἢ κατὰ ῥύσιν. *Cauſa morbi conſideratur dupliciter.*

Στάσις humorum in vaſis mitior eſt, quam extra vaſa. In arthritide in membranoſas partes egreſſus humor & κατὰ σύμπηξιν inſinuatus pertinaciam morbi auget: non inſinuatus regredi poteſt, & dolor fieri vagus. *κατὰ στάσιν.*

Ῥύσις fluxio hinc & inde *vagatur*, ab uno loco in alium. Sin amplius in ſuis vaſis non regatur, ſed in inſolentem locum regeratur, inque eo turgeſcat & ferociat, turbarum omnia plena. *κατὰ ῥύσιν.*

Hinc ῥεῦμα διπλοῦν: ὁρμώμενον καὶ συνιστάμενον. *Duplex fluxio: impetum faciens & ſubſiſtens.* Impetu fertur cum ex arteriis majoribus in minores, ex minoribus in minimas egreditur, & poroſitates carnium ingreditur, à venis non readſumtus. Impetus ſi ſit magnus cum inflammatione, dicitur συστροφή, ſimilitudine deſumtâ ab illo in arboribus vitio, quod orbes ſeu ſpiræ dicitur. *Duplex ῥεῦμα.* *συστροφή.* σπείρας δὲ καλοῦσιν, *inquit Theophraſtus lib. 5. hiſtor. plantarum, cap. 3.* ὅταν ἡ συστροφή τις ἐν αὐτῇ μείζων, καὶ κύκλοις περιεχομένη οὐλότης ἢ πλείοσιν· οὔθ' ὥσπερ ὁ ὄζος ἁπλῶς, οὔθ' ὡς ἡ ἐν αὐτῷ τῷ ξύλῳ. *Spiras vocant, cum facta convolutatio quadam ampla circulis pluribus circumacta ſit, quæ neque nodus omninò eſt, neque criſpitudo ligni.*

Simili modo venulæ & arteriæ, in carnoſis & membranoſis partibus ſanguine turgidæ, nodulos vel criſpitudines efficiunt, exitum non invenientibus humoribus. συστροφικὴ talis συνδρομὴ occurrit in inflammatione membranarum cerebri phrenitica thoracis pleuriticâ, & abdominis jecorariâ. *Applicatio.*

CAPUT XXVIII.

In qualibet fluxione conſideranda: membrum mandans, recipiens, viæ, modus.

 1. MEM-

1. Mittens. pars, Totum. I. Membrum mandans eſt totum vel pars. Totum potentiâ cum ſuperet omnes partes, ſeorſim ſumtum id, quod redundat, in quamlibet partem deponere poteſt. *Pars.* Pars certa quomodo ſpecialiter mittat, inventâ circulatione oſtendere obſcurum eſt.

2. Recipiens II. Recipiens pars debilis eſt vel naturâ, vel ob morboſam conſtitutionem.

3. Viæ. III. Viæ ſunt arteriæ, vel partes ſubcutaneæ.

4. Modus. IV. Modus fluxionis expendendus in parte ἐπιδεκτικῇ καὶ ποιητικῇ *recipiente & mittente.* Quoties conſpirant æqualiter τὸ ποιητικὸν καὶ τὸ ἐπιδεκτικὸν, vis efficiendi & opportunitas recipiendi, effectus morboſus eſt præ foribus.

Diviſio motus. Locum hic habet Ariſtotelica motus diviſio. περὶ ζώων πορείας *de inceſſu animalium inſcripto libro, cap. 2.* propoſita. *τῶν κινήσεων τῶν πρὸς τόπους ἀρχαί, ὦσις καὶ ἕλξις. καθ' αὑτὰς μὲν οὖν αὗται. κατὰ συμβεβηκὸς δὲ κινεῖται τὸ φερόμενον ὑπ' ἄλλου. Motionum per locum initia ſunt impulſus & tractus, & hæc per ſe ſunt. Per accidens moventur quæ feruntur ab alio.*

In mittente primas tenet pulſio. In mittente parte locum habet *ὦσις, pulſio, impulſus, motus impulſorius. ὦσις δὲ κίνησίς ἐστι, ἀπὸ τοῦ κινοῦντος, ἀπὸ τῆς ἅψεως. Pulſio eſt motus factus à movente, tangente.* Duplex ſtatuitur à *Philoſopho 7. phyſic. cap. 2. t. 10. ἡ μὲν γὰρ ἔπωσις ὦσίς ἐστιν, ὅταν τὸ ὑπ' αὐτοῦ κινοῦν ἐπακολουθοῦν ὠθῇ, ἡ δ' ἄπωσις, ὅταν μὴ ἐπακολουθῇ κινῆσαν. impulſio eſt, cum movens id, quod movetur non relinquit: expulſio verò, quando expellens relinquit.*

In pulſione humorum locum habet expulſio. Acceptum fertur partis robori, quod ita eſt comparatum, ut poſſit ſuperflua, cum à copiâ vel pravitate ſe ſentit ſtimulatam, expellere in imbecilliores. Hâc ratione omnia membra principalia à naturâ vim quandam poſſident, quâ ſua excrementa aliis ad recipiendum aptis communicant.

τῶν τοῦ σώματος μορίων, inquit Galenus de cauſis morborum cap. 6. οὐκ ἴσην ἁπάντων ἐχόντων τὴν ῥώμην, ἀλλὰ τῶν κυριωτέρων εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τῆς φύσεως ῥωμαλεωτέρων ἀποτελεσθέντων, εὔλογον ἐν τοῖς ἀκαθάρτοις τε καὶ περιττωματικοῖς σώμασιν ἐπιρρεῖν τι τοῖς ἀκυρωτέροις μορίοις, ἅτε γὰρ ἐξ ἁπάντων τῶν ἰσχυροτέρων μορίων ἐλαυ-

ἐλαυνόμενον τὸ περίττωμα, καὶ μηδαμῶς ἱστῆναι δυνάμενον, εἰς τὸ πάντων ἀσθενέστατον ἀφικνεῖται μόριον. Cum denique omnium corporis partium non æquale ſit robur, quippè principaliores partes ſtatim ab initio natura majori robore dotavit: nihil mirum, ſi in impuris corporibus, in quibus plurima inutilis materia redundat, ad ignobiliores partes aliquid confluat. Nam ſuperfluus humor, ut qui à partibus omnibus robuſtioribus expellatur, ac nullibi conſiſtere queat: tandem ad imbecilliſſimam omnium pervenit partem.

IN RECIPIENTE parte locum habet *ἕλξις tractio.* Attrahitur materia à cauſis fluxionum generalibus, quæ in ipſis partibus fluxione laborantibus ſedem habent, & numero duæ conſtituuntur, calor & dolor. *In recipiente parte locum habet tractio.*

Attractionis à calore factæ potentior vis, quam naturalis ſpontaneæ inclinationis, ad fluxum concitandum. Conſtat huic ſermoni fides *ἐξ αὐτοῦ τοῦ βλέπεσθαι, ex eo quod videtur.* In candelarum ellychniis accenſis surſum tendit oleum, ſevumque liquefactum eò fluit. At non ſponte eò inclinat, ſed vi flammæ trahitur. *Attractionis vis.*

Calor non attrahit ratione ſui, ſed ut cauſa occaſionalis ſolùm, adeoq; ex accidente, 1. Partem rarefactam ad aliena excrementa diſponit. Facit etiam quod rarefacti & in vaporem converſi humores adſcendant in locum alium, præcipuè altiorem, niſi vis anguſtiæ locorum aliter cogat. *Calor.*

DOLOR etiam non attrahit ratione ſui, ſed cauſæ, intemperiei nimirum calidæ, quæ partem debilitat, & repellendis à ſe humoribus imparem reddit. *Dolor.*

Pulſionem & receptionem agnovit *Galenus 2. de curandi ratione ad Glauconem capite. 1.* & quatuor modos ſeu cauſas aptitudinis ad recipiendam fluxionem in parte debili, adſignat. *ὅταν εἰς ἄμετρον χυμῶν πλησμονὴν, inquit, αἱ φλέβες ἀφίκωνται, τότε τὸ περιττὸν ἀποχέουσιν εἰς τι χωρίον, ὃ ἂν ἐπιτηδειότατον ᾖ τηνικαῦτα δέξασθαι. πάντως δὲ τοῦτο τῶν ἄλλων, ἢ ἀῤῥωστότερόν ἐστιν, ἢ μανώτερον, ἢ ἕλκειν ἑτοιμότερον, ἢ ἀκινητότερον. Cum ad exceſſivam repletionem ſuccorum venæ pervenerint, quod abundat,* EFFUNDUNT *in partem aptam illam* RECIPERE. *Talis autem pars* DEBILIMA, *rariſſima, ad attrahendum paratiſſima, magis quieti, quàm motui dedita.* *Quatuor cauſa aptitudinis ad recipiendam fluxionem.*

IMBE-

I. Imbecillitas duplex. 1. Per propriam naturam, ut

1. IMBECILLITAS prima eſt cauſa aptitudinis recipiendi, cum in expellendo deficit. Primò dupliciter pars imbecillis vocatur, 1. *Secundùm naturam* intrà latitudinem ſanitatis, cum ob laxam, mollem & raram ſubſtantiam talis eſt per propriam *naturam*, utpote quæ eſt emunctorium, & piſcatoria quædam naſſa, vapores accipiens & humores. Hâc ratione τὸ δὲ δέρμα, *autore Galeno de cauſis morborum cap. 6.* πάντων ἔξωθεν κείμενον εὐλόγως ἐνδέχεται τὰ τοῦ σώματος ὅλου περιττώματα. *Cutis extus locata, bonâ ratione ſuſcipit corporis totius excrementa.* Tales imbecilles partes ſunt axillæ, inguina, & glandulæ in iis contentæ, & aliæ quæ cum parte mittente connexum, viasque, per quas τὸ ῥεῦμα ὁρμώμενον admittunt, amplas, egreſſum concedentes, anguſtas habent. Glandulis talis uſus adſignatur *à Galeno 13.* θεραπευτικῆς μεθόδου, *cap. 5:* μεμνῆσθαι δ' οἶμαί σε, καὶ τούτου τοῦ δεδειγμένου πολλάκις, ὡς ἐκ τῶν ἰσχυροτέρων μορίων ὠθούμενα τὰ περιττὰ κατὰ πλῆθος, ἢ ποιότητα, τοῖς ἀσθενεστέροις ἐγκατασκήπτει. καὶ διὰ τοῦτό γε καὶ οἱ ἀδένες, ἑτοίμως δέχονται τὸ ῥεῦμα. καὶ μάλισθ' ὅσοι μανότεροι φύσει. *Meminiſſe te exiſtimo illius, quod ſæpè demonſtratum, quæ ex valentioribus extruduntur, ad imbecilliora decumbunt, ſed ferè ad glandulas, quæ ſunt rariores.*

cutis, glandularum.

2. præter naturam.

2. *Deinde præter naturam* nonnunquam partis imbecillitas adeſt, vel ab ortu, & dicitur NATIVA, HAEREDITARIA, vel ſubſequa, & dicitur communiter ACQUISITA.

II. Raritas partis.

2. μανότερον μόριον *rarior pars* etiam ut ſit, requiritur. Talis eſt ſpongioſa, humores facilè imbibens.

III. Ad attrahendum aptitudo.

3. ἑτοιμότερον ἕλκειν μόριον *ad attrahendum aptitudinem* habere debet pars. Tales ſunt partes calidæ, & dolentes.

IV. Quies partis.

4. Ἀκίνητον μόριον *membrum, magis quieti, quàm motui deditum*, ut pleura, jecur, quarta eſt imbecillitatis cauſa.

Humorum mobilium inclinatio fluxionis motum promovet. 1. Naturalis.

ADjuvat hos fluxionis motus NATURALIS MOBILIS INCLINATIO, ET HUMORUM ad motum innata PROPENSIO, inſitaque vis, quam iisdem adimere, eſt naturali eos gravitate & humiditate ſpoliare. Propenſio illa promovetur à copiâ. Ut unda trudit undam, ita humor humorem in admirabili ſanguinis propellit circulatione.

Nec

Nec ſolùm deorſum vergit ſanguinis maſſa, verùm etiam ſurſum. Tanta in anguſtis meatibus vis eſt coactionis.

PRÆTERNATURALIS propenſio pendet ab *ὀργασμῷ καὶ ζυμώσει*. *Præternaturalis dependet ab ὀργασμῷ,*

A TURGENTIA quidem, *ὅταν ὀργᾷ, τοῦτ' ἔστιν, ἐπείγεται, ὁρμᾷ. μετενήνεκται γὰρ ἀπὸ τῶν ὀργώντων, ait Galenus 4. aphoriſmorum 1. ἐπὶ συνουσίαν ζώων, ἡ προσηγορία., cum humor turget, & urget. Deſumta eſt appellatio à furibundis in Venerem animalibus.* Ut hæc omne reſpuunt regimen: ita etiam ille præternaturali concitus motu, propriâ ſede coerceri neſciens, inſano impetu hinc & inde, *ἀθρόως confertim, & copioſè*, nondum aliquâ corporis parte firmatus furit, & in principem partem irruptionem minatur, ſicque hoc motu ſolicitat & invitat ad ſui evacuationem.

A FERMENTATIONE inclinatio promovetur, interveniente intrinſeco motu humorum, in maſſâ ſanguineâ, tàm in venis, quàm arteriis contentorum *ſecundum Galenicos*, principiorum ſuorum *ſecundùm Chimicos*, excitato à calore vitali. *à fermentatione.*

Fit illa fermentatio, cùm atomi humorum ex minoribus fiunt majores, *τοῦ μὲν στερεωτέρου ὑγραινομένου, τοῦ δὲ ὑγροῦ πνευματουμένου, cùm quod ſiccum & terreum eſt, humectatur, & humidum in ſpiritum reſolvitur. Δημιουργεῖ δὲ τοῦτο ἡ τοῦ ψυχικοῦ θερμοῦ φύσις ἐν τοῖς ζώοις. ἐν δὲ ταῖς ζύμαις ἡ τοῦ χυμοῦ, τοῦ συγκραθέντος θερμότης.* Hæc *Philoſophus 3. de generat. animal. cap. 4. Operatur autem hac animalis caloris natura in animalibus: in maſſis verò ſucci admiſti calor.* *Modus quo fit fermentatio.*

DUBITATIO oritur, an fermentatio hîc locum habeat, cum omnis fermentatio ad perfectionem rei tendat? ℞. diſtinguendo. Vera fermentatio eſt rei ad maturitatem cum perfectione conjuncta evectio, & cruditatis emendatio. Impropriè dicta confuſiva tendere poteſt ad alterationem, putredinem & deſtructionem, variorumque morborum generationem. *Dubitatio reſolvitur.*

Morboſa diſpoſitio inducitur à præternaturali ad motum humorum inclinatione, exortâ à fermentatione excedente & deficiente. *A duplici fermentatione res p. n.*

 Excedens

excedente.

Excedens pro ratione humorum varios producit affectus præter naturam, capitis dolores, vertigines, phrenitides, epilepſias, animi deliquia, febres earumq; multiformes paroxyſmos.

deficiente.

Deficiens fermentatio in plethoricâ vel cacochymicâ ſyndrome, quâ calor nativus opprimitur vel ſuffocatur, & ſanguinis paucitate, quâ à debili calore non attollitur, occurit.

Nomina hujusmodi fluxionis quatuor.

MOTUS SEGREGATIONIS HUMORUM HIPPOCRATICUS pertinet ad modum fluxionis.

Quatuor hic ab Hippocrate indigitatur nominibus: διαχώρησις ἀπὸ τῆς μίξεως τρόπῳ, ἀπόκρισις, διάχυσις, ὠμότης *ſeparatio & à miſtionis modo ſeceſſio, diffuſio & cruditas humorum.*

Qui humores intelligantur.

Humores intelliguntur omnes, imprimis bilis & pituita. Ad hos referri poſſunt melancholia & ſerum.

Hi dum ſub ſanguinis dominio in vaſis manent, miſtionis & confœderationis leges ſervant, quantumvis temperamento contraria, ſe invicem contemperant, bilis calida frigidam frenat pituitam, & hæc illam continet in officio & refringit, ſicque cocti dicuntur hi humores. Cum verò ab invicem ſeparantur, ſe ampliùs non temperant, & refringunt, & ξυνεστηκότες cum *conſtiterint* in aliquâ parte, morboſas diſpoſitiones pariunt, fiuntque manifeſti ſuâ in malitiâ, dum verò diffunduntur adhuc, mitiores noxas inferunt.

Διαχωρήσεως meminit Hippocrates.

Διαχωρήσεως mentio fit ab *Hippocrate lib.* περὶ φύσιος ἀνθρώπου *de naturâ hominis,* cum oſtendit: hominis corpus in ſe ſanguinem & pituitam & bilem duplicem, flavam nempe & nigram continere. καὶ τοῦτ' ἐστιν αὐτέῳ ἡ φύσις τοῦ σώματος, καὶ διὰ ταῦτα ἀλγέει καὶ ὑγιαίνει. ὑγιαίνει μὲν οὖν μάλιστα, ὁκόταν μετρίως ἔχῃ ταῦτα τῆς πρὸς ἄλληλα κρήσιος, καὶ δυνάμιος, καὶ τοῦ πλήθεος. καὶ μάλιστα ἢν μεμιγμένα ᾖ. ἀλγέει δὲ ὁκόταν τι τουτέων, ἔλασσον ἢ πλεῖον ἔῃ, ἢ χωρισθῇ ἐν τῷ σώματι καὶ μὴ κεκρημένον ᾖ τοῖσι ξύμπασιν. ἀνάγκη γὰρ ὁκόταν τι τουτέων χωρισθῇ καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ στῇ, ἐνθέντε ἐξέστηκεν, οὐ μόνον τοῦτο τὸ χωρίον νοσερὸν γὰρ ἀλλὰ καὶ ἔνθα ἐπιχυθῇ, ὑπερπιμπλάμενον, ὀδύνην τε καὶ πόνον παρέχειν. *Ex his corporis ipſius natura conſtat; & per hæc dolet, & ſanum eſt. Sanum quidem vel maximè, cum hæc moderatam inter ſe, tum facultate,*

tum

tum copiâ, temperationem habuerint, idque præſertim, ſi permixta fuerint. Dolet autem ubi horum quicquam vel MINUS, *vel* COPIOSIUS *fuerit, aut in* CORPORE SEPARATUM, *nec reliquis omnibus* CONTEMPERATUM. *Cum enim horum aliquid ſeceſſerit, & per ſe conſtiterit, neceſſe eſt non ſolùm locum, ex quo exceſſit, morbo tentari, ſed enim etiam, in quem nimiâ copiâ influxerit, dolore & labore vexari.*

Et *libro* περὶ ἀρχαίας ἰατρικῆς, poſtquam oſtenderat, hominem nec ſicco nec humido nec calido nec frigido lædi, ſed ab aliquo, ὅτι ἰσχυρὸν ἑκάστῳ καὶ κρέσσον τῆς φύσιος ἀνθρωπίνης, οὗ μὴ ἠδύνατο κρατέειν, *quod potentius eſſet in unoquoque, & ſuprà naturam humanam, adeò ut ab eà ſeparari non queat,* quidnam illud ſit, denominat, nimirum τὸ δὲ πικρὸν, καὶ ἁλμυρὸν καὶ γλυκὺ, καὶ ὀξὺ, καὶ στρυφνὸν καὶ πλαδαρὸν, καὶ ἄλλα μυρία παντίας δυνάμιας ἔχοντα, πλῆθός τε καὶ ἰσχύν. ταῦτα μὲν μεμιγμένα καὶ κεκρημένα ἀλλήλοισιν, οὔτε φανερά ἐστιν, οὔτε λυπέει τὸν ἄνθρωπον. ὅταν δέ τι τουτέων ἀποκριθῇ, καὶ αὐτὸ ἐφ' ἑωυτοῦ γένηται, τότε καὶ φανερόν ἐστι καὶ λυπέει τὸν ἄνθρωπον, *amarum, ſalſum, dulce, acidum, acerbum, inſipidum, aliaque infinita, quæ pro copiâ & viribus varias habent facultates. Et hæc quidem mixtione, & mutuâ inter ſe contemperatione, neque cernuntur, neque quenquam moleſtiâ afficiunt. At ubi horum quidpiam* SECRETUM *fuerit, & per ſe* EXTITERIT, *tunc &* CONSPICUUM *ſit, & hominem moleſtiâ afficit.* II. Eandem vocat ἀπόκρισιν. 1.

Et *in progreſſu*, ψυχρότητα καὶ θερμότητα πασέων ἥκιστα τῶν δυναμίων νομίζω δυναστεύειν ἐν τῷ σώματι. ὃν μὲν χρόνον μεμιγμένα αὐτὰ αὐτέοισιν, ἅμα τὸ ψυχρὸν καὶ θερμόν ἐστι, οὐ λυπέει. κρῆσις γὰρ καὶ μετριότης τῷ μὲν ψυχρῷ γίνεται ἀπὸ τοῦ θερμοῦ, τῷ δὲ θερμῷ, ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ. ὅταν δὲ ἀποκριθείη χωρὶς ἑκάτερον, τότε λυπέει. *Frigidum quidem & calidum inter omnes facultates, minimum in corpore poſſe has ob cauſas exiſtimo. Quamdiu enim calidum & frigidum inter ſe permixta fuerint, moleſtiâ neutiquam afficiunt. Contemperationem enim & commoderationem habet frigidum à calido, & calidum à frigido. At ubi alterum ab altero ſejunctum fuerit, tunc offendit.* 2.

Ἀποκρίσεως nomine *idem* utitur *libro de inſomniis*. Deſignat non excretionem à corpore, aut exactam ſeparationem unius 3.

ab alio, ita ut diverſa occupent loca, ſed dictam diſſolutionem illius mixtionis, per quam humores ſub ſanguinis dominio ſimul unicam conſtituere videntur ſubſtantiam, quâ diſſolutione factá & disgregatione unusquisque humor ſecundum proprias vîres & qualitates agit, & paulò poſt fit conſpicuus morbus.

Διάκρισις. *Διάκρισιν alibi* vocat. Diſcernuntur enim & diſterminantur humores.

Διάχυσις. Temperare ſibi neſcit ſenex, & *alibi* *Διάχυσιν* vocat. Deſignatur potiſſimùm tempus *ῥύσιος*, cum ſeparati humores nondum *συνίσωσι*, conſtiterint, *καὶ ἐν ϛάσει* fuerint firmati.

Ωμότης. CRUDITATIS nomine deſignatur idem ſegregationis ſtatus, quemadmodum coctio fieri dicitur *μίξει, κρήσει καὶ πέψει*, *permiſtione, temperaturâq; mutuâ & quaſi coctturâ.* Peccant humores, *autore Hippocrate*, quantitate, qualitate & disgregationis motu.

Humores non ſunt crudi quantitate, nec qualitate. Vitium in quantitate ſolâ, aut ſimplex alteratio ſecundùm qualitates cruditatem per ſe inducere apta non ſunt. Id exinde probat *Martianus*, quia neutrum prædictorum coctione corrigitur. *Quantitate* excedente peccantes humores emendantur evacuatione, deficientes repletione. Similiter nec vitium ſecundùm qualitates reddit humores crudos. Ita *Hippocrates libro de priſcâ medicinâ*, ſermonem habens de morbis narium calidis, & frigidis: *πᾶσιν δ' αὕτη ἡ ἀπαλλαγὴ ἐκ μὲν τῆς ψύξιος θερμανθῆναι, ἐκ δὲ τοῦ καύματος διαψυχθῆναι, καὶ πέψιος οὐδεμιῆς προσδεῖται.* *Omnes hi liberantur, ſi ex frigore percaleſcant, ex ardore perfrigeſcant, nullaque indigent coctione.* Si non indigent coctione, neque crudi ſunt. Cum itaq; nec vitium in quantitate, nec in qualitate cruditatem in humores per ſe introducat, adſeri poteſt, humores cruditatem contrahere tantum, quia disgregantur ab invicem, & hanc *ἀκρισίαν* *incommoderationem* è medio tolli & ſedari *ſubjungit*, *ὅταν οἱ δὲ χυμοὶ ἀποκαθίσωνταί τε κρηθέντες καὶ πεφθέντες*, *cum humores commoderantur & coquuntur.*

Cauſa ſegregationis tres. CAUSA ſegregationis triplex adſignari ſolet: *quantitas, qualitas, & motus.* Harum ſingulæ per ſe & primò ABSQUE DISGREGATIONE, aliquando disgregatione mediante, morbum facere ſolent. Alioqui una tantum eſſet morborum cauſa, disgregatio.

I. QUANTITAS locum habet, cùm unus humor cœteros copiâ longè ſuperat, iisque adſociari & contemperari recuſat. Sic cauſam ſegregationis humorum. *Hippocrates, libro de inſomniis* refert ad repletionem. πλησμονῆς γὰρ ἤν τινος ἐγγινομένης ἀπόκρισις ἐγένετό τις, ἣ ἢν ἐπιταράξῃ τὴν ψυχήν. *Ubi enim plenitudo inciderit, ſecretio quædam excitatur, quæ animum perturbat.* *Quantitas 1.*

INFLAMMATIONEM & carnium intumeſcentiam, cùm bilis & pituita concluſa quieverint, febrium cauſam agnoſcit *idem.* *2. Inflammatio.*

II. ALTERATIO ſecundùm primas qualitates potiſſimùm ſeparationem hanc excitare poteſt, cum magna eſt, & ad ſubſtantiæ corruptionem tendit. Sic æſtate propter exceſſum caloris lac absque coagulo inſpiſſatur. Calida & frigida lacti impoſita idem coagulant. *II. Qualitas.*

MOTUS, perturbatio, & agitatio humorum ejusdem ſegregationis autor eſt. Per motum disgregari humores à ſe invicem docuit *Hippocrates lib. 4. de morbis.* Οἱ δὲ Σκύθαι τῶν ἵππων γάλα ἐγχέοντες ἐς ξύλα κοῖλα σείουσι. *Scythæ equarum lac in ligna cava infundunt,* infuſum agitant, ſicque pingue butyrum ἐπιπολῆς, ἐλαφρὸν ἐόν, διΐσταται, *in ſuperficie conſiſtit, cum leve ſit,* τὸ δὲ βαρὺ καὶ παχὺ κάτω ἵσταται, *grave autem & craſſum,* caſeus nimirum, *ſubſidet,* ὁ δ᾽ ὀρρὸς τοῦ γάλακτος ἐν μέσῳ ἐστίν, *ſerum lactis verò manet in medio.* *III. Motus. Modus motus. Concuſſio & agitatio.*

ΕΛΞΙΝ, ATTRACTIONEM deſignat *Hippocrates 4. de victus ratione in acutis t. 3.* ὁ δὲ καῦσος fit, ὁκόταν ἀναξηρανθέντα τὰ φλέβια δριμέα καὶ θερμὰ ῥεύματα ἐπισπάσηται πρὸς ἑωυτά. *Ardens febris fit, cum venulæ arefactæ bilioſos & tenues humores attrahunt.* Eundem modum confirmat *Galenus 4. aph. 58. in commentario.* *2. Attractio.*

Modus attractionis talis adſignatur. Venæ calore exſiccatæ, calidiores redditæ non inſipidas frigidasque, ſibi contrarias attrahunt ſeroſitates, ſed ſimiles calidas, acres ſcilicet & bilioſas, contrario modo, ac in appetitu naturali, qui contrarium expetit in fame & ſiti. *Modus attractionis.*

3. *Pulſio.* PULSIO admittitur *ab eodem*, ceu cauſa ſegregationis in fluxionibus certas partes infeſtantibus. Ἡ δὲ νοῦσος αὐτὴ καῦσος γίνεται, *ſcribit libro de affectionibus*, ἀπὸ χολῆς, ὅταν κινηθεῖσα ἐντὸς τοῦ σώματος καταστηρίξῃ. *Ardens febris fit ex bile commotâ, ubi in aliquam interiorem corporis partem incubuerit.*

4. *tranſitio.* Ad pulſionem referri poſſunt, αἱ μεταστάσιες *tranſitiones* febrium in alios morbos, ab humorum διαχωρήσιος factæ, *eodem loco* memoratæ. Ὅταν τῶν δύο κεκινημένων τοῦ φλέγματός τε καὶ τῆς χολῆς, μὴ τὰ ξυμφέροντα προσφέρηται τῷ σώματι, συστρεφόμενα αὐτὰ πρὸς ἑωυτά, τότε φλέγμα καὶ ἡ χολὴ προσπίπτει τοῦ σώματος, ὅπου ἂν τύχῃ καὶ γίνεται ἢ πλευρῖτις, ἢ φρενῖτις, ἢ περιπνευμονίη. *Agitatis duobus humoribus tùm bile, tùm pituitâ, ubi, quæ minimè conveniunt corpori, admoventur, ipſi in ſeſe collecti in eam corporis partem, quamcunque ſors obtulerit, incidunt, fitque morbus lateralis, aut phrenitis, aut pulmonis inflammatio.*

Interpretum approbatio. Interpretes quidam Hippocratis magni faciunt hanc doctrinam, & à τρόπῳ τῆς μίξεως διαχώρησιν habent pro univerſali morborum omnium cauſâ, conjunctim cum quantitate & qualitate humorum, ita ut tres ſint univerſales morborum cauſæ: quantitas, qualitas & motus.

Martiani. Princeps horum eſt *Proſper Martianus comm. in Hippocratem de naturâ hominis*, tantique facit disgregationem, ut ferè in omnibus morbis eam agnoſcat.

FEBRES PUTRIDÆ ſine eâ nunquam vel rarò accenduntur, cum ſit neceſſe eosdem in corpore ita abundare, ut unus alium non ſuperet, aut mole, aut virtute, quod vix fieri poteſt.

Dubitatio DUBITATIO oritur, an non talis febris oriri posſit? Hippocrates eam videtur admittere, *4. de morbis, & morbum ab omni humore* vocare. ὅταν, *ſcribit*, οὐ δυνάμενον τὸ σῶμα ἀπὸ ἀσθενείης, ἅτε τοῦ ὑγροῦ παντὸς νοσεροῦ γινομένου, τὴν τροφὴν ἕλκειν, ὡς διαψύχηται τὰ ἐν τῇ κοιλίῃ ἐξατμίει ἔξω τοῦ ὑγροῦ πᾶν τὸ ζωτικὸν, καὶ οὕτω θνήσκει ὁ ἄνθρωπος. *Cum corpus præ imbecillitate ſpiritum, quô, quæ in ventriculo ſunt, refrigerentur, attrahere nequeat, nimirum cum omnis humor is morboſus exiſtat*, (vel, ut vertit *Martianus*, cum morbus ſit ab omni humore) *quicquid in humore vitalitatis ineſt, foràs exhalat, ſicque quis moritur.*

RESPON-

RESPONDENT PATRONI, negando. Hippocratis autoritatem diluunt, cum ipſe teſtetur, quod cum hæc febris neq; ſit fortis, nec periculoſa, ea potiùs ſit referenda inter ephemeras. Fortè etiam referri poteſt ad ſynochas imputres. Sermo autem eſt de putridis, in quibus humores accenduntur, ut ſecundùm ſubſtantiam aliquid patiantur. Cum autem pars humorum tantummodo accenditur, disgregationem intercedere neceſſe eſt: ut meritò hæc proxima harum febrium cauſa ſtatuatur. Inde etiam evenit, ut earum ſolutio à COCTIONE, disgregationi penitus contrariâ, dependeat. *reſolvitur*

Incaleſcit autem ſola bilis à disgregatione. Inde fit, ut rectè dictum videatur ab Hippocrate: SOLAM BILEM, vel PLURIMAS febres à bile, ET NULLAM SINE BILE oriri. *Sola bilis à ſegregatione incaleſcit.*

A reliquis humoribus pituitâ & melancholiâ, quantumvis ſegregentur, ſolis febres excitari nequeunt, quia potiùs illi, relictâ bile, refrigerantur, cum natura eorum frigida ſit. Accendi verò poſſunt, ſi bilis accedat tantum, quantum ad alterius humoris accenſionem ſatis eſt. *Pituita & melancholia non incaleſcunt à ſegregatione.*

Earundem cauſarum demonſtratio IN FLUXIONIBUS ab *Hippocrate, libro de veteri medicinâ*, memoratis locum habet. Admittitur in illis copia, qualitas, ſegregatio. *In fluxionibus etiam locum habet ſegregatio.*

Ὅσα ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τρέπεται τῶν ῥευμάτων, ὡς ἰσχυρὰς καὶ παντοίας δριμύτητας ἔχοντα, ὀδύναι καὶ καῦμα καὶ φλογμὸς ἔσχατος κατέχει μέχρι τινὸς, μέχρις ἂν τὰ ῥεύματα πεφθῇ, καὶ γένηται παχύτερα, καὶ λήμη ἀπ' αὐτῶν ἔιη. Fluxiones in oculos cum irruunt ex vehementi & cujusvis humorum acrimoniâ, exoriuntur varia ſymptomata: dolor autem & ardor, ſummaque inflammatio tam diu detinet, dum fluxio concocta fuerit, & craſſior evaſerit, lemaque ab iis reddita fuerint.

IN ALIIS AFFECTIBUS etiam ut dolore capitis, phrenitide, vertigine, epilepſiâ, pleuritide, alvi fluxibus dyſentericis locum habet, ut ſuo declarabitur tempore. *in aliis etiam affectibus.*

Hæc de ἀποκρίσει humorum Hippocratica doctrina, etiam ſtante circulatione, in reverentiam ſummi præceptoris tolerari & retineri poteſt.

Chimicorum ſuffragium.

Chimici nonnulli Hippocratis autoritate ſuam doctrinam incruſtantes, & videri volentes, contemperationi ſuorum principiorum, ſanitatem, cauſas & effectus ſeu accidentia ejusdem, & ἀπὸ τρόπῳ τῆς μίξεως ἀποχωρίσει *à miſtionis modo ſegregationi* morbos, cauſas, & ſymptomata eorundem adſcribunt. Hoc oſtenſum fuit *lib. 2. ſect. 3. cap. II.*

Paracelſi de morbi è ſuo centro emigratione.

Amœna auditu eſt *Paracelſica* de morbi in ſuo centro retentione, quæ huc etiam referri poteſt, ſymphonia. *Tractatu de magnete tomo 1. p. 1020.* magnum ſcientiæ medicæ theſaurum vocat: morbum in centro ſuo retinere, digerere, maturare, educere. Jubet colicam materiam in ſuo centro retinere, digerere, evacuare, ne extravagata contracturas & paralyſes excitet.

In centro retinetur materia in arthritide, cum, quæ nondum influxit, ſub debitæ miſtionis legibus detinetur, à miſtionis modo ſeparata & jam impacta digeritur, & per alvum vel urinam educitur. Eadem ratio aliorum affectuum.

CAPUT XXIX.

Mediatæ cauſæ morborum remotiores, ſupranaturales.

Univerſalis cauſa.

DEum omnis boni datorem εἰς δοκιμασίαν καὶ τιμωρίαν *probationem & pœnam* ſuorum inducere mala, notum & certum: ſtringit gladium, ſed, ut piè *Evagrius lib. 4. cap. 6.* eundem acuit philanthropiâ, & in ipsâ deſperatione compaſſionem ſuam aperit, ac mala vertit in bonum finem.

Faſcinum.

FASCINI nomen notum, à fando, rectius à Græco Φασκαίνω, id eſt, *invideo* dictum, quod invidi aliis nocere credantur aſpectu, voce, contactu, mediantibus occultis ἀποῤῥοίαις. Ita excitantur ophthalmiæ, tabes &c.

Mali genii

MALIS GENIIS & DAEMONIBUS morbos quidam adſcribunt, vel immediatè vel mediantibus incantatricibus ſagis, vi fœderis & pacti vel *expreſſi*, quo dæmoni perpetuum vaſallagium homo præſtat, Deoque renunciat, & pacta ſacra baptiſmalia reſcindit, vel *taciti*, deliberato animo vel inſcienter initi

initi cum eisdem, δαίμονα πάρεδρον καὶ συνέργον, *aſſitem*, *cooperatorem* & ſuaſorem habentibus.

INCANTATIONIS, das hexen / behexen / bezaubren / nomen frequentiſſimum eſt in ore omnium, deductum eò, quod cantando vel canendo carmina multum præſtari, imò Lunam ipſam cœlo deduci poſſe credatur. *Incantationes*

Viri, autores harum præſtigiarum, appellantur ἐπῳδοὶ *incantatores*, magi: venefici, quòd venenis interdum utantur: malefici, ob nocendi ſtudium: *fœminæ* ſagæ, lamiæ, à ſagiendo & multa ſciendo, quia cum lamiis, id eſt, ſpectris colludunt: ſtriges ab ave hujus nominis, quæ credita fuit, noctu lac infantum è mammis exſugere. *Virorum; Mulierum nomen.*

Hiſtorias veneficiorum collegit *Sennertus lib 6. prax. parte 9. cap. 3.* *Hiſtoria veneficiorum.*

Hercules Saxonia monumentis ſuis inſeruit, ſagarum mortuarum veneficio jam ſepulcris reconditarum peſtes fuiſſe inductas, quæ non deflagraverunt, antequam cadavera earum capitibus truncarentur. *Peſtis excitatio.*

Ad incantamenta referuntur philtra, ardorem in Venerem in animis aliorum excitantia, interdum erga certam perſonam, interdum indifferenter. Poeta Lucretius, accepto à Lucilla amatorio philtro, furore percitus, factus eſt αὐτόχειρ. *Amoris inſani productio.*

Nodis & vinculis ſponſos ad conjugales operas ineptos reddi, ac ita ſobolis propagationem impediri, dum actus membri virilis erectivus, & generativus turbatur, vel circa omnem fœminam indifferenter, vel circa conjugem ſolam, reliquas non item, communis eſt opinio. *Ligatio ſponſorum.*

Admirandi rerum enormium, ut capillorum in glomos convolutorum, ferreorum clavorum, ſtraminis vomitus, incantamenti ſuſpicionem ſecum ferunt. *Vomitus enormis.*

Wierus lib. 3. de præſtigiis dæmonum cap. 14 negat, ſagas & lamias morborum hominibus nocendi cauſas eſſe poſſe effectrices, & quæ hâc de re referuntur, eſſe fabulas. *Libro de lamiis cap. 5.* ſtatuit, lamiarum phantaſiam ſolùm à malo dœmone vitiari, & imbui ſimulacris, ut feciſſe conſtanter fateantur, quæ nec facere potuerunt, nec in rerum natura umquam fieri ipſa natura patitur. *VVieri diſſenſus.*

M Ipſe

Ipſe dœmon, *ait Scaliger exerc. 359.* agit, quod ſtultus magus ſuis verbis & mediis ſe agere putat.

Imaginem Negari non poteſt, quoſdam effectus ab ipſis præſtari, ut cum venena porrigunt. Sed hi non ſunt incantatorii. Plurimi ſoli nocendi voluntati & imaginationi falſæ imputandi, non facultati. Confeſſio optaſſe, ſe voluiſſe hunc vel illum ægrotare, non infert realem præſtationem, nec phyſicam nec moralem.

CAPUT XXX.

Mediatæ cauſæ remotiores expenduntur in genere.

Faciunt ad generationē & excitationem.

MAgni hæ ſunt momenti, ad inſultum generoſum potentiæ illi, quâ habiles reddebantur partes ad agendum, ſecundùm naturæ præſcriptum, inferendum, magnæ ſunt ad generationem & excitationem morborum efficaciæ. Non unum notat modum vox excitatio & generatio. *Hippocrates* in genere de omnibus morbis: οὐκ ἐξαίφνης αἱ νοῦσοι τοῖσιν ἀνθρώποισι προσγίνονται, ἀλλὰ κατ' ὀλίγον συλλεγόμενα, ἀθρόως ἐκφαίνονται. *Non derepente morbi hominibus accedunt, ſed quæ ſenſim collecta ſunt, ſubitò ſe produnt.* Tarda eſt generatio, ſubita adorſio.

Notabilis ſententia Galeni.

Exprimit hanc ſententiam *Galenus comm. 4. de vict. rat. in acutis t. 115* excitatâ priùs attentione. ἀναμνήσω δέ σε νυνὶ εἰς πολλὰ χρησίμου πράγματος, ὃ διὰ παντὸς ἀξιῶ μεμνῆσθαι. τοῦ σώματος ἡμῶν παρασκευῆς μετέχοντος ἐγγὺς τοῦ συμπληρωθῆναι, τῶν ἔξωθέν τι προσιὸν, ἐξήλεγξε τὴν διάθεσιν αὐτῶν. πυρετὸν ἀνάψαι, ἢ κεφαλαλγίαν. &c. *In memoriam tibi revocabo nunc ad multæ utilem rem, quam ſemper in memoriâ haberi velim: corpore noſtro ad morboſam diſpoſitionem parato, ita ut propè jam ſit completa, quippiam adveniens eam manifeſtat. Nam vel febrem vel dolorem capitis excitat.* Liquet exinde, aliud eſſe γίνεσθαι, aliud παρεξύνεσθαι.

In *progreſſu textûs* aliud, *ſubjungit*, eſſe πρόφασιν, *occaſionem*, aliud αἰτίαν, *cauſam*.

Remotiores hæ cauſæ faciunt partim ad generationem, partim

partim ad excitationem. Subitus terror non generat ſyncopen lentâ molitione, ſed excitat ſubitaneâ circulationis ſanguinis inhibitione. Hæreditaria diſpoſitio tarda habet molimina.

Aliæ ſunt προφάσεις, aliæ utræque.

CAPUT XXXI.

De mediatis cauſis remotioribus in ſpecie, & 1. rebus naturalibus. TEMPERAMENTO.

MAgnam in humoribus vitioſis cumulandis vim diſpoſitiones naturales habent, quæ ex naturalibus inclinationibus diſponunt ſubjectum ad receptibilitatem infortunatæ morboſæ impreſſionis, ſine quibus res non naturales parum valent. Hinc fit, ut etſi plures in eodem aere calidiori verſentur, non omnes tamen incidant in febrim. Non omnes, qui eodem utuntur victu, corripiuntur febri. *Vis diſpoſitionum naturalium.*

Dignæ ſunt conſideratu, cum pauci reperiantur, qui fruantur ſanitate *καθ' ἕξιν exquiſitâ*, plures κατὰ σχέσιν, ὡς νῦν, contenti vivant, unde etiã ex *Hippocrate aphoriſmorum 2.* τινὰς ὑγιαίνειν ὑγιεινότερον, τινὰς δὲ νοσηρότερον, *quosdam ſalubrius valere, quosdam morbo propinquiùs,* colligere licet. *Conſideratu digna.*

TEMPERAMENTUM duplex eſt; *Miſti, & Viventis.* I. MISTI, quatenus miſti, ex elementis compoſitum temperamentum mortuo homine, remanet, nec diſſolvitur, niſi per putredinem & combuſtionem, quæ miſcibilia ſeparat, nec ſenio aut maraſmo evertitur, cadaver tamen, quod anteà calidum erat, frigidum redditur, huc propriè non pertinet.

II. VIVENTIS temperamentum huc facit, quod ex qualitatum elementarium ab influente calido commoderatarum proportione enaſcitur. Hoc ſi exorbitet, fores aperit ægritudinibus. *Temperamentũ viventis.*

TEMPERAMENTUM decens, non quidem πρὸς σταθμὸν tale, ſed δικαιοσύνην, *ad juſtitiam*, tùm univerſale totius, tùm

particulare cordis, jecoris, cerebri, ſi à medio recedat, calidum ad calidos, frigidum ad frigidos diſponit morbos.

Intemperies naturalis. Ἡ φυσικὴ δυσκρασία, *intemperies naturalis*, cujus meminit *Galenus 3. meth. medendi cap. 9. & libro de inæquali intemperie cap. 4.* inter has principem obtinet locum.

Hippocratis ſententia. Elegans Hippocrati adſcribitur ſententia *à Galeno libro περὶ μαρασμοῦ cap. 3.* ἀποκτείνει ἡμᾶς τὸ θερμὸν, ὅπερ ἔφυσε τὸ σῶμα, *calor interficit nos, qui corpora produxit.* Quamvis enim calor noſter ſit mitis & benignus, & quamdiu vitales auras trahimus, nos foveat, tueatur, & laris inſtar familiaris conſervet, attamen dum mutatur ratione ætatis, & alienæ alterationis acceſſione, αὐξανόμενον ἐκλάμπει τε καὶ αὐξάνεται, μέχρι τῆς τῶν ἀκμαζόντων ἡλικίας καὶ ἐπὶ πλεῖστον αἴρεται μεγέθους, καὶ μιμεῖται τοῦ πυρὸς τὴν φλόγα; τοὐντεῦθεν δὲ τροφῆς ἀπορίᾳ μαραίνεται κατὰ βραχὺ, καὶ τοῦτ᾽ ἐστὶ τὸ γῆρας. ὕστερον δὲ ἤδη καὶ ἀποσβέννυται παντελῶς. ὅπερ ἐστὶν ὁ θάνατος. *ſic increſcens ad vigentem ætatem ſplendet, augetur, ac in ampliſſimam augetur magnitudinem, ignis flammam imitatus: abhinc alimenti penuriâ paulatim marceſcit, idque eſt ſenium: mox verò jam prorſus extinguitur, quod eſt mors.* In hâc inquietudine & perenni mutuo diſſidio corpus facilè ad naturalem intemperiem inclinare poteſt.

Calidum & humidum. CALIDA & HUMIDA temperamenta maximè putredini obnoxia, & febribus à putredine ortis facilè in eas incidunt. Diſſipabilia cùm pariant corpora, de ſanitatis throno facilè dejiciuntur, quantumvis τὸ θερμὸν καὶ ὑγρὸν principia ſint naturæ maximè convenientia, & iis natura magis delectetur, quàm ſicco, inque iis opes ſuas recondat quàm maximè.

Calidum & ſiccum quomodo ſe gerat in morborum productione. CALIDA & SICCA CORPORA non ita facilè morbis corripiuntur. Homines arentes, ſicci, ſtrigoſi & quaſi ſceleti, diu vivunt & proſperâ quidem valetudine: contrà multi εὔσαρκοι, εὔσαρκα σώματα ἔχοντες inopinato opprimuntur, & valetudinarii vivunt, quantumvis ſiccitas longiùs à naturâ abſit, & humiditatis nectareæ theſauros abſumat. Modum tamen ſi excedat, humores adurit. Μελαγχολικοὶ, *autore Galeno 3. de locis*

locis affectis, ἐφ' ὧν ἐπικρατεῖ κατὰ τὴν κρᾶσιν ξηρότης καὶ ψύξις, *in quibus prædominatur ſiccitas & frigiditas.*

TEMPERATA corpora ad morbos minùs inclinant, quàm intemperata. *Quæritur, an temperata corpora νοσερώτερα.*

Ariſtoteles 5. problem. 22. διὰ τί *quærit*, τὰ σύμμετρα τῶν σωμάτων κάμνει τε πολλάκις, καὶ ἀπαλλάττεται ῥᾷον. Theodorus ita vertit: *Quare corpora temperata, quæ modicè conſtant, in morbum ſæpius incidunt, & faciliùs curantur?* Affirmare itaque videtur *Philoſophus.* temperata corpora inclinare magis in morbos. *Affirmare videtur Philoſophus.*

Contrarium innuit *Septalius in comm.* verſionem Gazæ & Aponenſis reprehendens, & oſtendens, vocem σύμμετρα malè latinitati redditam per TEMPERATA. Ipſe autem vertit COMMENSURATA. Vocem etiam κάμνει non vertit ÆGROTANT, ſed LASSA SUNT. Quis unquam adſerere auſus fuit, quod temperata corpora facilius in morbos incidant, & citò ab iis liberentur? De laſſitudine verum eſt, in eam commenſurata corpora magis inclinare. Id oſtendunt rationes ab Ariſtotele allatæ, non prius. *Evincitur.*

CAPUT XXXII.

Modus ſubſtantiæ, & corporis habitus.

MODUS SUBSTANTIÆ in ſolidæ partis fibroſâ, carnoſâ, ſpirituoſâ ſubſtantiâ, ejusque & atomorum quantitate, proportione, & juſtâ conformatione, conſiſtens, ſin à naturali deflectens ſtatu debitam deſerat καλόρθωσιν, τελείωσις τῆς ἐνεργείας, καὶ τόνος *perfectio actionis, & robur* partis, quod tria inducit, integritatem, facilitatem & conſtantiam, vacillat, nec ea amplius 1. ἱκανῶς, ἀπαρτίως, ἀπηρτισμένως, ὁλοκλήρως. καὶ ἀνελλιπῶς *abſolutè, juſtè, integrè & planè*, quæ verba ſecundum Galenum *1. aphor 20* idem ſonant, 2. nec χρησίμως, κατὰ τὸ χρήσιμον, ἢ ἀλύπως, *utiliter, ſuaviter, abſque moleſtia.* 3. nec ἀνεμποδίστως *conſtanter ſine impedimento*, ſuum exſequi munus, & actioni præeſſe debito modo poteſt. *Solidæ fibroſæ* particulæ niſi debitam habeant denſitatem, & unitatem, in muſculis, venis, arteriis, ventriculo, utero, non quidem ſtatim actio ipſa perit, *Modus ſubſtantiæ.*

ſed actionis perfectio. *Carnoſæ innominatæ* partes in ventriculo, inteſtinis, ſi vacillent, *parenchymaticæ* in jecore, liene, ſi rectè non habeant, *muſculoſæ* deficiant in conformatione: *ſpirituoſa* animales amiſerint tenuitatem, claritatem, luciditatem, ſicque κατόρθωσιν deſeruerint, non quidem ſtatim actio ipſa perit, ſed actionis tantùm perfectio. Inde inclinatio ad morboſas diſpoſitiones. ἐγγὺς ἐστι, *autore Hippocrate libro* περὶ τῆς ἀρχαίης ἰητρικῆς *de veteri medicinâ*, ὁ ἀσθενέων τοῦ κάμνοντος, *proximus eſt languens ægrotanti.*

CAPUT XXXIII
diſpoſitionem hæreditariam exponit.

συγγενὴς connatus. characteriſmus.

HÆreditaria diſpoſitio & characteriſmus jus gentilitium quoddam inferunt. Naſcitur nobiſcum illi vel connaſcitur ξυντροφος γίνεται, *connutritur* cum tempore in lucem emicans, & τὰ ξυγγονέα τῶν νοσημάτων excludens. Locum habet in multis morbis. Epileptici naſcuntur ex epilepticis parentibus: arthritici ex arthriticis: tabidi ex tabidis. *Hippocrates 3. epidem. comm. 2.* in ſeptimâ ægrotâ, filiâ Euryanactis virgine, quam τὸ πῦρ *vehemens febris* corripuit, adnotat adfuiſſe συγγενές τι φθινῶδες, *nativum quoddam tabidum. Galenus in com.* addit: Hoc oportet meminiſſe, nec fidem habere Sophiſtis, nullum adſerentibus eſſe adfectum innatum.

Ex *veterum* principiis ratio referebatur ad ſemen utriusque parentis conceptus materiale conſtitutivum. Contagium *Harveanum* talem diſpoſitionem & infirmitatem afflare poteſt ſanguini materno.

Habitus corporis denſus.

HABITUS corporis denſus ad plures diſponit ægritudines. Οὐ δεῖ πυκνοῦν τὴν σάρκα πρὸς ὑγιείαν, *inquit Philoſophus ſect. 38. quæſt. 4.* ἀλλὰ ἀραιοῦν· ὥσπερ καὶ πόλις ὑγιεινή ἐστι καὶ τόπος εὔπνους. (διὸ καὶ ἡ θάλαττα ὑγιεινὴ) οὕτω καὶ σῶμα (τὸ) εὔπνουν, μᾶλλον ὑγιεινόν ἐστι τοῦ ἐναντίως ἔχοντος. *Corpus, cui ſecundam conciliamus valetudinem, non denſum, ſed rarum reddendum eſt. Nam ut urbs locusque quicunque ſalubris eſt, qui placidè aſpiratur: quapropter & mare quoque ſalubre eſt: ita etiam corpus, quod ſpiratius eſt, ſanitati opportunius conſtat.* Ille ſanus, cui nihil in tranſpiratione inſen-

ſenſibili deeſt: econtrà defectus valetudini bonæ vim infert. Unâ nocte tantùm difflari per ſudorem & hanc tranſpirationem poteſt, ut homo, non computatis excrementis majorum & minorum meatuum, manè tres libras levior pendeat. Sin hoc effluvium impediatur, ſanitati imminet naufragium.

Prohibita per *ἀοράτους πόρους inſenſibilia & inconſpicua cutis ſpiracula, διαπνοὴ inſenſibilis tranſpiratio* fuliginum acrium & fervidorum ad intemperiem calidam inducendam efficax eſt. Regrediuntur fervida effluvia, inque undas ſanguinis ſe immergunt. Inde non ſolùm caloris nativi micatio, ſicut ardentis candelæ flamma à ſuis fuliginibus exſtinguitur, verùm etiam ſuppreſſæ fuligines extranei fermenti more, motum earundem inteſtinum pervertunt. Hinc turgeſcens ille quaſi incenditur. Prohibita etiam ſeroſorum humorum per ſudores expulſio biolychnii ἔκλαμψιν ſuffocat. *ἀδιαπνευσίας, incommoda.* *& ſuppreſſæ ſeroſæ evacuationis.*

CAPUT XXXIV

ætatem morborum cauſam adducit.

ÆTATUM PRIMA, *ſecundum Hippocratem*, complectitur ſeptennium à partu proximum, inque ejus limitibus comprehenduntur *παιδία σμικρὰ νεογόνα, parvuli*. SECUNDA *παῖδες πρὸ ἥβας pueros* complectitur, anno decimo quarto concluditur. TERTIA deſinit in annum vigeſimum primum *μειρακίων ἐφήβων adoleſcentum*, qui pube ornantur. QUARTA eſt *νεανίσκων juvenum*, quorum vis vernans & maſcula, finitur anno vigeſimo octavo. QUINTA pervenit ad annum trigeſimum quintum, quæ eſt *ἀνδρῶν, virilis, καθεστηκυῖα ἡλικία, conſiſtens ætas*. SEXTA eſt *τῶν γερόντων*, honore digniſſimorum *ſenum*. *Recenſio ætatum.*

Galenus in com. aphoriſm 31 libro 3. differit contra opinionem eorum, qui *τοὺς πρεσβύτας τῶν γερόντων διορίζειν*, inter hæc vocabula *diſcrimen facere* ſolent tale, ut intelligant *τοὺς γέροντας* eos, qui extremam ad ſenectutem perveniſſent: *πρεσβύτας* autem adhuc viridiores, & medios inter ultimam & juvenilem. Contradicit *Galenus*, cùm manifeſtum ſit, Hippocratem etiam *πρεσ-*

βύτας

βύτας vocaſſe eos, qui extremam attigiſſent ætatem, vieti & defecti. *Alii* triplicem ſenectutem conſtituunt, quæ tamen non certo annorum numero, ſed actionum varietate definiri ſolent.

Aetates mutant temperamentum.

MUTATIONES ingentes calidi nativi in his ætatibus oriuntur. Aetatum ſucceſſione mutatio fit cujusque naturæ, in temperamento, complexione, & habitu. Ut cuique ætati ſua eſt ſanitas, ita ſuæ ſunt moleſtiæ, ſuus morbus.

Ἄνθρωπος, inquit *Hippocrates libro 2. de naturâ humanâ* τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερέων θερμότατος ἐστιν αὐτὸς ἑωυτοῦ. τῇ δ' ὑστάτῃ ψυχρότατος. *Homo primo nativitatis die calidiſſimus eſt, poſtremo frigidiſſimus. Et 1. de dietâ*, ὑγρότατα καὶ θερμότατα, ὁκόσα ἐγγύτατα τῆς
2. γενέσιος, *humidiora & calidiora, quo generationi proximiora.*

Et 1. *aphoriſm. 14.* mutationes has temperamentorum ratione ætatis complexus eſt: τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν. Γέρουσι δ' ὀλίγον τὸ θερμόν. *Galenus in com. addit*, ὅπως οἱ ἀκμάζοντες ἐνίοις μὲν, ἐνίοις δὲ οἱ παῖδες ἔδοξαν θερμότεροι. Quod *juvenes, quibusdam verò pueri calidiores* cenſeantur; eosque ſic conciliat; ἔχουσι γὰρ οἱ μὲν δριμύτερον τὸ θερμὸν, οἱ δὲ πλέον. *Illi acriorem, hi copioſiorem calorem obtinent.*

Morbis fores aperiunt.

ÆTATIS quanta ſit vis in morborum productione, optimè perſpexit *Hippocrates, dum 3. aphoriſm. 24.* in explicatione ætatum adeò accuratum ſe præbuit, ut, *judicio Galeni in comm.* diligentior fuerit in explicatione ætatum & morborum, qui in ipſis fiunt, quàm temporum, ſiquidem ætates in minimas etiam partes ſecuit.

Morbi ætatum particularium,

Ἐν δὲ τῇσιν ἡλικίῃσι τοιάδε συμβαίνει, *In ætatibus* hi, inquit, *fiunt morbi* Recenſet autem primò, qui occurrunt ἐν τοῖσι σμικροῖσι καὶ νεογονοῖσι παιδίοισιν, *in parvis & nuper natis puerulis.* Subjungit, qui occurrunt, ἐν τοῖσι πρεσβυτέροισι, καὶ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσι, *in grandioribus, & ad pubertatem accedentibus.* Τοῖσι δὲ ὑπὲρ τὴν ἡλικίην ταύτην, *ſubjungit, 3. aphor 30.* ἄσθματα, πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι. *Qui hanc ætatem exceſſerint, his aſthmata, pleuritides, pulmonis inflammationes.* Senum morbi ſequuntur *aphor. 31.* τοῖσι δὲ πρεσβύτῃσι, δύσπνοιαι, κατάρροι βηχώδεες. *Senibus accidunt ſpirandi difficultates, diſtillationes tuſſim afferentes.*

Cur adoleſcentum non meminis.

CAPUT

CAPUT XXXV.

Ratio, cur Hippocrates non nominet morbos adoleſcentum. Quâ vi ætates agant, diſquiritur.

Eam prepoſuit Galenus.

SIcco pede præterit morbos adoleſcentum, qui inter puberes, & eos, qui floridam juvenilem agunt ætatem, medii ſunt. Rationem addit *Galenus in com. 3. aphor. 29.* Præteriit, non quod non ſuos patiatur morbos, ſed quod, quinam illi ſint, ἐκ τῶν εἰρημένων liqueat. Communicat illa ætas in multis cum illis ætatibus, quæ illam circumſtant. ἴδιον δὲ καὶ ἐξαίρετον ἔχειν ἐπὶ τῶν ἀῤῥένων τὴν ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥαγίαν, *proprium verò & eminentem morbum in viris habere narium profluvium,* ſubjungit.

Actionis vis non adſcribenda numero.

ÆTATIS ET ANNORUM mutatione dum morboſæ diſpoſitioni præbetur anſa, agendi cauſa non eſt numerus hujus aut illius ordinis, quantitatis enim nulla efficacia per ſe: eſt ſolùm lex & modus, quem natura ipſi poſuit.

Scalares anni.

Annos tales vocant κλιμακτηρικοὺς, *graduales, ſcalares,* ἑβδοματικοὺς à numero *ſeptenario,* ἐννεατικοὺς à novenario. Duorum generum ſunt: majoris & minoris notæ.

Septenarii & novenarii numeri magna vis

Obſervatum multâ hominum memoriâ, experientiâque comprobatum, numerum annorum ſeptenarium & novenarium, imprimis ſeptenarium novies adſumptum, ſeu ſexageſimum tertium vitæ annum cum periculo aut clade aliqua corporis aut animæ ægritudinis venire, raró ſine lethalitate.

adſeritur.

Veram eſſe obſervationem, non ſuperſtitioſam, inque aſtrorum conjunctione fundatam, oſtendunt *Marſilius Ficinus de ſtudioſorum vitâ proroganda libro cap. 20. Ranzovius tractatu de annis climactericis, & ordo & methodus cognoſcendi & curandi febres Rolfinciana cap. 73.*

CAPUT XXXVI

de ſexu agit.

Sexus fœmineus morbos habet proprios & communes.

Hic diſponit ad certos morbos. Fœmineæ ſortis conditio miſerabilis eſt in eo, quod præter iiſdem humanorum morborum, virorum ſingulis timendorum, variis inſuper ægritudinibus, tum ratione primordiorum generationis ſuæ, tum ratione nativi temperamenti, tum demum ratione inſtrumentorum, quæ ad conceptum, partum, fœtationemve ſunt neceſſaria, à virorum morbis planè diverſis, excarnificari ſæpiſſimè ſoleant.

Ad viriles diſpoſitio ſexûs fœminei.

Ad alios morbos cum viris communes, mulieres ſæpe inclinant. Ad eos magis diſpoſitas eſſe innuere videtur *Hippocrates libro* περὶ τῶν γυναικείων *de muliebribus t. 11.* τό τε σῶμα τῷ ἀνδρὶ οὐκ ἁπαλὸν ἐὸν, οὐχ ὑπερπονέῃ, οὐδ᾽ ὑπερθερμαίνεται ὑπὸ πληθώρης, ὡς τῇ γυναικί. *Cum corpus viro non ſit tenerum ſupra modum, neque doleat, nec incaleſcat à plethorâ, velut mulieri.* Valent viri magis, ſuccumbunt injuriis minus.

Non eadem ratio horum morborum.

Mulieres, non ſimiliter ac viri, morbis corripi, liquet ex *Hippocrate.* Ratio fundamentum ſuppeditat. Viri calidi: mulierum genus omninò frigidum & humidum, factâ cum viris comparatione.

Interdum ſolæ mulieres ægrotant.

Interdum ſolæ mulieres corripiuntur, *autore eodem.* Τὰ ἐξανθήματα ἄρσενι οὐδενί. *papulæ nulli viro*, ſed ſolis mulieribus erumpebant. Nonnunquam peſtis ſolas invadit mulieres.

Cur juvenes & fœminæ iiſdem corripiantur morbis.

Interdum eodem tempore quidam juvenes naturâ calidi, & mulieres naturâ calidæ iiſdem capiuntur morbis. Et tamen temperamentum eſt diverſum.

Reſpondetur, aliud eſt conſiderare ætatem, aliud naturam. ÆTATIS ratione juvenes per ſe & propriè corripiuntur ſuis morbis, per propriam generationem: mulieres NATURÆ ſuæ ratione ex eventu per accidens, per ſuppreſſionem καὶ δυσδιαφόρησιν, & ſanguineo menſtruo fluxu non faciente officium. Dantur, quæ abundant calore acri, & ratione ejus tales humores calidos generant. Hinc ſuppreſſione tenuiſſimæ bilis & ichoris maxima in congeneres morbos propenſio.

A plurimis tamen morbis ſequiorem ſexum eximit, eique ſingulari prærogativâ immunitatem præſtat menſtruum beneficium.

CAPUT XXXVII.

De mediatarum cauſarum remotiorum primâ claſſe, quæ continet res non naturales, in genere.

QUamvis cauſæ προκαταρκτικαὶ καὶ προφάσεις *præincipientes & occaſiones* tantùm ſint, & à multis negligantur, cum ſuo Marte affectum nullum producere valeant, quia tamen id abundè præſtare ſolent, ſin in corpus morboſam παρασκευὴν habens incidant, conſideratio earum admodum neceſſaria eſt.

Præincipientes cauſæ ſunt occaſiones tantùm.

Hippocrates 1. epid. ſect. 3. ægroto 2. meminit earundem. Σίληνον, *inquit*, ἐκ τῶν κόπων, καὶ ποτῶν, καὶ γυμνασίων ἀκαίρων πῦρ ἔλαβε. *Silenum ex laſſitudinibus, potationibus, exercitationibus intempeſtivis igneis corripuit,* 1. *3. epidem. comm. 2. ægrotam ſextam,* Euryanactis 2. filiam virginem, *inquit*, πῦρ ἔλαβεν, ignis invaſit. ἔλεγον δὲ, γευσαμένην βότρυος ταῦτα παθεῖν. *Ferebant autem, quod racemum guſtaſſet, ita fuiſſe afflictam.* Operæ precium duxit, vel minimam πρόφασιν hanc adnotare.

Meminit earum Hippocrates.

In omnibus ferè morbis ſuum conferunt ἐπιβάλλον μέρος.

Brevi ſententiâ illas complexus eſt *Galenus in arte medicinali capite 85.* Ἀλλοιοῦται τὸ σῶμα πρὸς μὲν τινῶν ἐξ ἀνάγκης, πρὸς δὲ τινῶν οὐκ ἐξ ἀνάγκης. *Alteratur corpus noſtrum à nonnullis quidem neceſſariò, à quibusdam verò non neceſſariò.*

Galenus illas complexus fuit.

Quid per τὸ ἐξ ἀνάγκης, καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης intelligat, ſtatim ſubjungit, λέγω δ' ἐξ ἀνάγκης, *inquiens*, οἷς ἀδύνατον αὐτῷ ἐστι μὴ πλησιάζειν. οὐκ ἐξ ἀνάγκης δὲ τὰ λοιπά. *Dico autem neceſſario, quia nulla eſt evitandi ratio: non neceſſariò autem reliqua.*

Explicat ſe Galenus.

Exempla etiam tum eorum, quæ neceſſariò corpus alterant, & corrumpunt, tum quæ evitare poſſumus, ſupponit. Ac inter illa, quæ neceſſariò illud faciunt, primò enumerat aërem ambientem, deinde cibum & potum, poſt ſomnum & vigiliam. Τὸ μὲν γὰρ τῷ περιέχοντι διὰ παντὸς ὁμιλεῖν, ἐσθίειν τε καὶ πίνειν, καὶ ἐγρηγορέναι καὶ ὑπνοῦν ἀναγκαῖον αὐτῷ. *In aere verſari, edere, bibere, vigilare & dormire, neceſſarium.*

Duorum ſunt exempla generum.

Quædam evitari poſſunt,

Inter illa autem, quæ evitare poſſumus, aut non neceſſariò nobis occurrunt, refert enſes, & feras. ξίφεσι δὲ καὶ θηρίοις ὁμιλεῖν οὐκ ἀναγκαῖον.

quædam non.

Paulò poſt τὰ ἐξ ἀνάγκης ἀλλοιοῦντα τὸ σῶμα, *ex neceſſitate corpus alterantia ſex enumerat* vulgò in medicorum ſcholis RES NON NATURALES, dicta. ἓν μὲν οὖν ἐκ τῆς τοῦ περιέχοντος ἀέρος ὁμιλίας. 2. ἕτερον δὲ ἐκ κινήσεως καὶ ἡσυχίας ὅλου τε τοῦ σώματος καὶ κατὰ τὰ μόρια. 3. τρίτον δὲ ἐξ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως. 4. τέταρτον δὲ ἐκ τῶν προσφερομένων. 5. πέμπτον, ἐκ τῶν ἐκκρινομένων, ἢ ἐπεχομένων. 6. ἕκτον ἐκ τῶν ψυχικῶν παθῶν. *Unum ex ambientis aëris adhæſu. 2. alterum verò ex motu & quiete, & totius corporis, & ſingularum partium. 3. ex ſomno & vigilia 4 quartum ex iis, quæ adſumuntur: 5. ex iis, quæ excernuntur & retinentur. 6. ex animi affectibus.*

διαιρεφα-λαίωσις Galenica.

Et tandem concludit: ὑπὸ τούτων γὰρ ἁπάντων ἀνάγκη τὸ σῶμα διαλλάττεσθαι πῶς. *Ex his neceſſe eſt, aliquo modo adfici corpus.*

CAPUT XXXVIII.

De rebus non naturalibus in ſpecie, & 1. Aere.

Aër primum obtinet locum.

AER, qui à *Galeno arte medicinali cap. 85.* refertur ad τὰ ἀναγκαῖα, primum obtinet locum. λέγω δὲ ἐξ ἀνάγκης, τὸ ἀδύνατον αὐτοῦ μὴ πλησιάζειν, *neceſſarium vocat, quia nulla eſt evitandi eum ratio.*

neceſſarius eſt.

EJUS inſpirandi tanta ad biolychnii in cordis foco perenniter micantis flammulam conſervandam, eſt neceſſitas, ut, cùm alternæ ſint in omnibus corporis noſtri functionibus motûs & quietis vices, ſola ſit aëris inſpiratio, quam nulla inſignis temporis intercapedo, nullumque ſpatium ſine manifeſto vitio cohibere poſſit.

Magna eſt potentia,

AER μέγιστον ἐστὶν ἐν ἅπασι τῶν συμπτωμάτων δυνάστης, *maximi eſt in omnibus ſymptomatibus valoris*, ejusque multis præconiis *à divino ſene in aureo* περὶ φυσῶν extollitur *libro* potentia. *in rebus naturalibus, inferioribus & ſuperioribus.*

In rebus naturalibus inferiori-

IN REBUS NATURALIBUS INFERIORIBUS *in genere. Senſu ipſo teſte*, per vehementiam motûs: in AERE quidem,

ἄνεμος,

ἄνεμ⊙ γδ ὅϛιν ἠέρ⊙ ῥεῦμα καὶ χεῦμα, *ventus eſt aëris fluxus & inundatio.* Aërei enim ſpiritus per naturalem reſolutionem ex exhalatione generati, ſuâ copia & heterogeniâ, velut hoſpites in alieno regno, tumultum excitant, levique momento huc illuc impulſi ventum conſtituunt, qui eo nomine & à *Theophraſto* generabilis rerũ ſuâpteque naturâ agitabilis ſpiritus appellatur. *bus: ventis,*

DEINDE potentiam ejus declarat ex EFFECTIBUS in TERRA; ὅταν ἐν πολὺς ἀὴρ ἰσχυρὸν τὸ ῥεῦμα ποιήσῃ, τάτε δένδρεα ἀνασπᾶται πρόῤῥιζα γίνεται διὰ τὴν βίην τῦ πνεύματ⊙, *cum multus aër vehementem fluxum facit, tum & arbores radicitùs evelluntur præ violentiâ ſpiritus.* *in terrâ.*

EFFECTUS iidem elucent etiam in MARI. τότε πέλαγ⊙ κυμαίνεται, *mare undis exæſtuat.* *in mari,*

Λογισμῷ φανερὸν, RATIONE etiam colligitur, nihil ferè ſine aëre fieri. τί γδ ἄνευ τϰτέϰ γίνεται; ἢ τίνος ἔτ⊙ ἄπεστιν; *quid ſine hoc fieret? & cui non adeſt?* *in omnibus aer præſto eſt.*

IN SPECIE potentia aëris eſt maxima in rebus naturalibus ſuperioribus & inferioribus. *In ſpecie,*

IN SUPERIORIBUS conſiderantur TEMPORA ANNI, quæ Solis acceſſu & receſſu diſtinguuntur, aërisque temperie veluti infirmantur. Hinc & χειμῶν⊙ & θερεὸς αἴτιον, ἐν μὲν τῷ χειμῶνι πυκνὸν καὶ στερεὸν γινόμενον, ἐν δὲ τῷ θέρει πρᾳῢ καὶ γαληνὸν. *Hyemis & æſtatis cauſa exiſtit, in hyeme frigidus & condenſatus, æſtate mitis & tranquillus.* *in ſuperioribus,*

ὉΔΟΣ δὲ ἡλίϰ καὶ σελήνης καὶ ἀστρῶν διὰ τῦ πνεύματ⊙ ἐστὶν, *via ſolis, lunæ & aſtrorum omnium per ſpiritum procedunt.*

INFERIORA neque MARE, neque TERRA aëris expertia ſunt. *Inferioribus,*

Hiſce, quomodo aër aliis commodet, explicitis, progreditur, exorſurus MODUM; quo in viventibus, præcipuè in homine Aër δύναμιν ſeu poteſtatem exercet ſuam. *Modus quo aer potentiam ſuam exſerit, generalis.*

Τοῖσι δὲ θνητοῖσιν ἔτ⊙ αἴτιος τϰτε βίϰ, καὶ τῶν νοσέων τοῖσι νοσέϰσι, τοσαύτη δὲ τυγχάνει πᾶσι χρείη τοῖσι σώμασι τῦ πνεύματ⊙ ἐοῦσα, ὥστε τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων ἀποσχόμεν⊙ ὁ ἄνθρωπ⊙ καὶ σιτίων, καὶ ποτῶ δύναιτ' ἂν ἡμέρας δύο καὶ τρεῖς καὶ πλείονας διάγειν ἢν δέ τις ἀπολάβοι τὰς τῦ πνεύματ⊙ εἰς τὸ σῶμα διεξόδϰς, ἐν

βραχεῖ μέρει ἡμέρης, ἀπόλλοιτο ἄν, ὡς μεγίστης χρείης ἐούσης τῷ σώματι τοῦ πνεύματος. ἔτι τοίνυν τὰ μὲν ἄλλα πάντα διαλείπουσιν ἄνθρωποι πρήσσοντες. ὁ γὰρ βίος μεταβολέων πλέως ἐστί. τοῦτο δὲ μοῦνον ἀεὶ διατελέουσιν ἅπαντα θνητὰ ζῶα πρήσσοντα, τότε μὲν ἐμπνέοντα, τότε δὲ ἐκπνέοντα. ὅτι μὲν οὖν μεγάλη κοινωνίη ἅπασι τοῖσι ζώοις τοῦ ἠέρος ἐστὶ, εἴρηται. *Mortalibus autem hic tum vitæ, tum morborum ægrotis cauſſa eſt. Tantaque corporibus omnibus ſpiritus ineſt neceſſitas, ut ſi quidem aliis omnibus & cibis, & potionibus quis abſtineat, duos tamen & tres vel plures dies poſſit vitam ducere. At ſi quis ſpiritûs in corpus vias intercipiat vel exigua diei parte, homini pereundum ſit. Adeò neceſſarius eſt, ut ſpiritus in corpore. Adhæc quoque ab aliis motionibus homines quieſcunt, quod mutationibus innumeris vita ſit expoſita, ab hac tamen ſola actione nunquam deſiſtunt animantia, quin aut ſpiritum adducant, aut reddant. Quod igitur omnibus animantibus cum aëre maxima intercedat communio, dictum eſt.*

In ſpecie duplex eſt. MODUS, quo aër corpora noſtra afficit, duplex aſſignatur à *Galeno lib. 1. de different. febrium cap. 4* cum de peſtilentis febris generatione agit: εἰσπνοὴ & περίχυσις *inſpiratio & circumfuſio: Inſpiratione* attrahitur in pulmones, *circumfuſione* attrahitur in arterias.

Hippocrates libro περὶ φυσῶν addit tertium modum, ingreſſum aëris cum cibis in ventriculum, inteſtina, & inde in totum corpus. μετὰ δὲ πολλῶν σιτίων ἀνάγκη καὶ πολλὸν πνεῦμα εἰσιέναι. μετὰ πάντων γὰρ ἐσθιομένων καὶ πινομένων εἴσεισι πνεῦμα ἐς τὸ σῶμα ἢ πλέον, ἢ ἔλασσον. Φανερὸν δὲ τοῦτο τῷδ᾽ ἐστίν. ἐρυγμοὶ γὰρ γίνονται μετὰ τὰ σιτία καὶ τὰ ποτὰ τοῖσι πλείστοισιν. ἀνατρέχει γὰρ ὁ κατακλεισθεὶς ἀὴρ, ὁκόταν ἀναῤῥήξῃ τὰς πομφόλυγας ἐν ᾗσι κρύπτεται. ὅτε οὖν τὸ σῶμα σιτίων πληθῇ, καὶ πνεύματος πλησμονὴ ἐπὶ πλεῖον γίνεται, τῶν σιτίων χρονιζομένων. *At cum multis cibis multum etiam ſpiritum ingeri neceſſe eſt: nam cum omnibus his, qui eduntur aut bibuntur, ſpiritus aut copioſior, aut paucior ſubit: atque id inde manifeſtum eſt, quod eructationes pleriſque poſt aſſumptos cibos & potus accidunt, nimirum, cum incluſus aër recurrat, ubi bullas in quibus latet, perfregerit: quando igitur corpus cibis expletum fuerit, tum ſpiritus quoque magna accedit copia, diutiùs immorantibus cibis.*

ALII non facta ciborum mentione putant Hippocratis ſententiam eſſe, aerem frigidum pro reſpiratione attractum, non minus ventriculum, & conſequenter inteſtina ingredi, quam pulmonem. *Alii id aliter interpretantur.*

Atqui ventriculus, *ajunt quidam*, non habet vim attrahendi, ut pulmo. *Objectio.*

Reſpondet *Hoffmannus lib: 3. inſtitution. cap. 30.* Non eſt vi opus quàm ῥύμη, *impetu illo*, quo aer per nares attrahitur. Hâc enim ratione, ubi aër ad iſthmum dictum appulerit, penè neceſſarium eſt illabi aliquid gulæ. Nec deſunt φαινόμενα. Qui *colicis doloribus* obnoxii ſunt, quam primum in frigore verſantur, capiuntur. Eadem ratio eſt *hyſtericarum* quarundam, quin hernioſorum etiam. Ut de bubonocele ſolâ dicam: Familiariſſimè novi duas perſonas, quibus, poſtquam diutiuſculè in frigore fuerunt, præſertim, cum locuti ſunt, frigidumque aërem hauſerunt copioſiùs, ſtatim protuberat inteſtinum pugni magnitudine, cum denſâ reſpiratione, & anxietate indicibili, quæ ſymptomata non cedunt, niſi in lectum compoſitis omnis generis fomenta adhibeantur. Hoc qui fieri putabit, appellente forinſecus tantum aëre, is falſum ſe fuiſſe dicet tandem, & ne in fœminis quidem locum habere poſſe. Quo enim modo aër (concedam enim appuliſſe) denſans cutim elicere poterit inteſtinum? Fit igitur neceſſariò aëre per os ingreſſo, & eò usque deſcendente. *Rz.*

CAPUT XXXIX.

Aër humanum corpus afficit qualitate, & totâ ſubſtantiâ, autore Galeno. I. Qualitas quomodo afficiat explicatur.

Ὑπὸ μὲν τοῦ περιέχοντος, *verba ſunt Galeni lib. de arte medicinali cap. 85.* ἀλλοιοῦται τὸ σῶμα ἤτοι θερμαινόμενον, ἢ ψυχόμενον, ἢ ξηραινόμενον ἢ ὑγραινόμενον, ἢ κατὰ συζυγίαν ἐκ τούτων πάσχον· ἢ καθ' ὅλην τὴν οὐσίαν ἀλλοιούμενον. *Ab aëre alteratur corpus, aut quia calefit, aut frigefit, aut exſiccatur, aut humectatur: vel ſecundùm horum patitur conjugationem: aut in tota alteretur ſubſtantiâ.* *Aer afficit qualitate.*

AER

Temperatus ſalubris: mediocritatis termini.

AER quamdiu temperatus eſt, corporis œconomia benè habet, *inquit Galenus in arte medicinali.* Τῇ ἀρίστῃ κατασκευῇ τοῦ σώματος, ἐπειδὰν εὐκρατῇ τὸ περιέχον, ἁρμόζει συμμετρία. Κόποι δὲ τῆς συμμετρίας ἐπὶ μὲν τοῦ περιέχοντος. ὡς μήτε φρίττειν διὰ κρύος, μηθ' ἱδροῦν διὰ θάλπος: *Optima conſtitutionis, ſi circumductus aër ſit temperatus. Termini mediocritatis ſunt in aëre ambiente, ut neque horreat propter frigus, neque ſudet propter æſtum.* Cum verò à mediocritate recedit, res aliter habet, cauſaque fit ægritudinis.

Manifeſta qualitas cum excedit, noxia eſt.

Aër non ſolùm in qualitatibus primis mutatur: ſed etiam ſine putredine occulta quædam ſemina & inquinamenta totâ naturâ nobis adverſa in eo generantur.

QUALITAS MANIFESTA eſt in aprico.

Galeni adſenſus.

De CALIDO AERE notabile eſt, quod *Galenus libro 1. de differentiis febrium capite 4. cum de peſtilentis febris generatione agit, proponit.* αἱ δὲ θερμότεραι τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος καταστάσεις οἷαι περὶ κυνὸς ἐπιτολὴν γίνονται, μάλιστα διὰ μὲν τῆς εἰσπνοῆς, ἄντικρυς αὐτὴν θερμαίνουσι τὴν καρδίαν, ἔξωθεν δὲ περικεχυμέναι τῷ σώματι, σύμπαν αὐτὸ θερμὸν ἀποφαίνουσι, καὶ μάλιστα τὰς ἀρτηρίας, ὡς ἂν ἑλκούσας τι καὶ τῆς οὐσίας αὐτῆς τοῦ περιέχοντος ἀέρος, οἷς ἅπασι συνδιατίθεσθαι τὴν καρδίαν ἀναγκαῖον ἐστί. Καὶ θερμὴν ἀμέτρως γινομένην αὐτὴν πρώτην τε μάλιστα, πυρετώδη διάθεσιν ἴσχειν, ἐπιπέμπειν τε παντὶ τῷ σώματι, κατὰ δὲ τὰς λοιμώδεις καταστάσεις, ἡ εἰσπνοὴ μάλιστα αἰτία. *Calidiores ambientis aëris ſtatus, quales maximè circa canis ortum contingunt, per inſpirationes quidem manifeſtè cor calefaciunt: corpori autem extrinſecus circumfuſi totum ipſum calidius efficiunt, ſed præſertim arterias, ut quæ ipſius ſubſtantiæ ambientis aëris aliquid trahant: cum quibus omnibus ſimul cor affici eſt neceſſarium. Et cum ſupra modum incaluerit, ipſum primum ac potiſſimum febrilem calorem ſuſcipere, atque ad univerſum corpus tranſmittere. In peſtilenti verò aëris ſtatu inſpiratio potiſſimum eſt cauſa.*

Ariſtoteles.

Ἑστηκότες τε ἐν τῷ ἡλίῳ, *ait Philoſophus ſect. 1. probl.* μᾶλλον θερμαίνονται ἢ κινούμενοι, *ſtantes in ſole magis caleſiunt, quàm moti.*

Calidi aeris effectus.

Cum verò mutatis primis qualitatibus, mutentur & reliquæ, idem AERIS CALOR humores diſſolvit, liquat, attenuat, urit, bilem acuit, ſpiritus inflammat, morbiſque calidis occaſionem præbet. Et, quia poros aperiendo naturalem calorem evocat, coctiones infirmat.

FRIGIDUS aër refrigerat, cutis meatus occludendo ac perſpirationem impediendo febres putridas acceſſit, deſtillationes excitat, &, *ut inſinuat Hippocrates 6. epidemiorum, commento 5. t. 27.* ψύξις τὰ κατὰ κοιλίαν σκληραίνει, *refrigeratio ea, quæ in ventre, durat.* *Frigidus aer.*

HUMIDUS corpus humectat, deſtillationes generat, junctus frigiditati, omnium autem maximè putredines excitat, junctus caliditati. *Humidus aer.*

SICCUS humores quidem ſupervacaneos abſumit, cutim ſiccat, ſed febres acutas parit, & humorum acrium proventum. *Siccus aer.*

Comparatione inter ſiccum & humidum aerem inſtitutâ, [illegible]r non tanto morborum proventu luxuriat quàm humidior. τῶν δὲ καταστασίων τοῦ ἐνιαυτοῦ, *verba ſunt aphoriſmi 15. libri 3.* τὸ μὲν ὅλον οἱ αὐχμοὶ τῶν ἐπομβρίων εἰσὶν ὑγιεινότεροι, καὶ ἧσσον θανατώδεες. *Ex tempeſtatibus anni ſiccitates adſiduis imbribus ſalubriores.*

Comparatione inſtitutâ inter αὐχμὸν καὶ ξηρότητα ſiccitas bona eſt, & pauciorum morborum mater: τὸ αὐχμηρὸν, exceſſus ſiccitatis, feraciſſimum. Siccitates imbribus ſalubriores.

Intemperies hæ primæ, ſi ſe hoſtili jungant connubio, ſiccitatem calor adſumat in ſocietatem, humiditas caliditatem, vel frigiditatem, majori impetu ſalutem humanam aggrediuntur. *Compoſita intemperies aeris.*

Nec ſolùm primæ qualitates negotium faceſſunt ſaluti, verum etiam SECUNDÆ, cum aër nimis eſt craſſus, nebuloſus, caliginoſus, fomitem ſuppeditant. Colligit & ipſe prohibitâ διαπνοῇ *tranſpiratione*, putredinem. *Secundæ qualitates.*

CAPUT XL.

Totâ ſubſtantiâ aer quomodo alteretur.

EXplicatu difficillimus eſt hic modus. Aliter totam ſubſtantiam delineat *Galenus*, aliter *recentiores* quidam. Sufficiat dicere ὅλῃ τῇ οὐσίᾳ ἀλλοιοῦσθαι τὸν ἀέρα, cum mutationem ſubit ἄρρητον *explicabilem* in peſte, peſtilentibus & malignis febribus. *Aer peccans totâ ſubſtantiâ.*

CAPUT XLI.

Aer nos afficit ſpiritu, & corporis animatis atomis.

Aer ſpiritnoſus,

AEr, ceu materiale & per ſe paſſivum elementum, virtutes illas corpora adficiendi non habet ex ſe, ſed à ſpiritu, quo eſt perfuſus. Nihil ſpiritu eſt vacuum. ἀλλὰ μὴν ἡλίου, καὶ σελήνης, *ait Cous libro de flatibus*, καὶ ἄστρων ὁδὸς, διὰ τοῦ πνεύματός ἐστι. ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τοῦ πελάγους, ὅτι μέθεξιν ἔχει τοῦ πνεύματος, πᾶσι τοῦτο δῆλον. οὐ γὰρ ἄν ποτε τὰ πλωτὰ ζῶα ζώειν ἠδύνατο, μὴ μετέχοντα πνεύματος. *Nam ſolis, lu[illegible] aſtrorum viam ſpiritus dirigit: quin etiam in mari quandam eſſe [illegible] municationem ſpiritus, manifeſtum eſt, quin & animalium vita ab eodem ſpiritu dependet.*

Animatus,

ANIMATIS atomis & effluviis in malignis peſtilentibusque conſtitutionibus, imprægnatum aerem nos inficere tradidit *Athanaſius Kircherus libro de peſte.*

Copioſus.

COPIAM humorum agendo & invehendo corpus noſtrum alterare oſtendere conatur *Ballanius conſil. med. lib. 2. p. 164.* Sed non ſatis clarè ſe explicat.

CAPUT XLII.

Aeris, ſubita ac inſolentis mutationis interventu, ad morbos producendos efficacia.

Inæqualitas aeris morborum mater.

INÆQUALITAS aeris, UNO ET EODEM IN LOCO, facile permutabilis modò caliditate modò frigiditate dominante, genitrix multarum eſt infirmitatum. Vinum, *ait Th. Gamncier tractatu de tabe Anglicâ*, in calidiuſculo ac frigidiuſculo loco poſitum & obturatum, per ſe poteſt aliquantum ſervari, ſi verò ponatur in circulatione ad calorem balnei, mox parvo temporis intervallo [illegible]igido locetur, & hoc ſubinde repetatur, quàm ſi in alterutro loco ſolummodo conſtitiſſet. Ita etiam corpora noſtra circumdata aere, tanquam vaſe, ab inſueto ejus exceſſu alterantur. Ex contrariis in contraria moleſta eſt permutatio.

LOCO-

LOCORUM diſſitorum mutatio, ut ad bonum ſæpe vergit, ita etiam ad malum, partim ex ſoli & aquarum, partim etiam ex ventorum indigenarum naturâ. *Mutatio aeris.*

CAPUT XLIII.

De coeli, qui aerem alterat, & morborum exiſtit cauſa, ſtatu.

COELI STATUS aeris quoque nomine venit, à ventis alteratus. Mutant autem aerem venti, & per eas, quas adferunt, exſpirationes, & per qualitatem, quam acquirunt ex locis, unde veniunt, magis vel minus à ſole illuſtratis. *A ventis mutatio aeris.*

Venti inter theſauros naturæ recenſentur à ſapientioribus, quibus nihil in naturâ rerum precioſius nobiliusque. Dum mollium aurarum ſuſurro vitæ ſpiraculum ad res omnes deportant, omnia bene habent, ad hominum recreationem plurimum conferunt momenti. Dum verò exhalationes ex ▽ & 🜃 impuræ, quæ utriusque viſcera exſpirant, ex quatuor mundi cardinibus ſeu angulis morbos parere poſſunt. *Venti ex exſpirationibus.*

VENTUS per rimulam aut anguſtiorem locum angiportumve adſpirans, deterius afficit, quàm qui per amphoram locum irrepit. Imò quendam veluti σφακελισμὸν & venenatam vim infert. Id ſedens ad feneſtram quarta parte apertam experiri poteſt. *Ventus ex anguſtiis expreſſus.*

Ratio latet in tenebris, primâ fronte, ſedulò meditanti procedit obviam. *Ratio.*

Ἢν δὲ βόρειον ᾖ, *inquit Cous 3. aphor. 5.* βῆχες, φάρυγγες, κοιλίαι σκληραὶ, δυσουρίαι, φρικώδεες, ὀδύναι πλευρέων, στηθέων. ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, ταῦτα ἐν τῇσιν ἀῤῥωστίῃσι προσδέχεσθαι χρή. *Aquilo frigidum reddit aerem & ſiccum, tuſſes movet, fauces exaſperat, alvum indurat, urinam ſupprimit, horrores excitat, lateris & pectoris dolores facit. Hoc itaque dominante, talia infirmos expectare oportet.* *Aquilo.*

Ἐν τοῖσιν αὐχμοῖσι ὀξέες γίνονται. καὶ ἢν μὲν ἐπὶ πλέον ᾖ τὸ ἔτος τοιοῦτον ἐὸν, οἵην τὴν κατάστασιν ἐποίησεν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ τὰ νοσήματα τοιαῦτα δεῖ προσδέχεσθαι. *Magnis ſiccitatibus febres fiunt* *Siccitates.*

acuta. Quod ſi annus talis eſſe pergat, qualem temporis ſtatum effecerit, tales fere morbos expectare oportet. Libro eodem aphoriſmo 7.

Auſter. Auſter quos morbos producat, tradit *commento 3. aphoriſm. 5.* Νότοι βαρήκοοι, ἀχλυώδεες, καρηβαρικοὶ, νωθροὶ διαλυτικοί, ὁκόταν οὗτος δυναστεύῃ, τοιαῦτα ἐν τοῖσιν ἀῤῥωστήμασι πάσχουσιν. *Auſter calidum aerem reddit & ſiccum, auditum hebetat, caliginem viſui obducit, caput gravat, corpori tarditatem & languorem conciliat. Cum itaque is increbreſcit, talia in validis accidunt.*

Eius malitia. Malitioſa venti hujus natura detegitur ab origine nominis. Νότος dicitur hic à meridie ſpirans ventus, quaſi νόσος morbus: alii ab ὀνῶ, ſignificante βλάπτω, οἱονεὶ, *aut etymologus,* ὁ βλαπτικὸς τῶν καρπῶν καὶ τῶν σωμάτων. Noxiam hanc qualitatem coſmographi indicant, dum à mortui hominis capite flores efflans depingitur, quod ſub dominio auſtri flores ſtatim langueſcant, & ſui vigoris jacturam patiantur.

2. *etymologia.* Aliam originem ſuppeditat *idem etymologus,* ἀπὸ τοῦ νοτεῖν, καὶ τῆς νοτίδος. αὕτη δὲ ἡ νοτὶς ἀπὸ τοῦ νῆσθαι. ὅ ἐστι διέρχεσθαι καὶ πορεύεσθαι. σημαίνει δὲ τὴν ὑγρασίαν. Νοτὶς denotat humiditatem. Humidus eſt hic ventus, & humiditate plantis, fructibus & animantibus noxam parit.

3. AUSTER *ab Iſidoro* dicitur, quaſi Hauſter, ab hauriendo aquas: PLUVIARUM PINCERNA *ab Auguſtino.*

Flantibus, *inquit Epiphanius Ferdinandus* de crimine auſtralis ſpiraminis, auſtrinis, domus, pavimentum, & ſolum, pariterque ac ea, quæ hîc affixa ſunt, magnam humiditatem exſtillant, & quaſi præ moeſtitiâ illachrymant. Quanto magis noſtri corporis ſtructura, fluida & caduca.

Autor pravæ diatheſeos. Non tantum eſt pravorum humorum parens, ſed etiam pravæ autor diatheſeos in parentibus ipſis. Imbecillas reddit partes, *συνοχίαν* nervorum labefactat, *καταῤῥήξεις* rheumatiſmos excitat fuſis humoribus ad alvum, inde diarrhoeæ: pituitâ liqueſcente καὶ πνευματουμένη ad pulmones, inde dolores laterum: aliis humoribus per διάχυσιν commotis, inde tuſſes.

CAPUT

CAPUT XLIV.

De anni, aerem quæ mutant, temporibus.

DE his vera eſt *Coi* ſententia *3. aphoriſmor. 19.* comprehenſa. Νοσήματα δὲ πάντα μὲν ἐν πάσῃσι τῇσιν ὥρῃσι γίνεται, *quilibet in quibusvis temporibus fieri queunt* : attamen mox ſubjungit : μᾶλλον δ' ἔνια καθ' ἐνίας αὐτέων καὶ γίνεται καὶ παροξύνεται, *nonnulli tamen in quibuſdam magis tum* FIUNT, *tum* EXCITANTUR.

Quibuslibet anni temporibus quilibet fiunt morbi. Hippocrates

Ad explicationem *Galenus in commento* hæc ſubjungit : εἰ μὲν ἡ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος κρᾶσις ἦν αἰτία μόνη τῶν νοσημάτων, ἅπαντες ἂν ἐνοσοῦμεν ἐν ἑκάστῃ τῶν ὡρῶν ἐκείνας τὰς νόσους, ὅσαι τῶν ὡρῶν εἰσὶν οἰκεῖαι. νυνὶ δὲ ἐπειδὴ καὶ διὰ τὰς ἐν τῷ βίῳ πλημμελείας αἱ νόσοι γίνονται πᾶσαι μὲν ἐν ἁπάσαις ἔσονται ταῖς ὥραις, πλείους δὲ καθ' ἑκάστην αὐτῶν αἱ οἰκεῖαι. συμβάλλεται μὲν οὐ μικρὸν εἰς τοῦτο, καὶ ἡ τῶν φύσεων διαφορά. οὐ γὰρ ὁμοίως ὑπὸ τῆς αὐτῆς αἰτίας ὁ θερμὸς τῷ ψυχρῷ βλάπτεσθαι πέφυκεν, ἢ ὁ ὑγρὸς τῷ ξηρῷ. καθάπερ οὐδὲ ὁ εὔκρατος ἑκάστῳ τούτων, οὔτε τοῖς κατὰ συζυγίαν τινὰ δυσκράτοις. *Si aeris temperatio ſola eſſet morborum cauſa, ſingulis temporibus omnes morbis illis affligeremur, qui ipſorum ſunt proprii & peculiares. Nunc verò etiam, cum propter vitæ intemperantiam, & alia peccata in vitâ admiſſa morbi fiunt, omnes in omnibus temporibus fieri poterunt, plures tamen, qui cujusque temporis proprii ſunt, & familiares, non parum ad id conferente etiam naturarum diſcrimine. Neque enim ſimiliter ab eâdem cauſa calidus & frigidus, nec humidus ac ſiccus offendi ſolet : quemadmodum nec temperatus, ac quilibet horum, aut qui per conjugationem aliquam ſunt intemperati.*

ANNI TEMPORA ad varias ægritudines diſponunt, aerem mutando. VERNALES recenſet *3. aphor. 20.* AESTIVALES *aphor. 21.* AUTUMNALES *aphor. 22.* HYEMALES *aphor. 23.*

Anni tempora gignunt morbos aerem mutando.

VER SALUBERRIMUM. ἦρ δὲ ὑγιεινότατον, καὶ ἥκιστα θανατῶδες. *ait Hippocrates 3. aphor. 9.* Suâ naturâ tale eſt, cùm ſit εὔκρατον *moderatum*, ſi ſibi relinquatur. Ex eventu morborum parens eſt, non ex ſe. Non poteſt ei adſcribi morborum γένεσις, ſed παροξυσμός.

Ver ſaluberrimum. Hippocrates

Galenus.

Id illuſtrat exemplo exercitationis, *commentator Galenus.* παραπλήσιον δέ τι συμβαίνει κατὰ τὸ ἔαρ, ὁποῖον ἐπὶ τῶν γυμνασίων ὁρῶμεν γιγνόμενον, καὶ γὰρ καὶ ταῦθ' ὑγιεινότατον μέν ἐστιν, ἀλλ' ἐὰν φλέγματος ἄνθρωπον μεστὸν, ἢ χολῆς ὠχρᾶς, ἢ μελαίνης, ἢ καὶ αὐτοῦ τοῦ αἵματος ἐθελήσεις γυμνάζειν, ἤτοι γε ἐπίπληκτον αὐτὸν, ἢ ἀπόπληκτον ἐργάσῃ τοῖς γυμνασίοις. *Ejusmodi, aliquid in vere accidit, quale in corporis exercitationibus. Hæ ſaluberrima ſunt, attamen ſi pituitâ plenum aut bile alterutrâ, aut etiam ſanguine ipſo, exercere volueris, & apoplexiam aut epilepſiam, aut alios morbos contraxeris.*

Diſtinctio in vernalibus morbis.

Vernales morbi duplices ſunt: quidam proprii, quidam communes. COMMUNES qui ex unâ parte hyemis, ex alterâ parte æſtatis naturæ ſunt proportionati. Et hos ver non generat, ſed detegit. PROPRIUM non habet niſi unum menſem medium, & eodem proprios vernales efficit morbos, quos *citato aphoriſmo* recenſet, qui tamen naturæ ejus ſunt conformes, omnique periculo vacant, tantumque abeſt, ut aphoriſmum illum falſum eſſe convincant, quin potiùs ſaluberrimum, & minus exitioſum confirment. Id *Galenus in comm.* pluribus explicat.

Æſtivis, autumnalibus, hyemalibus.

ÆSTIVORUM, AUTUMNALIUM, HYEMALIUM eadem ratio. Duplices hi morbi ſunt: quidam proprii, qui uno medio menſe oriuntur, communes qui extremis duobus. Proprii dictis aphoriſmis enarrantur potiſſimùm.

Æſtas ferax morborum.

Rationem dat Ariſtoteles.

ÆSTATE morbi plurimi. διὰ τί ἀῤῥωστοῦσι μὲν μᾶλλον τοῦ θέρους, *quare per æſtatem magis adverſâ valetudine laborntur?* quærit *Ariſtoteles ſect. 1. problem. 25.* ἢ διὰ τὴν πυκνότητα, ἐντὸς τῶν σωμάτων συνεσταλμένου τοῦ θερμοῦ, καὶ πονοῦντες μᾶλλον, εἰ μὴ πέπτοι μὲν, τῶν ἐν ἡμῖν συνισταμένων περιττωμάτων, ἰσχυρὰν ἀνάγκη τὴν ἀρχὴν εἶναι τῆς νόσου; τοιαύτην δ' οὖσαν, φθαρτικὴν εἰκός ἐστιν αὐτὴν εἶναι. *An quia calor, qui per hyemem intus propter corporum denſitatem coercetur, parum adjuvat, nec labor operum, qui amplius per id tempus ſuſcipitur, excrementa humorum poteſt concoquere, ideò validam eſſe mali originem neceſſe eſt: quod cum ita ſit, pernicioſum morbum urgere ratio eſt.*

Hyems ferax morborum.

HYEMS in univerſum ob frigidam temperiem morborum ferax,

cum

Cum glacialis hyems tremulo pede pulſat olympum,
atque icta hybernâ grandine tecta ſonant.

Inde *Symmachus lib. 3. epiſt. 39.* hyemis injuria plerumque fidem ſanitatis ſollicitat, & *lib 1. epiſt. 100.* omnis internus dolor corporis hyemali creſcit injuriâ.

Experientia teſtis.

Experientia teſtatur, imbecilliora corpora, & homines cauſarios, i.e. levi de cauſâ decumbentes, frigore & gelidorum imbrium inhumanitate facilè affligi.

Commiſtiones morborum & comparationes cum aliis: hyemis cum vere.

1. Περὶ δὲ τῶν ὡρέων, ἢν μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, τὸ δὲ ἔαρ ἔπομβρον καὶ νότιον, ἀνάγκη τὸ θέρος πυρετοὺς ὀξέας, καὶ ὀφθαλμίας, καὶ δυσεντερίας γίνεσθαι, μάλιστα δὲ τῇσι γυναιξὶ καὶ ἀνδράσι τοῖσιν ὑγροῖσι τὰς φύσιας. *Quod autem ad anni tempeſtates attinet, ſiquidem hyems plus æquo ſicca, & aquilonia fuerit, ver autem valde pluvioſum & auſtrinum, febres acutas & lippitudines, & inteſtinorum difficultates ad æſtatem oriri neceſſe eſt, præcipuè verò in mulieribus & viris naturâ humidioribus.*

Emphaſis vocis αὐχμός.

Αὐχμὸς non tantùm immoderatâ æſtate, verùm etiam de rigidiſſimâ hyeme intelligitur. Tanta nonnunquam ſiccitas animadvertitur, ut ambulantes pulverem concitent, non minùs ac æſtate. Talis erat in Thuringiâ Anno M DC L.

2. Ἢν δὲ νότιος ὁ χειμὼν καὶ ἔπομβρος καὶ εὔδιος, τὸ δὲ ἔαρ αὐχμηρὸν καὶ βόρειον, αἱ μὲν γυναῖκες ἦσιν οἱ τόκοι πρὸς τὸ ἦρ, ἐκ πάσης προφάσιος ἐκτιτρώσκουσιν. αἳ δ᾽ ἂν τέκωσιν, ἀκρατέα καὶ νοσώδεα τὰ παιδία τίκτουσιν, ὥστε ἢ παραυτίκα ἀπόλλυσθαι, ἢ λεπτά, καὶ νοσώδεα ζῆν ἐόντα. Τοῖσι δὲ ἄλλοισι βροτοῖσι δυσεντερίαι καὶ ὀφθαλμίαι ξηραὶ γίνονται. τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι κατάρροι συντόμως ἀπολλύοντες. *At ſi hyems auſtrina & valde pluvia & placida fuerit, ver autem plus juſto ſiccum & aquilonium, mulieres quidem, quibus partus ad ver imminet, ex quavis cauſâ abortiunt: quæ verò pepererint, imbecillos & morboſos infantes edunt, ita ut vel ſtatim intereant, vel tenues & valetudinarii vivant. Cæteris verò mortalibus dyſenteriæ & lippitudines aridæ oboriuntur, ſenioribus verò defluxiones brevi interficientes.*

Comparatio æſtatis cum autumno, & qui morbi inde.

Ἢν δὲ τὸ θέρος αὐχμηρὸν καὶ βόρειον γένηται, τὸ δὲ φθινόπωρον ἔπομβρον καὶ νότιον κεφαλαλγίαι ἐς τὸν χειμῶνα γίνονται, καὶ βῆχες, καὶ βράγχοι, καὶ κόρυζαι, ἐνίοισι δὲ καὶ φθίσιες. *Si verò æſtas plus æquo ſicca & aquilonia, autumnus vero admodum pluvius & auſtrinus*

fuerit,

fuerit, capitis dolores ad hyemem oriuntur, & tuſſes, & raucitates, & gravedines, nonnullis verò etiam tabes.

Qui morbi naſcuntur autumno pluvio.

Ἢν δὲ βόρειον ᾖ καὶ ἄνυδρον, τοῖσι μὲν ὑγροῖσιν ἐοῦσι τὰς φύσιας καὶ τοῖσι γυναιξὶ ξύμφορον· τοῖσι δὲ λοιποῖσιν ὀφθαλμίαι ἔσονται ξηραὶ καὶ πυρετοὶ ὀξέες, καὶ κόρυζαι χρόνιαι, ἐνίοισι δὲ καὶ μελαγχολίαι. *Si verò aquilonius ſit & ſine pluviis, iis quidem, qui natura ſunt humidiore, & mulieribus commodus. reliquis autem lippitudines erunt ſiccæ, & febres acutæ, & diuturnæ, nonnullis verò etiam melancholiæ.*

CAPUT XLV.

De influentiis, aerem quæ mutant, ſicque morborum cauſæ fiunt, coeleſtibus.

Poteſtas magna aſtrorum,

MAgnam eſſe aſtrorum, & præcipuè τῶν κατ' ὄψιν ἡμῶν majorum ſiderum, Solis & Lunæ, Planetarumque reliquorum in hæc ſublunaria poteſtatem, creditum ab omni antiquitate.

conſenſu aſtronomorum,

Erexerant primi Aſtronomi vultus ſuos à terra ad coelum, ut ſiderum poſitus & motus conſequerentur. Reflexerunt, qui illos ſecuti, Aſtrologi oculos ſuos à coelo ad terram: ut quid poſſent ſtellarum vires & influxus tùm in aërem, tum in homines, defixâ & attentâ conſideratione aucuparentur. Stellas putavere longos habere ſtimulos, qui de coelo nos pungerent: atque adeò ingenerari qualitates hominibus, prout illos ſua ferirent ſidera.

Ptolomæi,

Vultus hujus mundi inferioris ſubditi ſunt configurationibus coeleſtibus, *inquit Ptolomæus ſentent. 9. centiloq.* Naturam rerum ſublunarium διδαχθῆναι καὶ ἀναγκασθῆναι, *doceri, cogi*, ſive neceſſitate agi à coeleſti conſtellatione, ὥσπερ πάντων δεσπότη *omnium domina*, ita ut tollatur omnis προαίρεσις καὶ τύχη, *conſilium & fortuna*, docuerunt *alii*.

& aliorum,

Fieri non poſſe cenſebant, quod definita adſpectuum genera, horum inchoationes & durationes, per directiones, revolutiones, profectiones & tranſitus Planetarum computatæ, non magnam inducant alterationem, eamque duplicem conſtituerunt; generalem & ſpecialem.

GENE-

GENERALIS eſt modus & proprietas caloris, ex ſubjectorum corporum naturâ dependens. *Modus generalis, &*

SPECIALIS vocatur, cum ex variâ luminis commiſtione habitudineque calor temperatur, ut in eo differentes radiorum concurſus differentem etiam diſtinctamque efficiendi facultatem ſortiantur. *ſpecialis.*

PRIMAM confirmant autoritate *Hippocratis l. prognoſt. cap. 3.* Dùm enim τὸ θεῖον in morbis agnoſcit, cœli aſtrorumque efficientiam ſimul admittere videtur. *Prima confirmatur.*

ALTERAM indigitâſſe videntur medicorum principes, dùm non à cœlo ſimpliciter, ſed eo aliter atque aliter conſtituto agendi indicationem deſumſere. *Altera illuſtratur* 1.

Hippocrates libro de aere, aquis, & locis conſiderare jubet medicum aſtrorum ortus & occaſus. Infirmis periculoſa *ait* eſſe æquinoctia, maximè autumnale: jubet quoque attendere ortus & occaſus ſiderum, præcipuè canis, deinde arcturi, & plejadum, quia his diebus maximè morbi judicantur. Inde & his temporibus medicamenta exhibere vetuit; præcipuè purgantia, quæ prohibet *4. aphor. 5.* 2.

Galenus lib. 3. de diebus decretoriis cap. 6. Lunam dies, quales futuri ſint ægris & ſanis, prænunciare apertè ſcripſit, quatenus ad fauſtos & maleficos planetas acceſſerit. Hinc criſeon & dierum criticorum rationes in diviſas Lunæ phaſes rejiciens, quanti hos cœleſtes æſtimet influxus, ubertim declarat. 3.

Hæc certè aliâ ratione vera eſſe nequeunt, niſi diverſi aſtrorum poſitus, diſtinctæque figurationes peculiarem actionis poteſtatem in corporibus ſubjectis exercere ſtatuantur.

Alibi ægros commonet, ne ſe committant medicis, qui neſciunt temporum motus & opportunitates. *Commonefactio ad medicos.*

Obſervationibus medicorum graviſſimorum confirmant, à ♄ in ♌ regi pectus, à ♃ ſtomachum, à ♂ caput, à ☉ femora, à ♀ pedes, à ☿ crura, à ☽ genua, & ſingulari niſu confirmant, ſic dignitates eſſe diſpenſatas inter cœleſtia ſigna. *Obſervationes medicorum.* 1.

Vulgari conſuetudine tribuitur 2.

♄no, auris dextra, ſplen, oſſa, dentes, veſica.

♃ pulmo, coſtæ, cartilagines, epar, ſanguis, arteriæ, ſemen.

♂ auris ſiniſtra, fel, renes, venæ, pudenda.
☉ cor, cerebrum, ſpiritus, nervi, oculus dexter.
♀ matrix, renes, genitalia, mammillæ, guttur, lumbi.
☿ lingua, manus, digiti.
☽ oculus ſiniſter, ſtomachus, inteſtina.

Magnam aſpectuum trigoni, tetragoni, aut hexagoni vim in morbis adſerunt.

CAPUT XLVI.

Speciales morborum inclinationes ad dolorem capitis.

HOrum influxum in horas nativitatis ſingulari efficaciâ diſponere natum ad certos morbos, teſtantur autoritates, & multorum experimenta ſeculorum.

Ad cephalalgiæ ſpecies diſpoſitio,

AD DOLOREM CAPITIS corpus & animam ſenſitivam diſponunt:

1. I. Planetæ adverſantes, quales ♂ & ♄, malô radio, & quidem reſpectu figuræ cœleſtis occidentales, ſemetipſos, horoſcopum ſive domum primam, nec non luminaria, præſertim ☽ in ſigno capitis, puta ♈, reſpicientes, intenſiſſimos capitis dolores decernunt.

2. II. Malefici, quales ♂ & ♄, ſeſe mutuo affligentes, vel ☌ne, vel □to, vel ☍ne, ex occaſu vel ortu, habentes dignitatem aliquam in horoſcopo, imprimis ſi & ☽ læſerint.

3. III. ☽ in domibus vel exaltatione maleficorum conſtituta, ſi ab iisdem lædatur.

4. IV. Malefici dominum primæ in ♈ ſigno conſtitutum lædentes.

5. V. Dominus primæ in ſexta conſtitutus & à ♄ afflictus.

CAPUT XLVII

proponit conſtellationes diſponentes ad melancholiam, apoplexiam, epilepſiam.

AD

AD MELANCHOLIAM facit 1. ☽ lumine vacua cum ♄ juncta, imprimis in horoſcopo. *Melancholicam inclinationem promovent*

2. Quando ♀ cum ♄ fuerit, & ♂ ac ☿ in loco ☽, natus erit ſtultus, philoſophum ſe putans. 1. 2.

3. ☿ à ♄, in horoſcopo præſertim, læſus, homines ad melancholiam ſummè proclives notat. 3.

AD EPILEPSIAM facit *Epileptico [illegible] ſavent*

1. ☽ in VI. domo ♄ juncta, ſub □ ♂ & ♀. 1.

2. Epilepſia corpora ſæpe miſerrimê afficere ſolet, propter ☽ & ☿. ☿io notabili ſpatio à ☉le remoto, vel in diverſis (nullum aſpectum habentibus) ſignis; vel in ♑ aut ♒ conſtitutis, ac ſimul à ♄no aut ♂te læſis. 2.

3. quando ☿ & ☽ ſe non aſpiciunt. 3.

4. quando ☿ & ☽ in ♑ aut ♒ exiſtunt, in 6. 8. & 12. domibus, ☿ & ☽ minus faventibus, ita ut neuter horoſcopū adſpiciat. 4.

5. quando ☽ horoſcopum tenens ex oppoſito habet ☿ & ♄. 5.

6. quando ♂ & ♄ in themate ☍ habent, vel in ortu & occaſu, vel in medio cœli & imo cœli. 6.

7. quando ☉ & ♀ in adſcend. opponuntur ♄. 7.

8. quando ♄ aut ♂ hic in nocturna, ille in diurna nativitate fortis ex angulo ſimul utrumque ☿ium & ☽nam oppugnat. 8.

9. quando ♄ de die ♂ de nocte dominatores ſint ☿ii & ☽næ. Hæ enim cauſæ concurrentes, natum plerumque epilepticum faciunt. 9.

10. ☽na ☉li & ♂ti partiliter copulata in cœli culmine. 10.

11. ☉ & ♀ in adſcendente ſi habeant ♄ oppoſitum. 11.

12. ☽ in VII. magis facit comitiales quam alibi. 12.

CAPUT XLVIII.

Conſtellationes diſponentes ad catarrhum, & ſenſoriorum externorum adfectus.

CATARRHOS in maximâ copiâ è capite ad pulmones decidentes ☽ in ♋ à ♄ ſive ♂ læſa, minatur; præſertim ſi in primâ aut ſextâ domo conſtituta fuerit. *Catarrhorum patrocinium.*

AD OCULORUM VITIA conferunt *Oculorum*

 1. Lumi-

Vitia faciunt

1\. 1. Luminaria in horoſcopo læſa. Oculorum debilitatem inferunt, horumque uſum, quando alterum eclipſin patitur, è medio tollunt.

2\. 2. Luminaria in viâ lacteâ, quæ in ſeptentrionali parte à 21.gr. ♊ in 1.gr. ♋. in meridionali à 7.gr. ♐. in 17.gr. & rurſus à 22.gr. ♐ in 5.gr. ♑ extenditur. Aut cum ſtella nebuloſa, cujusmodi ſunt Plejades in dorſo ♉. Præſepe in ♋. Coma Berenices. Cauda ♌. oculus ♐ & quædam in unda ♒. Is mortem non videbit priusquam vitium in oculis patiatur. Eſtque illud vitium inſeparabile, ſi luminare hoc modo conſtitutum angulos occupet. *Card. c. 19 ſuppl.*

3\. 3. Luminaria juncta maleficis, vel ſi iisdem aliquis maleficorum ſucceſſerit aut anteceſſerit.

4\. 4. ☽ ☉ oppoſita nebuloſis ſtellis conjuncta vitium oculorum deſignat.

5\. 5. ☉ ♂ in VIII. junctus, ſi in oppoſito ♄ ☽næ jungatur in humano ſigno, item in tropico. Quodſi idem ♂ ☽am & ☿ ſimul afflixerit, expectandum eſt vitium ex gymnaſticis palæſtricisque certaminibus & ludis.

6\. 6. ☽ cum ☉e & nebuloſa, ita ut novilunium fiat apud ſtellas nebuloſas in aliquo angulorum, oculi aciem tollit.

7\. 7. ☽ cum Orionis Cingulo ſub radiis ſolis.

8\. 8. Luminaria impedita à maleficis in genitura ex □ vel ☍ nocent oculis, ut grave eorundem periculum damnumve non poſſint evitare nati tali poſitu.

9\. 9. Luminaria vel ambo vel unum eorum conſtituta in via lactea, vel cum ſtellis fixis nebuloſis, ita ut ſimul malefici ☌ vel □ aut ☍ ipſa affligant, cœcitatem portendunt, ſi utrumque Luminare ita ſit conſtitutum. Dextri verò oculi amiſſionem, ſi ☉ ſolus ita diſponatur, ſiniſtri, ſi ☽. Ac ſi ♄ affligat, erit malum ex catarrho, ſi ♂, ex ictu & violentia.

10\. 10. Si ☽na ☉li oppoſita ſtellis nebuloſis juncta eſt, vitium oculorum decernit.

11\. 11. Cum ☉ & ☽ opponuntur ex angulis, tum ſi libera ſint à maleficis, vel etiam adſpectus aliquis beneficorum intercedat, luſcos vel ſtrabones efficiunt.

12\. Luna

12. Luna lumine diminuta & à maleficis afflicta ſiniſtri oculi amiſſionem notat. 12.

AUDITUS vitiis patrocinatur

1. ☽ à ♄ ex ſextâ læſa, in ſignis cum ſignis capitis congruentiam habentibus, qualia ſunt ♐ & ♉, κεφαλαλγίαν & plerumque auditus gravitatem notat. 1.

2. ☿ in maleficorum, imprimis ♄ni, domibus vel finibus in VI. vel VIII. domo conſtitutus & ab iiſdem læſus. 2.

3. Dominus vitæ ſi fuerit vel ☽ debilis, vel maleficorum alter, ab altero malefico impeditus. 3.

4. ☿ Dominus exiſtens VItæ vel XIImæ, in VI. conſtitutus infortunatus, præſertim ſi & Fortunæ ab eo peregrinæ ſint. 4.

5. Gravitas auditus innuitur, quando ☽ à ♄no (in VI. domo exiſtente) vel per ☍, aut per □ radium læditur. 5.

DENTIUM DOLORIBUS fores aperit

1. ♀ ubicunque locorum à ♄no vel ♂te, inprimis adverſantium altero, in domo primâ conſtituto, & læſione in ſigno capitis, puta ♈, vel cum eodem conſenſum habente, puta ♐ facta, acutiſſimos dolores dentium denotat. *Dentium ægritudinibus occaſionem præbet* 1.

2. qui ♄ & ♂ in adſcend. in ♋ habent, illi omnes dentes molares cadunt, maxime ſuperiores. 2.

3. ♄ combuſtus à ☉ in ſigno aqueo, ut ♋, ♏, ♓, amiſſionem dentium cum graviſſimis doloribus decernit, præſertim in Horoſcopo ita conſtitutus, vel in VItâ dominium habens; in aliis autem ſignis ſic combuſtus, dolorem potiùs ex crebro defluxu pituitæ ad gingivam minatur. Sic Pater Hieronymi Cardani omnes dentes amiſit anno ætatis 58. Fuit enim in geneſi ♄ in ♋ à ☉le combuſtus in Horoſcopo. 3.

LINGUÆ IMPEDIMENTA accelerat

1. ☿ infeliciter poſitus, præſertim ☌ & à ♄ partiliter læſus. 1.

2. ſi adſcendens, dominus ejus, ☿ aut etiam omnes Planetæ in ſignis mutis fuerint. 2.

Aphoriſmi ſequentes obſervandi. *Aphoriſmi.*

1. Si ♄ cum ☿io & ☽e, occidentales tamen ab ipſo, in angulo fuerint, ♂te non adſpiciente, nec ♃e. 1.

2. Si ☿ ſub radiis ſolis in adſpectu ☽æ in aliquo ſignorum mutorum exiſtentis fuerit, 2.

3. 3. ☿ à ſole combuſtus præſertim in angulo orientis.

4. 4. ☿ in ♋ ſi in termino ac facie ♂ fuerit, in primis nempe 6. gradibus ♋ & ☽ ex oppoſito eundem adſpexerit.

5. 5. ☿ in ſigno muto & in fortunarum oppoſito pulſatus.

6. 6. maxima ſignificatio ablationis vocis eſt, ſi dominus horoſcopi & dominus exaltationis ejus, ac dominus triplicitatis ☿ii, ipſaque ☽, ſeu omnes in ſignis ſint mutis.

CAPUT XLIX.

Influxuum cœleſtium efficacia in affectus thoracis.

Adſpectus φθινώδεις.

1. AD PHTHISIN facit 1. ♄ in diurnâ geniturâ, ſi ☿um ſecum copulatum habuerit in Xâ & vel □ & ☍ ♂tis.

2. 2. ♄ cum ♂ in VIta conjunctus vel ♂ in VIta conſtitutus □to adſpectu, aut ☍ne feriens, & lædens, phthiſicos & dyſentericos notat.

3. 3. Dominus primæ in VItâ in ♋ à ſole combuſtus, phthiſin inducit.

4. 4. ♄ in diurnis genituris, ſi ☿ium ſecum habeat conjunctum in X. domo & ipſe (♄) ☽næ ſeneſcentis cornu extremo inhæſerit, phthiſicos efficit.

CAPUT L.

Influxuum cœleſtium efficacia in affectus infimi ventris.

Calculoſo συνάγχη favet

1. CALCULUM minatur 1. ♄ cum ☿io in VIII. in diurnâ geniturâ calculum ac veſicæ vitium notat.

2. 2. ♄ in domiciliis cadentibus conſtitutus, humores pituitoſos aggregat, & ad torrendum retinet, maximè ſi ♂ vires ſuas illi porrigat.

3. 3. quoniam ♄ veſicæ præeſt, ut & humori terreno, aſtrologicè loquendo ♄ calculum inducere creditur.

4. 4. Sic quidam (Brummeri civis Lipſienſis filius) calculo veſicæ periit adhuc puer propter ♀rem ♃vi junctam in XII.

domo

domo & ♏ione (pudendorum ſigno) ſub □to ſicci & calculoſi ♂tis.

DYSENTERIÆ diluvio favet *Dyſenterici adſpectus*

1. ☽ præſes inteſtinorum, ſi conſtituatur in VII. ſuccedat verò motu primo ♄no cum ☿io in VItâ conſtituto. *1.*

2. ♂ in adſcendente in ♏ abſque Fortunæ adſpectu, vel de die cum ☋ in VIta vel VII. aut ♄ cum ☋ in VII. dyſenteriam & dolorem inteſtinorum ex ventoſitate minatur. *2.*

3. ☽ domina primæ domûs in VI. à ♄ læſa, dyſenteriam, tormina ventris & dolores inteſtinorum, præſertim in ♑ aut ♐ efficit. *3.*

4. ☉ & ♄ conjuncti aut oppoſiti in ſigno aqueo, aut colicam paſſionem aut podagram notant. *4.*

COLICAM fovet *Colicæ patroni*

1. ☽ domina primæ in VItâ à ♄no afflicta, ut peculiari quâdam ratione inteſtina & veſicam ceu nervoſa infeſtat, ita plerumque colicas paſſiones & dolores, præſertim in ♐ aut ♑ iiſdem decernit. *1.*

2. ☉ & ♄ conjuncti aut oppoſiti in ſigno aqueo aut Podagram aut Colicam paſſionem decernunt. *2.*

3. quibus ♀ in ♒ aut ♐ (cæteris tamen paribus) læditur, colicâ pereunt paſſione. *3.*

VENTRICULUM lædere ☉em ſub terrâ malè affectum, tradunt Aſtrologi. ♄ in ſeptima domo, in ſigno ♏, horoſcopante ♑no, reddere natum malè olentem, ob læſam ſtomachi coctionem, tradit *Junctinus*. *Ventriculi vexatores*

CAPUT LI.

Influxuum cœleſtium efficacia in podagram.

I. ARticulorum dolor ab Aſtrologis provenire ſtatuitur *Arthriticæ parens.*
1. à Luminaribus afflictis ☌ vel ☍ maleficorum Planetarum in ſignis infirmitatum ♈, ♉, ♋, ♏, ♓, ♒, ita ut alterutrum luminare, vel alteruter maleficorum domum vel exaltationem habeat in I vel VI. Hæc enim conſtellatio non modò à pueritia valetudinarios, ſed & poſt conſiſtentem *1.*

ſtentem ætatem arthriticos conſtituit, *Garc. c. 33. de Jud. Genet.*

2. II. Eundem morbum ſignificant ♂ ♀ & ☽ in nocturnis genituris cardinales, (i. e. in cardinibus, vel IV. VII. & X. domibus culminantes) & adverſis radiis ſeſe invicem laceſſentes; ♄ tamen eosdem ex ♈, ♉, ♍ vel ♒ intuente. *Pont. cap. 13. l. 11.*

3. III. Huc refert *Origenes* geneſin Joachimi Schmidii ex Joachimicâ valle oriundi, Secretarii Glacenſis, quem podagra, malum partim hæreditarium â matris podagricæ ſanguine acceptum, partim à ſtellis digito quaſi oſtenſum adeò afflixit, ut per annos quinque lecto affixus, tandem anno æt: 42. anno 1600. 17. Febr. vitam finiverit, epileptico motu. Habuit enim
4. in geneſi ſua maleficos ſibi oppoſitos in medio & imo cœli, in ſignis infirmitatum ♋ & ♉ & reliquos V. Planetas, ♀; ♃, ☉, ☽, & ☿ in angulo adſcendentis ♊ & ♒ in □ maleficorum, qui poſitus, conſtitutis etiam ☽ & ☿ in ♒, triplicitate ♂, convulſivo motu eundem tandem extinxit.

5. IV. Eodem modo Erraticæ ferè omnes in ſignis aqueis cum adſcendente ♂te exiſtente in IV. loco & ♄ni ac ☿ii radiis imbuto, Fratri Cornelio podagræ (aut potiùs arthritidis) tantam attulerunt vehementiam, ut omnes artus tophis infeſtati, ac velut lapis totus præter linguam immobilis fuerit.

CAPUT LII.

Influxuum cœleſtium efficacia in Febribus excitandis:

1. In hecticâ I. HECTICAS facit ♄ in igneis, ob ſiccitatem (ſi ☉ debilis ſit).

2. cauſis, II. FEBRES ÆSTUOSAS ſimiles efficit veneNoſis, ſi ♂ ſub ☉le ſit in VI, aut XII. loco in ſignis igneis.

3. quartanis III. QUARTANAS facit ♄ in ſexta retrogradus. (Id quod non nemo expertus, qui habens ita conſtitutum Saturnum, ultra annum hoc morbo laboravit, cumque à ☿io recipiatur ex domibus Saturnus, felicique adſpectu ab eo foveatur, morbus non adeo pertinax fuit, ut ad aliquot annos durare potuerit, quemadmodum aliàs experientia docet.)

IV. PES-

4. PESTEM ♊ aëreum ſignum in IIX, ſub adſpectu quadrangulari malefici ♄ inducere creditur. Talem geneſin habuit Joh. Greislavius S.S. Theol. D. ac Superintendens Weiſſenfelsenſis, unde etiam unà cum uxore peſte periit. *4. Peſtis.*

CAPUT LIII.

De alterâ rerum non naturalium claſſe, motu & quiete.

POſt aërem in cenſu τῶν τὸ σῶμα ἡμῶν ἀλλοιούντων, *corpus noſtrum alterantium*, ſequitur κίνησις καὶ ἡσυχία ὅλου τοῦ σώματος, καὶ κατὰ τὰ μόρια, *motus & quies totius corporis & partium ſingularum.*

Motûs nomine tria deſignantur, *autore Galeno 2.* περὶ ὑγιεινῶν, *de ſanitate tuendâ cap. 2.* πόνος, κίνησις, καὶ γυμνάσιον, *labor, motus, & exercitatio.* *Motûs nomine tria deſignantur.*

αἱ τοῦ γυμνασίου χρεῖαι διτταὶ κατὰ γένος. αἱ μὲν ἐνίες εἰς τὴν περιττωμάτων κένωσιν. αἱ δὲ εἰς αὐτὴν τὴν στερεῶν σωμάτων εὐεξίαν διαφέρουσαι. ἐπειδὰν δὲ κίνησις σφοδρὰ τὸ γυμνάσιον, ἀνάγκη τρία μόνον ταῦτα γίνεσθαι πρὸς αὐτὴν κατὰ τὸ γυμναζόμενον σῶμα. τὴν τε σκληρότητα (*lib 1. cap. 14* vocat ῥώμην καὶ δυσπάθειαν) τῶν ὀργάνων ἀλλήλοις παρατριβομένων, τὴν τε ἐμφύτου θερμότητος αὔξησιν, τὴν τε τοῦ πνεύματος κίνησιν βιαιοτέραν. *Commoda exercitationis duplicia ſunt genera: hæc quidem ad excrementorum inanitionem, illa verò ad commodam corporis habitudinem efficacia. Nam, quia vehementior motus eſt exercitatio, neceſſe eſt tria hæc ab eo perfici in corpore excitando: membrorum duritiem ex mutuo ipſorum attritu, genuini caloris augmentum, & ſpiritûs citatiorem motum.* Inde multæ aliæ utilitates *ibidem* clariùs adſignatæ. *Exercitationis moderatæ commoda.*

ἐκ κινήσεως δὲ καὶ ἡσυχίας, *aut Galenus alicubi,* ἀμέτρων ἀμφοῖν γινομένων, ἢ θερμαινόμενον, ἢ ψυχόμενον, ἢ ὑγραινόμενον, ἢ ξηραινόμενον, ἢ κατὰ συζυγίαν τι τούτων πάσχον νοσεῖ τὸ σῶμα. *Ex motu verò & quiete cum utrumque* MODUM *exceſſerint, aut calefactum, aut refrigeratum, aut humectatum, aut exſiccatum, vel aliquod ſecundùm horum patiens conjugationem corpus malè habet.* *Motus immoderatus noxius.*

Tantum momentum in labore ad ſanitatem curandam *Sanitatis*

Q posuit

conſervator motus moderatus.

poſuit *Hippocrates*, ut inevitabilem eſſe morborum neceſſitatem affirmârit, niſi congruus cibo potuique acceſſerit labor. οὐ δύναται, *inquit lib. 1. de diætâ*, ἐσθίων ἄνθρωπος ὑγιαίνειν, ἢν μὴ πονέῃ. ὑπεναντίας μὲν γὰρ ἀλλήλοισιν ἔχει τὰς δυνάμεις. σῖτα καὶ πόνοι. *Qui comedit, niſi etiam laboribus utatur, ſanus eſſe non poteſt. Cibi enim & labores adverſas inter ſe facultates, mutuo tamen ad ſanitatem conferentes obtinent.*

Ad ſanitatem neceſſaria ciborum & laborum proportio.

Niſi quis exactè ponderet τὰς συμμετρίας τῶν πόνων τὴν βίην, πρὸς τὸ πλῆθος τῶν σιτίων, καὶ τὴν φύσιν τοῦ ἀνθρώπου, *proportionem & convenientem laborum modum pro ciborum copiâ & hominis naturâ, ſanus eſſe non poteſt.* Qui non obſervat τοῦ σίτου μέτρον καὶ πόνων ἀριθμὸν, *cibi modum & laborum numerum*, cumulat cruditates morborum parentes. ἡ χρῆσις κρατύνει, ἡ ἀργίη δὲ τήκει. *Uſus roborat, otium colliquat, autore Hippocrate de officina medici t. 41. F.*

Effectus motûs immoderati.

1. Fuſio humorum & ῥευματισμοί.

2. ἀτροφία.

Exercitium corporis immoderatum fundit humores, & per hanc διάχυσιν *diffuſionem*, vitioſis humoribus totum replet. Qui humores erant ἐν στάσει καὶ συμπήξει, *quieti ſtabant & quaſi concreti immobiles*, διαχέονται, *funduntur*, & ῥοπῇ *impetu* quodam huc & illuc feruntur.

Modum ſin excedat motus, fœcundus morborum eſt parens, nutricatui dum ſuffuratur pabulum, ſanguineum in vaſis ſanguifluis, balſamicum in nervis: corruptas atomos quietas ignobili loco concluſas & quaſi conſopitas, quæ ad meliorem mentem morâ temporis reduci potuiſſent, commovet & in orgaſmum præcipitat.

3. Sputum cruentum.

Ut motus corporis in ſtatariâ moderatâ ſaltatione prodeſt, ita in motoriâ, ſin excedat modum, nocet. Illuſtris familiæ virgo, cum certaret, & palmam nobili juveni dubiam reddere vellet, de laſſitudine incidit in ſputum ſanguinis, quod excipiebat puris ſputum, & tandem funeſta tabes.

4. Vomitus & dejectiones ſanguineæ.

Lazarus Riverius hiſtoriam recenſet in bilioſo corpore, ex nimiâ animi & corporis commotione arterias meſariacas apertas, & ſanguinem ἄνω καὶ κάτω rejectum. *cent. 1. obſerv. 45.*

Peccans in tempore motus.

INTEMPESTIVUS mox à paſtu crudum chylum, καὶ ἡμίεφθον, *& ex dimidio coctum* in glandulas meſentericas & lumbares præcipitat.

INTER-

INTERMISSA exercitatio corporis & nimia QUIES ἐκτεθηλισμένον, *effœminatum* & torpidum reddit corpus totum, circulationem ſanguinis retardat, excrementorum ad emunctoria iter remoratur. *Intermiſſæ exercitationis incommoda.*

Ῥαθυμίη, *inquit Hippocrates*, περὶ διαίτης, ὑγραίνει. καὶ ἀσθενὲς τὸ σῶμα ποιεῖ. ἀτρεμίζουσα γὰρ ἡ ψυχὴ, οὐκ ἀναλίσκει τὸ ὑγρὸν ἐκ τοῦ σώματος. *Otium humectat & corpus imbecillum reddit. Quieſcens enim animus corporis humidum minimè abſumit.*

CAPUT LIV.

De tertiâ re non naturali, ſomno & vigiliâ.

SEquitur expendendum τὸ τρίτον ἐξ ὕπνου καὶ ἐκ ἐγρηγόρσεως, *tertium, ſomnus & vigilia, quibus corpus noſtrum alteratur.* Affines ut ſunt viribus, ita etiam ordine jungi merentur.

Somni beneficia ſunt admiranda, ſi modus ſervetur. Ἄπελθ' ἐκείνης ὕπνον ἰατρὸν νόσου, *abi ad ſoporem, hujus morbi qui eſt medicus*, dicebat ille. *Commoda ſomni.*

IN GENERE, ὁ ὕπνος καὶ ἐγρήγορσις τοῦ μετρίου μᾶλλον γινόμενα, ait *Galenus 2 aphor. 3.* κακὸν, *ſomnus & vigilia ſi modum exceſſerint, malum:* non conſervant naturam, ſed deſtruunt. *Incommoda ſomni ratione durationis.*

ὕπνοι δὲ νῆστιν μὲν ἰσχαίνουσι καὶ ψύχουσιν, ἢν μὴ μακροὶ ἔωσι, κενοῦντες τοῦ ὑπάρχοντος ὑγροῦ. ἢν δὲ μᾶλλον, ἐκθερμαίνοντες, συντήκουσι τὴν σάρκα, καὶ διαλύουσι τὸ σῶμα διαχέοντες, καὶ ἀσθενὲς ποιέουσι. *Somni in jejunio quidem extenuant & refrigerant non nimis longi, eam, quæ adeſt, humiditatem vacuando. Longiores verò, calefaciendo carnem colliquefaciunt, corpuſque diffundendo reſolvunt, & imbecillum reddunt.* *Somni maliti oſi effectus.*

VIGILIÆ immoderatæ exſolvunt hominem bifariam: 1. *coctionem impediendo.* ἀγρυπνίη ἐν μὲν τοῖσι σιτίοισι βλάπτει, οὐκ ἐῶσα τὸ σιτίον τήκεσθαι. ἀσίτοισι δὲ ἰσχαίνει, *autore Hippocrate libro* περὶ διαίτης, *de victus ratione. Vigilia poſt cibos noxia, cum cibum colliqueſcere non ſinat, jejunos attenuat* quidem, ſed minus lædit. Nunquam non tamen ſpiritus & tenuiorem ſanguinis partem. *Vigiliæ immoderatæ [illegible] corpus,*

 abſumunt,

abſumunt,corpusque totum ſiccant,& *attenuant juvenum vigilata corpora noctes.*
2. 2. humidum cerebri abſumendo per motus & ſenſus continuatos.

In ſpecie temporis reſpectu.

IN SPECIE, TEMPORIS ratione, NOCTURNUS POST COENAM debito inſtitutus intervallo ab omni commendatur ævo,in ægris & ſanis : diurnus noxius.

Nox ſomno dicata.

Καθεύδειν χρὴ τὴν νύκτα, τὴν ἡμέρην ἐγρηγορέναι, τὸ δὲ ἐναντίον πονηρόν. *Dormire noctu oportet, vigilare interdiu; contrarium malo ſit ægri.* Ita *Hippocrates coac. prænot. libro de ægris.* Verum idem etiam eſt de ſanis.

Conſuetudo naturali fundata jure dormiendi de nocte, naturam, *ajunt*, indicat bene moratam,ipſam reficit & recreat, ut vacare poſſit officiis ſuis diurnis vigilando.

Diurnus meridianus noxius.

DIURNUS ἀμφημερινὸς μετὰ δεῖπνον, *meridianus poſt prandium* inter cauſas morborum numeratur à plurimis. Si mutetur τὸ ξυνηθὲς κατὰ φύσιν, *ſolemnis* noctu dormiendi *conſuetudo*, minatur, *ajunt*, periculum,elangueſcit corpus οἷον ἑφθὸν, quaſi *coctum, elixum*, atque turgidulum, ſimul cum capitis gravitate, dum calor & ſpiritus invitâ luce abripiuntur intrò, ſed mox nondum peractâ coctione revocantur.

Comicorum,&

Comicorum ſcommatis theatralibus eſt obnoxius. Hinc jocus *Plautinus:*

Non bonus eſt ſomnus de prandio? APAGE.

Medicorum ſuffragiis etiam reprobatur & noxæ damnatur.

Anglorum regi ſcribit ſchola tota Salerni:
Sit brevis, aut nullus tibi ſomnus meridianus.
Febris, pigrities, capitis dolor, atque catarrhus,
hæc tibi provenient ex ſomno meridiano.

medicorum ſuffragio. autoritate Æginetæ.

καιρὸς δὲ ὕπνου ἄριστος, *inquit Ægineta lib. 1. cap 97.* ὁ μετὰ τροφήν. ἀλλ' ὁ μεθ' ἡμέραν οὐ πᾶσιν ἐπιτήδειος. οὐ γὰρ ἐξαρκεῖ πρὸς ἐντελῆ τῶν σιτίων κατεργασίαν ὁ χρόνος, ἐν ᾧ καθεύδουσι. διακοπτομένης δὲ πρὸ ὥρας τῆς πέψεως ἐκ τῆς μεσημβρίας ἐξανιστάμενοι, πολλάκις ὀξυρεγμιώδεις γίγνονται, καὶ φυσῶν ἐμπίπλανται. τινὲς δὲ κλύδωνας ἴσχουσι, πλὴν εἰ μὴ δι' ἔθος ἢ τὸ αὐτάρκως ἐπινῶσαι, ταῦτα μὴ γένοιτο. ἄριστοι δ' ὕπνων εἰσὶν οἱ νυκτερινοί. φύσει γὰρ ἡ τῆς νυκτὸς ὑγρότης καὶ ἠρεμία καταφορικὴ τυγχάνουσα, πέψιν τελείαν ἀπερ-

ἀπεργάζεται. μετὰ γὰρ τοὺς νυκτερινοὺς ὕπνους ὡς κάλλιστα πρὸς ἔκκρισιν ἐπειγόμεθα. ὅρος οὖν ἔστω τοῦ κατὰ τὸν ὕπνον χρόνου, ἡ τῶν σιτίων τελεία πέψις, ταῖς ἐρυγαῖς τε καὶ τῇ τῆς γαστρὸς συστάλσει γιγνωσκομένη. μεθ' ἣν οὐδὲ ἡ ἐγρήγορσις ἄχρηστος, τὴν τῶν ἐκ τῆς πέψεως περιττωμάτων ἐργαζομένη διαχώρησιν. Tempus ſomni optimum eſt poſt cibum. Sed diurnus non omnibus commodus eſt. Non enim ſufficit ad perfectam ciborum concoctionem id tempus in quo dormiunt. Interruptâ autem ante tempus coctione, ex meridie ſurgentes ſæpè ructum acidum habent, niſi aut ob conſuetudinem, aut quod ſufficienter dormierunt, hæc ipſis non fiant. Optimi vero ſunt ſomni nocturni. Ex naturâ enim noctis humiditas & quies ad ſomnum proclivis coctionem perfectam efficit. Nam poſt nocturnos ſomnos maximè ad excretionem feſtinamus. TERMINUS *igitur temporis ſomni ſit, ciborum perfecta concoctio, quæ tum ex ructibus, tum ventris contractione cognoſcitur, poſtquam neque vigiliæ inutiles ſunt, recrementorum ex concoctione ſeceſſum efficientes.*

MERIDIANUS poſt prandium SOMNUS *ἀμφιμερινὸς μετὰ δεῖπνον* ſuſpectus habetur multis nominibus: 1. quidem ob rationem ab *Æginetâ* jam allatam, et à temporis brevitate petitam. 2. ob effectus moleſtos: replet caput vaporibus, ſenſus ſtupidos reddit, fluxiones concitat, corpus, quaſi *ἐφθὸν, elixum* & quaſi turgidulum reddit. 3. Fit contra *τὸ συνηθὲς κατὰ φύσιν, motu violento, & naturæ contrario.* Interdiu ſpiritus atque calor ad aërem lucidiorem movetur ſponte, quem ſomnus cogit viſcera ſua repetere. Inde fit, ut hinc & inde diſtractus fatigetur, ac corpus ipſum turbetur. Ob id æſtate magis quàm hyeme, & calidiore ſplendidioreque loco magis, quàm alio, ſomnus meridianus obeſt.

RATIONIBUS etiam *ἀμφιμερινὸν μετὰ δεῖπνον, poſtmeridianum ſomnum* valetudini obeſſe & nocere, poteſt probari. *Rationes eundem proſcribunt.*

1. Petitur prima ex *Æginetâ*, à brevitate temporis. Tempus ſomni brevius inchoat coctionem, haud abſolvit, interturbat, *loco citato*. 1.

2. Effectus moleſti ſequuntur. Impedit nocturnum. 2.

3. Fit motu violento & naturæ contrario. Die ſpiritus & ſanguis ad circumferentiam vergere debent. In ſomno diurno revocantur & retrahuntur. 3.

 Econ-

Approbatur ſomnus meridianus ab Hippocrate.

Econtrà *Hippocratis* ſuffragio quidam ſomnus meridianus μετὰ δεῖπνον μεσημβρινὸν, *poſt prandium meridie ſumtum* ἐν μονοσίτοις, *qui ſemel tantùm* per diem *ſaturi fiebant*, quod vel cœnarent tantùm, vel pranderent tantùm, admittitur, ſi præter conſuetudinem pranſi eſſent. Ἐγκοιμηθῆναι, *inquit 2. de vict. rat. in acutis t. 22.* ὥς νύκτα ἀναγόντας, μετὰ τὸ δεῖπνον, τοῦ μὲν χειμῶνος ἀρριγέως, τοῦ δὲ θέρεος ἀταλπέως. *Dormire eos oportet poſt prandium, non ſecus, ac de nocte dormire ſolent, tempore quidem hyemali frigus arcentes, æſtivo autem calorem.*

Libro περὶ διαίτης *de victûs ratione*, ἀγρυπνίη, *inquit*, ἐν μὲν τοῖσι σιτίοισι βλάπτει, οὐκ ἐῶσα τὸ σιτίον τήκεσθαι, ἀσίτοισι δὲ ἰσχαίνει μέν, βλάπτει δὲ ἧσσον. *Vigilia poſt cibos noxia, cum cibum colliqueſcere non ſinat, jejunos autem extenuat quidem, at minùs lædet.*

Celſus eundem adſerit.

Celſus, cum in *veſtibulo operis* docuiſſet, quid facere debeat is, qui ſuæ ſpontis eſt, ut ſanus eſſe poſſit, incipit docere: quid facere velit illum, cui ventriculus ſit imbecillis. Longis diebus, *inquit*, meridietur potiùs ante cibum: ſin minus, poſt eum.

Confirmant exempla magnorum virorum.

EXEMPLA magnorum virorum ſomno huic patrocinantur, quorum alii ſedendo, alii decumbendo, alii paucas horas, ita ut ſatis judicarint vigilare deſiiſſe, alii plures, membra compoſuerunt.

Auguſti,

AUGUSTUS imperator poſt cibum meridianum, ut veſtitus, calceatusque erat, ἀφεικὼς τοὺς πόδας, ἐκταθεὶς, ſtans, extenſus (alii retectis, i.e. benè tectis & diligenter) rectis pedibus pauliſper quieſcebat, appoſitâ ad oculos manu, *autore Suetonio in ejus vitâ cap. 78.* Cauſarius erat, ac niſi tenuem illam valetudinem fulſiſſet hâc diurnâ quiete, nunquam ad 78. annum perveniſſet, & quidem cum εὐθανασίᾳ toties optatâ.

Caroli Magni,

CAROLUS MAGNUS imperator, *autore Eginhardo*, æſtate poſt cibum meridianum, pomorum aliquid ſumens, ac ſemel bibens, depoſitis veſtibus ac calceamentis, velut noctu ſolitus erat, duabus aut tribus horis quieſcebat. Firmæ valetudinis licet eſſet, attamen, niſi vigilias æſtivarum noctium compenſaſſet de die, damnum ex præteritis vigiliis contractum non leve expertus fuiſſet, nec 72. annum ætatis attigiſſet.

Varronis,

Varro in frontiſpicio librorum de agriculturâ, de ſe ipſo ait:

Ego

Ego heîc, uti nox & dies modicè abit, tamen æſtivo die, niſi diffinderem meridiem ſomno meo inſititio, vivere non poſſem.

FELIX PLATERUS, ſi tu mihi ſomnum, *dicere ſolebat*, meridianum abſtuleris, vitam ipſam ademeris. Conſtitutionis hic vir erat ſicciſſimæ. Humectatione hâc divinâ annum attigit 78. *Plateri,*

Sapienter, *Andreas Dudithius*, dubitans de veritate ſententiæ hujus, *in epiſtolâ Cratonis, 21.* à Raphano ſuo quærit: Quæ poteſt eſſe ratio, ut ſomnus meridianus noceat, & non noceat is, qui cœnam ſequitur? Idem ventriculus, idem cerebrum, idem homo, cauſa ſomni eadem. *Dudithii,*

Hoffmannus inſtit. med. lib. 5. cap. 32. contradicit iis, qui pro peculiari crimine habent, poſt prandium dormire, ſine eo cibum coquere ſe non poſſe credens.

Ad argumenta adlata pro ſomno meridiano, à principiis extrinſecis petita, reſpondetur.

ORACULUM loquitur de certâ circumſtantiâ, nempe de *μονοσίτοις*, qui ſemel tantùm per diem fiebant ſaturi.

Celſus loquitur de illo tantùm, cui ventriculus imbecillis.

Cauſarii, Auguſtus, Carolus Magnus, Varro, Platerus, Hoffmannus, Dudithius fruantur & gaudeant ſomno meridiano: ſint ſanis & benè valentibus admirationi, non imitationi.

DECUBITUS ratione ſomnus nonnunquam cauſa morborum evadit, corpore ſupino ſi adornetur, apoplexiæ, incubi, & caroticorum morborum. Avitam libidinis in lumbis ſedem dum calefacit, humores ſalini ὀργασμῷ concitati, *σύναγμα λιθῶδες, lapidoſum coagmentum* deponere poſſunt in renes. *Decubitus ſupinus diſponit ad morbos.*

PLUMÆ, Germanorum nocturnæ deliciæ lectis conſecratæ, cenſentur à multis apparatum morboſum convocare, in articulis & renibus. *Τὸ ἐπὶ στρωμνῆς καθεύδειν, inquit Trallianus lib. 9. cap. 4 ἐχούσης πτερὰ τῶν χηνῶν, ἐκθερμαίνει τοὺς νεφρούς. Cubare in culcitris ex anſerum plumis confectis, nocet, renes enim calefaciunt.* *In plumeis lectis.*

CAPUT LV.

De quartâ re non naturali illis nempe, quæ adſumuntur, cibo & potu.

Inter

Inter res non naturales, quibus noſtrum alteratur corpus, referuntur merito jure à *Galeno*, quarto loco, τὰ προσφερόμενα, quæ *adſumuntur*. Eo nomine comprehenduntur cibus & potus, nec non medicamenta. Sæpe

materiam lethi bibimus, cum veſcimur, atque
pabula quæ vitæ, dant alimenta neci.
Ipſo mors ſub dente crepat.

Olim parcè bibebatur. ἐπὶ τῶν Ἱπποκράτους χρόνων, οὐκ ἄλλο μὲν ἦν τὸ κατὰ φύσιν, ἄλλο δὲ τὰ ἔθη. *ait Galenus comm. 2. progn. 11. Hippocratis tempore non aliud erat, quod è naturâ eſt, aliud verò, quod eſt de more inſtitutoque hominum.* Erat igitur conſuetudo parcè vivere.

Ingeſta peccant. Nunc verò pravis ſuccreſcentibus moribus intemperantia morborum nutrix regnat ubique, excrementis congerendis fores aperiuntur, cibi potionisque vitio, dum, *autore Galeno 1. de ſanitate tuendâ capite 13* ingeruntur alimenta PECCANTIA περὶ τὴν ποιότητα, καὶ ποσότητα τῶν ληφθέντων, τάξιν, καὶ τὴν εὐκαιρίαν, καὶ τρόπον τῆς χρήσεως.

1. Qualitate: primâ, ἡ ποιότης primo ſtatuitur loco. QUALITATE peccant alimenta primâ, dum calore excedunt modum. Fercula vel ſuâ naturâ talia, vel aromatibus nimium condita, calidos pariunt morbos: frigida, humida, ſicca ſui generis. *2. ſecundâ* SECUNDIS qualitatibus peccant cibi craſſi, κακόχυμοι, δύσπεπτοι, καὶ κακόσμοι, *pravi ſucci, difficilis coctionis, mali odoris*, moleſti ſunt valetudini, & pravos ſuccos caçochymiæ parentes cumulant. PANIS non fermentatus, piſces mali ſucci, oſtreæ glutinoſo luxuriantes ſucco, obſtructiones pariunt.

Huc referuntur à Galeno etiam τὰ σιτία καὶ ποτὰ στρυφνὰ καὶ αὐστηρὰ, ἢ ξηρὰ ταῖς συστάσεσιν ὑπάρχοντα, *alimenta & potulenta acerba, auſtera & ſicca naturâ.*

Occultâ qualitate, OCCULTA qualitate lædentes cibi, cum ſitum & putredinem conceperunt, aliamve labem, morborum parentes fiunt. Venatores, *referente Fernelio lib. 2. de abditis rerum cauſis*, quum de rabioſi, quem trucidarant, lupi carne comediſſent, non multo poſt tempore rabie correpti, miſerè periêre.

CAPUT

CAPUT LVI.

Cibi quantitate peccantes continuâ, ratione copiæ, & diſcretâ ratione numeri ferculorum, cauſæ morborum.

Ἡ ποσότης τῶν σιτίων καὶ ποτῶν, QUANTITAS *ciborum* & *potulentorum* duplex eſt: continua & diſcreta. Utraque ſanitati obeſt, ſi modum non agnoſcat. *Quantitas duplex*

Ἡ ποσότης τῶν σιτίων καὶ ποτῶν, τῶ προσήκοντος πλειόνων ἢ ἐλαττόνων, *multitudo & quantitas ciborum, & potulentorum, ſi juſto plura aut pauciora adſumta fuerint*, morbos pariunt ex repletione vel inanitione. *continua.*

Breviter *Hippocrates 6. epid. com. 6 t. 5.* σιτία, ποτὰ, μέτρια. *Cibi, potus, moderati. Et lib. 4. de morbis*: εἰ ἄνθρωπος ὀλίγα ἐσθίει καὶ ὀλίγα πίνῃ, ὐδεμίαν τύτῳ νῦσον ἐπάγῃ. *Si quis pauca edat & pauca bibat, nullum ei morbum adfert.* *Hippocratis oraculum.*

Illis, qui intemperantiæ & gulæ deliciis nimis ſunt dediti, enormiq; & monſtroſo luxui addicti, tandem immoderatæ hæ comeſſationes ad νυσογένεσιν fores aperiendo occaſio ſunt occidii & interitus.

Ἡ *κυπελλομαχία, certamen poculorum* & in orbem circumpotatio noxia.

VINI uſus coctioni & diſtributioni ciborum opitulatur, & jucundiorem facit vitam, ſi moderatus: at breviorem, ſi immoderatus. Calx arborum radicibus affuſa liberalior facit celeriùs matureſcere fructus, at arbor facilè tabeſcit.

Ut multo oleo lucernæ flamma, & amplâ lignorum ſtrue ignis, ita ventriculi calor & fermentum multâ ciborum & potuum congerie obruuntur, facilè debellantur, fibræque ventriculi nimis diſtenduntur.

DISCRETA QUANTITAS & VARIETAS ratione numeri ferculorum juncta huc ſpectat. Ἡ ποικιλότης ſaturatæ ingluviei valetudini infenſa eſt & vitæ. Simplex cibus homini ut utilis, ſic varius detrimentoſus. Diverſa cibaria non alunt, *diſcreta.*

ſed inquinant. ὁμοιότροπα σιτία ut conferunt ſanitati, ita δυσομοιότροπα obſunt. DUBIA COENA nocet: inquinatur galaxia atomis diverſâ magnitudine, figurâ præditis diverſam etiam ad celeriorem vel tardiorem motum inclinationem habentibus.

Hippocrates Utramque quantitatem noxiam valetudini adſerit *Hippocrates libro de flatibus*, & febrium progeneratricem. πονηρὴ δὲ ἐστιν ἡ τοιήδε δίαιτα, inquit, τοῦτο μὲν οὖν, ὅταν τις πλείονας τροφὰς ἢ ὑγρὰς ἢ ξηρὰς δίδωσι τῷ σώματι, ἢ τὸ σῶμα δύναται φέρειν, καὶ πόνον μηδένα τῷ πλήθει τῶν τροφῶν ἀντιθῇ. τοῦτο μὲν οὖν, ὅταν τις ποικίλας καὶ ἀνομοίους ἀλλήλοισιν ἐσπέμπῃ τροφάς. τὰ γὰρ ἀνόμοια στασιάζει. καὶ τὰ μὲν θᾶσσον, τὰ δὲ σχολαίτερον πέσσεται. *Eſt autem ejusmodi prava diæta ſeu victus ratio, primùm quidem, cum quis* COPIOSIORES *cibos, aut liquidos aut ſiccos corpori exhibuerit, quàm ipſum ferre poſſit, neque labore aliquo ciborum copiam compenſat: deinde cum* VARIOS ET DISSIMILES *inter ſe cibos immiſerit. Diſſimilia enim ſeditionem excitant, & alia citiùs, alia tardiùs concoquuntur.*

Galenus. Τὴν ποικιλίαν τῶν προσφερομένων, καὶ μάλιστα ὅταν ἀνόμοια ταῖς δυνάμεσιν ᾖ, ταραχὴν ἐργάζεσθαι κατὰ τὴν γαστέρα, *multiplices & præſertim facultate diſſimiles magnam gignere in ventre perturbationem, confirmavit Galenus 3. de vict. rat. in acutis t. 35.*

Idem. *Idem 1. de vict. ratione in acutis t. 18.* citat & commendat ſententiam illorum, qui de concoctione ſcripſerunt, ſtatuentium, τὴν ποικιλίαν τῶν προσφερομένων, μάλιστα ὅταν ἀνόμοια ταῖς δυνάμεσιν εἰσιν, βλαβερωτάτην εἶναι, κωλύουσαν τὰ ληφθέντα πέπτεσθαι καλῶς, *varietatem ciborum, præſertim cum variis conſtant facultatibus, nocentiſſimam dixerunt, utpote quæ ingeſta ipſa concoqui prohiberet.* Et paulo ante: ἄραδος κακὸς ἐπὶ πολλῶν ἐδεσμάτων γίνεται, τῶν μὲν δακνόντων τὴν γαστέρα, τῶν δὲ φυσώντων. ἐνίων δὲ καὶ ἐκμαχομένων ταῖς δυνάμεσι μερῶν συγκειμένων. *Perturbatio ex multis naſcitur edulíis, his quidem ventrem mordentibus, aliis verò inflantibus, aliis item, quæ pugnantibus facultate partibus conſtant.*

Aegineta. *Aegineta lib. 1. cap. 73.* conſentit, φυλάττεσθαι τὴν ποικιλίαν, *inquiens*, τῶν τροφῶν ἄμεινον, καὶ μᾶλλον ἐὰν ἐξ ἐναντίων εἰσὶ δυνάμεων·

μένων· οὐ γὰρ πέπτεται τὰ ληφθέντα προσηκόντως. *Varietatem alimentorum vitare melius eſt, & præſertim ſi ex contrariis ſunt facultatibus. Nam accepta non convenienter concoquuntur.*

Diverſitatem ciborum etiam improbat *Avicenna lib. 1. fen. 3. doctr. 2. cap. 7. inquiens: Cibaria quoque diverſa à duabus impediuntur partibus: una earum eſt, propter diverſitatem eorum in digerendo: & quoniam quod ex eis eſt digeſtum, ei admiſcetur, quod non eſt digeſtum.* *Avicennæ.*

Plinius nat. hiſt. lib. 2. cap. 5. homini cibum utiliſſimum ſimplicem deprædicat, acervationem ſaporum peſtiferam & condimenta pernitioſiora vocat. *Horat. lib. 2. ſerm. ſatyra 2.* cœnas damnat dubias: *vides,* ut *pallidus omnis cœnâ deſurgat dubiâ.*

Philinus apud Plutarchum lib. 4. συμποσ. quæſtione 1. varietatem deteſtatur pluribus adductis rationibus. 1. rectiùs à naturâ tractari poteſt. 2. bruta uniformi pabulo gramineo utentia longæva. 3. cruditates parit confuſa victûs ratio: ægri meliùs habent ſimplici, medicorum conſilio, uſi victu. 4. varii cibi promtè corrumpuntur, nec concordant, ut variæ nationes, quælibet ſuis intentæ moribus. Inde nec probè concoquuntur. Id illuſtratur exemplo vini. Hujus varietas in conviviis celerrimè reddit temulentos potatores: eſtque ebrietas ex vino cruditati ſimilis. Varia rerum permiſtio diverſarum pugnantium qualitatum mater eſt. 5. Citiùs. Muſicum feras, qui multarum fidium diſcordem celebrat ſonum, vel pigmentorum uſum aliptam, quàm medicum, qui variam popiſſam. *Philin. noxas multiplicis victus adnotat.* *1. 2. 3. 4.*

VARIETAS propter diverſas facultates naturæ, quæ omnes cibos ad unum æquale & uniusmodi redigere conatur, plurimum in coquendo negocium faceſſit, καὶ ἄγριον κακὸν ποιεῖ. *& malum tumultum excitat.*

DISSENTIUNT *nonnulli*, & diſcretam ciborum quantitatem ratione numeri ferculorum tantùm abeſſe pronunciant, ut lædat, quin potiùs ad ſanitatem conferat. 1. Quia varietas ciborum non eſt à naturâ hominum, & brutorum aliena, ſed utriſque maximè conſentanea. Ergò minus lædit. 2. jucunda etiam eſt, optabilis & acceptiſſima. Sic capræ omnimodâ veſcuntur *Diſſenſus nonnullorum.*

 cuntur

ſcuntur eduli herbaceâ materiâ, abiete, ilice, arbuto, & aliis, quæ viribus non minus, quàm nominibus inter ſe differunt. Boves, vaccæ ſunt *παμφάγοι*, veſcuntur omnis generis herbis, graminibus, [illegible] â cum palati gratiâ. Uno morſu decerpunt plura gramina, & herbas, quàm fercula in principale convivium impenduntur.

Multiplicem victum adprobat Plutarchus.

RATIONES *à Plutarcho* memoratæ non videntur eſſe nullius momenti. 1. Varium quod eſt, guſtui ſuavius eſt. 2. invitat apetitum. Hinc Aſclepiades commendabat cibos varios, ut ægri paulum ex ſingulis deguſtando ſuperarent faſtidium. 3. Similiora ſunt varia edulia corpori ex variis elementis compoſito. 4. Negatur bruta ſimplici uti victu aut ſalubriùs inde degere, aut *μακροβιώτερα* eſſe hominibus. Cornices & corvi, omnivori & tamen longævi. 5. Diſtinguit: varietatem ciborum in ſanis concedendo, ſimplicitatem in ægris. Ex utriſque conſentaneum elicit natura.

Eriecant.

Dirimi lis poteſt, diſtinguendo inter varietatem intrâ mediocritatis limites conſiſtentem & eoſdem excedentem. Hæc inter cauſas morborum generales commodè referri poteſt.

CAPUT LVII.

Quantitas ciborum diſcreta ratione διαιρέσιας καὶ τρόπου τῆς χρήσιος *peccans in numero ſeſſionum eſt cauſa morborum.*

ATtendendam eam eſſe *innuit Hippocrates* 1. *aph.* 17. dum οἷσιν ἅπαξ, ἢ δὶς, καὶ πλείω, ἢ ἐλάσσω, καὶ κατὰ μέρος, *quibus ſemel aut bis, aut plura, aut pauciora, & minutatim dandum*, ſpectare jubet.

Error hic commiſſus peccat in ſanitatis & bonæ diætæ regulas, vimque cauſæ morbificæ induit, *εἰ δέον δὶς σιτεῖσθαι, πᾶσαν εἰς ἅπαξ προσενέγκαιτο τὴν τροφὴν, ſi cum bis edendum, totum ſimul ſumſerit alimentum unâ vice.*

VARIAT I. ÆTATUM ratione. INFANTES & PUERI præcipuè προθυμότεροι *alacriores & vividiores*, corporis indulgentes motui, quò plus diſſipatur, ſenſibiliter per ſudorem, inſenſibiliter per ἄδηλον διαπνοήν, crebriùs cibandi. Exhauſtum ſequitur implendi deſiderium, & renutriendi neceſſitas. INFANTIBUS ſine numero certo mammæ porrigendæ. PUERI reficiendi quater: jentaculo, quo jejunium ſolvitur: prandio, ab apparatû edendi dicto, merenda, quaſi poſt meridiem edendâ, cœnâ, à communione veſcentium dicta. Plurimum, quantum neceſſarium eſt, unâ vice concoquere non poſſunt.

Variat. 1. ætatum ratione. Infantes & pueri in genere. In ſpecie infantes, pueri.

ADOLESCENTES, & JUVENES VIRI ob caloris ubertatem & crebra exercitia ad minimum bis cibari queunt. Μονοσιτίη multa habet incommoda, Hippocrati quæ fuêre nota. ἰσχναίνει καὶ ξηραίνει, καὶ τὴν κοιλίην ἵστησι, *ſemel comedere extenuat & ſiccat, ventremque ſiſtit.* Bis die potiùs, quàm ſemel, *inquit Celſus lib. 1. cap. 1.* cibum capere debet homo ſanus, & ſemper quamplurimum, dummodò hunc concoquat.

Adoleſcentes & juvenes.

SENES DECREPITI partitim reficiendi, parcâ ſed crebrâ cibatione. Similes ſunt lucernæ exſtinctioni vicinæ, cui, ut vivat, modicum oleum, ſed ſæpe, affundendum. Hanc ſimilitudinem proponit & illuſtrat *Galenus 1. aph. 14.* ὥσπερ γὰρ αἱ λυχνιαῖοι φλόγες καί τοι τροφὴν ἔχουσαι τοὔλαιον, ὅμως ἐὰν ἀθρόως τις ἐπιχέῃ, σβέννυνται μᾶλλον ἢ τρέφονται, κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον, καὶ τὸ ἐν τοῖς γέρουσι θερμὸν, ὑπέκκαυμα μὲν ἔχει τὰς τροφὰς, εἰ δὲ πολλαῖς καὶ ἀθρόαις ἐπισωρεύσαις καταπνίγοιτο, σβεσθῆναι κίνδυνος αὐτό. καθάπερ εἰ καὶ σμικρῷ σπινθῆρι πυρὸς πλῆθος ἐπισωρεύσαις ξύλων. *Ut enim lucernarum flammula oleum pro pabulo habeat, ipſum tamen confertim ſi affundas, extinguitur potius quàm alitur: eodem ſanè modô & ſenilis calor pro fomite & tanquam ſuccendiculo quopiam habet cibos, quibus tamen affatim & confertim congeſtis, ſi obrutus fuerit, ne prorſus extinguatur metus, eſſe debet, non aliter, quàm ſi ſcintilla ignis exiguæ lignorum ſtruem adgeras.*

Senes.

MEDII virides & crudi ſenes, tolerantiores ſunt famis.

Medii ſenes.

II. TEMPERAMENTI ratione, CALIDI crebriùs cibari poſſunt, bilioſi inediam non tolerant, ſed ægrè ferunt.

2. temperamenti.

3. conſuetudinis.

III. ADSUETI qui ſunt *μονοσιτέειν, ἢ δὶς σιτέειν,* non ſubitò mutent, ne malè ipſis cedat, *autore Hippocrate 2. de rat. victus acut. t. 22. & 24.* Qui adſueti *τὸ μὲν ἄριστον ſemel prandere,* cùm ſecus ſe gerunt, malè habent itidem, nec priùs in viam redeunt, antequam animum inducunt *ἀντισηκῶσαι τὴν μεταβολὴν, æquâ lance mutationem opponere.*

Μονοσιτίης incommoda.

Μονοσιτίης incommoda recenſet *Hippocrates lib. 2. de diætâ,* *ἰσχναίνει καὶ ξηραίνει καὶ τὴν κοιλίην ἵστησι, διότι τῷ τῆς ψυχῆς θερμῷ τὸ ὑγρὸν ἐκ τῆς κοιλίης, καὶ τῆς σαρκὸς καταναλίσκεται. ἄριστον δὲ τὰ ἐναντία διαπρήσσεται τῇ μονοσιτίῃ. Semel comedere* circa noctem *extenuat & ſiccat, ventremque ſiſtit, quia animæ calido ex ventre & carne ſubtrahit humidum. Prandium contraria operatur.*

NATURÆ & bonæ coctioni convenientiſſimum, bis in die comedere, naturali horarum 24. intervallo, factâ computatione, hominem mediæ ætatis, benè temperatum, & qui ſui juris eſt, nullis gravibus corporis motibus addictum, ut tempus inter prandium & cœnam ſit brevius 6. vel 7. horarum, longius inter cœnâm & prandium, 16. vel minus.

Operariorum victus.

Operarii, ruſtici, artifices manuarii, quater refectioni indulgere poſſunt. Singuli tamen ſingulis vicibus tantum ſumant cibi, quantum vires recreet, non opprimat.

4. temporis alia ratio huc ſpectat.

TEMPORIS ratione alia, etiam modus utendi à conſueto declinans tramite morbis fores aperit, ſin adſuetus prandere undecimâ, cœnare ſextâ, impediatur à cibo ſumendo, & differat refectionem, vel ad duodecimam, vel ſeptimam.

Ἀκρατισμῷ jentaculo adſueti ſi negligant refectionem, peſſimè rebus conſulunt ſuis: quibus non adſuetis volupe eſt illi operam dare, ardore torquentur ventriculi.

Qui *δόρπον ἑσπερινὸν cœnam* non differunt, cibo meridiano nondum debellato, cruditates cumulant. Nihil eſt in corpore deterius, *inquit Avicenna lib. 1. can. fen. 3. doctr. 2. cap. 7.* quàm nutriens ſuper nutriens, quod non eſt digeſtum, mittere; & præterea nihil eſt deterius, quàm faſtidium ex malè nutrientibus, cùm inde ilias morborum oriatur.

Modi conſueti ratione.

Τὸ *ἀσυνηθὲς inconſueta* & ex pejori in meliorem verſa diætandi regula etiam ſanitati obeſt. *2. aphor. 50.* Τὰ ἐκ πολλοῦ

χείρω

χρόνυ συνήθεα, κἂν ᾖ χείρω, τῶν ἀσυνήθων ἧσσον ἐνοχλεῖν εἴωθε. Quæ longo tempore aſſueta ſunt, etiamſi deteriora ſunt, minus iis, quæ inſueta ſunt, moleſtare conſueverunt.

CAPUT LVIII.

quantitas ciborum, partium diei ratione, diverſa, ut prandium largius cœnâ, eſt cauſa morborum.

AFfirmant hoc, qui largiorem cœnam, parcius prandium commendant. *Ἀρχιστράτηγοὶ* ſunt *Johannes Langius lib. 1. epiſt. 55.* & *Sennertus inſtit. lib. 4. parte 2. cap. 4.* *Antiſtites hujus opinionis.*

Diverſum ſentiunt, qui largius prandium, cœnam verò commendant parciorem, ut *Conciliator Aponenſis differ. 121.* & *Laurentius Joubertus decade 1. paradoxo 8.* qui ſecundam tantùm coctionem in venis ſomni tempore meliorem, non verò primam aut tertiam: econtrà de die, tempore vigiliarum, coctionem primam vegetiorem & perfectiorem, adeòque largiùs prandendum adſerit. *Commendant largius prandium alii.*

PRIMA ratio petitur à caloris influentis paucitate, tempore nocturno, ubertate, tempore diurno. Quo tempore concoctio citiùs & celeriùs perficitur, eò liberalior cibus offerendus. Sed poſt prandium vigilantibus nobis concoctio citiùs perficitur. E. Prob. minor, quia illam adjuvat calor ☉, & eandem citiùs novi cibi appetitus ſeu fames ſequitur. Vigiles fameſcimus poſt horas ſex circà cœnæ tempus, dormientes non niſi poſt 16. Si noctu perfectior fieret concoctio in ſomno, mediâ nocte famelici ſurgeremus. Non adſueti ſi à prandio dormiant, concoctionem impediunt, nec cibum appetunt veſperi, ſed ventriculum potiùs ſentiunt gravatum. Vigilantes quò magis moventur, eò magis fameſcunt in itineribus. Plus enim ventriculus inanitur. *Ἀγρυπνίη βορρόν. vigilia edax voraces reddit.* *Ratio. 1.*

Reſpondetur diſtinguendo inter concoctionem citiorem, & perfectiorem, & inter citiorem ciborum non ſatis excocto- *Reſp. diſtinguendo.*

tum è ventriculo elapſum ſeu deſcenſum in inteſtina. Hic conceditur à prandio, accedente motu, non illa: quin potiùs in hoc cito egreſſu crudus chylus, ne quidem perfectè ſolutus, aut fermentatus, multò minus in æquabilem chyli maſſam redactus egreditur. Argumenta ſumta à ☉ nihil probant. Externus calor internum potiùs diſſipat: ſumta ab appetitu & fame ſolùm evincunt, cibum citiùs è ventriculo excidere, de die ſolùm. Hoc ipſe Joubertus advertit, cum dicit: INANIRI VENTRICULUM. Non imperamus ſomnum meridianum, quia tempus nimis breve.

Exceptio ad inſtantiam. Neque datam reſponſionem eludit INSTANTIA, quæ dari poteſt: NON ESSE VERISIMILE, expultricem ventriculi expulſuram cibum ante perfectam coctionem. Quo ſe ventriculus delectat, illud non ita citò, levi corporis motu accedente, relinquit aut dimittit. Sed ventriculus ſe cibo & chylo delectat. E.

Reſp. ℞. diſtinguendo inter actionem ventriculi εὔτακτον καὶ ἀτάκτως ἔχουσαν. Secundùm naturæ præſcriptum & ordinationem, debebat cibum continere ad perfectam concoctionem, ſed per accidens à motu diurno retentrix impeditur.

II. ratio. II. Ratio pro liberaliori prandio eſt, quod non imperemus ſomnum ſtatim poſt cœnam, ſed duas ad minimum horas vigilare jubeamus.

Reſp. ℞. Metuitur copioſus vaporum ad caput adſcenſus.

III. ratio. III. Circà noctem ventriculus debilior eſt, quia ſpiritus influere ſolitus circà cor concentratus parcè ad viſcera influit. Ut extrema corporis frigent in ſomno, ita & extrema viſcerum, utpote calore & influente ſpiritu deſtituta.

Reſp. ℞. Extrema licet frigeant, viſcera tamen calent, imò tum ſpiritus influentis proventus major, quia non in tantâ mole diſſipantur.

IV. IV. Ex ſitu ventriculi tempore ſomni imperfectiorem eſſe coctionem, confirmatur, quod vigilantibus nobis, ſtantibus, & ſedentibus cibus fundum tangat carnoſum. Quo tempore cibus ventriculi fundum tangit, eò largiori manu exhibitus meliùs coquitur.

℞. Negatur

℞. Negatur conſequentia. Ob motum corporis conta-ctus ille non ſufficit momentaneus. Adeſt coctio in tantum, ſed non in totum. Mora illa brevis non ſufficit. Ex alterâ parte ſomni tempore ventriculus cibum amplectitur undiquaque, fundoque ſuo tangit & adhæret proximè, debitoque temporis intervallo περίληψιν hanc continuat. Præterea, coctio fit non ſolùm in fundo, ſed etiam in lateribus & ſingulis κατὰ τὸ ςόμα μέρεσι *quæ ſunt ſub orificio, partibus.* Hæ autem optimè à cibis ingeſtis tanguntur in ventriculo decumbentium. Reſp.

V. EXPERIENTIAM adducunt, quam teſtari ajunt, plurimos offendi à cœnâ liberaliori tùm ſanos, tùm ægros. Et SANOS quidem, in quibus cerebrum frigidius, allegant ex *Philoſopho 2. de part. animal. cap. 7.* ἀναθυμιωμένης γὰρ διὰ τῶν φλεβῶν ἄνω τῆς τροφῆς, τὸ περίττωμα ψυχόμενον διὰ τὴν τοῦ τόπου δύναμιν, ῥεύματα ποιεῖ φλέγματος καὶ ἰχῶρος. *Evaporante enim per venas alimento, excrementum refrigeratum, fluxiones facit pituitæ & ichorum, quæ illic inſtar imbrium generantur & decidunt.* IN ÆGRIS, medici probatiſſimi & qui catarrhis infeſtantur, cœnam ſuadent parciorem. *Meſue* in curâ catarrhi imperat cœnam levem. *Avicenna can. fen. 1. lib. 3. tr. 5. cap. 11.* in morbo comitiali accipere jubet in prandio duas tertias, in cœnâ unam. V.

℞. Concedendum, in valetudinariis ſubtrahendum victum non ſolùm in cœnâ, ſed etiam in prandio. Factâ tamen comparatione liberalior eſſe poteſt circà noctem. Reſp.

CAPUT LIX.

ordinis negligentiam ad cauſarum morbificarum cenſum refert.

DOctrina de τάξει *ordine ciborum* eſt antiqua, ſemperque ad ſanitatem & bonæ chylificationis perfectionem magni æſtimata: econtrà neglectus inter cauſas morborum relatus. *Doctrina de ordine ciborum mentionem faciunt Hippocrates*

Hippocrates pluribus in locis, quibus aliquid priùs aliquid poſterius in cibatione eſſe debere jubet, ejus fecit mentionem.

Κορίανον, ſcribit libro de diætâ, ὑπνωτικόν, ἐὰν ὕστατον ἐδεσθῇ. Somnum conciliat coriandrum, ſi poſtremùm edatur.

Philoſophus, *Philoſophus ſect.22. probl.1.* ordinis ciborum obſervationem antiquisſimam eſſe oſtendit, cum poma ante cibum ingeſta ſalubriora oſtendit, quàm ſi ultimò ingerantur.

Veteres, In Lactucæ exhibitione veteres obſervabant, quod ultimò ſemper exhiberetur. *Grataque nobilium requies lactuca ciborum.* Noſtrum ævum inter prima ponit fercula: veterum claudebat cœnas, noſtras inchoat.

Galenus, 2. *Galenus* ordinem ad ciborum coctionem facere adſerit, cum *1. de ſanitate tuendâ cap. 13.* excrementa in ventriculo coacervari docet, congruo non obſervato ordine. Et *lib. 2. de alim. facult. cap. 11.* ex cibis, qui ad excretionem incitant, docet illos primò omnium ſumendos, qui celeriter pervadunt, at ſi morentur in ventriculo, corrumpuntur: poſtremos, qui tardè commeant. Ordinem in lenientibus alvum etiam obſervat, & jubet ante cibum olera, ficus, poma, caricas adſumere. Inſuper *5. de ſanit. tuendâ c. 9.* in bilioſis ventribus primos eſſe debere cibos, *ait,* alvum mollientes, vitandos aſtringentes, niſi poſt alios ſumantur ad os ventriculi corroborandum. *6. de ſanitate tuendâ cap. 9.*

περὶ δὲ τὴν τάξιν, circà ordinem qui committitur error, *ſcribit alibi,* cauſa eſt, *ὑφ' ἧς ἴσχεται τῶν ἐκκρίσεων ἐπίσχεσις à quâ excrementorum retardatur excretio, εἰ τὰ μὲν ξηρὰ καὶ στύφοντα πρότερον, τὰ δὲ ὑγρὰ καὶ λιπαρὰ καὶ γλυκέα δεύτερα προσενέγκαιτο, ſi quæ ſicca ſunt, adſtringentiavè, primò: quæ humida, dulcia, pinguia, ſecundo loco ſint ſumta.*

3. *Aliorum ſententia.* *Aſtringunt.* *Aliis pluribus* in locis eluceſcit, Galenum eò inclinare, ordinem eſſe neceſſarium, & cibos alvum mollientes & corruptu faciles primo, aſtringentes poſtremo adſumendos loco.

Alii quidem ordinem adſerunt, ſed à priori diverſum & ſolida priùs adſumenda, poſt liquidiora & concoctu faciliora. Ratio eſſe poteſt, quod ſolida ita ingeſta tangant fundum immediatè, ille autem coctionis officina præcipua, reliqua orificio dextro proximiora, ut faciliora concoctu, ita etiam primò excidere ex ventriculo. Ita Johannes Schröterus medicus in-

incomparabilis cancros fluviatiles primâ menſâ adponebat, ultimâ cibos liquidiores.

Prioris ſententiæ patroni in eo videntur labi, quod quæ primò ingeruntur facilis coctionis, primò elabi ſtatuant. Orificium dextrum ſeu pylorus è directo reſpondet ſiniſtro.

Alterius ſententiæ aſſertores in eo hallucinantur, quod ſolûm fundum primariam ſtatuant chylificationis ſedem. Coquit officioſè & pars intermedia eminens.

Perinde ergò videtur, quis cibus primo & quis ſecundo aſſumatur loco. Cum qui ultimò adſumitur, internum calorem & fermentandi vim vegetam habens, primò concoquatur.

Cereviſiam qui ſuperbibit horariis fructibus, malè ſibi conſulit, melius qui vinum. *Ordo noxius,*

POMA dulcia ut borsdorfiana qui ante paſtum edunt, non peccant, neque qui poſt paſtum; laxandi vim habent utroque modo. *proficuus.* 1.

Obſervantur poma in aquâ ſupernatare, pyra ſubmergi. Inde hæc ſalubriora ſub finem cœnæ cenſentur, ſponte enim fundum petunt, illa ſupernatant. Sed tanti non eſt faciendus hic delectus. Elixatione quæ fit concoctio, non eſt expers fermentationis, in quâ omnia horſum vorſum moventur. Nulla ergò inde metuenda cruditas, nullum ſanitati inde impedimentum. 2.

An ſæpiùs & parum bibere; an rariùs & liberaliùs expediat, exactè determinari nequit. Offenduntur aliqui à primo, alii à ſecundo modo. Imperator Rudolphus uno hauſtu largiori inchoante, altero finiente paſtu ſe reficiebat, & benè omnia habebant. Conſuetudini hîc multum tribuendum, quam ſi quis immutaverit, ſanitati inſidias ſtruet. Hoc peccato commiſſo quidam anxietâte præcordiorum moleſtiſſimâ laborans adſumto leni vomitivo evomebat lac farciminis inſtar coagulatum. Coagulatio in ventriculo, forma ab oeſophago. *Conſuetudo ſi negligatur, noxa metuenda.*

Veteres in more habebant à cœnâ hygejæ poculum ſacrum libare, quod μετάνιπτρον, ſive μετανιπτρίδα ὑγείας, quod μετανίπτρον *poſt lavationem* vocabant. Noſtro ævo multis patribus familias *Poculum ſanitatis circa noctem.*

BOUM *aratorum*, & vaccarum vetularum, quarum colla ruſtico jugo attrita, & carnes ſucco alibili emaciatæ, eſus noxius. *boum & vaccarum vetularum*

PRÆPARATIONE per ſalis adjectionem, *ταριχηρὸν κρέας* *caro conditanea* muriatica dicta, ut & *καπνιςὸν κρέας caro fumata* ſeu *fumo indurata* omnem amittit gratiam, difficilis eſt coctionis, ſuccique ferax craſſi. Videtur quidem corrigere & conſervare ſal, ſpirituque ſuo acido exaltare nutritivam vim & alibilem ſuccum, ſed huic ſpei fidendum non eſt. Figuntur potius partes excrementitiæ, non auferuntur. *ſalita,*

Θνησιμαῖον, κενέβρειον, νεκριμαῖον κρέας, caro morticina, animalis non enecti, ſed per ſe mortui, duplex conſtitui poteſt: alia animalis chronico, alia acuto morbo è medio ſublati. De neutrâ nullum dubium, ſanitati quod inſidietur, ſi vel febri acutâ, peſtilenti aut ſimpliciter ardente, aut lentâ, vel apoſtemate innoxæ ſuſpicionem carterno moriatur beſtia. *morticina,*

De nondum mortuis dubitari poteſt. Legibus ſancitum, in publico bruta mactare, & exta inſpicere: ſi vel minima labes in viſceribus advertatur, cenſores macellarii eam noxiam proclamant, nulla habitâ magni poſſeſſorum detrimenti ratione. Sæpe hîc plus datur malitiæ, quàm veritati, interdum plus ignorantiæ quàm ſanæ rationi. Non omnia ulcuſcula, veſiculæ, lapidoſæ in jecore, renibus, pulmonibus, non omnes catarrhi & coryzæ, noxæ ſuſpicionem carnibus affricare queunt.

DE ACUTO MORBO cum vel ſine febri, dyſenteriâ contagioſâ, laborante animali, an illud carnes inſalubres habeat, perpendendum. Ex Ungariâ Veneti macellarii advectos boves dyſenteriâ laborantes mactabant, carnes vendebant. Lis ipſis intentabatur. Abſoluti fuêre judicio Senatûs, viſis rationibus Joh. Prævotii, & Andregæthi ab Andregætho Patavinorum Profeſſorum, qui conſultatione habitâ decreverant, carnes has eſui innoxias eſſe. Contagium hoc eſt privatum & particulare, boum ſpeciei proprium; homini non infeſtum: fugax eſt fomes ex pabuli vitio collectus: malignitas ſi quæ adfuit, diſſipata gymnaſticâ agitatione canum, qui etiam morſu venas aurium aperire ſolent, inde ſanguinis ventilatio: *Brutum ægrotum.*

 nemini

nemini inde morbus idem aut alius communicatus: in obſeſſis locis ſine diſcrimine naturali & violentâ morte exſtincta in deliciis habentur, animalia nullo inde nato periculo.

Ἐπίκρισις. Sed tutius eſt, non omnem mali inde removere metum, & abſtinere.

Caro cervina. CERVORUM carnes *nonnulli* ſanitati retia ſtruere ſtatuunt, quod ſerpentibus veſcantur, ſpiritu narium ex ſpeluncis in lucem protractis. Fieri illud confirmant experientiâ, 1. *Ordinariâ*, quæ teſtatur, eos nonnunquam in ventriculis ipſorum reperiri. 2. *extraordinariâ*, quæ docet, ſerpentes petrefactos in transfoſſorum cervorum ventriculis repertos. Inde malam qualitatem chylo, ſanguini, carni, & cornubus, quæ non niſi actuali uſtione eliminari queat, imprimi ſtatuunt.

Ἐπίκρισις. Verùm à maculâ hâc cervina caro liberanda. Beneficia *ἀντιπυρετικὰ* aſſerta *libro 14. ſect. 1. cap. 17.* Experimentum primum raro vel nunquam confirmat oculorum fides, alterum rariſſimê.

Leporina caro noxia cenſetur à nonnullis. LEPORINÆ CARNI *nonnulli* dicam ſcribunt, quod melancholicis morbis gignendis operam locet. Verùm indefenſa abire renuit. Juniores, Veneris ſagittis nondum confecti, in paſcuis bonis ſaginati, ſucci inculpati, laudabilem gignunt ſanguinem, & formæ gratiæ ſtudent, dum vividus & floridus inde faciei communicatur color, fœminino imprimis in ſexu.

Galeni ſententia. *Galenus de alimentorum facult. lib. 3. cap. 18.* tradit ſanguinem leporum ſuaviſſimum celebrari, inde & coqui cum jecore & aliis viſceribus. Noſtro ſeculo coquitur cum artubus leporinis. Ejus notæ etiam eſt caro. Ut ſuavis & grata guſtui, ita ſanitati favet. ὑπερβολίζει *Martialis*: de auritæ matris filio, cum canit: *Inter quadrupedes gloria prima lepus.*

CAPUT LXI.

Animalium partes quomodo morbos reſpiciant.

LACTIS

LACTIS CREBER uſus in bilioſis calidis morbis anſam præbet, capite dolentibus, febricitantibus & hypochondriorum infirmitate laborantibus augmentum malorum minatur. *autore Coo lib. 5. aph. 65.* Lac.

Ἀρχὴ τῆς λιθιάδος ἐγγίνεται, *autore Coo lib. 4. de morbis*, ἀπὸ τοῦ γάλακτος, ἐπὴν τὸ παιδίον θηλάζῃ γάλα μὴ καθαρόν. *Calculi morbo principium ex lacte oboritur, cum puer lac impurum ex mammâ ſugit.*

Aſſumto vino, aut lactucæ acetario lac in ventriculo coagulatum gravia inducit ſymptomata, quorum hiſtorias recenſet *Heerius obſervat. Spad. & Leod. 15.*

BUTYRUM, lactis ſoboles, oleoſæ & humidæ ſubſtantiæ, in calidis bilioſis naturis, facilè vertitur in nidorem. *Butyrum.*

CASEI creber uſus ſanitati obeſt. Difficilis eſt coctionis, craſſum alimentum præbet, alvum ſiſtit, hypochondriacis nocet, præcipuè veteranus, ætate qui nequitiam induit ceu veſtem, Argus, largus, Mathuſalem factus, plurimum cum Magdalenâ habens commercii. Hujus nimius uſus præſentaneâ noxâ lædit. Antoninus Pius Alphino caſeo in cœnâ liberaliùs ſe invitans, poſt vomitum febre correptus tertio die exſtinctus eſt. *Caſeus.*

Siniſtrum *Hippocratis* de caſeo judicium legitur *4. de victus ratione in morbis acutis.* Τυρὸς δὲ φῦσαν ἐμποιέει, καὶ στεγνότητα, καὶ σιτίων ἔξαψιν ποιέει. Τό τ᾽ ὠμὸν, καὶ ἄπεπτον. κάκιστον δὲ ἐν ποτῷ φαγεῖν πεπληρωμένοισιν. *Caſeus flatum & adſtrictionem parit, cibos incendit, crudum & incoctum edulium exiſtit, ejusque eſus inter potandum repletis deterrimus.*

Ἀμέλει, *ſcribit Galenus 6. epidem. comm. 6. t. 15.* καὶ τῶν τελείων τοῖς πλεονάζουσιν ἐν τυρῶν ἐδωδῇ λίθους ἐν νεφροῖς γενομένους ἔγνωμεν πολλάκις. *Porrò & in adultis caſeo frequentius veſcentibus lapillos in renibus crebrò ſuboriri cognovimus.* Confirmat *lib. 3. de alimentorum facultatibus cap. 18.*

CAPUT LXII.

Subſtantiæ ciborum ex pennatorum claſſe depromtorum vitium aperit morbis fores.

Gallinarum caro. GAllinarum carni affricatur macula ab iis, qui externam reſpicientes incurvorum pedum ſignaturam, articulis eam bellum indicere, *ψέλλιον* intentare, eos debilitare, adeòque ad *τῶν ἀρθρων πόνον* dolorificum ſenſum & laborem diſponere, ſtatuunt. *Alii* noxam confirmant, in medium producentes copioſum quod præbent nutrimentum.

Exiseteis. Sed liberandæ ſunt beneficæ, non in caveis enutritæ, *εὔχυμοι, εὔπεπτοι καὶ εὐώδεις αἱ δὲ ὄρνιθες ἀλεκτορίδες* gallinæ & capones ab hoc crimine. Non ſemper natura nobiſcum loquitur per ſignaturas externas. Apprehenſionis neceſſitas imponit pedibus horum animalium talis conformationis leges.

Copioſum præbent nutrimentum, ſed inculpatum.

Eſus anſerum, anatum excrementa cumulat. IN AQUIS DEGENTIUM PENNATORUM, ut anſerum, anatum eſus minus ſalubrem præbent chylum. Conſtringuntur eorum pori: inde craſſa retinentur excrementa, aquea, calore aucto, ſolùm tranſpirant,

CAPUT LXIII

qui piſces conferant ad morborum productionem, explicat.

SAnis omnia ſana, niſi excedant mole, & qualitate. Piſces moderatè ſumti gratum & ſalubre præbent edulium.

Carpiones. *Κυπρῖνοι ἀπὸ τῆς Κύπριδος à Venere*, quùm fœcundiſſimi ſint piſces, & crebrò pariant, dicti, *Carpiones* vulgò, inſalubrem habere carnem, calculoſisque & podagricis fomitem ſubminiſtrare, imò paroxyſmos arthriticos accelerare cenſentur ob carnem limoſam. Excuſari poteſt hæc accuſatio & declinari.

Lucius. LUCIUS, LUPUS piſcis, ſiccam & ſalubrem habens carnem, an vim ſanitati minuetur, cum buſone deglutito capitur & in Principum menſas expetitur. Diremit litem magni nominis Saxoniæ dux, rogatus, ab archimagiro ſuo, an apponere talem deberet, an abjicere reſpondens: BUFO CIBUS LUCIO: LUCIUS HOMINI.

ANGUILLAM dulcicarnem, glutinoſo, pingui, oleoſo ſucco abundare, nauſeabundâ humiditate alimentũ pravum præbere, neq; ſanis neq; ægris ſalutare, ſed calculi generationi fomitem præbere multi ſtatuunt. At veriſimile, hanc cœnarum Helenam, in lebete, operculo ſuo tecto, ſale modicoque vino aſperſam, & agitatam, ſicque à mucore multo liberatam, in fruſta conciſam, ſalviâ transfixam, in veru aſſatam, ut ſapore multis piſcibus præripit palmam, ita etiam noxæ omnis eſſe expertem. *Anguilla.*

HALECES SALITI immeritò accuſantur inſalubritatis. Fermentum multum generant. Minùs ſalubres fumo indurati, & difficilis coctionis. *Harengi.*

Ὀνίσκοι ASELLI Stockfiſche/ quod non niſi fuſtibꝰ benè contuſi edules fiant, dicti, craſſi ſunt ſucci & difficilis coctionis, onerant ſtomachum, valetudinariorum imprimis, magis quàm reficiunt.

OVA PISCIUM ſalubritatis laude conſpicuorum in ſalubrium ciborum cenſu tolerari queunt. Verùm tanta nonnullorum intemperantia, ut eadem frixent in ſartagine, præcipuè percarum, & hoc modò in deliciis habeant. Sed nidorem facilè contrahunt, & maculam chylo adfricant. *Ova piſcium.*

CAPUT LXV.

Condimenta ciborum cauſa morborum.

SACCHARI & MELLIS nimio uſui calidorum morborum ortus, & limoſi ſanguinis generatio *à multis*, adſcribitur: ſed plurium quàm merentur. *Saccharum, mel,*

ACETI uſus, judicio *Hippocratis 3. de rat. vict. acut. t. 38.* melancholicis noxius. Bellum præcipuè intentat fœminis. *Γυναιξὶ δὲ τὸ ἐπίπαν πολεμιώτατον, ἢ ἀνδράσιν ὄξος. ὑστεραλγὲς γάρ ἐστιν.* *Ita idem t. ſeq. 39. Mulieribus longè magis quàm viris adverſatur acetum, nam uterum dolore afficit.* *Acetum.*

Vehemens aceti perſequutor *Laurentius Joubertus* primas, in generatione quartanæ, aceti acrioris immoderatæ atque effreni licentiæ adtribuit. *Laurentii Jouberti cenſura.*

Modus, quo pariuntur obſtructiones.

Modus, quo ✠ obſtructionem melancholicorum, hypochondriacorum, quartanariorum, in exilibus pancreatis, meſenterii, lienis, jecoris excitet ſeceſſibus, explicari ſolet. Oriuntur à funiculis nerveis, argenteo nitore micantibus, quos nonnulli cenſent eſſe vermiculos animatos, cum lumbricorum more ſe moveant.

Erinegion.

Merito ſuo acetum ab hoc crimine liberatur, imò planè abſolvitur. Attenuantibus miſtum & refrigerantibus eorum vim ſtrenuè auget. Scopulos Annibal diviſit aceto. Obſequentiorem morem geret craſſior aliquis humor. Concedamus inde *ζυμοῦσθαι, μετεωρίζεσθαι, καὶ πολλαπλασιοῦσθαι, fermentari, attolli, & multiplicari.* Maturatio eſt hæc ad ſalutarem eductionem. Eductis hiſce, humores, à *τρόπῳ τῆς μίξεως διαχωρισθέντες ab invicem ſeceſſionem qui fecerant,* novam ineuntes pacem, in centro congregantur.

Funiculi illi obſtructionibus anſam præbere nequeunt: multò minùs ſunt vermiculi.

CAPUT LXVI.

Alimenta oleracea.

Oleracea.

ΛΆχανα nomen acceperunt *ἀπὸ τοῦ λαχαίνειν à fodiendo terram,* dum è ſemine educta, denuò plantantur. Nomen complectitur plurima, eſui apta.

Braſſica ſiniſtra experitur judicia.

ΚΡΆΜΒΗ cibus ruſticorum à multis habetur, non niſi robuſtis commodus ſtomachis eorum, qui labore victum quærunt, tenerioribus autem rudi indigeſtaque ſuâ mole gravis & damnoſus. Imprimis bonam de eâ conceptam ſpem ſtrangulat derivatio nominis. *Κράμβη,* quaſi *κορράμβη* dicitur, quod *τὰς κόρας oculorum pupillas obfuſcet,* & quod tanta ejus malitia, ut *δὶς ἑψημένη bis cocta* mors appelletur.

Elogia braſſicæ.

Sed mitiora braſſica meretur judicia. Grata & naturæ obſequioſa præbet edulia, cujuscunque ſit generis, alimentoſâ & medicamentoſâ virtute prædita. Cocta vulgaris viridis braſſica minutim conciſa cum lardo & pernâ, chærefolio & alicâ, ſeptentrionalibus eſt in deliciis. Cochleari ex ſcutellis excepta come-

comeditur liberaliter. delicatissima eſt *criſpa alba* dicta Bariſch/*caulifora*, choux fleurix, & *caule rapum gerens*, caulorapum. capitata parumper excavata, & exemptâ parte minutim conciſa, cum ovis, cepis, & lardi modico miſta, infarcta, guſtum delectat. Sanitatis cauſam magis agunt ſingulæ quàm morborum. Imprimis autem eo nomine vel maximè braſſica exculpari meretur, quod ſit *Dioſcoridis* judicio εὐκοίλιος id eſt, ut M. Cato non minùs ſenator gravis, quàm diligens paterfamilias, & agricola induſtrius, fidus magis quàm rudis interpres, velut iconicâ græcæ vocis elucidatione explicat, *bonam faciat alvum*, id eſt, quæ medio modo & quem natura exigit, habitu, nec ceſſet languidior nec feratur citatior. Magna certè hæc ſunt beneficia.

rationes allatæ non evincunt eam noxiam. Salutaris ejus uſus notus eſt etiam illis, quorum vita ſedatiores amat motus. 1. Dioſcoridis teſtimonium luculentum eſt *lib. 2. cap. 5.* Τοῖς ἀμβλυωποῦσι βοηθεῖ καὶ τρομώδεσιν ἐσθιομένη, *oculorum imbecillitate laborantibus & tremulis comeſta ſuccurrit.* 2. Decenter cocta vel ſecundâ vice quomodo nocentior fiat, non liquet. R. *Ad rationes.*

CAPUT LXVII.

Fructus plantarum ὡραῖοι, *qui inter æſtatem & autumnum matureſcunt, morborum cauſæ.*

Melonibus quaſi μήλωνες *à malorum* figurâ dictis rotundâ, qui carne & ſeminibus proſunt in medico uſu, maculam adfricat gulæ intemperantia. Ut naturâ facilè corrumpuntur, ita corrupti gravia ſymptomata, choleram, dyſenteriam, & febres excitare poſſunt. Ex immoderato tali uſu quatuor Imperatores vitam cum morte commutavêre. *Melones.*

anguriæ Speckmelonen / & pepones longitudine à melonibus differentes, & ad cucumerum claſſem accedentes, ejusdem ſunt notæ. *Anguria. Pepones.*

Cucumis. CUCUMIS σίκυς à *Dioſcoride lib. 2. cap. 124.* vocatur εὐκοίλιος, εὐςόμαχος, ψυκτικός. ἐ φθειρόμενος *bonam faciens alvum, ventriculo favens, refrigerans, corruptioni minus obnoxius.* In uſu eſt immaturus cum oleo & aceto, in taleolos ſectus. Præconia illa conveniunt moderatæ delectationi in calidis naturis. Modum ſi excedat, innumera præ foribus mala: colicus dolor, & feralis dyſenteria, ſumini tantum aliquando indicens bellum, ut in ſupino decubitu, ad latera exhauſtis labentibus inteſtinis, lumborum vertebris abdomen manu tactum incumbere in nobili viſum fuerit muliere.

Minoris noxæ eſt muriâ per hyemem ſervatus, præcipuè cucumerinus pumilio tenero ſe commendans corpuſculo, aſſatis carnibus apponi ſolitus.

Cucurbita. Η κολόκυνθα ἐδώδιμος *eſculenta cucurbita* in cibos expetita, quantumvis diligenter coquatur; eſt tamẽ facilis corruptionis.

CAPUT LXVIII.

Fructus arborum & fruticum, ceraſa, ficus, uvæ, poma, pyra, ſunt cauſæ morborum.

Fructus duplices. SUnt hi duplices: quidam dicuntur ὡραῖοι, qui maturantur eâ anni parte, quæ peculiariter ὥρα *æſtas* dicitur: quidam verò ὀπωρινοί, qui maturantur eâ anni parte, quæ ὀπώρα *autumnus* dicitur.

Ceraſa. Τὰ κεράσια γλυκέα, εὐκοίλια τυγχάνει, ὑπέχειν τὴν κοιλίαν καὶ γαςέρα μαλάττειν, λύειν, καὶ ὑπάγειν δυνάμενα. *ceraſa dulcia, bonam alvum faciunt, ſubtus exire, ventrem mollire, & ſubducere valentia.* Hoc habent incommodi, quod facilè putreſcant, & corrumpantur, ſuccoſque crudos, febrium generationi aptos producant.

A FICUUM ESU ceu noxio, tum recentiorum tum ſiccatorum multi dehortantur, etiam δεινότατοι ἰατροί, commoti autoritate *Pauli Aeginetæ lib. 1. cap. 81.* qui quantumvis de iis honorificè ſentiat, concludit tamen tandem, earum eſum generare pediculos.

Τὰ

Τὰ σῦκα καὶ αἱ σταφυλαὶ οἷον κεφάλαια τῆς ὅλης ὀπώρας εἰσί, verba ſunt *ejuſdem: Ficus & uvæ velut principatum inter omnes fructus, qui inter canis ortum mediis diebus maturantur, obtinent.* Et paulò poſt: τὰ δὲ σῦκα εὔχυμα καὶ τρόφιμα, καὶ γαστρὸς ὑπακτικά. διουρητικά τε καὶ νεφρῶν ἐκκαθαρτικά. καὶ μάλιστα τὰ πάνυ πέπειρα. καὶ αὐταὶ αἱ ἰσχάδες. Φυσώδεις δὲ καὶ αἵματος οὐ χρηστοῦ γεννητικαί; διὸ καὶ φθεῖρας ἀναγεννῶσιν ἐν πλείονι χρήσει γιγνόμεναι. *Ficus* (imprimis generoſæ, quæ poſt primos præcoces, ſive in iisdem, ſive in diverſis arboribus naſcantur, cæteras plerumque ſuavitate antecedentes) *meliorem ſuccum habent, & magis alunt, & alvum ſubducunt, quàm uvæ, urinam cient & renes expurgant, præſertim maturæ ac ipſæ caricæ. Flatuoſæ autem ſunt, & ſanguinem non bonum gignunt. Quapropter etiam pediculos generant, ſi quis frequentiùs ipſis utatur.* Confirmat hoc hiſtoria *Henrici ab Heer obſervatione Spadanâ 23.* *Ficus & uva in genere.*

Macula eſt ingens. Adſcribi meretur immoderato uſui.

Gratum naturæ & ſalubre præbent edulium UVA, imprimis αἱ σταφυλαὶ γενναῖαι, εὐγενεῖς *generoſiores, à Platone l. 8. de legib.* τῆς ὀπώρας leges condente ita appellatæ, quæ parum humidæ ſubſtantiæ, pluſculum durioris habent, edendo commodiores, quàm vinis faciendis. Excoluntur in noſtris vineis, figuræ oblongæ, viridiuſculi coloris, Reuſchel appellantur; ſed raro, niſi felici ſirius æſtuet ſidere, amplâ ſegete proveniunt. In Hiſpaniâ ex iis concinnantur uvæ paſſæ cæruleæ dictæ. *Uvæ ſanitatis conſervatrices.*

Si ſecedant per alvum, omnia benè habent. Αἱ δὲ σταφυλαὶ μὴ διαχωρούμεναι οὐ δὲ πέπτονται, *ſcribit Aegineta loco citato,* ἀλλὰ καὶ ὠμὸν καταγεννῶσι χυμόν, *ſi verò non ſuccedant, neque concoquuntur, ſed crudum humorem generant.* *turbatrices.*

Diarrhoeas & dyſenterias excitaſſe immoderatum uſum docuit experientia.

Τὰ δὲ ἄπυα καὶ αἱ μελέαι PYRA & POMA favent humanæ ſanitati, modò juſtâ in uſum trahantur methodo. Peccata hîc commiſſa multiplici reos cumulant miſeriâ. *Pyra & poma.*

CAPUT LXIX.

Cerealia ſemina, ex quibus fiunt panes, hordeum, &c.

Panis. PAnis, *autore Iſidoro lib. 20 orig. à πᾶν* derivatur. Intelligi id poteſt *1. objectivè*, quod cum omni alio cibo apponatur. *2. ſubjectivè*, quod ab omni homine appetatur. 3. *perfectivè*, quod reliquorum ciborum dotes virtualiter dirigat. 4. *comparativè*, quòd omnes cibos neceſſitate & virtute nutrimenti ſuperet. A paſcendo derivant *alii. Græcis* placet appellare ἄρτον, διὰ τὸ ἄιρειν τὴν δύναμιν *quod reficiat virtutem*. Dotes has exſequitur: ceu *ingens ſtomachi fultura ruentis*, cum nihil ipſi deeſt. Cum ſecus habet, in numero cauſarum morbificarum locum ſuum tuetur.

Peccare poteſt. 1. quantitate. QUANTITATE panis peccans repletio corpori peſſima, copioſum enim præbet nutrimentum, quo vaſa diſtenduntur, diu in ventriculo moras nectens eum moleſto onere
2. gravat. QUALITATE nocet, ſi calidus comedatur, prout è furno extrahitur, nam lentorem quendam obtinet, & obſtructiones parit. *Nimis inveteratus* Mathuſalemæus in mucorem
3. inclinat. *Ad uſus diuturnitatem bis in furno coctus*, nauticus niger, nimis exſiccat: albus tamen cum ſeminibus, vitelliſque ovi paratus hujus criminis expers, quin potiùs ventriculum
4. claudit. *Ἄζυμος minùs probè fermentatus* lentum & viſcoſum generat chylum, ſanitatique minùs commodus, judicio *Galeni. 1. de alim.* Cum *Cornelius Celſus lib. 2. cap. 28.* panem fermentatum recenſet inter res, quæ facilè corrumpuntur, panem ſine fermento, inter res, quæ minimè vitiantur, conciliatio inſtitui poteſt, ſi *uno loco* conſideretur
5. ut alimentum, altero, ut medicamentum. *Ponderoſus*, plumbeus, cœcus, nullis oculis præditus, nec ſpongiæ inſtar poro-
6. ſus, lenteſcit & obſtructionibus gignendis eſt aptus. *In aquâ*
7. *prius coctus*, compactus, & poſt in furno coctus minus ſalubris. *Ex farinâ lapidibus molaribus friabilibus* paratâ, concinnatus minùs
8. probè habet. *Subſtantiæ ratione. Ex agris ſaturatè ſtercoratis*, naſcentibus cerealibus ſeminibus concinnatus panis, noxius olim cenſebatur. Cum Cambyſen, *autore Herodoto, lib. 3. marginali* XXII. pane triticeo ex ſtercoratis agris uti intelligeret Aethiops Ichthyophagus, & ſimul Perſas non ultrà LXXX annos vivere intelligeret, reſpondit: οὐδὲν θωυμάζειν, εἰ σιτεόμενοι κόπρον

πόσπερον ἔτεα ὀλίγα ζώουσι. οὐδὲ γὰρ ἂν τοσοῦτα δύνασθαι ζώειν σφέας, εἰ μὴ τῷ πόματι οἴνῳ ἀνέφερον, *nihil ſe mirari, ſi ſtercore veſcentes paucis viverent anni; nam ne tot quidem annis victuros, niſi hoc vini poemi acceptum referrent.*

HORDEACEUS eſt panis fermentatus, vetuſtiſſimis uſitatus, ut patet *ex ſacro codice.* Apud Romanos nullam habebat autoritatem, brutis conſecratus. *Ariſtotele ſect. 21. probl. 24.* cenſore, οἱ περὶ τῶν σιτίων ἐργασίαν, οἱ περὶ τὰς κριθὰς, ἄχροοι γίνονται, καὶ καταῤῥοικοί. περὶ τοὺς πυροὺς εὐεκτικοί. *Quibus cum frumento negotium*, ut piſtoribus, molitoribus, *diverſo modo habent. Qui cum hordeo, fiunt decolores, deſtillationibus ſubjiciuntur; qui cum tritico, corpore ſunt benè habito.* Rationem etiam reddit: quod ὅτι πεπτότερος ὁ πυρὸς τῆς κριθῆς, *quod facilius triticum concoquatur, quàm hordeum.* *Hordeaceus panis.*

FURFURACEUS αὐτόπυρος, συγκομιστὸς furfureus *Gellio, lib. 11. cap. 7. Ciceroni* cibarius, *cenſore Moreau in Sch. Salern.* dicitur in genere, in ſpecie qui ex levioribus & tenuioribus excrementis, frumenti, aceroſus & canicaceus, qui ex craſſioribus, eſt panis fermentatus ſordidus, ex furfuribus meris aut farinæ miſtis. Canum potiùs cibus eſt, quàm hominis, coquitur difficulter, craſſumq; parit chylum & ſanguinem. *Furfuraceus.*

TRITICEUS optimus quidem panis, alterum ab eo locum obtinet, ſi tamen plus debito fermentetur, amiſſis ſpiritibus, cruditatum eſt capax. *Triticeus.*

Duabus partibus conſtat panis. Una præ aliâ plus nocet. MEDULLA, à medio dicta, interior pars eſt mollior, potiores vires nutriendi obtinens. CRUSTA exterior eſt pars, iterumque duplex: *ſuperior*, ἀπόδραγος, nonnunquam extuberans quibusdam bullis & puſtulis, quæ ψύχαι dicuntur, & *inferior.* Utraque ſanitati obeſt, imprimis ſi ſuperior ſit valdè aduſta, inferior autem ſordibus, cinere & carbonibus ſcateat. *Partes panis. Cruſta noxia.*

Galenus libro de alimentorum facult. 1. cap. 2. βελτίστους ἄρτους optimos panes vocat, οἱ μάλιστα ἐζυμωμένοι, καὶ κάλλιστα πετριμμένοι, ἀπὸ συμμέτρου πυρὸς ἐν κλιβάνῳ τὴν ὄπτησιν ἐσχηκότες. τὸ μὲν γὰρ πλεῖον πῦρ, εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ προσβολῇ τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν περικαίον, ἀποστρακίζει, *qui plurimùm ſunt fermentati & pulcherrimè* *Galeni ſententia.*

ſubacti, quique in clibano igne moderato fuerunt aſſati. Nam ignis ardentior primo ſtatim occurſu ſuperficiem externam circumurens, in teſtæ modum indurat.

Dupliciter panis fit pravus.

Duplici modo panem fieri ſubjungit pravum: 1. ὠμὸν μὲν, καὶ ἀκατέργαστον ἔχοντα τὸ ἔνδον, *quòd partem internam habeat crudam ac illaboratam.* 2. ὑπεροπτημένον δὲ καὶ ξηρὸν, καὶ ὀστρακῶδες ἔχοντα τὸ ἔξω, *quòd externam ſiccam habeat ac præaſſatam & teſtaceam.*

Conformis ſchola Salernitana verſu.

Indicat poſterius Schola Salernitana verſiculo hoc:

Non comedas cruſtam, choleram quia gignit aduſtam.

Cholera γίνεται διὰ πλῆθος χολῆς ἄνω καὶ κάτω πρὸς ἔκκρισιν ἐρεθιζούσης τὴν φύσιν *gignitur ex copiâ bilis ſurſum & deorſum naturam ad excretionem irritantis.* Bilis intelligitur excrementitia naturalis, quæ ex veſicâ in inteſtina ablegatur, præcipue verò ſanguis bilioſus ex toto affluens corpore, à naturali ſtatu alienatus. Talem producit cruſta retorrida, nimis exſiccata, humiditates dum abſordet, caliditatem acuit, acrimoniamque intendit. Expers hujus criminis eſt cruſta mediocriter dura, tam ſuperior, quàm inferior.

CAPUT LXX.

Cerealia ſemina, ex quibus panes non fiunt, quædam non carent inclinatione ad characterem morbificarum cauſarum recipiendum.

Cerealia ſemina ex quibus panes non fiunt.

Χέδροπα καὶ ὄσπρια à Græcis indigitantur. Quædam ſunt benignæ naturæ, quædam corruptioni activæ & paſſivæ obnoxia.

Hippocratis judicium.

Severa cenſura *Hippocratica 4. de victûs rat. in acutis:* ὄσπρια πάντα φυσώδεα, καὶ ὠμὰ, καὶ ἑφθά. καὶ πεφρυγμένα, καὶ βεβρεγμένα, καὶ χλωρά. Τούτοισι δὲ μὴ χρέεσθαι, ἢν μὴ μετ' ἑτέρων σιτίων. ἔχει δὲ καὶ ἰδέας μοχθηρίας ἕκαστον αὐτέων. *Legumina omnia flatuoſa ſunt, & cruda, & elixa, & frixa, tum etiam macerata, tum viridia. Neque his, niſi cum aliis, uti oportet cibis. Quodlibet enim horum propriam habet pravitatem.*

Ἐν Αἴνῳ ὀσπριοφαγοῦντες ξυνεχέως θήλειαι, ἄρσενες, σκελέων ἀκρατέες ἐγένοντο, καὶ διετέλεον. ἀτὰρ καὶ ὀροβοφαγέοντες γονυαλγέες. *In Æno continenter leguminibus veſcebantur, tum fœminæ tum mares, crurum impotentiâ conflictabantur. cum quâ vitam tolerabant. Et verò qui ervo in cibum utebantur, ex genuum dolore laborabant.* Hæc tradit *Hipp. 2. epid. ſect. 4.* Erva.

ὄροβος παρὰ τὸ ἐρέπτεσθαι ὑπὸ τῶν βοῶν, *quod boves eo veſcantur & ſaginentur*, dicitur οἱ δὲ ἄνθρωποι τελέως ἀπέχονται τοῦ σπέρματος τούτου, ſcribit *Galenus lib. de alim. facult.* καὶ γὰρ ἀηδέστατον ἐστὶ καὶ κακόχυμον. *Homines ab hoc ſemine planè abſtinent. Eſt enim inſuaviſſimum, & pravi ſucci.* Orobus.

LENTIUM, qui φακοὶ καὶ φακαὶ dicuntur, à Græcis οἷον φακάκαι καὶ τὰ φάη κακοῦσαι *quod lumina ſeu oculos lædant*, teſtimonium *in monumentis Dioſcorideis, lib. 2. cap. 98.* non eſt honorificum. φακὸς ὁ ἐσθιόμενος βιβρωσκόμενος συνεχῶς ἀμβλυωπός. δύσπεπτος. κακοστόμαχος, πνευματικὸς, στομάχου καὶ ἐντέρων κοιλίας τε σταλτικὸς, σὺν τῷ λέπει ἐσθιόμενος. *Lens continuè comeſtus oculorum hebetat aciem, ægrè concoquitur, nocet ventriculo, eundemque & inteſtina inflat, alvum cum cortice ſumtus ſiſtit.* Caro craſſi eſt ſucci & terrei, auſteram qualitatem habens exiguam. Decoctum in aquâ, ſale & jure carnis pingui cum cepis paratum laxat. Idem per ſe variolis ſuccurrere, teſtantur experimenta. Lentes.

Κύαμος ἑλληνικὸς, verba ſunt *Dioſcor. lib. 2. cap. 96.* πνευματώδης. φυσώδης. δύσπεπτος. δυσόνειρος. *Faba Græca inflat, ventris flatus facit, ægrè concoquitur, inſomnioſa eſt.* Faba inflat, autore Dioſcoride.

Τῶν κυάμων *fabarum* uſus olim priſco ritu erat religioſus, imò Pythagoricâ ſententiâ damnatus, quod mortuorum animæ ſint in eâ. Ideò & parentando aſſumebantur. Seculis ſequentibus fabæ, *autore Plinio naturalis hiſt. l. 18. cap. 12.* inter legumina maximus honos, quippe ex quâ tentatus ſit etiam panis. Fabarum uſus olim erat in religione.

In noſtris oris leguminis vice fungitur. At inſalubris eſt cibus, quantumvis decorticetur, & parvum illud nigrum, laciniosum, quod ſummæ fabæ adhærens, ab eo integro cortice avelli poteſt, in nullo alio legumine reperiundum. HILUM quod vocant, auferatur. Legumen eſt illud inſalubre.

Piſum. Οἱ δὲ λέκυθοι *à nonnullis*, rectiùs πίσα καὶ πίσσα ab agro eorum feraciſſimo dicta, alvi aſtrictione nocent, niſi humectantibus juſculis benè corrigantur.

CAPUT LXXI.

Fungi ſanitati inſidiantur.

Fungorum eſus noxius. Οἱ δὲ μυκήτες, γηγενεῖς, οἳ φύονται ἐκ τῆς γῆς αὐτομάτως, ὀνομαζόμενοι, *fungi, terrigenæ, quod ſponte ſuâ ex terrâ naſcantur, appellati*, ſuum gentilitium nomen impetrarunt à ſimilitudine τῆς λαβῆς τοῦ ξίφους *manubrii capuli enſis*, cui in quibuſdam reſpondet pediculus, cui quid inſidet pilei formâ. FUNGI dicuntur à funere, quod ad funus veſcentes ducat. Duplex eorum ordo: οἱ δὲ ἐδώδιμοι καὶ βρώσιμοι, *edules* ut verni quidam odorati, cum carnibus cocti: illi φθαρτικοὶ *lethales*. Primorum noxa nota, illi ad cibos & ganeam mortalitas, periculi ſecura, expetit, à copiâ tamen, quod ſibi metuat, habet.

CAPUT LXXII.

Parca victûs ratio noxia.

Quantitas deficiens pertinens ad finem capitis 56. INEDIA, tenuior parciorque victûs, quàm natura exigit, ratio, ſanguinem depaſcit, viribusque inſidias ſtruit, ipſam etiam ſolidarum partium fibroſam & carnoſam ſubſtantiam tam in *ſanis* exhaurit, quàm *ægris*. Utrumque teſtatur *Com. 1. aphor. 5.* IN IMPURIS CORPORIBUS noxios humores exagitat, pro vario jejunantis temperamento. IN BILIOSIS fames & ira bilem in naſum concient, *ajebat ille*, feritate exultantem: IN PITUITOSIS languorem concitat, humore hoc fermentato. οὐκ ἔλασσον ἁμάρτημα, *inquit Hippocrates lib. de veteri medicinâ*, οὐδὲ ἧσσον λυμαίνεται τὸν ἄνθρωπον, ἢν ἐλάσσονα καὶ ἐνδεέστερα τῶν ἱκανῶν προσφέρεται. *Non levius peccatum, neque minùs læditur, ſi quis pauciora & intrà modum aſſumat.* Eleganter *Celſus lib. 1. c. 2.* Nunquam utilis eſt nimia ſatietas: ſæpe inutilis nimia abſtinentia.

CAPUT

CAPUT LXXIII.

Subita diætæ mutatio eſt cauſa morborum.

AB uno extremo in aliud ſubita facta mutatio viam morborum monſtrat. Nam ſi, *autore Celſo lib. 3. cap. 22.* corpus inſuetum ſubitâ mutatione oneretur, ſtomachus offenditur, & concoctio impeditur. *Mutatio conſuetudinis pertinens ad finem capitis 57.*

CAPUT LXXIV.

Potulenta, quantitatis ratione conſiderata, cauſæ morborum.

POCULA trium generum conſtitui poſſunt: neceſſitatis, hilaritatis, ebrietatis. *Pocula trium generum.*

PRIMA certis terminis includuntur. Si peccent in defectu, ſubtrahunt liquorem chylo conficiendo, eidemq; in inteſtina & lactea vaſa deferendo neceſſarium. Subtrahunt etiam liquorem arteriæ aſperæ humectandæ, pulmonibus irrigandis, καὶ τῇ καρδίῃ πυρὶ φλεγομένῃ ἄκος, *cordisque æſtus mitigando remedium neceſſarium.* Malè ſuæ conſulunt ſanitati, qui ad τὸν ἀριθμὸν καὶ σταθμὸν, οὐ τὴν τοῦ σώματος αἴσθησιν, *ad numerum, pondus* menſuram, *non ad corporis ſenſum* & tolerantiam reſpiciunt. *1. neceſſitatis*

SECUNDA pocula neque exiſtimationi obſunt nec ſanitati. Veteres ſapientiæ præceptores admittebant *οἰνοποσίαν* in ſanitatis terminis, eam, quam *θώρηξιν* vocabant, imò geſtiebant fieri *ἀκροθώρακες* leniter inebriari & medii eſſe inter ſobrios & temulentos, quorum illi judicandi vim firmam habent & incoruptam, hi verò vino obruti & ſepulti jacent, ut neque judicare, neque decenter operari queant. Pocula hæc abſque ſanitatis detrimento admitti poſſunt, quin potius nominis ſui menſuram implent. LIBERA ſunt vina, liberant ſervitio curarum animum, & adſerunt, vegetioremque & audaciorem in omnes conatus faciunt. *2. hilaritatis*

TERTIA EBRIETATIS pocula ambigere videntur. Nonnunquam nullam inferunt naturæ vim, ſed morbificis *3. ebrietatis.*

resiſtunt cauſis. *Διὰ τὶ, querit Philoſophus ſect. 1. probl. 2. τὰς νόσυς ὑγιάζυσι πολλάκις, ὅταν πολὺ ἐςῆ τις. Cur morbi ſæpe curari queunt, ubi quis abundè exceſſit,* vel vino vel aquâ, aut ſalſugine, cibo, aut inediâ. Rationem reddit: *ὅτι ἐναντία ἀλλήλοις ἐστὶ τὰ τὴν νόσον ποιοῦντα, εἰς τὸ μέσον ἄγει θάτερον ἑκατέρυ, an quoniam cauſa, quæ morbos committunt, adverſæ inter ſe ſunt, atque ita efficitur, ut genus duci per exceſſum alterius in medium poſſit.*

Mediocria. Quidam ebrietatem ſingulo menſtruo ſpatio proficuam cenſent, ad ſanguinis vigorationem & vomitum. Tolerari poteſt, quæ curas deprimit, non quæ vires dejicit, & in fundum mergit. Hæc à crimine cauſæ morbificæ abſolvi poteſt.

Continuatio poculorum nociva. CONTINUATA morbos inducunt. Senex LX annorum, in *κυπελλομαχία* palmam obtinens, illa nocte apoplecticus concidit. Alius in pleuritidem fatalem delapſus, ſeptimâ moritur. Inſanabiles ſequuntur, ventriculi, jecoris, lienis, pancreatis, renum, & articulorum affectus, calculoſæ coagmentationes, in renibus & articulis. Exempla morborum, qui ex ebrietate, ceu pernicioſa ſoboles ex peſtiferâ matre, naſcuntur, enumerat *Phil. Jacobus Sachs. à Lewenhaimb in ampelographia.*

Locus Hippocratis *Αυϋπερμεθυσκομένοι κραιπαλοῦντες ἐκ τῆς προτεραίας, qui crapulæ adſueti,* altero & tertio die doloribus capitis infeſtati, rurſus ſe inebriant, confiſi autoritate *Hippocratis 1. epidem. ſect. 6.* & *Salernitanæ ſcholæ,* medelam ſperantes, næ peſſimè ſibi conſulunt, & gravibus morbis fores aperiunt.

explicatur. Non ea mens Hippocratis. Commendat hauſtum vini ℥viij. vel IX. menſurâ, ut cruditatem & mala, quæ vinum tenuis ſuæ ſubſtantiæ copiâ invexit, eadem qualitate ſuâ calidâ tollat & ſiccâ.

Eadem mens ſcholæ Salernitanæ.

Faceſſant homines ad perdenda vina nati, credentes, profundi & effundi illa non debere, niſi per humanum corpus, & hoc niſi fiat, ſanitatem periclitari.

ἀμυστὶ bibentes. Αμύστιν ſeu amyſtidem qui in bibendo ſectantur, παρὰ τὸ μὴ μύειν *non connivendo dictam,* &, ſine interſpiratione, uno hauſtu decumanos calices exhauriunt, ſanitati ſuæ mirè inſidiantur.

CAPUT

CAPUT LXXV.

Quantitas potulentorum coactiva morborum cauſa.

BOnæ mentis convivia liberi ſunt arbitrii. Tale fuit à potentisſimo Ahasvero adornatum *libro Eſther inſcripto, cap. 1.* In eo vinum abundans & præcipuum ponebatur. Non erat, qui nolentes cogeret ad bibendum, ſed ſicut Rex ſtatuerat, præponens menſis ſingulos de principibus ſuis, ut ſumeret unusquisque, quod vellet. *Libera convivia ſalubria.*

Poſtquam verò pravis ſuccreſcentibus moribus bibitur ad imperium, & rege bibente, omnes bibere coguntur: uno Mæviam ſex cyathis, altero ſeptem cyathis Juſtinam bibente, omnes ceu balantes ſtupidæ oves ducem gregis ſequi tenentur, & uno deuncem, id eſt, unciarum undecim calicem, ſupinatis cervicibus exhauriente, alii paria facere, quoties libuerit uni, obligati ſunt, etiam illi, qui ſextante & triente contenti eſſe ſolent, omnia in pejus ruunt. *Coacta noxia.*

Contrariis poculis utebantur veteres hoc modo in convivio, in principio minutis, in fine amplioribus. Multi noſtratium ita avarè bibunt, ut à capacioribus exorſi, continuent usque ad finem, ſeque ſuum inſtar repleant & onerent ad ſummum gulæ caput, magno cum ſanitatis deterimento. *Noxia avara ingurgitatio.*

CAPUT LXXVI.

Potus ſubſtantiæ ratione conſideratus fit cauſa morborum I ὕδωρ aqua.

AQua ſimplex licet videatur, malorum tamen ſemina plurima in ſe continet, ſi per ſubterraneos ductus & meatus impuros, lutoſos, tophaceos in urbes irruat. Tales in Alpibus ſcrophulas generant. Per ligneorum tubulorum ductiones vectæ aquæ commodiores, *ſcribit Vitruvius lib. 8. cap. 7. primum, in opere*, quod ſi quod vitium factum fuerit, quilibet id *Aqua in potum expetita ingenerat morbos. Vitruvius.*

HORDEACEA plus habens lupuli, & ex polentâ ignis calore toſtâ, gedörreten Maltze parata, ſalubrior quidem eſt: ſi verò minus fermentet quàm decet, inſalubris eſt potus, & variis ægritudinibus viam ſternit. *Hordeacea.*

IN PICATIS doliis adſervatæ cereviſiæ, ut: Naumburgenſis, Jenenſis, à multis damnantur noxæ. Sed fulgura hæ cenſuræ ſunt ex pelvi. Olim & vaſa vinaria pice oblinebantur, & ſubſtantiæ picis fruſta vino commiſcebantur. Inde & gratus odor & generoſitas: novitas autem in exilium relegabatur & aquoſitas. Confirmavit id, factum periculum experimento. Nimirum dentatâ mordacitate caſtigatâ edentulum & vetuſtum videbatur, levi ſed non ingrato picis relicto odore. *picata,*

CAPUT LXXVIII.

Societas cereviſiæ & fumi tabacini inter hoſtes bonæ valetudinis referuntur.

CUm intuentur nonnulli exterarum ſeptentrionalium regionum incolas unâ manu cantharum plenum cereviſiâ, alterâ tubulum tabacinum trajectorium tenere, & alternatim quod naribus repandis & ſimis deformis India, altera albâ cute & vultu ſpecioſo præbet Europa, ore ſugere & bibere, eodem oſtio naribusque emittere, matulâque intermediâ ſalivam mucoſam excipere vident, admirantur illam intemperiem & valetudinis prodigalitatem, malèque ominantur, cenſentes, πρόφασιν hanc in impuris hiſce corporibus, fores ægritudinibus variis aperire poſſe. *Noxius uſus fumi tabacini judicatur.*

AUTORITAS magna eſt potentisſimi Anglorum regis JACOBI VI. Hic ſubditis ſuis interdixit uſu tabacini fumi, cum in ſuo regno obſervaret, peſtis inſtar vagari fatuitatem illam & bibendi fumum cacoethen inſatiabilem, animos dementare etiam ſapientum. Ut tantò feliciùs abrogaret abuſum hunc, nova impoſuit vectigalia iis, qui mari adveherent. Sed neque hoc modo ille repreſſus error & fervor. *Jacobus Angliæ rex*

MAGNUS MOSCOVIÆ ZAAR venditoribus & emptoribus graves imponit mulctas. *Magnus dux Moſcoviæ.*

Rationes referentes fumum hunc inter cauſas morborum.

RATIONES contrà eundem uſum peti queunt, 1. à caliditate & ſiccitate ejusdem, qua naturale hominis temperamentum everti poteſt etiam εὔκρατον & ad juſtitiam temperatum. 2. τιβακοκαπνοφιλία, ut alii ſuffitus menti & ſenſibus ſtuporem inducit, judiciumque & ingenium debilitat. Μνημοσύνη Muſarum parens & Jovis amaſia à cultoribus horum ſacrorum oculos avertit, eosque divino illo ſacrario ac luminis theſauro incomparabili ceu indignos poſſeſſores excludit. 3. Inferre vim medullari cerebri ſubſtantiæ αὐτοψία Falcoburgiana teſtatur. In quodam, qui vivus neminem in tabaci uſu habebat parem, poſt ſupplicium diſſecto, papillares cerebri proceſſus cum nervorum odoratoriorum extremitate prorſus defuiſſe teſtatur, cauſamq; refert in tabaci ſiccitatem. 4. Cerebrum quaſi cruſtâ obductum, & atro fumo imbutum, obſervavit *Petrus Pawius anatomicus Leidenſis*, in juvene robuſto & cætera ſano, à ſe diſſecto. Conjiciebat primùm, illum morbo aliquo gravi cerebri, maniâ vel alio extinctum. Sed cum intelligeret, non fuiſſe valetudinarium, ſed tabaci uſui adſiduè adſuetum, ut rarò dieculam intermitteret, quin auram illam fuliginoſam hauriret, congeriem illam fuliginum in cerebri cavitatibus inde factam judicavit. Adſcendere autem ad cerebrum poſſe fumum illum probare videtur VIARUM PRÆSENTIA. Ab ore ad os cribroſum ſemita manifeſta, foramina cribri à craſſâ membranâ pertranſeunte non planè obturantur. Foramina nervorum circà os cuneiforme & vicina, commeatum concedunt. MOTUS adeſt facilitas. 1. SPONTANEA levis fumi ad ſuperiora inclinatio. 2. PORORUM cerebri ad recipiendum aptitudo. 3. EJUS rotunda capax figura. 4. SUBLIMIOR SITUS. 5. ATTRAHENDI per inſpirationem & diaſtolen vis. 6. CONCRETIONIS, facilitas, in viſcidâ & tenaci cerebri ſubſtantiâ. 5. Pulmones etiam in adſuetis exſiccati & fumo quaſi alterati inventi fuere in iis, qui catarrhis obviam ituri eo delectabantur. 6. Nonnunquam ventriculo vim infert, cum magnâ corporis incaleſcentiâ & δυσφορία, vomitibus concitatis. 7. Appetitui ναρκώσει ſuâ inſidias ſtruit.

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.

Magnum

Magnum quid minantur ſiniſtra judicia, ſed mitigari poſſunt additâ limitatione, inter bilioſam & pituitoſam corporis conſtitutionem, ſimulque uſum ejus moderatum & immoderatum. Tutior eſt attractio fumi per geminum tubulum, & aquam vitro exceptam. Minus noxius eſt, ſi tabacum miſceatur cum confortantibus oleis, ſeminibus, herbis.

Ἐπίκρισις.

CAPUT LXXIX.

Vinum cauſæ morbificæ induens veſtem.

VINUM à vi, & violentiâ, quam menti infert, ut potio fortis, vel quod venas repleat, dictum, ſæpe eſt in culpâ gravium morborum.

Etymologia Vini.

A ſanis bibitur, ceu alimentum, ut nutriat. Nutrit, quia facilimè & celerrimè mutatur in ſanguinem, ſanguis autem nutrit, & ſolidas partes nutriendo humectat, calore mirâque partium tenuitate & permeandi celeritate frigidis partibus medetur. Citò & celeri nutrit ſuccurſu, quia dum per oeſophagum labitur, lacteis propaginibus ſe inſinuat. Inde facilis ad cor tranſitus.

Eſt alimentum.

Immodicè verò vel defectuosè ſumtum noxium eſt.

MERACA vina, Falernum indomitum, malvaticum, Hiſpanicum, ſi nimiâ quantitate bibantur ad ebrietatem, noxia ſunt, ſanguinem accendunt.

τὸ πολὺ πολέμιον.

In acutis febribus ad *ἀέρωσιν* ſanguinis & cordis motum, neglectis refrigerantibus bibita, noxia eſſe teſtatur funeſtus Carteſianus eventus.

CAPUT LXXX.

Locorum ratione vina noxia.

Noxa differt natalis loci ratione

OἾνοι τεθαλασσωμένοι, *vina per maria vecta*, ἀθαλάσσιοι, *maris item expertia*, indifferenter ſe habent ad morborum reſpectum, prout cum delectu, moderatè vel ſine regimine uſurpantur.

Jenenſia Vina culpantur.

In amoeniſſimo Jenenſi quæ coluntur tractu, convallibus & montibus conſpicuo, inſalubria habentur.

I. Obſervantur ea tartarum fecalem, liquidum, paucum, viſcoſum, & concretum ad vaſis latera tenuem deponere. Argumentum eſt multas ſcorias iis immorari, quæ dum ſanguini miſcentur, eum impurum reddunt.

II. Impuritas tartarea confirmatur ab αὐτοψίᾳ. 1. Effuſa ſuprà menſam, manè albam cretaceam materiam viſui exhibent. 2. Per noctem adſervata nonnunquam manè colore mutato, rufeſcunt. 3. Crebrò & facilè fiunt pendula, & ſibi continuis, olei inſtar, ſtillant guttis. Inde fores aperire cenſentur calculo renum, veſicæ, articulorum doloribus, hypochondriorum, pancreatis, lienis, meſenterii, jecoris obſtructionibus.

III. Clementior ſententia. Mitiùs ſentire veritatis jubet obſervantia. Quæ Jena mater promit vina, non pari excellunt bonitate, ſed variant, natalis ſoli, ſitus, educationis, adſervationis ratione.

Bonæ curationis vina à criminibus his tuta ſunt & libera. Pellucida ſunt, tranſparentia, edentula ſunt, ſuaviſſimi ſaporis, gratiſſimi odoris.

℞. ad argumentum 1. PRIMUM argumentum conceditur totum. Inde verò non ſequitur, feces illas communicari chylo, ita, ut ſanguinis maſſæ miſceantur. Scoriæ hæ remanent in inteſtinis, & cum fecibus aliis craſſioribus per alvinam excernuntur regionem.

2. 2. Ob terreſtreitatem ad motum in regiones publicas ſuperiores & inferiores ſunt ineptæ, pecus ignavũ & tardi motus.

II. In plenâ luce omnia hæc ſunt; ſed neceſſitas conſequentis videtur nulla. Quantumvis hæc ita ſe habeant, nullæ inde noxæ, nec in meſenterio, nec pancreate, epate, vel liene, nec renibus aut veſicâ. Nulli in hâc urbe calculoſi, nulli arthritici, niſi qui vinis Francicis vel Rhenanis palato magnâ curâ litant, & majori cum obſtinatione.

CAPUT LXXXI.

Errores ætatis eorum, quibus exhibetur vinum, ratione.

Incu-

INcuſant nonnulli conſuetudinem eorum, qui pueris exhibent vinum tempore prandii vel cœnæ. Parentes deliciantur nonnunquam in indulgentiis, minus curioſi, quid ſerus veſper vehere ſoleat. Gallis piaculum eſt, vinum porrigere ſuis, aquâ coctâ contenti. Differt natura à naturâ: non una eademque fert omnis tellus. Cenſentur peccare faciles parentes in hâc liberalitate, & dubiis eventibus ſalutem liberorum exponere. *Puerù vinum nocivum.*

CAPUT LXXXII.

In tempore adſumendi vini commiſſus error, morborum origo.

N*Onnulli* hauſtû vini manè libato putant ſe adverſus omnia aëris incommoda θωρήσσεσθαι. *Hauſtus vini matutinus.*

In more habent magnates, imò Principes nonnulli, cum ante ortum ſolis venatû eunt, fruſto panis comeſto, ceu ſolido jacto fundamento, ſuperingerere vina maris expertia, vel τὰ θαλασσομιγῆ generoſiora. προπόματα talia etiam factitia ex mellis deſpumati partibus vj, & vini unâ veteribus erant in uſu, ante cibum. Noſtro ſeculo vinum abſinthites, Hippocraticum aromatiſatum, vin bruslè commendatur. Manè poſt ſorbile ovum offa in vino aromatico, quale Hippocraticum, vel malvaticum aut Simeonis, ſumtum ventriculo prodeſt, appetitumque & coctionem adjuvare creditur. *Principum quorundam ſolennitas.*

Militat pro ipſis Hippocraticus aphoriſmus: *corpora cum quis purgare vult, ὑγρὰ σώματα δεῖ ποιέειν, fluida reddere oportet.* Id non ſolùm ante ſolemnes alvi purgationes, ſed etiam quotidianas evacuationes excrementorum particularium faciendum ſuadet ratio. Salutarem ex alvi mollitione effectum promittit *Largus compos. medicarum cap. 54.* Eundem potum humectare ſalivam mucum, pituitamq; ex thorace elevare confirmat experientia. *Facit pro hâc ſententia Hippocrates.*

Alii liberaliùs manè horâ quartâ vel quintâ ſe reficiunt hauſtu aquæ vitæ, poſt cereviſiâ, demum vino; ſicque imitantur eos, qui ἀκροθώρακες olim appellabantur, & leviter inebriati, *Aliorum prava conſuetudo.*

ebriati, inter ſobrios & temulentos referri ſolebant. Mentionem horum facit *Philoſophus ſect. 3 problem. 2.*

Επίχαρις. Sed niſi modus obſervetur, multa inde incommoda nata ſanitatis interrumpunt tenorem, imprimis iis, qui calidioribus viſceribus prædíti ſunt.

CAPUT LXXXIII.

Vinum nive refrigeratum noxium, niſi juſta obſervetur proportio.

Frigida litem intentant ventriculo. NIvis & glaciei noxæ ab *Hippocrate 5. aphor. 24.* enumeratæ, ut pectori, ita etiam ventriculo bellum indicunt, præcipuè, ſi gradus frigoris in refrigerato certet cum refrigerante.

Nive & glacie refrigerata vina, permiſtis vel exteriùs vaſis appoſitis, ſenſum ſaporis adeò obtundunt, ut guſtûs judicium auferatur.

Aliæ morboſæ diſpoſitiones, lingua emortua, deglutitio vitiata adnotatæ *à Bartholino libro de nivis uſu cap. 35.*

CAPUT LXXXIV.

Conditura vinorum veteres & nova ſunt nota.

Utilitates. UTilitates earum variæ. 1. Faciunt ad ſuavitatem ſeu leniendam aſperitatem; 2. augendam parvitatem & vetuſtatem exaggerandam; 3. à corruptione præſervationem.

Modi. MODI veterum gypſo, marmore, lapidibus, pice, ſale aut marinâ aquâ (Inde vina τεθαλασσωμένα vocant nonnulli) ſcopos hos adſequendi, ferè in deſuetudinem abiêre.

Sulphurata vina. RECENTIORES tædis ſulphuratis accenſis cados perfumant, ſpiritum vini picemq; adjiciunt, & alumine vina exaltant.

🜍ta vina diris devovet *Crato*, ceu ſanitati noxia. *Qui bibit ingrato fœdatum 🜍re Bacchum, præparat ad diri ſe Phlegetontis aquam.* Sed de abuſu hoc ſolùm verum.

Vina ſpirituoſa. SPIRITU VINI medicatum & in picatis vaſis adſervatum vinum multi calumniantur. Sed primum nullam noxam excitat niſi copiâ: alterum vires à conditurâ exſpectat.

ALUMINIS

ALUMINIS CONDITURA non ad delicias & ſaporis gratiam, ſed ad conſervationem excogitata *à nonnullis* noxia proclamatur ſanitati. Sed nihil minus, ſi modus ſervetur in rebus. Aquis ſponte naſcentibus, alumine temperatis, in ægris corporibus ſine ullo ventriculi utimur detrimento, imò etiam roboris incremento. Ita vino, ad naturæ imitationem modico alumine circumſpectè temperato, uti poſſumus ad caloris reſocillationem, & laxitatis emendationem, ſine ullâ ſanitatis jacturâ. Sed in his regionibus ignotus ejus uſus. *Aluminata vina.*

Hippocraticum vinum, & claretum τοῦ μετρίου μᾶλλον πινόμενον, caput replet, &, ſanguinem mirificè accendens, ad calidos morbos diſponit. *Hippocraticum vinum.*

CUM AROMATIBUS & radicibus quibusdam, *ut caryophyllis, elenio, zedoariâ*, cocta vina, qualia Jenæ magni æſtimantur, modice ſumta ſanitatem in juſto moderantur tramite, at ſi modum excedant, viſcerum naturalem calorem diſſipant. *Aromatica vina.*

CAPUT LXXXV.

Aliæ vini qualitates ſanitati noxiæ.

VINA FLUCTUANTIA, PENDULA, Schwere Weine/ olei inſtar quæ amant fundi, cum ob impuri fecalis tartari ebullitionem lentorem contrahant, ſanitati quàm maximè obſunt. Hoc malum veritæ mulierculæ ſua vina ſolent doliare & transvaſare, virgis cædere, vel laminâ ferreâ latâ perforatâ, aut ſacco pyramidali, inverſæ metæ ſimili, circà menſem Martium cribrare. Inde talia vina colata, ſaccata, ſaccis caſtrata, quia franguntur eorum vires, malè moralia, οἶνοι ἠθικοὶ, δὶηθικοὶ. σακκιζόμενοι appellantur. Mentionem horum facit *Reineſius var. lect. lib. 3. cap. 6.* *Pendula vina.*

CAPUT LXXXVI.

Modus utendi vini diverſus, ratione miſtionis aquæ, noxæ inferendæ aptus.

Vina aquæ miſcentur.

VInum aquæ miſcuit antiquitas, non mediocri varietate, ratione naturæ vini, bibentium, & temporis anni. Id explanavit *Mercurialis var. lect. lib. 1. cap. 8.*

SINGULARIS miſturæ vini, ſi nimis generoſum fuerit, cum aquæ æquali proportione mentionem facit *Höferus l. 8. miſc.*

Communes temperaturæ moderatæ innoxiæ, aliæ contrario modo habent.

VINI communes temperaturæ & cum aquâ conſonantiæ, ſi ritè obſerventur, benè habet: ſin minus, naturæ vis inferri, & morboſæ diſpoſitioni janua aperiri poteſt. Si *πέντε πίνειν* tribus aquæ & duabus vini partibus uti placeat homini, cujus ventriculus non eſt ferundo, periclitabitur.

Si *τρία πίνειν*, uni vini parti duas aquæ immiſcere & bibere placuerit, illi, cujus ventriculus meraco ob imbecillitatem indigebat, viam ſibi parabit ad ægritudinem.

Cui *τέτταρα*, ex tribus aquæ partibus & unâ vini ſimul miſtis bibere placet illi cui non convenit, nec ille ſanitatis beneficia ſibi promittere poteſt.

Mos quorundam.

Quidam, ne inebrientur, in conviviis clam jubent duabus partibus aquæ unam vini admiſcere. Sed docuit *autor problematum ſect. 3. probl. 3.* *ὅτι μᾶλλον κραιπαλῶσιν οἱ ἀκρατέστερον πίνοντες, ἢ ὅλως ἄκρατον.* *Magis crapulam ſentiunt, qui dilutiuſculum bibunt, quàm qui merum ex toto.* Damnoſæ alicujus ægritudinis periculum incurrunt, qui admonitioni huic fidem habere nolunt.

Natura bibentium ſi negligatur, mala timenda.

AD NATURAM bibentium niſi varietur quantitas vini & aquæ, noxa timenda. Senes *ἀκρατέστερον οἶνον impermiſtum meracum vinum* bibant. Si ſcrupuloſi fuerint & miſtum biberint hoc lac ſuum, male rebus conſulent ſuis.

Temporum ſilipendium periculoſum.

TEMPORUM niſi habeatur reſpectus, & æſtate meracius bibatur vinum, periclitabitur chylificatio, & ſanitatis imminet naufragium. Hyeme *ὀλιγοφόρον* & aquoſius ſufficit.

CAPUT LXXXVII.

Miſtura vini & cereviſiæ injuſto titulo inter cauſas morborum refertur.

Septen-

SEptentrio licet nullâ vini culturâ excellat, ſelectiſſimo tamen abundat vino Hiſpanico, Cretico, Gallico, & Rhenano. Ultimum maris expers magno eſt in pretio. *Vina peregrina.*

Incolæ cuticulam curaturi miſcent rhenanum ad arbitratum cum cereviſiâ. Intritum parant cum pane frumentaceo vel triticeo veteri. Fruſta pomi citri vel limonum inciſa injiciunt, & ſic nomen mutantes citronade, vel limonade appellant. Edulcant ſaccharo canarienſi ad gratum ſaporem, ſummiſque habent in deliciis circà quartam vel quintam pomeridianam. Nonnullis etiam moribundis ceu ultimum, in animæ ſolatium, & lethæum dolorum porrigitur lenimentum. Viſi ſunt, qui cum jam anima ad emigrandum ſtaret in procinctu, & viva mortis imago jam appareret in linguâ, calido deſiderio hanc ſuſpirarent ambroſiam. *Miſtura cum cereviſiâ*

Dica ſcribitur huic refectioni à multis curioſis, ceu noxiæ conſuetudini. *improbatur.*

Sed innocentia uſûs dudum eam adſeruit in libertatem. *Eximeunt.*

CAPUT LXXXVIII.

Muſtum quomodo in ſanitatis & morborum viâ ſe gerat.

MUſtum, quaſi miſtum, γλεῦκος Græcis, eſt uvarum ſuccus & ſanguis. ὁ μὲν ἐκρυεὶς αὐτομάτως πρὶν ἀποθλίβεσθαι, πρόδρομος, πρότροπος οἶνος, ὀνόματι οἶνος, ἔργῳ δ' οὐκ ἔτι, *ſponte à torculari, antequam calcantur pedibus vel exprimuntur, effluens nomine vinum, non opere,* inter dulcia potiùs reponendum quàm vina, muſtum lixivum à lixivii per colum & cinerem deſtillantis ſimilitudine *à Columellâ*: Virgineum, quod neque pede, nec prelo tactum: *acinaticium* ab acinis, dictum, multis encomiis & ſpecioſo parandi modo *à Caſſiodoro lib. 12. variarum* illuſtratum, quod ſit merum, colore regium, ſapore præcipuum, ut blattam putes aut ipſius fontibus tingi, aut liquores ejus à purpurâ credantur expreſſi. Dulcedo illius ineffabili ſuavitate ſentitur, ſtypſis neſcio quâ firmitate robo- *Muſtum primarium.*

 ratur,

ratur, tactus ejus denſitate pingueſcit: ut dicas eſſe vel carneum liquorem, vel edibilem potionem.

Secundarium. PRELO quod exprimitur, tertivum, & tertium, quod ſecuri inciſione factâ & circumciſione effluit & extorquetur, ſecundarium muſtum dicitur.

Hippocratis ſententia. De eo *Hippocrates lib. 2.* ad ſententias Gnidias: ὁ μὲν γλυκὺς ἧσσον ἐστὶ καὶ καρηβαρικώτερος τοῦ οἰνώδεος, καὶ ἧσσον φρενῶν ἁπτόμενος. *Dulce vinum minus caput gravat vinoſo, & minus mentem turbat.*

Ariſtotelis. Idem confirmare videtur *Philoſophus ſect. 3. probl. 12.* cum innuit τὸν οἶνον καὶ γλυκὺν καὶ ἄκρατον νήφειν ποιεῖν, *vinum dulce ac merum ſobrietatem conſervare.*

Noxa muſti recenſentur. At minus quantumvis inebriet, flatu tamen ventriculum inteſtina diſtendit, fermentatione quâdã excitat flatus, colicos dolores generat, niſi per alvum ſecedat. Contingit etiam nonnunquam, ut diarrhoeas contumaces, imò dyſenterias excitet.

Muſtum mutum. MUSTUM SUPPRESSUM, mutum, ſuffocatum, cujus parandi modum tradit *Columella lib. 12. cap. 29.* & *Plutarchus quæſt. natur. 27.* quod tale uſque ad feſtum nativitatis, & ultra, uſque in annum, nonnullorum curioſitate, adſervatur, dum arctè clauſo vaſe fermentatio impeditur, guſtui gratum ἀειγλευκὲς, *ſemper dulce, ſemper muſtum*, ſi crebrò uſurpetur, ſanitati obeſt.

CAPUT LXXXIX.

Spiritus vini cauſa morborum.

οἰνέλαιον. ARdens ſpiritus, ſive ex vino ejusque fecibus, ſive ex cerealibus frugibus, ex quibus panes fiunt, ſive baccis & fructibus, ut ceraſis, baccisve juniperi paretur, ſi decente doſi in uſum trahatur, magnorum beneficiorum, *chimiâ in artis form. redactâ*, enumeratorum autor eſt.

νοσογονικόν. At ſi prodigaliori manu avidè hauriatur, intemperiem viſcerum mirificè auget, & nativum calorem exſtinguit, quantumvis rarefacto ſanguine, gratâ hâc ἀραιώσει pulſum cordis promovere videatur. Obſervatum ebrioſâ dementatione dormienti, cum candela naribus admovetur, halitum exſpiratum, ſulphurea

ſulphureâ flammâ micantem apparuiſſe. Ruſticus quartanâ annuâ confectus, *ὁμοιοπατρίας* laudibus permotus, inebriavit ſe ſpiritu frumenti ſtillatitio, ante paroxyſmum largiſſimè hauſto. Supervenit convulſio, & inſperata à viventium cœtu emigratio.

CAPUT XC.

Illi, qui vagam & licentioſam vivendi rationem ex numero cauſarum morbificarum expunʒunt, in ſcenam producuntur.

QUi omne victûs regimen rejiciunt, ſalubrius judicant, ductu impulſuque propriæ naturæ ferri, quàm ſaluberrimis medicorum conſiliis, præſcriptisque diætæ regulis uti, medicisque legibus adſtrictam diætam potiùs inter cauſas morborum, quàm ab iisdem liberam referunt.

AUTORITATES non deſunt. *Hippocrates 2. aphor. 38.* paulò deteriorem cibum, *ἥδιον*, *naturæ acceptum* tamen, *μᾶλλον αἱρετέον anteponendum* eſſe docet meliori. Rationem reddit *idem lib. de vict. rat. in acutis comment. 4. p. 57. εὐκαταμάθητόν γε,* inquit, *ἐστὶν, ὅτι φαύλη δίαιτα βρώσιος καὶ πόσιος, αὐτὴ ἑαυτῇ ἐμφερὴς αἰεὶ ἀσφαλεστέρη ἐστὶ τὸ ἐπίπαν ἐς ὑγείην, ἢ εἴ τις ἐξαπίνης μέγα μεταβάλλοι ἐς ἄλλο κρεῖττον. Vitioſa victus ratio tum in potu tum in cibo ſui ſemper ſimilis, quod ad ſanitatem omninò ſit tutior, quàm ſi quis ſubitò ad aliam meliorem magnam mutationem faciat, cognitu ſanè eſt facile.*

Et *pag. 59. δυσφόρως δὲ φέρουσι τὰ βρώματα, ἃ μὴ εἰθισμένοι εἰσὶν, εἰ καὶ καλὰ ἦ. ὡσαύτως δὴ καὶ ποτά. Moleſtè autem ferunt cibos, quibus minimè ſunt aſſueti, quamvis boni ſint, ſimiliter & potus.* 2.

Indè etiam præcipit *idem lib. de affect. ſect. 5. pag. 87. ὁκόσων ἐπιθυμέουσιν οἱ κάμνοντες ἢ σιτίων, ἢ ὄψων ἢ ποτῶν, ὑπαρχέτω ταῦτα. Quoscunque cibos, aut obſonia, aut potus, ægrotantes expetunt, ea ſuppetant.* 3.

Tanti fecit *idem* hanc naturalem inclinationem & propenſionem in cibos quoscunque, ut etiam AGRIS nonnunquam indulgendum cenſeat. Inde *6. epidem. com. 4. t. 7. αἱ τοῖσι* 4.

Autoritatibus ut[illegible] ur Hippocratis.

κάμνουσι χάριτος, *ægrotis gratiâ*. Et *1. epidem. ſect. 6.* dolorem capitis ſedare jubet, novâ ſequenti die inſtitutâ compotatione.

Celſus conſentire videtur.

Cornelius Celſus, libro 1. cap. 1. Sanus homo, qui benè valet, ac ſuæ ſpontis eſt, non his ſe obligare legibus debet. Et indignum medico, tortoris vicem exhibere, quod de Aſclepiade ſcribit *Celſus lib. 3. cap. 4.*

Galenus adnuit.

ἱκανὴ, *inquit Galenus 1. de ſanitate tuendâ*, ἡ φύσις ἐν ἅπασι τοῖς ζώοις, ὁρμὰς οἰκείας ἐνθεῖναι, πρὸς ὑγιείαν τε καὶ σωτηρίαν, *ſua cuique animanti natura ſatis eſt ad proprias convenientesque excitandas appetitiones, quibus ſanitatem ſalutemque tueatur.*

Cato.

Conſentit *Cato apud Tullium lib. de ſenectute*, naturam, *inquiens*, optimum ducem, ceu Deum ſequimur, eique paremus, Illi repugnare nihil eſt aliud, quàm pugnare gigantum more cum Diis.

Vulgi judicium.

Vulgaris conſenſus atteſtatur: MEDICE VIVERE eſſe PESSIME VIVERE & MISERRIME.

Exempla.

Magni nominis vir, diætæ ſtudio celebris, octo horas tribuebat ſtudiis, octo ſomno, octo precibus. Quas horas cibis deſtinârit, non additur. *Alius* ſibi placebat ſuſtentare vitam ſuam ſolâ panatellâ, ſemel meridiè ſumtâ, modicoque potu aquæ. *Alii* abſtemii vitæ prodigos ſe cenſent, ſi votum violent. *Alii* Naumburgenſi cereviſiæ ſe conſecrant, tantâ cum devotione, ut de ſanitate actum putent, ſi ab hâc oculis animi præfixâ lege vel latum recedant unguem. Bibunt nonnunquam devirginatam ab aquâ limpidorum fontium, nonnunquam ſenio debilitatam. Nil curant, etiamſi vappeſcat, modò ſciant eſſe Naumburgi natam.

Rationibus idem efficitur. &c.

RATIONES pro nullo diætæ regimine non deſunt, & quidem ſatis prægnantes.

I. Non eſt veriſimile, naturam ſic humano generi illudere, ut ubi plurimum oblectationis & gratiæ ponit in cibis & potibus, ibi plurimum addat diſcriminis. Non eſt piæ matris, ſed novercæ impiæ, melle virus abſcondere. Edat, bibat ergò quiſque, quod palato arridet. Quod guſtum voluptate afficit, id alimentum conveniente, & ſuadente naturâ maximè proſequendum & amplectendum. Quod iis, qui cibo & potu frequentiore, inordinatè utuntur, [illegible] ad neceſſitatem, ſed volupta-

voluptatem, crebriùs ac profuſiùs alvus deſcendat, certum eſt. E contrà qui temperanter & parciore eſculentorum & potulentorum uſui addicti vivunt, alvi libertati bellum indicunt. Ut illa laudabilis, ita hæc fores aperit ægritudinibus.

II. Dantur medicamenta, quæ hominem ſervare poſſunt firmæ valetudinis, etiamſi nullæ ſtrictæ diætæ obſerventur leges. *II.*

CAPUT XCI.

Argumenta, tùm ab autoritate, tùm ratione petita, refelluntur.

HIppocratis ex verbis id colligi nequit. Comparativè loquitur. Pravos appellat cibos, non tantum qui pravos ſuccos gignunt, ſed & reſpectu ægrorum, & convaleſcentium, quos illi averſantur, & non niſi cum nauſeâ ſumunt ac faſtidio, licet *εὔχυμοι* per ſe *boni ſint ſucci* & ſalutares. Hos tantùm vitare jubet, nec tamen illis adhærere præcipit. Cautio *libro de affectionibus* addita: *ἢν μὴ μέλλῃ τῷ σώματι βλάβος ἔσεσθαι*, *ſi non inde corpori ſit metuendum nocumentum*, oſtendit licentiam illam non eſſe omni lege ſolutam. Dum ad medelam doloris capitis à crapulâ commendat continuationem compotationis, non patrocinatur *ἀσωτίῃ*, quæ oleum camino addit, ſed mediocritatem, quæ exceſſum cruditatum temperat. *III.* *1.* *ad autoritatem Hippocratis,*

Ex *Celſo* non evincitur, nullas diætæ regulas obſervandas. Qui Celſi linguam admiratur, pectus non item, errare ſolet. *2.* *Celſi.*

Galenus in ſuâ ſententiâ longè majus arcanum inculcat, non verò vagum appetitum commendat, & ab eo indemnitatem promittit. *3.* *Galeni.*

Cato naturæ ductum benè operantis, & ſanæ rationis ſe legibus ſubjicientis, adprobat. *4.* *Catonis.*

Vulgi judicium diſtinctione reſolvi poteſt. Si per medicè vivere intelligitur, temperatè vivere, planè illud eſt rejiciendum. Si verò pro nimis curioſâ & planè ſuperſtitioſâ ad *5.*

 pondus,

pondus, numerum, menſuram vivendi ratione accipiatur, conſentimus.

Rationibus allatis obviam itur. *1.* AD RATIONES reſpondetur. 1. Natura hominis, quâ homo eſt, optima vitæ dux, rectrix, fertur in bonum unicè, eique morem gerere decet in omnibus, ſi ſibi relinquatur. At cum hoc non ſemper fiat, ſed â concupiſcibili facultate, quâ in ciborum delectu & victus ratione utimur, ſeducatur, illa etiam ſæpe aberrat, adeoque regulis coerceri meretur. Natura noſtra eſt CURRUS ad equos junctus: AURIGA mens benè conſtituta: EQUORUM unus refractarius, ſenſuum appetitus: ſequax alter ratio dicto obediens. Sæpe ratio labaſcit, ſenſuum lenociniis in diverſum acta malè ſibi conſulit. Qui valetudinem & bonam coctionem ventriculi in votis habet, id in ſumendis cibis potionibusq; ſpectare debet, quod in ſumendo pharmaco. In hoc non quantitas, aut jucundus ſapor ſolùm ſpectatur, ſed ut corpus ſublevetur. Sic etiam in ciborum delectu non eorum delectus ſapore & odore, adſpectuve ſtatuendus, quique his ſe commendat, ſtatim eligendus, ſed qui naturæ
2. maximè convenit. *Deinde* ſententia citatorum autorum vera eſt de naturâ temperatiſſimâ. Hæc tantum & tale ſolùm appetit, quantum concoquere poteſt & quale, nec præceptore eget, quantitatem & modum adſumendorum metiente, ut ipſe ſe explicat *in arte medicinali*. Sed cum hæc natura, ut *ipſe Galenus* addit, temperatiſſima nunquam fuerit, vel momento certè conſtiterit, fit, ut nec tale tantumve appetamus, quale & quantum concoquere rectè valemus, ſed nullâ noſtræ valetudinis habitâ ratione, eximiè ventrem diſtendimus novis obſoniis, bellariis, emortuam famem, edendique deſiderium ſuſcitamus, & ſitim (*τῆς δὲ δίψης οὐδὲν ἐστὶν πολυποθητότερον, ſitis in nobis varia inducit liquorum deſideria*) noſtro nosmet jugulantes gladio. Natura convenientes excitat appetitiones, at eas nos depravato
3. judicio pervertimus, & in totum mutamus. *Tertiò.* Diſcrimen & periculum oritur à malo uſu. Exceſſus ſi adſit, & guſtui nimis indulgeatur, incomoda plurima ſolùm eveniunt, ex felle, fit
4. mel, & chylificatio multis modis turbatur. 4. Alvus quidem ſic eluitur, & aperta ſervatur, ſed alia junguntur mala.

II. Medi-

II. Medicamenta in uſum humanæ neceſſitatis, ut præſentes morbos tollant, & futuros præcaveant, à Deo ordinata ſunt, non ut tutelæ ſint lurconibus. *Deinde*, negatur medicamenta ſine diætæ regulis præſtare quicquam poſſe. II.

CAPUT XCII.

Medicamenta cauſæ morborum.

AD τὰ προσφερόμενα hæc ſpectant, & potente brachiô ſæpiſſimè morboſas mutationes induunt.

MEDICAMENTORUM purgantium intempeſtivus & modum excedens uſus ſanitati obeſt, & gravia parit ſymptomata, nonnunquam leviora. *Medicamenta purgantia.*

Οἱ ὑγιεινῶς ἔχοντες τὸ σώματος, *verba ſunt Hippocratis comm. 2. t. 36.* ἐν τῇσι φαρμακείῃσι καθαιρόμενοι, ἐκλύονται ταχέως καὶ οἱ πονηρῇ τροφῇ χρώμενοι. *Qui ſanitate corporis fruuntur, medicamenta adſumentes, ſtatim exſolvuntur, & qui pravo utuntur cibo.* 1.

Confirmare videtur eandem ſententiam *aphoriſmo 37. lib. 1.* οἱ δὲ τὰ σώματα ἔχοντες, φαρμακεύεσθαι ἐργώδεες. *Qui benè valent corpore, difficulter ferunt medicationes.* 2.

Variæ locum habent explicationes, eò tamen tendunt, perfectè ſanos, in quibus nulla pravorum humorum abundantia, & convaleſcentes offendi à validioribus purgantibus. *Explicatio.*

Lenientium, & imprimis aloes & pilularum aloeticarum Francofurtenſium, uſus crebrior, noſtro ſeculo multis familiaris, omnibus notus, viſceribus nocere, & inter cauſas morborum referri poſſe, *à nonnullis* æſtimatur. *Lenientium ut aloes uſus an noxius?*

Cardanus de tuendâ ſanitate libro 1. cap. 45. cenſet peſſimè dixiſſe *Galenum*, aloen eſſe ſtomacho amiciſſimam, atque eo errore infinitos homines, ſperantes, auxilio hoc ad ſenectutem ſe perventuros, hoc ipſo conſilio ante maturam ætatem interfeciſſe. Eſſe enim amariſſimam, abominandam, ingratam ventriculo & vitæ noxiam. *Affirmat Cardanus,*

Scaliger exerc. 160. ſect. 3. qui negant, *ſcribit*, aloe epar offendi, experientiæ ſcuticâ dignos eſſe. Hoc per annos am- *Scaliger.*

 pliùs

pliùs XXXX. experti ſumus. Nolo commemorare, quot non ſolùm ab empiricis & pharmacariis, ſed etiam Galenicis in pericula & morbos aloes uſu conjectos exeminus è pernicie manifeſtâ.

Ora vaſorum aperiendi noxia. Vim *ἀναστομωτικὴν, ora vaſorum aperiendi in* eâ agnoſcunt Arabes, nonnulli *ſpecialem* in hæmorrhoidibus, nonnulli generalem in aliis etiam partibus. *Fernelius* prohibet uſum ejus in prægnantibus. *Joh. Calvinus* partim ex vocis contentione, partim, quod ſerò nimis animadverſum, ex immodico aloes uſu, primùm in hæmorrhoidas, easque tandem ulceroſas, deinde idem quinq; ante mortem annis, in ſanguinis exſcreationem incidit, poſt quartanâ exſtinctus.

Eringanis. Sed, quantumvis immodicus uſus nocere queat, rarus tamen, qualis obſervari ſolet, & intervallatus, ut ſingulis ſeptimanis ſi bis vel ter pilulæ aloeticæ, alvi leniendæ causâ, ſumantur, tutus eſt, & inde nulla noxa timenda.

CAPUT XCIII.

Venena νοσοποιητικά.

Ab extrà communicata. DE VENENIS fortuitâ vel prædeſtinatâ hoſtili propînatis manu, liquida res eſt, ea non ſolùm morbos inducere, verùm etiam fatali vitæ inſidiari filo.

Una ſanitas, infiniti morbi: mors ubique ſalus nullibi. In ipſis dapibus, carnifices epulæ, malefidaque præbentur pocula: congeruntur in unum frugum omnium infauſta mala, quæcunque intempeſtivâ liberalitate generat invius ſaxis Erix. Generat natura venena, ſed mortem eo ipſo homini per ſuas opes haud intentat, nec ſuavitati vitæ quicquam demit. HOMO HOMINI LUPUS. Homo venenis abutitur, & in proximi adhibet noxam. Cum ora contingere non datur, vaſis & poculis, chirothecis, imò & pavimentis illinunt, flumina inficiunt, & ſecreta defœdant loca. Et hæc malignitas etiam ponitur in laude.

Venena diu latere poſſunt in corpore humano, antequam in actum deducantur.

Quod

Quod in animantibus ſub caloris vitalis regimine διαφθορά τις ἐν τοῖς ζώοις δύναται γενέσθαι τηλικαύτη τὸ μέγεθος, ὥστε ἰῷ θηρίων παραπλησίαν ἔχειν ποιότητά τε καὶ δύναμιν, *corruptio aliqua naſci poſſit, adeò vehemens, ut veneni tum qualitatem tum vires æquet*, conſentire videtur *Galenus 6. de locis aff. cap. 5.*

Interiùs genita.

CAPUT XCIV.

De quintâ re non naturali, quæ complectitur excreta & retenta, nullo non tempore neceſſaria.

Τὰ ἐκκρινόμενα καὶ ἐπιχόμενα, *excreta & retenta* quintam conſtituunt claſſem rerum non naturalium, quas vitare in noſtrâ non eſt poteſtate.

Cauſa morborum excreta.

Corpus, cui ſecundam valetudinem conciliare volumus, δεῖ οὕτως ἔχειν, *inquit Philoſophus 37. probl. 4.* ὥστε λαμβάνον ταχέως ἐκκρίνειν τὴν περίττωσιν. καὶ εἶναι ἐν κινήσει ἀεὶ καὶ μηδέποτε ἠρεμεῖν. τὸ μὲν γὰρ μένον σήπεται, ὥσπερ καὶ ὕδωρ τὸ μὴ κινούμενον: σηπόμενον δὲ νόσον ποιεῖ. τὸ δὲ ἐκκρινόμενον, πρὸ τοῦ διαφθαρῆναι χωρίζεται. *Danda opera, corpuſque eſt ſemper ita regendum, ut ſimul atque excrementum admiſit, illud excernatur: ſitque motui dicatum, non quieti. Quod enim manet, putreſcit modo aquæ immotæ, putreſcens verò morbum committit: at quod excernitur, antequam vitietur, decedit.* Ὑπολείμματα τῆς τροφῆς περιττὰ καὶ περιττώματα τῆς τροφῆς appellantur à *Philoſopho 1. de gener. animal. cap. 18.* ſuntque duplicia: χρηστὸν καὶ ἄχρηστον, *utile & inutile.*

Supreſſio excrementorum ex materia neceſſitate generatorum noxia.

Naturæ legibus conformes ſunt ex coctionibus, primâ, ſecundâ & tertiâ neceſſariò evenientium horum excrementorum evacuationes.

Proveniunt ex neceſſitate materiæ.

Harum quædam nullo non tempore neceſſariæ, aliæ certis tantùm temporibus, & periodis, paria tamen, ſi ſubſiſtant, videntur minari pericula.

Quædam abſolutè neceſſaria, quædam non. Abſolutè neceſſaria.

INTER NULLO NON TEMPORE NECESSARIAS EVACUATIONES primum locum obtinet fecum alvi craſſarum excluſio, ſeu

Alvi ſuppreſſionis noxa in genere.

ALVI DEJECTIO. ἡ κοιλίης νάρκωσις ἡ τῶν ἄλλων ξύγχυσις, *ait Hipp. 6. epidem. ſect. 3. t. 1.* ἡ τῶν ἀγγείων ἀκαθαρσίη, *ventris torpor omnium conturbationem & vaſorum impuritatem affert.*

In ſpecie occaſionem præbet catarrhis.

IN SPECIE CATARRHIS occaſionem præbet. Ita *Hippocrates lib. de locis in homine, mox in principio.* ἡ κοιλίη ὁκόταν ὑποχώρησιν μὴ ποιέῃ τὴν μετρίην, καὶ ἐσίῃ ἐς αὐτὴν, ἄρδει τῇ ὑγρότητι τὸ σῶμα τῇ ἀπὸ τῶν σιτίων τῶν προσφερομένων. αὐτῶν ἡ ὑγρότης ἀπὸ τῆς κοιλίης ἀποφρασσομένη, ἐς τὴν κεφαλὴν ὁδοὶ πόρευσει ἀθρόη. *Niſi enim venter moderatè ſubducatur, & ſi in eum cibus immittatur, ingeſtorum ciborum humiditate irrigat, ipſa verò humiditas à ventre interſepta, magnâ copiâ ad caput viam affectat.*

ἡ κεφαλὴ, *Hippocrates inquit alibi,* τὴν πλησμονὴν ἀντισπῶσα, τήν τε κοιλίην ἐφίστησι καὶ αὐτὴ βαρύνεται, i. e. *caput plenitudinem ad ſe trahens, & alvum ſiſtit, & ipſum gravatur,*

pleuritidi.

PLEURITIDIS proxenetam eſſe alvum aſtrictam apparet ex *Hippocratico libro de aëre, aquis, & locis*, cum docet: οὐ γὰρ οἷόν τε, ὅκου ἂν κοιλίαι ὑγραὶ ἔωσι, τὰς νόσους ταύτας (intelligit laterales morbos, pulmonum inflammationes, febres ardentes,) ἰσχύειν. *Neque enim ejuſmodi morbi, ubi alvi liquidæ ſunt, invaleſcere poſſunt.*

Senili ætati valdè moleſta.

ÆTATIS ratione, ſtipticitas alvi in ſenibus, ὁκόσοισιν, *autore Hippocrate ſect. 2. aphor. 20.* νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ὑγραὶ, *quibus juvenibus alvus erat humecta,* moleſtiſſima, & variis morbis viam parare poteſt.

Lubricitas nimia noxia.

LUBRICITAS ALVI mediocritatis circumſepta limitibus, ut eſt mater omnis felicitatis, ita modum ſi vel mediocriter excedat, in vitio eſt, & coctioni primæ bellum indicit. Cum eâdem conflictabatur Sereniſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Ludovicus, Princeps Anhaltinus Cothenis, adeò, ut rarò coctæ alvi feces apparerent. Commodæ tamen diætæ legibus ſe ſubjiciens ſuperavit annum ſexageſimum.

CAPUT XCV.

Bilis, ſucci pancreatici, & lienoſi aquoſi humoris noxa.

Excre-

EXcrementa ex neceſſitate materiæ generata alia, ut ſuos habent uſus, abuſus, & ultrà tempus ſi detineantur, noxas, ita etiam BILIS, ſecundæ, in corde quæ fit, coctionis excrementum, in jecore ſegregatum, niſi juſto per choledochum excernatur porum tramite, fit icterus, τῆς χολῆς, *ut loquitur Ruffus Epheſius l. 2.* ὀνομασιῶν *c. 6.* ἀναχεομένης εἰς τὸν ὄγκον· διὸ λευκὰ καὶ ἀργιλώδη τὰ διαχωρήματα φέρεται, *bile in habitum corporis effusâ. Inde alba & argilloſa alvi feruntur excrementa.* Si ſanguis bilioſo hoc excremento non purgatus ſulphureâ accenſione micet, febrium ingruit cohors. *Bilis ſi juſtâ proportione non ſecernatur à ſanguine morborum cauſa fit.*

PANCREATICO novo reperto liquore, novæ inventæ morborum cauſæ. *Pancreatici liquoris natura nondum ſatis perſpecta.*

Quamvis nondum inter ſe convenerint autores, an ſit chyloſus, lymphaticus; à ſpirituum animalium condenſatione in nervis genitus & ab his excretus, an bilioſus, cum modò ſapore dulci, modò inſipido, modò acido vel ſubacido, modò amaro, ratione diverſorum digeſtionis temporum, emicet, & an fermentando chylo, an excretricem ad alvi proritationem ſtimulando, an lenitate ſuâ alvi excrementis, nimiâ acrimoniâ æſtuantibus, mitigandis, an pluribus officiis ſimul à naturâ deſtinatus ſit, dubitandum tamen non eſt, eundem, ſi naturali ſe ſubtrahat regimini, & copioſior vel parcior generetur, ejusve evacuatio in inteſtina PERIETUR, morbis quibusdam anſam præbere eum poſſe, tum in vaſis totius corporis, tum in parenchymate, dum inibi vel obſtructiones parit, vel putreſcit. Inde creditum à nonnullis, pancreas febrium intermittentium fomitem eſſe, & ſedem. *Nonnullorum* judicio pancreatici tumores *à Riolano* in Auguſto Thuano obſervati, inde enati. Chylus niſi in inteſtinis eo fermentetur, imminent noxæ. *Nonnulli* icteri originem inde deducunt.

Alii acido pancreatico, & ſalſo bilioſo humori miſtis variorum morborum in ventribus & artubus adſcribunt cauſas. *Aliæ opiniones.* 1.

RETENTIONI liquoris aquoſi excrementicii, qui è liene per nerveum funiculum in renales expurgatur glandulas, in ſtatus naturalis immutatione, *nonnulli* multum tribuunt. 2. *Aquoſi liquoris lienoſi noxa.*

CAPUT XCVI.

Urinæ, ſudoris, muci & ſalivæ, inſenſibilis tranſpirationis inhibitio.

Urinæ inhibita evacuatio.

URINÆ inhibita evacuatio decens à renibus haud attracto ſero, ſudoribus perluit corpus, cachexiæ ſeroſæ, & hydropi aſciti fores aperit. Imò diluvii hujus inhibitio fermè unica hydropis cauſa. Nonnunquam actiones animales languidas reddit, & effoetas. Pectus aggravat fluxionibus. *Lazarus Riverius* infantem undecimeſtrem catarrho, tuſſi, & crebro pituitæ vomitu, è ſero natis, parcâque urinæ mictione laborantem, reſtitutum vidit inunctâ lumborum regione ☿ ♁ *Matthioli, centur. 1. obſerv. 55.*

Sudoris impediti noxa

ΔΙΑΦΟΡΗΣΙΣ impedita laticem ſeroſum, vel inſenſibiliter vel ſenſibiliter difflari ſolitum, dum retinet, hic in univerſum corpus regurgitat, torpidumque, ignavum, & ad motum pigrum reddit. Ab effluviis his retentis crassioribus & tenuioribus ſanguinis maſſa mole aucta turgeſcit, fermentatur, fervorem concipit & febres excitat. Unâ nocte per hanc exſpirationem & *διαπνοῇ* tantum difflari poteſt, ut homo manè tres libras levior pendeat. Si pondere hoc habitus corporis gravetur, idque ſæpius contingat, ilias morborum metuenda ſequetur. Inde etiam *ἐφίδρωσις pauca ſudatio* in acutis febribus anxietates cumulat.

immodicus ſudor vice verſâ eliquat & exhaurit corpus, idem debilitat, & ad *ἀτροφίαν* diſponit.

excrementorum, quæ per nares & palatum evacuantur, ſuppreſſio, magnas in cerebri minutisſimis ductibus dare poteſt turbas. Sanguis in glanduloſâ narium, faucium & palati tunicâ non depuratus, per arterias carotidas delatus ad cerebrum, magnas ſolet dare turbas. *Whartonus in adenographiâ & Charleton in exercit. pathologicis*, oſtendunt liquorem ſalivalem tenuiorem, & mucum tonſillarum craſſiorem, per nervos delata à cerebro, non legitimè excreta, varia mala inducere.

SIER-

sternutatio ptarmico violento excitata, octiduanam excitabat vertiginem.

lympham varias ægritudines excitare poſſe veriſimile eſt, niſi ritè expellatur.

Ἡ ΔΙΑΠΝΟΗ ΑΝΑΙΣΘΗΤΟΣ *inſenſibilis tranſpiratio* ut plenis velis, juſto celebrata tramite, laxatis cutis ſpiraculis, putredines diſcutit, oppilationes viſcerum amolitur, febresque præcavet præſentes, ita impeditâ eâ omnia pejora ſequuntur. Ut in cœnaculo & triclinio fumo oppleto convivæ ſuffocari videntur, niſi reſeratis oſtiis & feneſtris apertis fuliginoſi vapores exhalent in auras, ita etiam ſanguis niſi ſpiracula habeat, omnia in pejus ruunt.

CAPUT XCVII.

Evacuationum, certo tempore vel ex conſuetudine neceſſariarum intermiſſio cauſa eſt præternaturalis diſpoſitionis. 1. Hæmorrhoidum.

In utroque sexu occurrit in hâc claſſe ſanguinis ex vaſis ſedalibus, feminis ex ſpermaticis, & in sequiori menſium, & lactis ex mammis eruptio. *In utroque ſexu.*

hæmorrhoidum fluxus ut à multis præſervat morbis, ita ſi ſiniſtrè ſe habeat, in exceſſu vel defectu, patentes ægritudinibus variis oſtendit portas. *Hæmorrhoides.*

adsuetis omnes ſimul ſi claudantur, morbi graves ſubſequuntur. *Αἱμοῤῥοΐδας ἰηθέντι χρονίας, autore Hippocrate 6. aph. 12, ἢν μὴ μία φυλαχθῇ, κίνδυνος ὕδρωπα ἐπιγενέσθαι, ἢ φθίσιν. A diuturnis ſanato hæmorrhoidibus ſi una non ſervatur, periculum eſt aquam inter cutem, vel tabem advenire.* *Earum ſuppreſſio.*

Αἱ δὲ τυφλαὶ cæcæ, tumentes ſolùm, non fluentes magnorum dolorum autores, ſive extrà appareant, ſive intus lateant. Vir honoratus, alvum quoties deponebat, ingentem ſentiebat dolorem aliquot ſeptimanarum ſpacio. Cæcæ cenſebantur eſſe hæmorrhoides. Emollientibus adhibitis unguentis, *Cæca.*

emplaſtris, cum cinere ficuum, tandem promicuit tuberculum molle, lividum.

Aperto eo cum lanceolâ puris immenſi copia exiliit. Curatio ulceris feliciter ſucceſſit.

CAPUT XCVIII.

Menſtrui lunaris debiti ſuppreſſio morborum cauſa.

Menſtruus fluxus.

MENSTRUI SANGUINIS, ordinarii fœminarum Lunaris tributi mala conſtitutio in exceſſu, vel defectu morborum genitrix. Eleganter *Cous 5. aphor. 57.* καταμηνίων γινομένων πλειόνων, νοῦσοι ξυμβαίνουσι, καὶ μὴ γινομένων, ἀπὸ τῆς ὑστέρης ξυμβαίνουσι νοῦσοι. *Menſtruis abundantibus morbi eveniunt & ſubſiſtentibus accidunt ab utero morbi.*

Suppreſſio.

SUPPRESSIS menſibus INDIVIDUI ratione morbi fiunt, *autore Galeno in comm.* utero eſſentiales, inflammatio, eryſipelas, & ab iis poſt, alii morbi in aliis partibus, ut ſuffocatio, furores, palpitationes cordis, animi deliquia, cachexiæ, adeoque magis hi ab utero dependent, quàm priores.

SPECIEI ratione oritur ſterilitas, τῶν ἐμμηνίων ἐποχῇ *menſtruorum fluxu inhibito.* Raró conceptio ſequitur in iis, quæ non purgantur. Aliquas tamen, quibus genitalis ſulcus nondum menſtruo liquore tinctus, concepiſſe loquitur experientia.

Immoderatum.

Ὁ δὲ ῥοῦς γυναικεῖος *profluvium uteri immoderatum* SPECIEI ratione, conceptioni non ſolùm impedimento eſt, verùm eo ſupervenienre, factâ conceptione, τὸ ἔμβρυον ὑγιαίνειν ἀδύνατον, *fœtum benè valere impoſſibile eſt.*

Individui ratione.

INDIVIDUI ratione fiunt morbi in toto corpore, ob caloris nativi depauperationem. Hi morbi tamen, *autore Galeno in comm.* non dependent ab utero, ceu uteri effectus, ſed à ſolâ ſuperflui vacuatione. Tales ſunt virium imbecillitas, cruditas, cachexia, œdemata in toto corpore & pedibus.

CAPUT

CAPUT XCIX.

Seminis & venerei exercitii ut cauſæ morborum conſideratio. 1. ratione crebritatis.

Τῶν ἀφροδισίων κατὰ μὲν Ἐπίκουρον οὐδεμία χρῆσις ὑγιεινή. *Venereorum nullius uſus eſt ſalubris.* Tradidit hoc *Epicurus*. Credidit liquoris hujus nectarei jacturam vim inferre vigori corporum. *Nullum uſum Venereorum exercitiorum eſſe tradidit Epicurus.*

Cenſuram ſubjungit *Galenus arte medicinali cap. 85.* κατὰ δὲ τὸ ἀληθὲς, ἐκ διαλειμμάτων τηλικούτων, ὡς ὅτι ... μηδ' ἐκλύσεως αἰσθάνεσθαι, καὶ κουφότερον αὐτὸν ἑαυτοῦ δοκεῖν ... καὶ εὐπνούστερον. *Reverâ autem confert, ſi tantum intervallorum uſu adhibeatur, ut neque reſolutio aliqua ſentiatur, & ipſe ſe ipſo homo quodammodo levior factus, ac melius ſpirare videatur.* *Cenſura*

Meritò rata haberi debet ſententia Galeni.

SEMINIS per nuptialis officii licitam conſuetudinem ſolemnis emiſſio, præter ſobolis propagationem, ſanitatis eſt mater & fideliſſima melioris præſentis valetudinis proma conda, conſervatrix, tutatrix.

E contra nimis diuturna retentio morborum productrix. *inſalubris.*

Ἔχει δὲ τὸ δὲ οὕτως. τῇσι γυναιξὶν, ἢν μὲν μίσγωνται, *ſcribit Cous lib.* περὶ γονῆς, *de ſemine,* ἀνδράσι μᾶλλον ὑγιαίνουσιν. ἢν δὲ μὴ, ἧσσον. *Sic ſe res habent mulierum. Siquidem cum viris habeant rem, magis ſanæ: ſin contrà, minus benè habent.* *Fœmina cum viris rem habentes, ſanæ*

Non ſolùm ſi non habeant rem, minus benè habent, ſed etiam ſin in exceſſu peccent. Τὸ μηδὲν ἄγαν, *ne quid nimis* in aphrodiſiis habet locum, Delphici templi monumentis inſcriptum. Suus cuique modus eſt, *autore Tullio,* tamen magis offendit nimium, quàm parum. *Exceſſus noxius.*

Veneris nomen heteroclitum, compoſitum ex duobus VAE & NUS, latino & Germanico. Externâ ſpecie ♀ ſimilis eſt nuci pulchræ, appetitum & ſui deſiderium excitans, interiùs plena carie eſt duorum WE HE, ratione quorum meritò non VENUS, ſed WEHENUS appellari meretur. Parturit *Veneris nomen ominoſum.*

dolores voluptas hæc, quâ nulla capitalior peſtis homini in naturâ data hominibus, animi, & corporis.

Immoderatus uſus doloſus.

IMMODERATUS VENERIS uſus doloſus, gratis illecebris blanditur primò, mordet proximè: inſidioſo ſirenum cantu ſoporat, dehinc atro necat morſu.

Impia ſub dulci melle venena latent. Eſt coitus deſtructio corporis, abbreviatio vitæ, legis transgresſio, interitum minatur, pro voluptatis momentaneo libamine, juventutis recidit florem, ſuavesque vitæ reſcindit annos. Vectigal Veneris parvum eſt languor, mediocre morbus, ſummum nex. Què plus fructificant arbores, eò ſeneſcunt citiùs: cùm olera proferunt ſemina, areſcunt properè. Præterit laſcivus amor, ſera nunquam cordis relinquit penetralia pœnitentia.

Venus & Bacchus συνοίκοι.

VENUS & VINUM easdem inhabitant ædes, easdem inferunt noxas.

Nec Veneris, nec tu Bacchi capiaris amore:
uno namque modo vina, Venusque nocent.

Qui non habet in oculis verſiculum:

compedibus Venerem, vinclis conſtringe Lyæum,

facilè in gravium morborum poteſt incidere caſſes. Vinum bellum indicit nervis: conjunctis id Venus præſtat operis. Vinum cerebrum debilitat: idem tentat Venus. Mentis aciem tenebris obfuſcat Bacchus: ejusdem opprimit acumen Venus. Bacchus oculorum aciem hebetat, lucem obfuſcat, in furorem vertit: Venus occæcat, hebetem viſum reddit, in prælia armat. Biga hæc artubus bellum indicit. Inde veteres Venerem Baccho, copulâ matrimoniali junctam filiam podagram genuiſſe tradunt.

Inſidiatur naturali facultati,

NATURALI facultati inſidiatur Venus, ſpiritus & calorem coctioni inſervientes disſipat, & cruditatibus anſam præbet.

Vitali.

VITALIS roboris decrementum agnovit Clinias Pythagoricus, cùm interrogatus, quando venereis illecebris foret utendum, reſpondit: ὅταν μάλιστα τυγχάνῃς βλαβῆναι βουλόμενος, *tum quando aliquid mali vis pati.* Patitur autem malum, cùm inde vitalis flammula exſtinguitur. Inde *Philoſophus*

libro

libro de longitudine & brevitate vitæ cap. 5. τὰ ὀχευτικὰ καὶ πολύσπερμα γηράσκει ταχύ. τὸ γὰρ σπέρμα περίττωμα, καὶ ἔτι ξηραίνει ἀπιόν· διὸ καὶ οἱ στρουθοὶ οἱ ἄρρενες, βραχυβιώτεροι τῶν θηλειῶν: *Quapropter ſalacia, & multi ſeminis ſeneſcunt citò, ſemen enim excrementum, & amplius exiccat emiſſum. Quapropter & paſſeres maſculi brevioris vitæ fœminis.*

Coitum velociter perducere eum, qui plurimum eo utitur, ad infrigidationem corporis, & caliditatis innatæ reſolutionem, facereque ipſum hæreditare varios morbos ac dolorum ſpecies, *diverſis Avicenna tradit in locis, imprimis lib. 3. fen. 10. tract. 1. cap. 11.* *De nimio exceſſu judicium Avicennæ.*

Indicare id voluerunt Romani, apud quos cum rerum omnium nundinæ prorſus in variis locis haberentur, τὰ πρὸς τὰς ταφὰς, ἐν τῷ τεμένει τῆς Λιβιτίνης involucra illa vilia, *funebresque lacernæ, quibus cadavera apud Libitinæ* ſeu *Veneris templum defodiebantur*, vendi ſolebant, *autore Plutarcho in quæſtionibus Romanis.* Nimirum volebant ſignificare, venerem ipſam mortis eſſe ſummam cauſam; ideoque ibi neceſſaria ad mortuos vendi par eſſe, ubi mortis aſtabat origo, miſereque deperierant, οὐ κακῶς εἰς μίαν δύναμιν θεοῦ τὰ περὶ τὰς γενέσεις καὶ τὰς τελευτὰς ἀνάπτοντες, *non malè uni virtuti numinis, rationem ortûs & interitûs adſcribentes.* *Nimia Veneris indulgentia mortifera.*

Ab aphrodiſiâ voluptate non tantùm corporeæ emanant ægritudines, verùm etiam puriſſimæ animæ graves accedunt affectiones, longè quibuslibet corporis malis deteriores. Ab eâ virtus atteritur, ratio langueſcit, ſopita gloria in infamiam commutatur. *Aphrodiſiæ voluptates nocent animali facultati.*

Luxuries prædulce malum, quæ dedita ſemper
corporis arbitriis hebetat caligine ſenſus.

In ſtatuis Anacharſidis inſcriptum erat: *Linguam, ventrem, mentulam compeſce.* In convivio apud Solonem idem conſopitus decumbebat, ut manu ſiniſtrâ pudenda, os dextrâ comprimere videretur. *Compeſcenda libidinoſa inclinatio.*

EPILEPTICIS infirmitatibus ſuos Venus exponit cultores. Ἡ συνουσία ἐστὶ μικρὰ ἐπιληψία. *Coitus eſt parva epilepſia. Aulus Gellius lib. 19. cap. 2. & Macrobius in fine libri ſecundi Satur-* *Epilepſiæ favet coitus.*

ſaturnaliorum teſtantur eſſe Hippocratis verba. *Galenus* verò *3. epidem. comm. 1. t. 4.* ex Sabino memorat fuiſſe Democriti ſententiam.

Increſcentes morbos prolongat. Veneris immmoderatum uſum reſpicit ſententia *Hippocratis 6. epid. comm. 5. t. 26.* Τὰς ἐπαυξέας νούσους μίξις σκληραίνει. *Increſcentes morbos* (inter quos judicio *Galeni in comm.* epilepſia etiam refertur) *coitus indurat.*

In furias agit Venus. FURIOSIS ſimiles ſunt œſtro venereô perciti. In furias ignemque ruunt Venereo uterino œſtro percitæ nonnunquam fœminæ,

Venus oculis inimica. Immoderata libido oculis ſuffuratur aciem. Cupido cœcus non ſolùm mentis ſed & viſus pervertit tonum. *Sect. 4. problemate 2.* quærit *Philoſophus*; Διὰ τί τῶν πλείοσιν ἀφροδισίοις χρωμένων, ἐπιδηλότατα συνδίδωσι τά ὄμματα, καὶ τὰ ἰσχία. τὰ μὲν ἐγγὺς ὄντα, τὰ δὲ πόρρω; *Cur iis, qui rem veneream immodicè agunt, oculi & clunes manifeſtè ſubſident, partes, quarum altera prope, altera procul à genitalibus abſunt?* Et reſpondet: πότερον ὅτι καὶ ἐν αὐτῇ τῇ συνουσίᾳ ἐπιδηλότατα συμπονεῖ ταῦτα, τῇ ἐργασίᾳ συνιόντα περὶ τὴν πρόεσιν τοῦ σπέρματος. *Utrum, quòd in ipſo etiam coitu partes hæ perſpicuè collaborant, cùm rem ſtudioſius ipſæ perſequantur, & ſe cogant, nitanturque in ſemine emittendo.*

CAPUT C.

Invectiva diluitur.

Non tamen cerebrum minuit. TAntam vim habere immoderatam Venerem, ut calvariam cerebro exhauriat, non eſt veriſimile. Falſo innititur hæc ſententia principio, & vano rumori, in anatome publicâ calvariam cerebro vacuam fuiſſe repertam. Hominem autem illum Veneri fuiſſe deditisſimum.

CAPUT CI.

Modus coeundi diverſus, ſitûs & ſubjecti ratione ad morbos diſponit.

Ut

UT adverſis frontibus & ventribus jacentibus conjugibus quæ fit coitio, ſecura, ita quæ iiſdem ſtantibus fit, periculis herniarum ſubjecta. *Modus coëundi ratione poſitura membrorū.*

SUBJECTI ratione varia morborum enaſcitur ſpecies. *Subjecti ratione.*

Cum phthiſicâ dum rem haberet nobilis juvenis, annuâ & quidem crebriori initione, καὶ οἱ ἐρῶντες φιλήμασιν ἐπισύνηπτον τὰς ψυχάς, αἱ δὲ ψυχαὶ διὰ τῶν σωμάτων ἔφοδον πρὸς ἀλλήλας, καὶ περὶ τὰ χείλη συνήπτον, ἡ δὲ μίξις, αὕτη γλυκεῖα ἐγένετο τῶν ψυχῶν, *& amantes per oſcula jungerent animas, animæ autem feſtinantes per ora, concurrerent circum labia, ſicque dulcis animarum fieret miſtio*, tandem & ipſe debilitatis pulmonibus ab attracto contagioſo halitu, incidit in atrophiā cum extenuatione totius corporis & febre lentâ, funeſto eventu, deplorans quidem ſerâ pœnitentiâ, nocuiſſe ſibi tàm caro vitæ pretio emptam, tàm levem voluptatem, ſed ſimul tamen ſe reficiens memoriâ tam gratæ dulcedinis, quam tanti æſtimabat, ut ſi ſibi poſt ſuprema fata reditus concederetur ad vitales auras, & optio daretur aut abſtinendi ab amatâ, aut ſuccumbendi, elegerit potiùs iterum mori, quam carere. *Cum phthiſicâ.*

Concubitus cum ſcorbuticis periculum infert infectionis. *Cum lue venereâ infectâ.*

Idem minatur eandem venereum commercium habentibūs cum ſiphylidis mancipiis.

CUM VETULA, quam dedecorant hiulca naris, obſtipum caput, retorta cervix, unus cui dens vetuſti ferocis apri inſtar pando prominet ore, pendulumque labrum non ſinit admovere labro, de quâ verum amœnum hoc diſtichon: *Ætatis ratione, cum vetulâ concubitus noxius.*

Hæc mulier non eſt ſine nugis, nec ſine rugis:
rugis & nugis non caret hæc mulier;

aphrodiſiacum celebratum conjugium inter cauſas morborum *à quibusdam* refertur. Sapientum celeberrimus Pythagoras interrogatus, quonam modo vitam tam diu produxiſſet, reſponſum dedit:

Nunquam ſatur è menſâ diſceſſi;
Luna me nunquam vidit:
cum vetulâ nunquam coivi.

Alius, cùm morbo quodam corriperetur, morti proximus exclamavit: *Vetulam non cognovi, cur debeo mori?* Quaſi mortis unica cauſa eſſe poſſet vetulæ conſortium.

Ætiol. Cum edentulâ decrepitâ illâ in ætate deficiant *τὰ καταμήνια menſtrua purgamenta*, ſanguis in iis nec ventilatur, nec purgatur, ſedentariâ præcipuè accedente vita, hâc enim ad putrilaginem nihil eſt efficacius. 2. Turpis anicula, cum Venereo incaleſcit ludo, reſeratis cutis ſpiraculis, ſtygiæ exhalant fuligines, evigilatque fœdus recubans caper ſub alis. 3. Ex ore vetulæ putridus halitus, impuri corporis nequam ſpiritus incubantis ore exceptus, cordi poteſt communicari.

Cum virgine anu minus periculum. CUM VIRGINE ANU aphrodiſia feſta celebrare, nonnulli noxium cenſent. Sed non videntur illibatæ tam ſeverâ cenſurâ dignæ.

Cum menſtruatâ ſqualidâ concumbere damnoſum perhibetur. CUM MENSTRUATA ſi quis carnali ſe copulet ligamine, & impuros ab oculis manantes ſpiritus, ab ore graveolentem imbibat halitum, in venereâ palæſtrâ ingratas membro ſuo affricat ſordes. Nocivum actum ſtatuunt illi, qui ſiniſtrè de ſanguinis hujus integritate ſentiunt.

Senilis libido fores aperit SENILI ÆTATI MELIORIS SEXUS ut luxuria turpis, ita libidinum intemperantia *ἐσχάτη κακὴ τύχη, extremum infortunium eſt*, viam parans nonnunquam ad morbos, nonnunquam ad mortem.

II. ad mortem 1. 2. Senex LX. annorum cum novâ conjuge primâ nocte commercium habens, ipſo in actu primo ſyncopticus exſpiravit. Aſtrologus cœleſtes influentias Johanni Monardo medico præcellentiſſimo, fatalem exitum minari in FOVEA prædixerat. Cum Florentiæ praxin exerceret, conceſſit Ferrariam urbem planam, timens ſibi à pontibus, foveis & foſſis. In extremo ſenio virginem uxorem ducens, primâ nocte quam primùm genialibus ſacris animum applicuit, & novarum rerum cupidum membrum genitali ſulco, exſpiravit.

In foveâ qui te periturum dixit aruſpex,
vates verus erat; CONJUGIS ILLA FUIT.

2. ad morbos. 1. SENILES concupiſcentias actuatas excipit cohors morborum variorum: lumbifragium, lumbitrahium, exſiccatio,

ardor

ardor urinarii meatûs, lorum in aquâ, mucaginoſa æterna de nare pendens ſtiria, medios inter ſtreperos ſermones ſerpens ſcreatus, ſorbilis ſomnus, & odioſiſſima pulmoni phthiſin & toti corpori tabem minitata tuſſis. Septuagenarium coeuntem cum juvenculâ uxore comitabatur ſputatio ſanguinis.

CAPUT CII.

Temporis ratione Venus diſponit ad morboſos inſultus.

QUælibet hora in ſanis Veneri apta. De eâ cum deliberatio inſtituitur, hi ſubrident inanem illam innuentes & non neceſſariam.

Temporis ratione. Quælibet hora in ſanis Veneri apta à nonnullis cenſetur. Quæſtio reſolvitur.

Quærenti Erſiliæ, quænam hora ſalubrior eſſet
ad Venerem, medicus ſic ait Archigenes:
Manè ſalubre magis Veneris decerpere fructus,
judice me fuerit, veſpere dulce magis.
Huic illa arridens, formoſo ait ore: voluptas
mî curæ fuerit veſpere, manè ſalus.

Quum mulier quædam nobilis, hujus rei perita, quæ tres viros habuerat, in cœtu nobiliſſimarum matronarum, interrogaretur, quid ſentiret de celebri controverſiâ medicorum, circa horam concubitûs, utrum à cœnâ convenientius ſit ♀ litare, an verò manè; reſponſum tulit, utroſque in ſuâ curioſitate maximè errare videri, quòd ante & poſt ſomnum exercere ♀ commodum videatur.

Hiſtoria de horâ concubitus.

Quid aliud eſt nova pacti matrimonialis ſocietas, quàm perpetua coitio. Cum lecto ſurgunt novi mariti, poſt tantilli temporis inducias amica renovant certamina, meridianis refecti epulis: Quamprimum molli componunt membra grabato, ſtatim columbinis oſculis juncti amorum ſupplicant Deæ. Vix exſpectant gallicinia, jam hymeneia feſta illis videntur tarda. Nullæ ibi de virium jacturâ querelæ. Sanitas, voluptas, gratiæ ipſorum inhabitans ædes, nullæ triſtitiæ nebulæ cœlum aſperant.

Conſuetudo noviter nuptorum nullam parit noxam.

Sed hæc temporum incuria noxia.

Quia verò nihil adeò ſolidum, quin carieſcat, nihil adeò firmum, quin vacillet, obſervatur ſecuram certorum temporum negligentiam nocere ſanitati, & morboſum congregare apparatum.

A ſomno Veneri indulgere jubet Hippocrates.

A SOMNO VENERI indulgendum conſilium videtur eſſe Hippocratis in nobili hâc parœmiâ. *Labor, cibus, ſomnus, Venus omnia moderata.* Ordinem hunc obſervare jubet *Galenus in comm.* laborem præire cibum, cibum ſomnum, Venerem poſt ſomnum ſequi.

Qui itaque, judicio Hippocratis, tempora hæc ſuſque deque habet, peccare cenſetur & periclitari.

A repletione Venus noxia.

Ἔστιν, ὅστις ἀπὸ πλησμονῆς, *verba ſunt Hippocratis libro de diæta â.* ὁκόταν ἀφροδισιάσῃ, δοκέει κουφότερος εἶναι ἐς τὸ παραυτίκα. ἐξ ὑστέρου δὲ μᾶλλον βαρύνεται. *Quidam ex repletione à ♀ uſu levior ſtatim ſibi eſſe videtur: poſtea verò magis gravatur.*

A cibo Veneri indulgere bonum judicat Aegineta.

A CIBO VENERI indulgendum monet *Aegineta lib. 1. cap. 35.* Poſtquam commoda ex Venere emergentia recenſuerat, quæ erant: CORPORIS πλησμονὴν κενῶσαι, καὶ ἐλαφρὸν παρέχειν τὸ σῶμα, καὶ εἰς αὔξησιν προτρέπεσθαι, καὶ ἀνδρωδέστερον ἀποφῆναι: ANIMÆ: καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν συνεστηκότα τε λογισμὸν διαλύειν, *repletionem vacuare, & corpus leve reddere, ad incrementum promovere & virilius efficere: circà animam verò impeditam ratiocinationem ſolvere, & impotentem iram remittere,* ſubjungit: κάλλιστα μὲν οὖν ἐπὶ γυμνασίοις τε, καὶ λουτροῖς, καὶ μετρίῳ σίτῳ μισγέσθαι. καὶ γὰρ καὶ πρός τι ἰσχὺν συμφέρει, καὶ ψύξεις ἐπειγόμεναι ἧσσον γίγνονται. Καιρὸς δὲ ἐπιτήδειος μίξεως μετὰ τροφήν, ὡς ἔφην, πρὸ τῶν ὕπνων. Καθυπνοῦσι γὰρ εὐθὺς καθίσταται ὁ κόπος. οὗτος δὲ καιρὸς καὶ εἰς παιδοποιίας διά τε τ' ἄλλα καὶ ὅτι ἡ γυνὴ κατακοιμηθεῖσα μᾶλλον κατέχει τὴν γονήν. *Optimum igitur fuerit coitu uti poſt exercitia, & balnea, & moderatum cibum. Nam & ad robur conducit, & perfrigerationes ab eo urgentes minus fiunt. Tempus autem ad coitum oportunum eſt poſt cibum, velut dixi, ante ſomnum. Obdormienti enim ſtatim ſedatur laſſitudo. Et hoc tempus etiam commodum eſt ad liberos gignendos, tum ob alias cauſas, tum quod mulier dormiens genituram magis continet.*

Qui

Qui itaque, *judicio Aeginetæ*, tempus poſt cibum veneris indulgentiæ ab illo deſtinatum non obſervat, ille morborum inſultui fores pandit. *Summaria collectio.*

INTERVALLI ratione obſervandum, quod adnotavit *Galenus in arte medicâ cap. 86.* ἡ τῶν ἀφροδισιῶν χρῆσις ὑγιεινὴ, κτ. τὸ ἀληθὲς, ἐκ διαλειμμάτων τηλικούτων, ὡς ἐπὶ ταῖς χρήσεσι μηδ' ἐκλύσεως αἰσθάνεσθαι ἢ καὶ κουφότερον αὐτὸν ἑαυτοῦ δοκεῖν γεγονέναι, καὶ εὐπνούστερον. *Venereorum uſus revera ſalubris eſt, ſi tantum intervallum in eorum uſu adhibeatur, ut neque reſolutio aliqua ſentiatur: & ipſe ſe ipſo homo quodammodo levior factus, ac melius ſpirare videatur.* *Intervalli ratione Venus noxia.*

Qui in hoc Galeni conſilium impingit, habet quod metuat. *Summaria collectio.*

Venus morborum mater. Amica Bacchi, Neptunum odit. Vino petulans torpeſcit aqua. Inde nonnulli veneris exercitia poſt balnea calida inſtituta enervare corpus ſtatuêre. *Poſt balnea noxia.*

Ejusdem ſeminis in utroque ſexu ſuppreſſio præter conſuetudinem facta aliorum gravium ferax morborum, qui etiam exercitatisſimos in ruborem ſæpe conjiciunt medicos, ἀνορεξίας, animi angorum, priapiſmi, ſatyriaſmi, ſuffocationis uterinæ, febrium. *Seminis ſuppreſſio noxia.*

LACTIS detentio præternaturalis mammillarum inflammationes ſanguineas, pituitoſas, bilioſas, melancholicas, ſcirrhos, cancros e[…]itat. *Lactis coagulatio morborum mater.*

ARTIFI[…]ALES evacuationes ſubitaneæ ſi ſint, morborum ſunt cauſ[…]tiamſi concernant ea, quæ DEBENT FORAS EXCLUDI. Inde *Hippocrates 6. aphor. 27.* ὁκόσοι ἔμπυοι ἢ ὑδρωπικοὶ καίονται ἢ τέμνονται, ἐκρυέντος τοῦ πύου καὶ τοῦ ὕδατος ἀθρόου, πάντως ἀπόλλυνται. *Quicunque ſuppurati aut aquam inter cutem patientes uruntur aut ſecantur, ſi pus aut aqua univerſim effluxerit, omnes moriuntur.* *Artificiales evacuationes interdum noxia.*

CAPUT CIII.

De ſextâ re non naturali, nempe animi adfectibus, ut cauſis morborum.

pliùs XXXX. experti ſumus. Nolo commemorare, quot non ſolùm ab empiricis & pharmacariis, ſed etiam Galenicis in pericula & morbos aloes uſu conjectos exemimus è pernicie manifeſtâ.

Ora vaſorum aperiendi noxa. Vim *ἀναστομωτικὴν, ora vaſorum aperiendi in* eâ agnoſcunt Arabes, nonnulli *ſpecialem* in hæmorrhoidibus, nonnulli generalem in aliis etiam partibus. *Fernelius* prohibet uſum ejus in prægnantibus. *Joh. Calvinus* partim ex vocis contentione, partim, quod ſerò nimis animadverſum, ex immodico aloes uſu, primùm in hæmorrhoidas, easque tandem ulceroſas, deinde idem quinq; ante mortem annis, in ſanguinis exſcreationem incidit, poſt quartanâ exſtinctus.

Eringens. Sed, quantumvis immodicus uſus nocere queat, rarus tamen, qualis obſervari ſolet, & intervallatus, ut ſingulis ſeptimanis ſi bis vel ter pilulæ aloeticæ, alvi leniendæ causâ, ſumantur, tutus eſt, & inde nulla noxa timenda.

CAPUT XCIII.

Venena νοσοποιητικά.

Ab extrâ communicata. DE VENENIS fortuitâ vel prædeſtinatâ hoſtili propinatis manu, liquida res eſt, ea non ſolùm morbos inducere, verùm etiam fatali vitæ inſidiari filo.

Una ſanitas, infiniti morbi: mors ubique ſalus nullibi. In ipſis dapibus, carnifices epulæ, malefidaque præbentur pocula: congeruntur in unum frugum omnium infauſta mala, quæcunque intempeſtivâ liberalitate generat invius ſaxis Erix. Generat natura venena, ſed mortem eo ipſo homini per ſuas opes haud intentat, nec ſuavitati vitæ quicquam demit. HOMO HOMINI LUPUS. Homo venenis abutitur, & in proximi adhibet noxam. Cum ora contingere non datur, vaſis & poculis, chirothecis, imò & pavimentis illinunt, flumina inficiunt, & ſecreta defœdant loca. Et hæc malignitas etiam ponitur in laude.

Venena diu latere poſſunt in corpore humano, antequam in actum deducantur.

Quod

Quod in animantibus ſub caloris vitalis regimine διαφθορά τις ἐν τοῖς ζώοις δύναται γενέσθαι τηλικαύτη τὸ μέγεθος, ὡς ἰοῦ θηρίου παραπλησίαν ἔχειν ποιότητά τι καὶ δύναμιν, *corruptio aliqua in aſci poſſit, adeò vehemens, ut veneni tum qualitatem tum vires æquet*, conſentire videtur *Galenus 6. de locis aff. cap. 5.* *Interitus genita.*

CAPUT XCIV.

De quintâ re non naturali, quæ complectitur excreta & retenta, nullo non tempore neceſſaria.

Τὰ ἐκκρινόμενα καὶ ἐπεχόμενα, *excreta & retenta* quintam conſtituunt claſſem rerum non naturalium, quas vitare in noſtrâ non eſt poteſtate. *Cauſa morborum excreta.*

Corpus, cui ſecundam valetudinem conciliare volumus, δεῖ οὕτως ἔχειν, *inquit Philoſophus 37. probl. 4.* ὥστε λαμβάνον εὐθὺς ἐκκρίνειν τὴν περίττωσιν. καὶ εἶναι ἐν κινήσει ἀεὶ καὶ μηδέποτε ἠρεμεῖν. τὸ μὲν γὰρ μένον σήπεται, ὥσπερ καὶ ὕδωρ τὸ μὴ κινούμενον: σηπόμενον δὲ νόσον ποιεῖ. τὸ δὲ ἐκκρινόμενον, πρὸ τοῦ διαφθαρῆναι χωρίζεται. *Danda opera, corpuſque eſt ſemper ita regendum, ut ſimul atque excrementum admiſit, illud excernatur: ſitque motui dicatum, non quieti. Quod enim manet, putreſcit modo aquæ immotæ, putreſcens verò morbum committit: at quod excernitur, antequam vitietur, decedit.* ὑπολείμματα τῆς τροφῆς περιττὰ καὶ περιττώματα τῆς τροφῆς appellantur à *Philoſopho 1. de gener. animal. cap. 18.* ſuntque duplicia: χρηστὸν καὶ ἄχρηστον, *utile & inutile.* *Suppreſſio excrementorum ex materia neceſſitate generatorum noxia.*

Naturæ legibus conformes ſunt ex coctionibus, primâ, ſecundâ & tertiâ neceſſariò evenientium horum excrementorum evacuationes. *Proveniunt ex neceſſitate materiæ.*

Harum quædam nullo non tempore neceſſariæ, aliæ certis tantùm temporibus, & periodis, paria tamen, ſi ſubſiſtant, videntur minari pericula. *Quædam abſolutè neceſſariæ, quædam non. Abſolutè neceſſariæ.*

INTER NULLO NON TEMPORE NECESSARIAS EVACUATIONES primum locum obtinet fecum alvi craſſarum excluſio, ſeu

Alvi ſuppreſſionis noxa in genere.

ALVI DEJECTIO. ἡ κοιλίης νάρκωσις ἡ τῶν ἄλλων ξύγχυσις, *ait Hipp. 6. epidem. ſect. 3. t. 1.* ἡ τῶν ἀγγείων ἀκαθαρσίη, *ventris torpor omnium conturbationem & vaſorum impuritatem affert.*

In ſpecie occaſionem præbet catarrhis.

IN SPECIE CATARRHIS occaſionem præbet. Ita *Hippocrates lib. de locis in homine, mox in principio.* ἡ κοιλίη ὁκόταν ὑποχώρησιν μὴ ποιέῃ τὴν μετρίην, καὶ ἐσίῃ ἐς αὐτὴν, ἄρδει τῇ ὑγρότητι τὸ σῶμα τῇ ἀπὸ τῶν σιτίων τῶν προσφερομένων. αὐτῶν δὲ ἡ ὑγρότης ἀπὸ τῆς κοιλίης ἀποφραττομένη, ἐς τὴν κεφαλὴν ὁδοὶ πόρεισι ἀθρόη. *Niſi enim venter moderatè ſubducatur, & ſi in eum cibus immittatur, ingeſtorum ciborum humiditate irrigat, ipſa verò humiditas à ventre interſepta, magnâ copiâ ad caput viam affectat.*

ἡ κεφαλὴ, *Hippocrates inquit alibi*, τὴν πλησμονὴν ἀντισπῶσα, τήν τε κοιλίην ἐφίστησι καὶ αὐτὴ βαρύνεται, i. e. *caput plenitudinem ad ſe trahens, & alvum ſiſtit, & ipſum gravatur.*

pleuritidi.

PLEURITIDIS proxenetam eſſe alvum aſtrictam apparet ex *Hippocratico libro de aëre, aquis, & locis*, cum docet: οὐ γὰρ οἷόν τε, ὅκου ἂν κοιλίαι ὑγραὶ ἔωσι, τὰς νόσους ταύτας (intelligit laterales morbos, pulmonum inflammationes, febres ardentes,) ἰσχύειν. *Neque enim ejuſmodi morbi, ubi alvi liquidæ ſunt, invaleſcere poſſunt.*

Senili ætati valdè moleſta.

ÆTATIS ratione, ſtipticitas alvi in ſenibus, ὁκόσοισιν, *autore Hippocrate ſect. 2. aphor. 20.* νέοισιν ἐοῦσιν αἱ κοιλίαι ὑγραὶ, *quibus juvenibus alvus erat humecta*, moleſtiſſima, & variis morbis viam parare poteſt.

Lubricitas nimia noxia.

LUBRICITAS ALVI mediocritatis circumſepta limitibus, ut eſt mater omnis felicitatis, ita modum ſi vel mediocriter excedat, in vitio eſt, & coctioni primæ bellum indicit. Cum eâdem conflictabatur Sereniſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Ludovicus, Princeps Anhaltinus Cothenis, adeò, ut rarò coctæ alvi feces apparerent. Commodæ tamen diætæ legibus ſe ſubjiciens ſuperavit annum ſexageſimum.

CAPUT XCV.

Bilis, ſucci pancreatici, & lienoſi aquoſi humoris noxa.

Excre-

EXcrementa ex neceſſitate materiæ generata alia, ut ſuos habent uſus, abuſus, & ultrà tempus ſi detineantur, noxas, ita etiam BILIS, ſecundæ, in corde quæ fit, coctionis excrementum, in jecore ſegregatum, niſi juſto per choledochum excernatur porum tramite, fit icterus, τῆς χολῆς, *ut loquitur Ruffus Epheſius l. 2.* ὀνομασιῶν *c. 6.* ἀναχεομένης εἰς τὸν ὄγκον· διὸ λευκὰ καὶ ἀργιλώδη τὰ διαχωρήματα φέρεται, *bile in habitum corporis effuſâ. Inde alba & argilloſa alvi feruntur excrementa.* Si ſanguis bilioſo hoc excremento non purgatus ſulphureâ accenſione micet, febrium ingruit cohors. *Bilis ſi juſtâ proportione non ſecernatur à ſanguine morborum cauſa eſt.*

PANCREATICO novo reperto liquore, novæ inventæ morborum cauſæ. *Pancreatici liquoris natura nondum ſatis perſpecta.*

Quamvis nondum inter ſe convenerint autores, an ſit chyloſus, lymphaticus, à ſpirituum animalium condenſatione in nervis genitus & ab his excretus, an bilioſus, cum modò ſapore dulci, modò inſipido, modò acido vel ſubacido, modò amaro, ratione diverſorum digeſtionis temporum, emicet, & an fermentando chylo, an excretricem ad alvi proritationem ſtimulando, an lenitate ſuâ alvi excrementis, nimiâ acrimoniâ æſtuantibus, mitigandis, an pluribus officiis ſimul à naturâ deſtinatus ſit, dubitandum tamen non eſt, eundem, ſi naturali ſe ſubtrahat regimini, & copioſior vel parcior generetur, ejusve evacuatio in inteſtina FERIETUR, morbis quibusdam anſam præbere eum poſſe, tum in vaſis totius corporis, tum in parenchymate, dum inibi vel obſtructiones parit, vel putreſcit. Inde creditum à nonnullis, pancreas febrium intermittentium fomitem eſſe, & ſedem. *Nonnullorum* judicio pancreatici tumores *à Riolano* in Auguſto Thuano obſervati, inde enati. Chylus niſi in inteſtinis eo fermentetur, imminent noxæ. *Nonnulli* icteri originem inde deducunt.

Alii acido pancreatico, & ſalſo bilioſo humori miſtis variorum morborum in ventribus & artubus adſcribunt cauſas. *Aliæ opiniones.* 1.

RETENTIONI liquoris aquoſi excrementicii, qui è liene per nerveum funiculum in renales expurgatur glandulas, in ſtatus naturalis immutatione, *nonnulli* multum tribuunt. 2. 3. *Aquoſi liquoris lienoſi noxa.*

CAPUT XCVI.

Urinæ, ſudoris, muci & ſalivæ, inſenſibilis tranſpirationis inhibitio.

Urinæ inhibita evacuatio.

VRINÆ inhibita evacuatio decens à renibus haud attracto ſero, ſudoribus perluit corpus, cachexiæ ſeroſæ, & hydropi aſciti fores aperit. Imò diluvii hujus inhibitio fermè unica hydropis cauſa. Nonnunquam actiones animales languidas reddit, & effoetas. Pectus aggravat fluxionibus. *Lazarus Riverius* infantem undecimeſtrem catarrho, tuſſi, & crebro pituitæ vomitu, è ſero natis, parcâque urinæ mictione laborantem, reſtitutum vidit inunctâ lumborum regione ℞ *Matthioli, centur. 1. obſerv. 55.*

Sudoris impediti noxa

ΔΙΑΦΟΡΗΣΙΣ IMPEDITA laticem ſeroſum, vel inſenſibiliter vel ſenſibiliter difflari ſolitum, dum retinet, hic in univerſum corpus regurgitat, torpidumque, ignavum, & ad motum pigrum reddit. Ab effluviis his retentis CRASSIORIBUS & TENUIORIBUS ſanguinis maſſa mole aucta turgeſcit, fermentatur, fervorem concipit & FEBRES excitat. Unâ nocte per hanc exſpirationem & διαπνοὴν tantum difflari poteſt, ut homo manè tres libras levior pendeat. Si pondere hoc habitus corporis gravetur, idque ſæpius contingat, ilias morborum metuenda ſequetur. Inde etiam ἐφίδρωσις *pauca ſudatio* in acutis febribus anxietates cumulat.

IMMODICUS ſudor vice verſâ eliquat & exhaurit corpus, idem debilitat, & ad ἀτροφίαν diſponit.

EXCREMENTORUM, quæ per nares & palatum evacuantur, ſuppreſſio, magnas in cerebri minutiſſimis ductibus dare poteſt turbas. Sanguis in glanduloſâ narium, faucium & palati tunicâ non depuratus, per arterias carotidas delatus ad cerebrum, magnas ſolet dare turbas. *Whartonus in adenographiâ & Charleton in exercit. pathologicis*, oſtendunt liquorem ſalivalem tenuiorem, & mucum tonſillarum craſſiorem, per nervos delata à cerebro, non legitimè excreta, varia mala inducere.

STER-

STERNUTATIO ptarmico violento excitata, octiduanam excitabat vertiginem.

LYMPHAM varias ægritudines excitare poſſe veriſimile eſt, niſi ritè expellatur.

Ἡ ΔΙΑΠΝΟΗ ΑΝΑΙΣΘΗΤΟΣ *inſenſibilis tranſpiratio* ut plenis velis, juſto celebrata tramite, laxatis cutis ſpiraculis, putredines diſcutit, oppilationes viſcerum amolitur, febresque præcavet præſentes, ita impeditâ eâ omnia pejora ſequuntur. Ut in cœnaculo & triclinio fumo oppleto convivæ ſuffocari videntur, niſi reſeratis oſtiis & feneſtris apertis fuliginoſi vapores exhalent in auras, ita etiam ſanguis niſi ſpiracula habeat, omnia in pejus ruunt.

CAPUT XCVII.

Evacuationum, certo tempore vel ex conſuetudine neceſſariarum intermisſio cauſa eſt præternaturalis diſpoſitionis. 1. Hæmorrhoidum.

In utroque ſexu.

IN UTROQUE SEXU occurrit in hâc claſſe ſanguinis ex vaſis ſedalibus, feminis ex ſpermaticis, & in SEQUIORI menſium, & lactis ex mammis eruptio.

Hæmorrhoides.

HÆMORRHOIDUM FLUXUS ut à multis præſervat morbis, ita ſi ſiniſtrè ſe habeat, in exceſſu vel defectu, patentes ægritudinibus variis oſtendit portas.

Earum ſuppreſsio.

ADSUETIS omnes ſimul ſi claudantur, morbi graves ſubſequuntur. *Αἱμοῤῥοΐδας ἰηθέντι χρονίας, autore Hippocrate 6. aph. 12, ἢν μὴ μία φυλαχθῇ, κίνδυνος ὕδρωπα ἐπιγενέσθαι, ἢ φθίσιν. A diuturnis ſanato hæmorrhoidibus ſi una non ſervatur, periculum eſt aquam inter cutem, vel tabem advenire.*

Cæcæ.

Αἱ δὲ τυφλαὶ cæcæ, tumentes ſolùm, non fluentes magnorum dolorum autores, ſive extrà appareant, ſive intus lateant. Vir honoratus, alvum quoties deponebat, ingentem ſentiebat dolorem aliquot ſeptimanarum ſpacio. Cœcæ cenſebantur eſſe hæmorrhoides. Emollientibus adhibitis unguentis,

emplaſtris, cum cinere ficuum, tandem promicuit tuberculum molle, lividum.

Aperto eo cum lanceolâ puris immenſi copia exiliit. Curatio ulceris feliciter ſucceſsit.

CAPUT XCVIII.

Menſtrui lunaris debiti ſuppreſſio morborum cauſa.

Menſtruus fluxus.

MENSTRUI SANGUINIS, ordinarii fœminarum Lunaris tributi mala conſtitutio in exceſſu, vel defectu morborum genitrix. Eleganter *Cous 5. aphor. 57.* καταμηνίων γινομένων πλειόνων, νοῦσοι ξυμβαίνουσι, καὶ μὴ γινομένων, ἀπὸ τῆς ὑστέρης ξυμβαίνουσι νοῦσοι. *Menſtruis abundantibus morbi eveniunt & ſubſiſtentibus accidunt ab utero morbi.*

Suppreſſio.

SUPPRESSIS menſibus INDIVIDUI ratione morbi fiunt, *autore Galeno in comm.* utero eſſentiales, inflammatio, eryſipelas, & ab iis poſt, alii morbi in aliis partibus, ut ſuffocatio, furores, palpitationes cordis, animi deliquia, cachexiæ, adeoque magis hi ab utero dependent, quàm priores.

SPECIEI ratione oritur ſterilitas, τῶν ἐμμηνίων ἐποχῇ *menſtruorum fluxu inhibito.* Rarò conceptio ſequitur in iis, quæ non purgantur. Aliquas tamen, quibus genitalis ſulcus nondum menſtruo liquore tinctus, concepiſſe loquitur experientia.

Immoderatus.

Ὁ δὲ ῥοῦς γυναικεῖος *profluvium uteri immoderatum* SPECIEI ratione, conceptioni non ſolùm impedimento eſt, verùm eo ſi perveniente, factâ conceptione, τὸ ἔμβρυον ὑγιαίνειν ἀδύνατον, *fœtum benè valere impoſſibile eſt.*

Individui ratione.

INDIVIDUI ratione fiunt morbi in toto corpore, ob caloris nativi depauperationem. Hi morbi tamen, *autore Galeno in comm.* non dependent ab utero, ceu uteri effectus, ſed à lochiâ ſuperflui vacuatione. Tales ſunt virium imbecillitas, cruditas, cachexia, œdemata in toto corpore & pedibus.

CAPUT

CAPUT XCIX.

Seminis & venerei exercitii ut cauſæ morborum conſideratio. 1. ratione crebritatis.

Τῶν ἀφροδισιῶν κατὰ μὲν Ἐπίκουρον οὐδεμία χρῆσις ὑγιεινή. *Venereorum nullius uſus eſt ſalubris.* Tradidit hoc *Epicurus.* Credidit liquoris hujus nectarei jacturam vim inferre vigori corporum. *Nullum uſum venereorum exercitiorum eſſe tradidit Epicurus.*

Cenſuram ſubjungit *Galenus arte medicinali cap. 85.* κατὰ δὲ τὸ ἀληθὲς, ἐκ διαλειμμάτων τηλικούτων, ὡς ἐπὶ ταῖς χρήσεσι μήτ' ἐκλύσεως αἰσθάνεσθαι, καὶ κουφότερον αὐτὸν ἑαυτοῦ δοκεῖν γεγονέναι, καὶ εὐπνούστερον. *Reverâ autem confert, ſi tantum intervallo interjecto eorum uſu adhibeatur, ut neque reſolutio aliqua ſentiatur, & ipſe ſe ipſo homo quodammodo levior factus, ac meliùs ſpirare videatur.* *Cenſura*

Meritò rata haberi debet ſententia Galeni.

SEMINIS per nuptialis officii licitam conſuetudinem ſolemnis emiſſio, præter ſobolis propagationem, ſanitatis eſt mater & fideliſſima melioris præſentis valetudinis proma condа, conſervatrix, tutatrix.

E contra nimis diuturna retentio morborum productrix *inſalubris.*

Ἔχει δὲ τὸ δὲ οὕτως. τῇσι γυναιξὶν, ἢν μὲν μίσγωνται, *ſcribit Cous lib.* περὶ γονῆς, *de ſemine,* ἀνδράσι μᾶλλον ὑγιαίνουσιν. ἢ δὲ μὴ, ἧσσον. *Sic ſe res habent mulierum. Siquidem cum viris habeant rem, magis ſanæ: ſin contrà, minus benè habent.* *Fœminæ cum viris rem habentes, ſanæ.*

Non ſolùm ſi non habeant rem, minus benè habent, ſed etiam ſin in exceſſu peccent. Τὸ μηδὲν ἄγαν, *ne quid nimis* in aphrodiſiis habet locum, Delphici templi monumentis inſcriptum. Suus cuique modus eſt, *autore Tullio,* tamen magis offendit nimium, quàm parum. *Exceſſus noxius.*

Veneris nomen heteroclitum, compoſitum ex duobus VAE & NUS, latino & Germanico. Externâ ſpecie ♀ ſimilis eſt nuci pulchræ, appetitum & ſui deſiderium excitans, interiùs plena carie eſt duorum WE HE, ratione quorum meritò non VENUS, ſed WEHENUS appellari meretur. Parturit *Veneris nomen ominoſum.*

 dolo-

dolores voluptas hæc, quâ nulla capitalior peſtis homini in naturâ data hominibus, animi, & corporis.

Immoderatus uſus doloſus.

IMMODERATUS VENERIS uſus doloſus, gratis illecebris blanditur primò, mordet proximè: inſidioſo ſirenum cantu ſoporat, dehinc atro necat morſu.

Impia ſub dulci melle venena latent. Eſt coitus deſtructio corporis, abbreviatio vitæ, legis transgresſio, interitum minatur, pro voluptatis momentaneo libamine, juventutis recidit florem, ſuavesque vitæ reſcindit annos. Vectigal Veneris parvum eſt languor, mediocre morbus, ſummum nex. Quò plus fructificant arbores, eò ſeneſcunt citiùs: cùm olera proferunt ſemina, areſcunt properè. Præterit laſcivus amor, ſera nunquam cordis relinquit penetralia pœnitentia.

Venus & Bacchus συνόικοι.

VENUS & VINUM easdem inhabitant ædes, easdem inferunt noxas.

Nec Veneris, nec tu Bacchi capiaris amore:
uno namque modo vina, Venusque nocent.

Qui non habet in oculis verſiculum:

compedibus Venerem, vinclis conſtringe Lyæum,

facilè in gravium morborum poteſt incidere caſſes. Vinum bellum indicit nervis: conjunctis id Venus præſtat operis. Vinum cerebrum debilitat: idem tentat Venus. Mentis aciem tenebris obfuſcat Bacchus: ejusdem opprimit acumen Venus. Bacchus oculorum aciem hebetat, lucem obfuſcat, in furorem vertit: Venus occæcat, hebetem viſum reddit, in prælia armat. Biga hæc artubus bellum indicit. Inde veteres Venerem Baccho, copulâ matrimoniali junctam filiam podagram genuiſſe tradunt.

Inſidiatur naturali facultati,

NATURALI facultati inſidiatur Venus, ſpiritus & calorem coctioni inſervientes disſipat, & cruditatibus anſam præbet.

Vitali.

VITALIS roboris decrementum agnovit Clinias Pythagoricus, cùm interrogatus, quando venereis illecebris foret utendum, reſpondit: ὅταν μάλιϛα τυγχάνῃς βλαβῆναι βυλόμενος, *tum quando aliquid mali vis pati.* Patitur autem malum, cùm inde vitalis flammula exſtinguitur. Inde *Philoſophus*

libro

libro de longitudine & brevitate vitæ cap. 5. τὰ ὀχευτικὰ καὶ πολύσπερμα γηράσκει ταχύ. τὸ γὰρ σπέρμα περίττωμα, καὶ ἔτι ξηραίνει ἀπιόν· διὸ καὶ οἱ στρουθοὶ οἱ ἄρρενες, βραχυβιώτεροι τῶν θηλειῶν: *Quapropter ſalacia, & multi ſeminis ſeneſcunt cito, ſemen enim excrementum, & amplius exiccat emiſſum. Quapropter & paſſeres maſculi brevioris vitæ fœminis.*

Coitum velociter perducere eum, qui plurimum eo utitur, ad infrigidationem corporis, & caliditatis innatæ reſolutionem, facereque ipſum hæreditare varios morbos ac dolorum ſpecies, *diverſis Avicenna tradit in locis, imprimis lib. 3. fen. 10. tract. 1. cap. 11.* *De nimio exceſſu judicium Avicennæ.*

Indicare id voluerunt Romani, apud quos cum rerum omnium nundinæ prorſus in variis locis haberentur, τὰ πρὸς τὰς ταφάς, ἐν τῷ τεμένει τῆς Λιβιτίνης involucra illa vilia, *funebresque lacernæ, quibus cadavera apud Libitinæ* ſeu *Veneris templum defodiebantur*, vendi ſolebant, *autore Plutarcho in quæſtionibus Romanis.* Nimirum volebant ſignificare, venerem ipſam mortis eſſe ſummam cauſam; ideoque ibi neceſſaria ad mortuos vendi par eſſe, ubi mortis aſtabat origo, miſereque deperierant, οὐ κακῶς εἰς μίαν δύναμιν θεοῦ τὰ περὶ τὰς γενέσεις καὶ τὰς τελευτὰς ἀνάπτοντες, *non malè uni virtuti numinis, rationem ortûs & interitûs adſcribentes.* *Nimia Veneris indulgentia mortifera.*

Ab aphrodiſiâ voluptate non tantùm corporeæ emanant ægritudines, verùm etiam puriſſimæ animæ graves accedunt affectiones, longè quibuslibet corporis malis deteriores. Ab eâ virtus atteritur, ratio langueſcit, ſopita gloria in infamiam commutatur. *Aphrodiſia voluptates nocent animi facultati.*

Luxuries prædulce malum, quæ dedita ſemper
corporis arbitriis hebetat caligine ſenſus.

In ſtatuis Anacharſidis inſcriptum erat: *Linguam, ventrem, mentulam compeſce.* In convivio apud Solonem idem conſopitus decumbebat, ut manu ſiniſtrâ pudenda, os dextrâ comprimere videretur. *Compeſcenda libidinoſa inclinatio.*

EPILEPTICIS infirmitatibus ſuos Venus exponit cultores. Ἡ συνουσία ἐστὶ μικρὰ ἐπιληψία. *Coitus eſt parva epilepſia. Aulus Gellius lib. 19. cap. 2. & Macrobius in fine libri ſecundi* *Epilepſiæ favet coitus.*

ſaturnaliorum teſtantur eſſe Hippocratis verba. *Galenus* verò *3. epidem. comm. 1. t. 4.* ex Sabino memorat fuiſſe Democriti ſententiam.

Increſcentes morbos prolongat.

Veneris immmoderatum uſum reſpicit ſententia *Hippocratis 6. epid. comm. 5. t. 26.* Τὰς ἐπαυξέας νούσους μῖξις σκληραίνει. *Increſcentes morbos* (inter quos judicio *Galeni in comm.* epilepſia etiam refertur) *coitus indurat.*

In furias agit Venus.

FURIOSIS ſimiles ſunt œſtro venereô perciti. In furias ignemque ruunt Venereo uterino œſtro percitæ nonnunquam fœminæ,

Venus oculis inimica.

Immoderata libido oculis ſuffuratur aciem. Cupido cœcus non ſolùm mentis ſed & viſus pervertit tonum. *Sect. 4. problemate 2.* quærit *Philoſophus*; Διὰ τί τῶν πλείοσιν ἀφροδισίοις χρωμένων, ἐπιδηλότατα συνδίδωσι τά ὄμματα, καὶ τὰ ἰσχία. τὰ μὲν, ἐγγὺς ὄντα, τὰ δὲ πόῤῥω; *Cur iis, qui rem veneream immodicè agunt, oculi & clunes manifeſtè ſubſident, partes, quarum altera propè, altera procul à genitalibus abſunt?* Et reſpondet: πότερον ὅτι καὶ ἐν αὐτῇ τῇ συνουσίᾳ ἐπιδηλότατα συμπονεῖ ταῦτα, τῇ ἐργασίᾳ συνιόντα περὶ τὴν πρόεσιν τοῦ σπέρματος. *Utrum, quòd in ipſo etiam coitu partes hæ perſpicuè collaborant, cùm rem ſtudioſius ipſæ perſequantur, & ſe cogant, nitanturque in ſemine emittendo.*

CAPUT C.

Invectiva diluitur.

Non tamen cerebrum minuit.

TAntam vim habere immoderatam Venerem, ut calvariam cerebro exhauriat, non eſt veriſimile. Falſo innititur hæc ſententia principio, & vano rumori, in anatome publicâ calvariam cerebro vacuam fuiſſe repertam. Hominem autem illum Veneri fuiſſe deditisſimum.

CAPUT CI.

Modus coeundi diverſus, ſitûs & ſubjecti ratione ad morbos diſponit.

Ut

UT adverſis frontibus & ventribus jacentibus conjugibus quæ fit coitio, ſecura, ita quæ iisdem ſtantibus fit, periculis herniarum ſubjecta.

Modus coëundi ratione poſitura membrorũ.

SUBJECTI ratione varia morborum enaſcitur ſpecies.

Subjecti ratione.

Cum phthiſicâ dum rem haberet nobilis juvenis, annuâ & quidem crebriori initione, *καὶ οἱ ἐρῶντες φιλήμασιν ἐπισύνηπτον τὰς ψυχάς, αἱ δὲ ψυχαὶ διὰ τῶν σωμάτων ἔψαδον πρὸς ἀλλήλας, καὶ περὶ τὰ χείλη συνήπτον, ἡ δὲ μίξις, αὕτη γλυκεῖα ἐγένετο τῶν ψυχῶν, & amantes per oſcula jungerent animas, animæ autem feſtinantes per ora, concurrerent circum labia, ſicque dulcis animarum fieret miſtio,* tandem & ipſe debilitatis pulmonibus ab attracto contagioſo halitu, incidit in atrophiã cum extenuatione totius corporis & febre lentâ, funeſto eventu, deplorans quidem ſerâ pœnitentiâ, nocuiſſe ſibi tàm caro vitæ pretio emptam, tàm levem voluptatem, ſed ſimul tamen ſe reficiens memoriâ tam gratæ dulcedinis, quam tanti æſtimabat, ut ſi ſibi poſt ſuprema fata reditus concederetur ad vitales auras, & optio daretur aut abſtinendi ab amatâ, aut ſuccumbendi, elegerit potiùs iterum mori, quam carere.

Cum phthiſicâ.

Concubitus cum ſcorbuticis periculum infert infectionis.

Idem minatur eandem venereum commercium habentibus cum ſiphylidis mancipiis.

Cum lue venereâ infectâ.

CUM VETULA, quam dedecorant hiulca naris, obſtipum caput, retorta cervix, unus cui dens vetuſti ferocis apri inſtar pando prominet ore, pendulumque labrum non ſinit admovere labro, de quâ verum amœnum hoc diſtichon:

Ætatis ratione, cum vetulâ concubitus noxius.

Hæc mulier non eſt ſine nugis, nec ſine rugis:
rugis & nugis non caret hæc mulier;

aphrodiſiacum celebratum conjugium inter cauſas morborum *à quibusdam* refertur. Sapientum celeberrimus Pythagoras interrogatus, quonam modo vitam tam diu produxiſſet, reſponſum dedit:

Nunquam ſatur è menſâ diſceſſi;
Luna me nunquam vidit:
cum vetulà nunquam coivi.

Alius, cùm morbo quodam corriperetur, morti proximus exclamavit: *Vetulam non cognovi, cur debeo mori?* Quaſi mortis unica cauſa eſſe poſſet vetulæ conſortium.

Ratio. Cum edentulâ decrepitâ illâ in ætate deficiant *τὰ καταμήνια menſtrua purgamenta*, ſanguis in iis nec ventilatur, nec purgatur, ſedentariâ præcipuè accedente vita, hâc enim ad putrilaginem nihil eſt efficacius. 2. Turpis anicula, cum Venereo incaleſcit ludo, reſeratis cutis ſpiraculis, ſtygiæ exhalant fuligines, evigilatque fœdus recubans caper ſub alis. 3. Ex ore vetulæ putridus halitus, impuri corporis nequam ſpiritus incubantis ore exceptus, cordi poteſt communicari.

Cum Virgine anu minimum periculum. CUM VIRGINE ANU aphrodiſia feſta celebrare, nonnulli noxium cenſent. Sed non videntur illibatæ tam ſeverâ cenſurâ dignæ.

Cum menſtruata ſqualidâ concumbere damnoſum perhibetur. CUM MENSTRUATA ſi quis carnali ſe copulet ligamine, & impuros ab oculis manantes ſpiritus, ab ore graveolentem imbibat halitum, in venereâ palæſtrâ ingratas membro ſuo affricat ſordes. Nocivum actum ſtatuunt illi, qui ſiniſtrè de ſanguinis hujus integritate ſentiunt.

Senilis libido fores aperit. SENILI ÆTATI MELIORIS SEXUS ut luxuria turpis, ita libidinum intemperantia *ἐσχάτη κακὴ τύχη, extremum infortunium eſt*, viam parans nonnunquam ad morbos, nonnunquam ad mortem.

II. ad mortem. 1. 2. Senex LX. annorum cum novâ conjuge primâ nocte commercium habens, ipſo in actu primo ſyncopticus exſpiravit. Aſtrologus cœleſtes influentias Johanni Monardo medico præcellentiſſimo, fatalem exitum minari in FOVEA prædixerat. Cum Florentiæ praxin exerceret, conceſſit Ferrariam urbem planam, timens ſibi à pontibus, foveis & foſſis. In extremo ſenio virginem uxorem ducens, primâ nocte quam primùm genialibus ſacris animum applicuit, & novarum rerum cupidum membrum genitali ſulco, exſpiravit.

In foveâ qui te periturum dixit aruſpex,
vates verus erat; CONJUGIS ILLA FUIT.

I. ad morbos. 1. SENILES concupiſcentias actuatas excipit cohors morborum variorum: lumbifragium, lumbitrahium, exſiccatio,

ardor

ardor urinarii meatus, lorum in aquâ, mucaginosa æterna de nare pendens ſtiria, medios inter ſtreperos ſermones ſerpens ſcreatus, ſorbilis ſomnus, & odioſiſſima pulmoni phthiſin & toti corpori tabem minitata tuſſis. Septuagenarium coeuntem cum juvenculâ uxore comitabatur ſputatio ſanguinis.

CAPUT CII.

Temporis ratione Venus diſponit ad morboſos inſultus.

QUælibet hora in ſanis Veneri apta. De eâ cum deliberatio inſtituitur, hi ſubrident inanem illam innuentes & non neceſſariam.

Temporis ratione. Quælibet hora in ſanis Veneri apta à nonnullis cenſetur. Quæſtio reſolvitur.

Quærenti Erſiliæ, quenam hora ſalubrior eſſet
ad Venerem, medicus ſic ait Archigenes:
Manè ſalubre magis Veneris decerpere fructus,
judice me fuerit, veſpere dulce magis.
Huic illa arridens, formoſo ait ore: voluptas
mî cura fuerit veſpere, manè ſalus.

Quum mulier quædam nobilis, hujus rei perita, quæ tres viros habuerat, in cœtu nobiliſſimarum matronarum, interrogaretur, quid ſentiret de celebri controverſiâ medicorum, circa horam concubitûs, utrum à cœnâ convenientius ſit ♀ litare, an verò manè; reſponſum tulit, utroſque in ſuâ curioſitate maximè errare videri, quòd ante & poſt ſomnum exercere ♀ commodum videatur.

Hiſtoria de horâ concubitus.

Quid aliud eſt nova pacti matrimonialis ſocietas, quàm perpetua coitio. Cum lecto ſurgunt novi mariti, poſt tantilli temporis inducias amica renovant certamina, meridianis refecti epulis: Quamprimum molli componunt membra grabato, ſtatim columbinis oſculis juncti amorum ſupplicant Deæ. Vix exſpectant gallicinia, jam hymeneia feſta illis videntur tarda. Nullæ ibi de virium jacturâ querelæ. Sanitas, voluptas, gratiæ ipſorum inhabitans ædes, nullæ triſtitiæ nebulæ cœlum aſperant.

Conſuetudo noviter nuptorum nullam parit noxam.

Sed hæc temporum incuria noxia.

Quia verò nihil adeò ſolidum, quin carieſcat, nihil adeò firmum, quin vacillet, obſervatur ſecuram certorum temporum negligentiam nocere ſanitati, & morboſum congregare apparatum.

A ſomno Venere indulgere jubet Hippocrates.

A SOMNO VENERI indulgendum conſilium videtur eſſe Hippocratis in nobili hâc parœmiâ. *Labor, cibus, ſomnus, Venus omnia moderata.* Ordinem hunc obſervare jubet *Galenus in comm.* laborem præire cibum, cibum ſomnum, Venerem poſt ſomnum ſequi.

Qui itaque, judicio Hippocratis, tempora hæc ſusque deque habet, peccare cenſetur & periclitari.

A repletione Venus noxia.

Ἐστὶν, ὅστις ἀπὸ πλησμονῆς, *verba ſunt Hippocratis libro de diætâ*, ὁκόταν ἀφροδισιάσῃ, δοκέει κουφότερος εἶναι ἐς τὸ παραυτίκα. ἐξ ὑστέρου δὲ μᾶλλον βαρύνεται. *Quidam ex repletione à ♀ uſu levior ſtatim ſibi eſſe videtur: poſtea verò magis gravatur.*

A cibo Veneri indulgere bonum judicat Aegineta.

A CIBO VENERI indulgendum monet *Aegineta lib. 1. cap. 35.* Poſtquam commoda ex Venere emergentia recenſuerat, quæ erant: CORPORIS πλησμονὴν κενῶσαι, καὶ ἐλαφρὸν παρασχεῖν τὸ σῶμα, καὶ εἰς αὔξησιν προτρέπεσθαι, καὶ ἀνδρωδέστερον ἀποφῆναι: ANIMÆ: καὶ κατὰ τὴν ψυχὴν συνεστηκότα τε λογισμὸν διαλύειν, *repletionem vacuare, & corpus leve reddere, ad incrementum promovere & virilius efficere: circà animam verò impeditam ratiocinationem ſolvere, & impotentem iram remittere,* ſubjungit: κάλλιστα μὲν οὖν ἐπὶ γυμνασίοις τε, καὶ λουτροῖς, καὶ μετρίῳ σίτῳ μίσγεσθαι. καὶ γὰρ καὶ πρός τιν ἰσχὺν συμφέρει, καὶ ψύξεις ἐπειγόμεναι ἧσσον γίγνονται. Καιρὸς δὲ ἐπιτήδειος μίξεως μετὰ τροφὴν, ὡς ἔφην, πρὸ τῶν ὕπνων. Καθυπνοῦντι γὰρ εὐθὺς καθίσταται ὁ κόπος. οὗτος δὲ καιρὸς καὶ εἰς παιδοποιΐας διά τε τ' ἄλλα καὶ ὅτι γυνὴ κατακοιμηθεῖσα μᾶλλον κατέχει τὴν γονήν. *Optimum igitur fuerit coitu uti poſt exercitia, & balnea, & moderatum cibum. Nam & ad robur conducit, & perfrigerationes ab eo urgentes minus fiunt. Tempus autem ad coitum oportunum eſt poſt cibum, velut dixi, ante ſomnum. Obdormienti enim ſtatim ſedatur laſſitudo. Et hoc tempus etiam commodum eſt ad liberos gignendos, tum ob alias cauſas, tum quod mulier dormiens genituram magis continet.*

Qui

Summaria collectio.

Qui itaque, *judicio Aeginetæ*, tempus poſt cibum veneris indulgentiæ ab illo deſtinatum non obſervat, ille morborum inſultui fores pandit.

Intervalli ratione Venus noxia.

INTERVALLI ratione obſervandum, quod adnotavit *Galenus in arte medicâ cap. 86.* ἡ τῶν ἀφροδισιῶν χρῆσις ὑγιεινὴ, κατὰ τὸ ἀληθὲς, ἐκ διαλειμμάτων τηλικούτων, ὡς ἐπὶ ταῖς χρήσεσι μήτ᾽ ἐκλύσεως αἰσθάνεσθαι ἢ καὶ κουφότερον αὐτὸν ἑαυτοῦ δοκεῖν γεγονέναι, καὶ εὐπνούστερον. *Venereorum uſus revera ſalubris eſt, ſi tantum intervallum in eorum uſu adhibeatur, ut neque reſolutio aliqua ſentiatur: & ipſe ſe ipſo homo quodammodo levior factus, ac melius ſpirare videatur.*

Summaria collectio.

Qui in hoc Galeni conſilium impingit, habet quod metuat.

Poſt balnea noxia.

Venus morborum mater. Amica Bacchi, Neptunum odit. Vino petulans torpeſcit aqua. Inde nonnulli veneris exercitia poſt balnea calida inſtituta enervare corpus ſtatuêre.

Seminis ſuppreſſio noxia.

Ejusdem ſeminis in utroque ſexu ſuppreſſio præter conſuetudinem facta aliorum gravium ferax morborum, qui etiam exercitatiſſimos in ruborem ſæpe conjiciunt medicos, ἀνορεξίας, animi angorum, priapiſmi, ſatyriaſmi, ſuffocationis uterinæ, febrium.

Lactis coagulatio morborum mater.

LACTIS detentio præternaturalis mammillarum inflammationes ſanguineas, pituitoſas, bilioſas, melancholicas, ſcirrhos, cancros excitat.

Artificiales evacuationes interdum noxiæ.

ARTIFICIALES evacuationes ſubitaneæ ſi ſint, morborum ſunt cauſæ, etiamſi concernant ea, quæ DEBENT FORAS EXCLUDI. Inde *Hippocrates 6. aphor. 27.* ὁκόσοι ἔμπυοι ἢ ὑδρωπικοὶ καίονται ἢ τέμνονται, ἐκρυέντος τοῦ πύου καὶ τοῦ ὕδατος ἀθρόου, πάντως ἀπόλλυνται. *Quicunque ſuppurati aut aquam inter cutem patientes uruntur aut ſecantur, ſi pus aut aqua univerſim effluxerit, omnes moriuntur.*

CAPUT CIII.

De ſextâ re non naturali, nempe animi adfectibus, ut cauſis morborum.

Eſſentia affectuum.

TA ψυχικὰ πάθη *animi adfectus*, nihil ſunt aliud, quàm motus appetitûs ſenſitivi, orti ex apprehenſione boni, vel mali, cum aliquâ mutatione non naturali corporis.

Indoles eorundem.

Ea indoles affectuum animi eſt, ut protinus atque in corde concepti, reliquas facultates ſimul afficiant, & in iis affectionis ſuæ notas excitent. *Helmontius* ſine dubio, rogatus modum, quo affectus animi moveant corpus, provocabit ad jus duumviratus, & ſiniſtrum orificium ventriculi, centralem animæ ſedem.

Differunt ſubjecti ratione.

Eorum alii SUBJECTI ratione pertinent ad appetitum *concupiſcibilem*, ut amor, odium, concupiſcentia, gaudium, dolor & triſtitia, alii ad appetitum *iraſcibilem*, ut ſpes, timor, audacia, ira. Horum alii leniores ἤθη, alii vehementiores πάθη appellantur.

2. objecti.

2. OBJECTI ratione, *alii* verſantur circà MOLESTUM, ut ira, metus, triſtitia, odium, *alii* circà JUCUNDUM: amor, deſiderium, ſpes, gaudium & lætitia.

3. occaſione.

3. OCCASIONIS ratione *Hippocrates libro de humoribus* diſtinguit affectus alio modo. Λυπήματα, *inquit*, γνώμης, ἢ διὰ τῶν ὀμμάτων ἢ διὰ τῆς ἀκοῆς. οἷα τὰ σώματα, μύλης μὲν τριφθείσης πρὸς ἑωυτὴν ὀδόντες ἡμώδησαν, παρά τε κοῖλον παριόντι, σκέλεα τρέμει. *Mentis moleſtiæ, quæ per viſionem aut inauditionem contrahuntur, quales corporum affectiones. Mola quidem in ſeſe attrita, dentium ſtupor oboritur. Juxta foveam tranſeuntem, crurum tremor occupat.*

Modus, quo nocent.

Modum dum excedunt, mutationes faciunt, vel quod ſanguinis & viſcerum calorem accendant vel debilitent, contrahant vel expandant, aut mixtos in eo motus efficiant, ſicque arctiſſimum illud fœdus, quod animæ intercedit cum corpore, turbent, imò etiam planè diſſolvant.

Medium admittentes concupiſcentia.

Eorum quidam medium actu in ſe quidem non continent, admittere tamen poſſunt. Ἐπιθυμία primo ab *Ariſtotele 2. de moribus cap. 4.* proponitur loco. *Concupiſcentiam* notat, quæ eſt appetitio boni, ut futuri, & nondum acquiſiti.

Æmulatio

ÆMULATIO ζῆλος etiam eſt concupiſcentia. Alia bona eſt, alia mala.

bona.

BONA ἀπὸ τοῦ ζηλόειν *imitari*, quaſi καλοῦ μίμησις dicta, citrà invidiam bona aliorum optat, ſibique comparare ſtudet.

Si

ſi non, tamen abſque rancore & dolore, ſi minus compotes voti reddi queamus. Ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι.

MALA, cum philautiâ junctam ſibi habet invidiam, & idem notat quod φθόνος *invidia*. Eſt hæc κακοζηλία. *malè.*

Pertinent huc duæ humani generis peſtes: AMBITIO & AVARITIA, ardens illa honorum & bonorum concupiſcentia, corporis & animi quietem miris turbans modis.

Φιλοτιμία ambitio dicitur à verbo ambire, quod eſt circumdare, circumblandiri, honores captare. Mos Romanorum nomen hoc impoſuit. Hi magiſtratuum honores petituri ambibant campum Martium, & ſuffragia ſollicitabant. Inde ad omnium honorum prenſationes nomen delatum. *Ambitio.*

Plena timoris & ſollicitudinis res eſt, non modò quæ reprehendi palàm, ſed etiam quæ obſcurè cogitari poſſunt, timens, rumores, fabulaſque fictas perhorreſcens, ſecretum virus, occulta peſtis, livoris parens, ex remediis creans morbos, ex medicina languorem generans.

AVARITIA majora dum cupit, quò majora venerunt, eò concitatior eſt in magnarum opum congeſtu, ut flammæ infinitò acrior vis eſt, quo majori emicuit ex incendio, tantoq; magis animum cruciat. *Avaritia.*

Tres huc pertinent animi affectus: *excandescentia, iracundia, & ira.* *Tres affectus.*

Ἡ δ' ὀξυθυμίη, *excandeſcentia, autore Hippocrate 6. epidem. comm. 2. t. 9.* ἀνασπᾷ καὶ καρδίην καὶ πνεύμονα ἐς ἑωυτὰ, καὶ ἐς κεφαλήν. Obſcurè, *judicio commentatoris Galeni*, hæc locutio quidem perplexa eſt, ſi κατὰ τὸ ῥητὸν explicetur. Ecphraſin ac paraphraſin, & per plura verba enarrationem itaque addit: *In excandeſcentiâ plus caloris & humoris attrahitur in cor, pulmonem, & cerebrum.* *Excandeſcentia.*

Prius fit revocatione ſanguinis ad centrum, poſteriùs ἀναῤῥοπῇ humorum.

Iracundia, ira acerbius efferveſcens ab irâ differt, ut habitus & propenſio ad iram vitioſa ab actu, ut ebrioſus ab ebrio, timidus à timente. Hæc multis adeò altè inſedit, ut nullo modo, *Iracundia.*

quantumvis anxiè ſemper id optent, ſibi temperare poſſint, ſcientes ſtatim ſe malè habituros.

IRA eſt πάθος ſeu affectus ipſe. Ἡ δ᾽ ὀργὴ ἐστὶν, *autore Philoſopho 2. rhetor. cap. 2:* ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας φαινομένης, διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν τῶν εἰς αὐτὸν, ἢ εἰς αὐτοῦ τινὰ μὴ προσηκόντως. *Ira eſt appetitio cum dolore conjuncta ejus, quæ apparet, ultionis, propter eam, quæ apparet, deſpicientiam vel in ſe, vel in ſuorum quempiam, non convenienter.* FORMALIS iræ cujuscunque ratio in his conſiſtit tribus: 1. dolore & triſtitiâ. 2. cupiditate depellendi. 3. appetitu moleſtiæ referendæ. MATERIALIS & EFFICIENS conſiſtit in fervore & *Ira duplex.* ebullitione ſanguinis, qui cordi ſuffunditur.

IRA duplex eſt: una erumpit, & conceptum virus evomit, altera concluſa eſt, ſimulata, preſſa longo tempore, ignis cineribus ſepulti ſe habet inſtar, quibus ſine ullo interitu aut imminutione fovetur.

Præterea ira ὁλόκληρος *perfecta*, καὶ μὴ ὁλόκληρος, *quæ* *Nocentiſſimus affectus.* *nondum ad ἀκμὴν perfectionem & ſummum pervenit gradum.*

Nocentisſimus ſanitati motus eſt ira. Ὁ Ζήνων, *autore Plutarcho libro de irâ conducendâ,* ἔλεγε, τὸ σπέρμα σύμμιγμα καὶ κέρασμα τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων ὑπάρχειν ἀπεσπασμένον, οὕτως ἔοικε τῶν παθῶν πανσπερμία τις ὁ θυμὸς εἶναι. καὶ γὰρ λύπης ἐμπέπλησται καὶ ἡδονῆς καὶ ὕβρεως, καὶ φθόνου, καὶ ἐπιθυμίας. *Zeno dicere ſolebat: ſicut ſemen eſt miſtura & temperatura ab omnibus animæ facultatibus avulſa; ſic omnium animi perturbationum ſemina videntur in iram confluxiſſe. Nam & doloris particulam ſibi ſumſit, & volupta-* *Voluptas ira comes.* *tis, & inſolentiæ, invidiæ, & concupiſcentiæ.*

COMITES IRÆ *voluptas*, quæ naſcitur ex ſpe futuræ ultionis, *dolor* quem illata apparens parit injuria, & *odium* perſonæ, quæ intulit injuriam, animum dum conturbant, humores agitant, & cor in conſenſum trahunt, ſimulque omnes agitant *Vulgaris opinio.* ſenſus, ut homo vix videre, ac aliis ſenſibus uti queat.

Ira tum potiſſimùm nocere creditur vulgatâ opinione, ſi animo commoto avidè ſtatim bibatur. Avocato calore ad cor crudus potus eò rapitur, eique vim infert conjunctis copiis cum aliis pravis ſuccis.

Ex irâ, *referente Hieronymo in epiſtolâ ad Præſidium Diaconum, & ad Athenodorum,* nuper Valentinianus Imp. cum adverſus Sarmatas propter Illyrici vaſtationem in conſiſtorio ſævus infremeret, ſanguine per vomitum erumpente diſcrepuit. *Alii* impetu ſanguinis ab irâ comoti, voce interclusâ, ſenſu integrum exſpiraſſe tradunt.

Irâ excandeſcens & quaſi extrà ſe poſitus nobilis ſtudioſus, febrili calore accenſus, vix octidui ſpatio ſanitati reſtitui potuit in integrum.

Mitiùs de irâ ſentire videtur *Galenus 2. de cauſis ſymptomatum cap. 5. θυμωθεὶς, inquiens, οὐδεὶς ἀπέθανεν, nemo ab irâ mortuus.* Quin potiùs nimius calor in eâ refrigeratur, & quod excedit ſummum, inque præcipitandi periculo eſt, diſſolvitur. *Miſtior ſententia Galeni*

℞. Ab experientiâ theſis hæc non confirmatur. Nec adjunctæ rationes, quod calor in eâ refrigeretur, & robur ſolvatur, obtinent. Licet non refrigeretur calor, attamen accenditur. Robur autem in irâ exſolvi, nemo facilè negaverit. *explicatur*

CONCILIATIO talis eſt. I. Effectus pravos ira excitat in calidis naturis, in frigidis & pituitoſis iſti motus conferunt.

II. Non omnis ira vitioſa. Sæpe comes eſt fortitudinis, ejusdemque cos. Ut cultri acies acuitur cote ad ſcindendum, ita animus irâ ad fortiter agendum. *Objectio.*

℞. approbando totum. Cum tali irâ non utantur fortes ut duce, ſed ut comite & milite, nulla inde corpori aut animo metuenda noxa. Verè fortis autem neque tali irâ opus habet.

CAPUT CIV

timorem, morborum cauſam exponit.

Ὁ φόβος, *autore Philoſopho 2. rhetor. cap. 5.* ἐστὶ λύπη τις ἢ ταραχὴ ἐκ φαντασίας μέλλοντος κακοῦ ἢ φθαρτικοῦ ἢ λυπηροῦ, *timor eſt moleſtia & perturbatio ex imaginatione futuri mali, vel idonei ad interimendum, vel moleſti.* *Timor.*

MALUM eſt timoris objectum, vel vere vel apparenter tale, vel probabiliter inconveniens, moleſtumque valdè FUTURUM malum eſt, & quidem ἐγγύς. BREVI. οὐ γὰρ πάντα κακὰ, *Ejus objectum.*

autore eodem, φοβεῖται, οἷον εἰ ἔσται ἄδικος ἢ βραδύς· ἀλλ' ὅσα ἢ λύπας μεγάλας, ἢ φθορὰς δύναται, καὶ ταῦτα ἂν μὴ πόῤῥω, ἀλλὰ σύνεγγυς φαίνηται, ὥς τε μέλλειν· τὰ γὰρ πόῤῥω σφόδρα οὐ φοβοῦνται. ἴσασι γὰρ πάντες, ὅτι ἀποθανοῦνται· ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐγγύς, οὐδὲν φροντίζουσιν. *Non enim omnia mala metuuntur, ut ne ſit injuſtus, aut tardus, ſed quæcunque vel moleſtias magnas vel interitus poſſunt, & hæc quæ non longe, ſed propè apparent, ut futura ſint. Nam quæ longè admodum, non metuuntur. Sciunt enim omnes ſe morituros, ſed quia non propè, non curant.* Ἐγγὺς φαίνεται τὸ φοβερόν. τοῦτο γάρ ἐστι κίνδυνος, τοῦ φοβεροῦ πλησιασμός. Τοιαῦτα δὲ ἔχθρά τε καὶ ὀργὴ δυναμένων ποιεῖν τι. & alia. *Propè apparet, quod metuendum eſt, idque periculum, eſt rei metuendæ appropinquatio. Ejusmodi verò ſunt, inimicitia, & ira eorum, qui poſſunt efficere aliquid.*

Nocet naturæ. Naturæ plurimum nocet hæc animi ægritudo, corpori ſubtrahit vires, hominemque ſæpe ita turbat, ut mentis non ſit capax. Vix ſum apud me, *ajebat ille*, ita animus commotus eſt metu. Πάντων τῶν δεινῶν ὁ φόβος μάλιστα καταπλήττει τὰς ψυχάς. *metus inter omnes res terribiles maximo impetu percellit animos, autore Xenophonte.* Ut veſtimentum tineas, & vermis lignum exedit, ita triſtitia cor hominis. Lætitia bonam valetudinem facit, metu areſcunt oſſa.

CAPUT CV.

Δυσθυμίας *triſtitiam, mœrorem ſeu mæſtitiam inter cauſas morborum refert.*

Metus. METUS, δειλία, δειμός, δεῖμα Græcis dicitur, mentem turbat, animum terret, & vincit territum, ſapientiamque omnem expectorat ex animo.

Ejus indoles. Eſt perceptio mali præſentis ſenſibus ingrati. Ut dolor propriè loquendo eſt paſſio à malo, quod per CORPUS illabitur, ita triſtitia eſt paſſio à malo adveniente, quod illabitur per phantaſiam. Triſtitia in animo: dolor in corpore.

Ingens malum. Malum SENSIBUS INGRATUM dicitur, & inconveniens. Oportet enim, ut ſit cognitum. Ut ignota non appetimus, ita nec ea ipſa fugimus. PRÆSENS dicitur malum, vel abſens

abſens bonum. Imprimit aliquid ſiniſtri animo, deinde animi inſtrumento, inde omnis œconomiæ ratio, & vitæ cardines quaſi convelli videntur. Dum animus languet ex apprehenſione alicujus mali præſentis aut certè proximè ingruentis, mens obnubilatur, vis imaginativa de ſuo ſtatu deturbatur, omni quiete hominem privat, omni virtute & robore cor ſpoliat, foresque aperit variis hoſtilibus morborum inſultibus.

Ut cor lætum pro medicinâ, ita ſpiritus triſtis exſiccat oſſa. *Scalig. lib. 1. epidorp.* *Triſtitia venenum.*

Sine triſtitiâ vivere, ſola vera vita eſt.
Ante interitum concreat illa mille mortes.

Triſtitia dupliciter mala eſt: 1. *ſecundùm ſe*, de malo apparente & verè bono. 2. *ſecundùm effectum*, de vero malo, ſed IMMODERATA, impediens bonam operationem.

Modum ſi nexcedat, ſanitati vim infert, dum edacitate ſuâ mancipium ſuum nunquam quieſcere permittit, ſed quodvis momentum venenatos ipſi imprimit morſus. *Exceſſus morbifer.*

TERROR ſubitaneus huic affinis, qui plura præſtat, timorisque quidam eſt exceſſus, & quaſi timor concutiens. Affinis etiam PAVOR, timor mentem loco movens, omnemque ſapientiam ex animo expectorans. Nobilis vir 50. annorum, territus, in ſolitudine, umbrâ corporis ſui, lunaribus radiis expoſiti, putans ſe videre ſpectrum, ſentit levem rigorem, calorem circà ſcrotum. Inflamatio ſequitur, tandem gangræna. Omnibus fruſtrà tentatis, imò ſcarificatione inflammatæ partis reiteratâ, moritur. *Terror. Pavor.*

Qui noctu ſoli ambulant aut iter faciunt, vanæ imaginationis errore in tenebris trepidantes, cum horrent dorſo tenus, ignaviâ & meticuloſitate ſuâ accumulant alia quædam graviora, quàm ſunt præſentia, nempe ſpectrum aliquod cervici imminere, illam occupare, quod portare cogantur. Inde ægrotant lecto affixi, interdum planè diem obeunt. *Noctu iter facientes.*

TERROR ſubitus, præter alios morbos plures, etiam peſtem advocare poteſt, dum halitus peſtiferi in ſuperficie corporis fortè reſtitantes à circumferentiâ cum ſanguine ad cor refluunt, qui fortè ſpontè evanuiſſent.

Epilepſiæ à terrore exempla obvia.

CAPUT CVI.

Spei, deſiderii, amoris, odii, gaudii noxii effectus.

Spes. UT ἡ δὲ ἐλπὶς SPES eſt motus cordis dilatantis & præparantis ſe ipſum, ad bonum arduum amplectendum, cum venerit: *ſeu* eſt immutatio affectus iraſcibilis in ſenſibile, & OBJECTUM habet 1. bonum. 2. arduum. 3. futurum ſeu abſens. 4. poſſibile adipiſci, adeòque animum erigit; ita DESPERATIO contrà ſe habet, & animum abjicit, & corpus in conſenſum trahit.

Deſiderium. Πόθος DESIDERIUM eſt appetitus intenſus placitæ rei, boni futuri nondum acquiſiti, abſolutè, non ut connotetur aliqua difficultas, &, *ut vult Scaliger exerc. 310.* inclinatio voluntatis ad habenda bona, quibus caremus, aut excutienda mala, quibus premimur. *exerc. 317. ſ. 3.* Nomen ſeu vox ſonat, tanquam de ſideribus petamus. Non rarò irritum eſt, plurimorum malorum autor.

Amor. Amor eſt affectus unionis, cujus cauſa eſt ſpecies illa ac forma, quæ accidit animo, ut in eo creet diſpoſitionē unionis. AMOR eſt affectus, quâ cum re amatâ unimur, aut unionem perpetuamus. Amor eſt concupiſcentiæ, benevolentiæ, complacentiæ.

CASTUS eſt, qui liberos quærit. IMPUDICUS eſt, appetitus ſine judicio, ſine modo nec bono fine, nec amoris appellatione dignus, oritur enim ex cœcâ libidine. Talem amorem excitat Venus verticordia & verticerebria, fovet Cupido, malæ matris malum ovum.

Littore quot conchæ, tot ſunt in amore dolores.
Quid deceat, non videt ullus amans.

Excœcat animum, corpus enervat.

Odium. Μῖσος ODIUM, alienatio quædam appetitûs erga id, quod æſtimatur ut noxium, adeoque malum. Latet illud ceu virus ſub corde, in flammam erumpit, vel levi accenſum memoriâ, vel intuitu, & animum corpuſque fatigat.

GAUDIUM

GAUDIUM, χαρὰ dicta quaſi κέαρ ῥέον, quod in eo cor quaſi diffluat, & dilatatis meatibus ſpiritus effundat. *Gaudium.*

Triplex eſt: 1. Quod oritur ex commoditate & utilitate noſtrâ, vel præſente vel futurâ, unum eſt: 2. Quod ex eâ felicitate, quâ fruuntur, vel quam expectant alii amici noſtri, & ἐπιχαιρεκακία dicitur, alterum gaudium eſt: 3. Quod ex infauſtis inimicorum noſtrorum ſucceſſibus & infortuniis naſcitur, tertia gaudii eſt ſpecies. Singulæ, cum excedunt modum, morborum cauſæ fieri poſſunt. Optata gaudia, dum nunciantur, morborum cauſæ fieri poſſunt. Optata gaudia, dum nunciantur, vix creduntur, cum veniunt, dant ſtuporem.

Præterea, duplex eſt animi exultatio: una GAUDIUM propriè dicitur, oritur à rebus ſeriis, animo placido, pacato, ſuis bonis viribusque fidente, & conſcientiâ rerum cum virtute junctarum: altera eſt HILARITAS, & LÆTITIA, quaſi latitia, quod cor in eâ dilatetur. In hâc animus inaniter & effusè exultat, ſine ratione. Infamis ferè res eſt, profuſum ſæpe riſum commiſtum habet, cum exſpiratione ſonorâ & intercisâ. Hæc in vitio eſt, non cadit in conſtantem virum. Chryſippus ridendo mortuus, dum aſinum conſpiceret veſcentem ficubus. Zeuxis, inſignis ille pictor, cum vetulæ cujusdam deformitatem perfectè delineaſſet, eamque attentè intueretur, usque adeò in effuſum prorupiſſe riſum legitur, ob expreſſam anûs deformitatem, ut animam inter ridendum exſufflaret.

Noſtrâ memoriâ cum effuſè, diductis faucibus, quidam rideret, luxata inferior maxilla eum juſſit conſilium implorare medici, qui impoſito utroque pollice molaribus dentibus, uno impulſu eam reſtituit in integrum. *Riſus.*

Mater filii amantisſima, poſtquam videndi illius deſiderio diu flagrarat, reducem illum, magni honoris & officii fulgore conſpicuum complexa, quantumvis voti compos facta, altero die incidit in ardentem febrem, quâ etiam nono die poſt è vivis ſublata. *Gaudium nimium noxium.*

Lacrymæ duobus obediunt affectibus. Excutit eas dolor: parturit easdem exultatio. *Lachrymæ.*

a. ? Egreditur cum lachrymis dolor & evaneſcit: egreditur cum lachrymis vitalis ſpiritus nonnunquàm, & exanimatur homo, lethalesq; incurrit morbos. Suppreſſæ, in animi affectibus triſtibus, lachrymæ, vim inferunt naturæ.

CAPUT CVII.

De affectibus, qui nec medium continent actu, nec admittere queunt.

TὈ ἀ ἔ πάθη, ὅσα εὐθὺς ὠνόμασται, συνειλημμένα μετὰ τῆς φαυλότητος, *autore Philoſopho 2. de moribus, cap. 6.* τῷ αὐτὰ φαῦλα, οὐχ αἱ ὑπερβολαὶ αὐτῶν, οὐδ᾽ αἱ ἐλλείψεις. *Affectus, qui ſtatim cum ipſo nomine implicantur, & non exceſſus ipſorum aut defectus, ſed ipſa mala ſunt*, morbis fores aperiunt.

Malevolentia. Επιχαιρεκακία MALEVOLENTIA nonnunquam tanta eſt, ut cum in actum deduci nequit, malum poſſeſſori creet ingens.

Invidia. Φθόνος INVIDIA cœcis ignibus cor exedit, alienis inimiciſſima incrementis, & auſpicatis turbata progreſſibus.

CAPUT CVIII.

Affectûs, qui medium actu continet, quomodo morborum cauſa fiat, exemplum.

Verecundia. VErecundia, affectus laudabilis, in medio cum virtute ſemper conſiſtens, interdum morborum patrona. Virgo quædam, *inquit Ballonius lib. 2. epid. & ephemer.* dum humi cecidiſſet, & verita eſſet, ne naturalia detexiſſet, apparuiſſentque impura excretionis veſtigia, præ pudore deſiit eſſe menſtrua.

CAPUT CIX.

ἀντιπαθείας *effectus.*

Odia abditarum virium magnas dant turbas. PEculiares quarundem naturarum ſunt notæ proprietates, cum aliqui ad rei alicujus viſum, aut odorem, aliàs non ingratum, auditum, vel præſentiam, de quâ ipſis nihil conſtat,

conſtat, graviter adficiuntur, ſtare loco neſciunt, vel ſedere, nonnunquam urinæ incontinentiâ corripiuntur, nonnunquam etiam ad majores meatus laxandos invitantur. Notus eſt nobilis vir, cujus ſumma aliàs animi conſtantia, qui aſpectu caſei ita perturbabatur, ut deliquium animi metueret. Alius non quidem aſpectu, ſed odore felis ſyncope corripiebatur, quoties illa, aſtantium aſtutiâ, in conclavi abſcondebatur, ipſo vel omninò inſcio.

CAPUT CX.

Imaginatio morborum mater, tàm benignorum, quàm malignorum.

VIr honoratus intuitus fixis oculis ulcera tibiæ, difficilis *Exemplum*
curationis, diro manantia tabo, imaginationis vi con- *1.*
citatis humoribus, ſimili affectu corripiebatur, hoc diſcrimine, quod illa brevi tempore debellabantur, hæc ἀθεράπευτα manebant.

Civis Geranus epilepticus ὑδραργυρώδει, *inunctione mercu-* *2.*
riali, in integrum reſtituebatur. Geſtatis in utroq; brachio fonticulis, vernalique & autumnali regimine obſervato, immunis, quatuordecim annorum ſpacio, ſervabatur ab hoc onere. Tandem à vaccâ proſtratus & per aliquot plateas, loro implicatus, raptus, paroxyſmo corripitur, integrum diem durante, qui illi erat fatalis. Liberi toto vitæ tempore ſimile malum nunquam experti, filii & ſorores, terribili hoc ſpectaculo conſternati, aliquot eodem malo corripiuntur: aliqui moriuntur, aliqui evadunt.

Magnam hujus vim in inducendis morbis eſſe confirmant *3.*
ſyncoptici, qui viſo triſti hoc ſpectaculo ipſi concidunt.

Ad peſtem inducendam magnum momentum conferre *4.*
nonnulli ajunt, alii per accidens ſolum admittunt, quatenus latens venenum à conſternatione animi movetur.

CAPUT CXI.

Lucubrationes diurnæ & nocturnæ.

Intentio animi in ſtudiis laudabilis.

INtentio animi in abſtruſorum naturæ operum contemplatione, & ad humanam cum Diis & hominibus converſationem faciente meditatione, eſt ingeniorum naturale quaſi pabulum. Docto homini tetricæ totos dare dies Minervæ, perindeque ut cœlum indefeſſâ circulatione rotari, ut mare æſtu reciproco inquieto moveri, continuatis ſtudiis in ſe orbe quodam redeuntibus exerceri ſemper, & in penſo literario detineri, eſt VIVERE.

Non eſt vita, quæ corpore continetur & ſpiritu, ſed illa, quæ viget memoriâ ſeculorum omnium, quam poſteritas alit, quam ipſa æternitas ſemper intuetur. Imò ſi quis adſuetus talibus operis ſe ſubtrahat, ſubtrahitur etiam animo cibus, & dum à morte ſibi timent, moriuntur, & fatalibus ſe adſociant umbris.

Nam vegetus Theophraſtus erat, firmusque labore,
laxavit poſtquam membra labore, obiit.

Μέτρον tamen hîc ἄριστον.

Nimia eſt noxia. I.

NIMIA INTENTIO in ſtudiis & expeditionibus noxia.

I. SUI RATIONE. Currum niſi duo equi conjuges pari trahant niſu & labore, ſed unus alterum excedat, inanis eſt labor. Ita & niſi actiones corporis & animi conatus, concordes & in negotiis tractandis ſint pares, vires animi & corporis, omnia in pejus ruunt. Nimia animi actio corpus debilitat, & corporis labor immodicus officit animo.

Studiorum continuatio & contentio, ut lumbi ſedendo, oculi doleant videndo, cum nulla alternæ quietis viciſſitudo, neque vires novo ſpirituum proventu inſtaurantur, nec relaxatio facultati principi indulgetur, ſanitati obeſt. Definitur non minùs ceſſatione vita, quàm actione; ſtudia non tam impetu præcipitanda, quàm ratione moderanda. Palladis gymnaſia iisdem ſe prorſus legibus firmant, quibus Martis caſtra. In his non ſola militaris habetur virtus, conſtanter in acie ſtare,

fortiter

fortiter ferire, intrepidè hoſtem inſtantem excipere, nutantem impellere, cadentem urgere; ſed etiam pedem referre, quieſcere animumque laxare & reficere. In illis eodem modo moderationis æquè ac ſtudiorum cura in ratione vitæ habenda. Hoc niſi fiat; omnia ſolent in pejus ruere, & retrò ſublapſa referri.

Ut corpus à violentis laboribus, ſic anima à naturalibus exſiccatur. Dum hæc auditu, viſu, ſolicitudine detinetur, tenuior optimus ſpirituoſus ſanguis conſumitur, humidum primigenium exſiccatur, corpus marceſcit, & gracilius efficitur. *Φροντὶς δὲ μόνη καταλεπτύνει ſolicitudo ſola corpus extenuat.* Unicâ faciei macredine & pallore ſtudioſus homo deſignatur, ut flumen Nili Crocodilo, Pallas ægide. *Noxa nimiarum meditationum.*

Minervæ etymon deducitur à minuendis viribus. *Minerva & Palladis etymon.*

Pallas derivatur à pallore, qui unicum lucubrationum præmium, illum, *qui nocturno inſomnis olivo immoritur*, comitatur.

Cicero ſummæ gracilitatis ob continuatas lucubrationes *autore Galeno 3. de locis affectis*, ob laborem in ſtudiis continuum memoriæ jacturam penè fecerat, læſa etiam ratiocinatricis functionis læſione.

Refert *Galenus 5. de ſanit. tuendâ cap. 11.* Primigenem Peripateticorum ſuâ ætate nemini ſecundum, ſedentariam domi vitam agentem, continuatione ſtudiorum in febrim incidiſſe, vel ſemel balneo intermiſſo.

Notabile eſt exemplum *à Galeno lib. 3. de locis affect. cap. 5.* propoſitum: *ἐγὼ δὲ οἶδα, verba ejus ſunt, ἵνα καὶ τὴν μνήμην μὲν ὀλίγου δεῖν ἀπολέσαντα, καὶ τὸν λογισμὸν δὲ βλαβέντα, διὰ φιλοπονίαν τε καὶ ἀγρυπνίαν ἐπὶ μαθήμασιν. Equidem novi quendam, qui ob laborem in ſtudiis atque vigilias, memoriam penè amiſerat, læsâ etiam ratione.* *Memoria læſio.*

II. TEMPORIS ratione, NOCTURNAS lucubrationes naturæ nocivas magis, quàm antelucanas & matutina ſtudia communis ferè eſt ſententia. Curioſè *Philoſophus 1. oeconom. cap. 6.* patremfamilias jubet ſua nec die nec noctu intermittere, nec domum ſine cuſtodiâ relinquere. Τό τε διανίστασθαι νύκτωρ· τοῦτο γὰρ καὶ πρὸς ὑγίειαν, καὶ οἰκονομίαν, καὶ *2. Temporis ratione. Philoſophus matutina ſtudia commendat.*

 φιλόσοφον

φιλόσοφον χρήσιμον. Hoc enim, nempe noctu ſurgere, non ad ſanitatem, rei familiaris curam, & ad philoſophiæ ſtudium utile eſt.

Suidas. *Suidas* *ἀρχὴν ἡμέρας εἶναι αὐτὸ ὅλον*, *inchoamentum diei eſt ipſum totum.*

Poëta. *Poëtæ* matutinum tempus meliorem partem diei vocant. Dies ad umbilicum dimidiatus tuus eſt, *dicebat Plautus.*

Aurora Muſis amica. AURORAM omnes Muſis vocamus amicam, & tanta quidem cum confidentiâ, ut non ſcripta videatur lex ſed lata, nec æri aut marmori, ſed omnium, qui per honeſtos labores vitam tranſigere cupiunt, cordi atque animo inciſa, ut ſtatim primis cadentibus aſtris ſe operi manuario & literario accingant. AURORA alato Muſarum equo deferri fingitur. Parnasſi fons ab eodem equo recluſus perhibetur, quod id cum oritur ſidus, ſocio ſole, ut in Aprili & Majo, matutinis horis, optimè feliciterque ſtudia tractentur, & pleno vires ingenii effundant ſe gurgite. Minervæ caſſis gallo gallinaceo vigilantiſſimâ ave ab omni fuit inſignita antiquitate. Sapientiæ ſtudioſum decet adveniente aurorâ cum Minervâ, Apolline, & Muſis verſari, procedente die de iis loqui, reliquum diei aliis ſermonibus & negociis impendere.

Transgreſſores malè ſibi conſulunt. Ab hoc tramite qui faciunt ſeceſſionem, ſanitati malè conſulunt ſuæ. Bonarum literarum ſtudioſi, qui horâ tertiâ matutinâ partem noctis convertunt in diem, & meditationibus indulgent, oculosque vidēndo, & nates defatigant ſedendo usque ad undecimam, errorum pœnas luunt malefidâ ſanitatis poſſesſione.

CAPUT CXII

res præter naturam explicat.

Res præter naturam. UNa præter naturam res alterius fomes eſſe poteſt, & variorum ſymptomatum incitamentum aliorum. Affectus hypochondriacus occaſionem præbet affectibus plurimis, qui itidem vel morbi eſſe poſſunt, vel ſymptomata: morbi, ut intemperies, ſymptomata, ut dolor in partibus membranoſis ſingulorum.

Solutio-

Solutionis continui, omnium DOLORUM matris, in ſingulis ventribus, & artubus, cauſæ poſſunt eſſe intemperies, tum res, p. n. vulnera, ulcera, fracturæ, luxationes. Res toto genere præter naturam idem valent: vermes, calculi.

Durantibus comitiis Ratisponæ, ab anno 1657, ad 1665, adeoque octo annorum ſpacio, quatuor Archiduces Auſtriæ mortui, ultimus Franciſcus, Sigismundus Oenoponti anno eodem: iunii 20, annos natos XXXV. Aperto cadavere, cor flaccidũ. In ventriculis cerebri magna ſeroſi humoris copia reperta.

APOPLECTICUS concidit Sereniſſimus & Celſiſſimus Princeps Wilhelmus, Landgravius Haſſiæ, ex acidulis redux. Apertâ calvariâ aqua plurima diluebat cerebrum.

DENTITIO fores aperit epilepticis inſultibus.

AD PHRENETICOS inſultus diſponit febris ardens.

COLICUM dolorem excipit ictericus in toto corpore color.

A VERMIBUS quartanam adnotavit *Foreſtus lib. 7. obſerv.*

CAPUT CXIII.

De differentiis morborum & ſymptomatum.

Differentiæ petuntur

PRopoſita hactenus quamvis clara fient, ordo tamen melioris doctrinæ hanc invexit conſuetudinem, ut αἱ διαφοραὶ differentiæ majoris σαφηνείας ἕνεκα ſingulatim enarrentur. Εἴδη *ſpecies* appellari queunt.

ex tribus fontibus: 1. formali ratione.

Petuntur autem ex certis fontibus, *à ratione cauſæ formalis, materialis & efficientis.*

FORMALES reſpiciunt rei præter naturam οὐσίαν *eſſentiam*, ſeu præternaturalis diſpoſitionis ideam, vehementiam, motum, tempus invaſionis, moram durationis.

Vehementia.

IDEAE ratione, alius genuinus, & exquiſitus, alius nothus.

VEHEMENTIÆ reſpectu alius magnus, alius vehemens, parvus, debilis. Μέγας, σφοδρὸς *magnus, vehemens* morbus triplex eſt, alius κατὰ τῆς βεβλαμμένης ἐνεργείας ἀξίωμα, *ſecundùm dignitatem partis, ejusque actionis nobilitatem:* ALIUS κατὰ τὴν οἰκείαν τῆς διαθέσεως οὐσίαν, *ſecundùm propriam diſpoſitionis eſſentiam, alius* κατὰ τὸ ἦθος *ſecundum morem, ſecundum facultatem* εὐήθης ἢ κακοήθης *benignus vel malignus* dicitur,

motûs. MOTUS ratione alius acutus, brevis, alius chronicus. Quilibet rurſum ſuos habet gradus.

temporis. TEMPORIS INVASIONIS reſpectu, alius recens, alius inveteratus: MORA DURATIONIS alius in principio, augmento, ſtatu, vel declinatione.

2. *materiali,* MATERIALES concernunt ſubjectum, quod affici poteſt vel per eſſentiam, vel conſenſum poſitivum vel privativum, cum vel ſine communitate materierum.

3. *efficiente.* EFFICIENTIÆ ratione differentiæ notabiles occurrunt, quæ ordine cauſarum prius obſervato recenſendæ. Sic alius affectus oritur ab hac vel illâ intemperie, & vel ſanguine puro, vel bilioſo, pituitoſo, melancholico, ſeroſo. *Diſponunt* res naturales, & non naturales. Notatu digna diſtinctio eſt: quâ alii morbi elementares, alii aſtrales conſtituuntur. Præternaturales, hæque ſunt vel morbi intemperiei, conformationis, vel ſolutæ unitatis.

Poſitiva alia, POSITIVÆ aliæ ſunt cauſæ, aliæ PRIVATIVÆ.

in affectu frigido. POSITIVÆ ſuâ præſentiâ affectum ſibi conſimilem, corpori autem noxium, producunt, & FRIGIDUM quidem, calorem exſtinguendo, reſolvendo, & ſuffocando.

1. 2. PRIMI ORDINIS ſunt poſitivè frigida: aqua frigida, medicamenta infrigidantia. II. Partes frigidæ vicinæ aliarum calorem RESOLVERE poſſunt ἀντιπεριστάσια quâdam damnosâ, quâ ventriculus frigidus calori jecoris & vicinarum partium inſidiari creditur.

3. III. ULTIMI ORDINIS, SUFFOCANDO calorem, exſequuntur munus ſuum evacuationes conſuetæ ſuppreſſæ, & obſtructiones viſcerum diuturnæ.

In calido, CALIDUM affectum poſitivè excitant calida ingeſta & exterius admota.

Privativa. PRIVATIVÆ abſentiâ ſuâ affectum ſibi diſſimilem edunt: ſic influxu ſanguinis inhibito in ſyncope, partes, influente hoc deſtitutæ nectare, torpent frigore.

GUER-

GUERNERI ROLFINCII,

PHIL. ET MED. DOCT. ET PROF. PUBLICI,

ORDINIS ET METHODI MEDICINÆ SPECIALIS COMMENTATORIÆ

LIBER III,

de illis, quæ eſſentiam rerum

præter naturam ſequuntur, & ſignorum obtinent rationem, diagnoſticis & prognoſticis.

SECTIO I.

De ſignis diagnoſticis.

CAPUT I.

De diagnoſticis in genere.

DUplicia ſunt ſigna in commentatoriâ ſpeciali medicinâ attendenda: διαγνωστικὰ καὶ προγνωστικά. Ad ſubdiviſiones diagnoſticorum pertinent παθογνωμονικὰ καὶ ἀναμνηστικά, *indicativa affectûs ſpecialia & rememorativa*, συνεδρεύοντα, ἐπιγινόμενα, καὶ ἐπιφαινόμενα: *adſidentia, ſupervenientia, ſuperapparentia* ad prognoſtica referri queunt. *Διαίρεσις bimembris hæc ſignorum diſtinctio ſufficit.*

Significatio. Signum pathognomonicum.

Σημείωσίς ἐστιν, *inquit Galenus libro finitionum medicarum*, ἡ διὰ σημείου ἢ διὰ σημείων κατάληψις. Σημεῖον ἐστὶν ὃ γνωσθέντος ἕτερον ἀγνοούμενον ἡμῖν γινώσκεται καταλαμβανόμενον. Παθογνωμονικόν ἐστιν τῶν τε ἐντὸς καὶ ἐκτὸς σημείωσις. Καταγνωμονικόν ἐστι σημεῖον, ἐξ οὗ γινώσκεται τὸ αἴτιον. *Significatio eſt mediante ſigno uno aut pluribus comprehenſio* SIGNUM *eſt, quo cognito, aliud ignotum comprehenditur.* PATHOGNOMONICUM *eſt, eorum quæ extrà ſunt & intrà ſignificativum.* Amat unitatem, & pluralitatem. Unum pari paſſu ambulat cum δηλωτικῷ & καταγνωμονικῷ. Plura cum ſunt, τέκμαρσιν certiorem pariunt, ut in pleuritide & dyſenteriâ.

Σημειωτικὴ διάγνωσις.

Διάγνωσις νοσηματικὴ eſt certa, cita, & expedita, affectuum præter naturam, partem affectam & cauſam, per ſigna inveniendi ratio.

Neceſſaria ad curationem.

Hæc doctrina tantò magis NECESSARIA, quò verior egregia illa ſententia animis hominum, aureis inſcribi digna literis, à *Galeno 1. ad Glauconem cap. 1.* & *Tralliano lib. 8. cap. 9.* propoſita. ὁ ἄριστα γνοὺς ἄριστα θεραπεύσει, *melius agnoſcens, melius curat.* Cui conformis eſt altera *ejuſdem Tralliani lib. 9. cap. 1.* ὀρθῆς θεραπείας πηδάλιόν ἐστιν ἡ διάγνωσις, *internotio recta curationis eſt fundamentum.* Non intellecti nulla eſt curatio morbi: Ignoto morbo qui præſcribit remedium, næ clauſis ille pugnat oculis.

Ad autoritatem conciliandam.

AD AUTORITATEM conciliandam etiam eſt neceſſaria. Eleganter *Cous 1. prognoſticor* προγινώσκων καὶ προλέγων παρὰ τοῖσι νοσέουσι τά τε παρεόντα, καὶ τὰ προγεγονότα, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, ὁκόσα τε παραλείπουσι οἱ ἀσθενέοντες ἐκδιηγεύμενος, πιστεύοιτο ἂν μᾶλλον γινώσκειν τὰ τῶν νοσεόντων πρήγματα, ὥστε τολμᾶν ἐπιτρέπειν τοὺς ἀνθρώπους σφέας ἑαυτοὺς τῷ ἰητρῷ. *Prænoſcens & prædicens apud ægros & præſentia, & præterita, ac futura, & quæ ægri omittunt, declarans, credetur res ægrotorum cognoſcere, ut ſe homines medico committere audeant.*

Difficilis eſt.

Difficilis admodum eſt διάγνωσις. Τὸ τῆς τέχνης στοχαστικὸν ἐν τῷ τῶν διαθέσεων διαγνωστικῷ μάλιστα εἶναι, *quod artis conjecturale, id maximè in affectuum dignotione conſiſtere* cenſuit *Galenus 2. de compoſ. medicam.* κατὰ τόπους *cap. 1. & 10.* εὑρισκόμεναι γὰρ αὗται τὴν θεραπείαν οὐ στοχαστικῶς ἀλλ' ἐπιστημονικῶς ἐνδείκνυνται, μετά τοι καὶ γινώσκεσθαι τὸ δύσλυτον ἐνίων διαθέσεων. *Affectiones ubi inventa fuerint,*

cura-

curationes non conjecturaliter, ſed ſcientifice indicant, cum hoc, quod & cognoſcere datur, quàm ægrè aliquæ medelis cedant affectiones.

Non tamen difficultas hæc ubique eadem. Nonnunquam prædicendi via ſentibus obruta, nonnunquàm plano decurrit calle. *ἡ διάγνωσις νοσηματικὴ ποτὲ μὲν ἀποδεικτικὴ, ποτὲ μὲν στοχαστικὴ, dignotio nonnunquam ſcientifica, demonſtrativa, nonnunquam conjecturalis.* In pleuritide & dyſenteriâ, *autore Galeno loco citato,* eſt *ἐπιστημονικὴ, ὡρισμένοις σημείοις γνωριζομένη* In aliis *στοχαστικὴ, καὶ μόνοις τοῖς ἀκριβῶς ἐπισταμένοις ἑκάστου νοσήματος τὴν οἰκείαν θεράπειαν ἐξευρίσκεσθαι δυναμένη, conjecturalis agnitio eſt, ac ſolis iis inveniri potis, qui exactè cujusque morbi propriam curationem nórunt.* *Non tamen ubique eodem modo.*

Difficilior eſt διάγνωσις in morbis incipientibus, facilior in adultis. *ὁμοίου τοῦ πράγματος ὄντος, inquit Galenus 1. prorrhetic. com. 1. t. 1. τῇ διαγνώσει, τῶν ἄρτι τῆς γῆς ἀνισχόντων, φυτῶν, ἃ γεωργός μέν τις ἢ διαγνωστικὸς ἁπάντων φυτῶν ἑτοίμως γνωρίζει, τοῖς δὲ ἄλλοις ἄγνωστά ἐστιν. Idem evenit morbis, quod naſcentibus herbis. Hæ non niſi à peritiſſimo rei herbariæ agnoſcuntur orientes, florentes, & adultas idiota quilibet agnoſcit. πολλάκις γὰρ, pergit Galenus loco citato, ὁρῶμεν ἀρούρας ὁμοιοτάτας τὴν βλάστησιν ἐχούσας πόας, ἃς ἡμεῖς μὲν οὐ διαγινώσκομεν, οἱ γεωργοὶ δὲ ἴσασιν. Τὶ μὲν ἐξ αὐτῶν ἐστὶ πόα. Τὶ δὲ πυρὸς ἄρτι φυόμενος. Τὶ δὲ κριθή. Τὶ δὲ ζειά. Τὶ δὲ τῶν ἄλλων ἕκαστον. οὕτω δὲ κἀπὶ τῶν δένδρων ἔχει, καὶ γὰρ καὶ ταῦτα συμπεπληρωμένα πᾶσι τοῖς οἰκείοις μορίοις, ἅπαντες γνωρίζομεν, ἀρχόμενα δὲ φύεσθαι παντάπασιν ὀλίγοις γνωρίζεται. Agros ſiquidem herbas germinatione ſimillimas ſæpius ferre conſpicimus, quas nos quidem non internoſcimus: ruſtici verò internoverunt, quidnam ſcilicet ex his herba ſit, quid triticum nuper enatum, quid hordeum, quid zea, & quidnam aliorum unumquodque. Ad hunc quoque modum res habet in* ARBORIBUS: *nempe & eas, cum omnibus ſuis partibus abſolutæ ſunt, univerſi cognoſcimus: cum verò enaſci incipiunt, à paucis cognoſcuntur.* *Difficilior in morbis incipientibus.*

CONJECTURALIS autem cum dicitur dignotio, non intelligendus στοχασμὸς quivis, ſed fundatus ſuper certiſſimis artis principiis, & experientiâ ſtabilitus. RATIO CONJECTURÆ talis eſt, ut cum ſæpiùs aliquando reſponderit, interdum tamen nos fallat, utplurimùm tamen, *Conjecturalis quomodo ſit dignotio.*

Significatio. Signum pathognomonicum. Σημείωσίς ἐστιν, *inquit Galenus libro finitionum medicarum*, ἡ διὰ σημείου ἢ διὰ σημείων κατάληψις. Σημεῖον ἐστὶν ὃ γνωσθέντος ἕτερον ἀγνοούμενον ἡμῖν γινώσκεται καταλαμβανόμενον. Παθογνωμονικόν ἐστιν τῶν τε ἐντὸς καὶ ἐκτὸς σημείωσις. Καταγνωμονικόν ἐστι σημεῖον, ἐξ οὗ γινώσκεται τὸ πάθος. *Significatio est mediante ſigno uno aut pluribus comprehenſio* SIGNUM *eſt, quo cognito, aliud ignotum comprehenditur.* PATHOGNOMONICUM *eſt, eorum quæ extrà ſunt & intrà ſignificativum.* Amat unitatem, & pluralitatem. Unum pari paſſu ambulat cum δηλωτικῷ & καταγνωμονικῷ. Plura cum ſunt, τέκμαρσιν certiorem pariunt, ut in pleuritide & dyſenteriâ.

Σημειωτικὴ διάγνωσις. Διάγνωσις νοσοποιητικὴ eſt certa, cita, & expedita, affectum præter naturam, partem affectam & cauſam, per ſigna inveniendi ratio.

Neceſſaria ad curationem. Hæc doctrina tantò magis NECESSARIA, quò verior egregia illa ſententia animis hominum, aureis inſcribi digna literis, à *Galeno 1. ad Glauconem cap. 1.* & *Tralliano lib. 8. cap. 9.* propoſita. ὁ ἄριστα γνοὺς ἄριστα θεραπεύσει, *melius agnoſcens, melius curat.* Cui conformis eſt altera *ejuſdem Tralliani lib. 9. cap. 1.* ὀρθῆς θεραπείας πηδάλιόν ἐστιν ἡ διάγνωσις, *internotio recta curationis eſt fundamentum.* Non intellecti nulla eſt curatio morbi: Ignoto morbo qui præſcribit remedium, næ clauſis ille pugnat oculis.

Ad autoritatem conciliandam. AD AUTORITATEM conciliandam etiam eſt neceſſaria. Eleganter *Cous 1. prognoſticor.* προγινώσκων καὶ προλέγων παρὰ τοῖσι νοσέουσι τά τε παρεόντα, καὶ τὰ προγεγονότα, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, ὁκόσα τε παραλείπουσι οἱ ἀσθενέοντες ἐκδιηγεύμενος, πιστεύοιτο ἂν μᾶλλον γινώσκειν τὰ τῶν νοσεόντων πρήγματα, ὥστε τολμᾶν ἐπιτρέπειν τοὺς ἀνθρώπους σφέας ἑωυτοὺς τῷ ἰητρῷ. *Prænoſcens & prædicens apud ægros & præſentia, & præterita, ac futura, & quæ ægri omittunt, declarans, credetur res ægrotorum cognoſcere, ut ſe homines medico committere audeant.*

Difficilis eſt. Difficilis admodum eſt διάγνωσις. Τὸ τῆς τέχνης στοχαστικὸν ἐν τῷ διαθέσεων διαγνωστικῷ μάλιστα εἶναι, *quod artis conjecturale, id maximè in affectuum dignotione conſiſtere* cenſuit *Galenus 2. de compoſ. medicam.* κατὰ τόπους *cap. 1. & 10.* εὑρισκόμενα γὰρ αὐτὰ τὴν θεραπείαν οὐ στοχαστικῶς ἀλλ' ἐπιστημονικῶς ἐνδείκνυται, μετὰ τοῦ καὶ γινώσκεσθαι τὸ δύσλυτον ἐνίων διαθέσεων. *Affectiones ubi inventæ fuerint,*

cum-

curationes non conjecturaliter, ſed ſcientifice indicant, cum hoc, quod & cognoſcere datur, quàm ægrè aliqua medelis cedant affectiones.

Non tamen difficultas hæc ubique eadem. Nonnunquam prædicendi via ſentibus obruta, nonnunquàm plano decurrit calle. ἡ διάγνωσις νοσοματικὴ ποτὲ μὲν ἀποδεικτικὴ, ποτὲ μὲν στοχαστικὴ, *dignotio nonnunquam ſcientifica, demonſtrativa, nonnunquam conjecturalis.* In pleuritide & dyſenteriâ, *autore Galeno loco citato*, eſt ἐπιστημονικὴ, ὡρισμένοις σημείοις γνωριζομένη In aliis στοχαστικὴ, καὶ μόνοις τοῖς ἀκριβῶς ἐπισταμένοις ἑκάστου νοσήματος τὴν οἰκείαν θεράπειαν διορίσασθαι δυναμένη, *conjecturalis agnitio eſt, ac ſolis iis inveniri potis, qui exactè cujusque morbi propriam curationem nórunt.*

Non tamen ubique eodem modo.

Difficilior eſt διάγνωσις in morbis incipientibus, facilior in adultis. ὁμοίου τοῦ πράγματος ὄντος, *inquit Galenus 1. prorrhetic. com. 1. t. 1.* τῇ διαγνώσει, τῶν ἄρτι τῆς γῆς ἀνισχόντων, φυτῶν, ἃ γεωργός μέν τις ἢ διαγνωστικὸς ἁπάντων φυτῶν ἐμπείρως γνωρίζει, τοῖς δὲ ἄλλοις ἄγνωστά ἐστιν. *Idem evenit morbis, quod naſcentibus herbis. Hæ non niſi à peritiſſimo rei herbariæ agnoſcuntur orientes, florentes, & adultas idiota quilibet agnoſcit.* πολλάκις γὰρ, *pergit Galenus loco citato.* ὁρῶμεν ἀρούρας ὁμιοτάτας τὴν βλάστασιν ἐχούσας πόας, ἃς ἡμεῖς μὲν οὐ διαγινώσκομεν, οἱ γεωργοὶ δὲ ἴσασιν. Τὶ μὲν ἐξ αὐτῶν ἐστι πόα. Τὶ δὲ πυρὸς ἄρτι φυόμενος. Τὶ δὲ κριθή. Τὶ δὲ ζειά. Τὶ δὲ τῶν ἄλλων ἕκαστον. οὕτω δὲ κἀπὶ τῶν δένδρων ἔχει, καὶ γὰρ καὶ ταῦτα συμπεπληρωμένα πᾶσι τοῖς οἰκείοις μορίοις, ἅπαντες γνωρίζομεν, ἀρχόμενα δὲ φύεσθαι παντάπασιν ὀλίγοις γνωρίζεται. *Agros ſiquidem herbas germinatione ſimillimas ſæpius ferre conſpicimus, quas nos quidem non internoſcimus: ruſtici verò internoverunt, quidnam ſcilicet ex his herba ſit, quid triticum nuper enatum, quid hordeum, quid zea, & quidnam aliorum unumquodque. Ad hunc quoque modum res habet in* ARBORIBUS: *nempe & eas, cum omnibus ſuis partibus abſolutæ ſunt, univerſi cognoſcimus: cum verò enaſci incipiunt, à paucis cognoſcuntur.*

Difficilior in morbis incipientibus.

CONJECTURALIS autem cum dicitur dignotio, non intelligendus στοχασμὸς quivis, ſed fundatus ſuper certiſſimis artis principiis, & experientiâ ſtabilitus. RATIO CONJECTURÆ talis eſt, ut cum ſæpiùs aliquando reſponderit, interdum tamen nos fallat, utplurimùm tamen,

Conjecturalis quomodo ſit dignotio.

T 2 *autore*

autore Galeno lib. 1. de criſibus cap. 9. de principio morbi loquente, τεχνικὸς ςοχασμὸς ἐγγυτάτως τῆς ἀληθείας ἀφίκηται, *artificioſa conjectura proximè ad veritatem accedit.*

CAPUT II.

De Διαγνώσει in ſpecie, & 1. ſignis, quibus corpus ægrum à ſano diſcernitur, ſeu ſignis morbi imminentis.

Imminentis morbi dignotio. PRævidere imminentem morbum opus eſt magnæ dignitatis, eoque eminentius, quò nobilius futuram ægritudinem rectâ providentiâ avertere, quàm præſentem opportunis expugnare præſidiis. Jucundius eſt concatenatæ ſanitatis fructu gaudere, quàm amiſſam dolere, & poſtliminiò reducem præſtolari.

Non adeò difficilis eſt, Nec adeò difficilis eſt hæc Διάγνωσις. Ut in aëre tempeſtas rarò oritur, quam non præmonſtrent quædam ſigna, ita rarò hominem invadit morbus, qui non poſſit prævideri.

pertinetque ad Διάγνωσιν. Διάγνωσις hæc πρόγνωσις appellatur à *Galeno in arte medicinali cap. 82.* à nobis tamen Διαγνώσει adſcribetur.

Generalis regula. GENERALEM de imminentis morbi ſignis regulam propoſuit *Galenus, eodem loco.* Τὰ τῆς μελλούσης νόσου προγνωστικὰ διττὰς ἔχει διαφοράς. Τὰ μὲν ποσότησιν, ἢ ποιότησιν, ἢ καιροῖς, οὐκ αὐταῖς ἰδέαις οἰκείαις ἐξηλλαγμένα τῶν κατὰ φύσιν. Τὰ δὲ παρὰ φύσιν μέχρι περ ἂν ᾖ σμικρὰ καὶ μηδέπω τῶν εἰθισμένων πράξεων ἀπάγειν ἱκανά. *Signa morbi futuri prædictoria duas habent differentias.* UNA *eorum eſt, quæ quantitatibus, qualitatibus, & temporibus, non autem propriis ſpeciebus, ab eo, quod ſecundum naturam eſt, evariant.* ALTERA *eſt illorum, quæ à* NATURALI STATU DEFLECTUNT, *donec modica fuerint, & nondum hominem à conſuetis operibus ſufficiunt dimovere.* Utramque differentiam elegantibus illuſtrat exemplis.

Signum ſecundùm naturam I. IN ILLORUM, quæ SECUNDÙM NATURAM in nobis ſunt, & imminentem morbum præſagire poſſunt, numero ſunt res naturales, & non naturales.

1. res naturales. I. NATURALES DISPONENTES ſunt TEMPERA-

MEN-

MENTUM viſcerum principalium, totiusque corporis diſpoſitio, ratione ætatis, ſexûs, hæreditariæ diſpoſitionis, aut ſimilibus morbis laborandi conſuetudinis, & alia. Τοῦ σώματος ὄγκος, ἐλάττων τε καὶ μείζων γινόμενος, ἐρυθρότερός τε καὶ λευκότερος, ἢ οἷον πελιδνότερος καὶ μελανότερος. *Corporis moles major aut minor, aut magis alba aut magis rubra, quemadmodum lividior aut nigrior.* Illa enim omnia humorum notant redundantiam, & alterationem, τὰ μὲν αὐξανόμενα, τὰ δὲ μειούμενα, τὰ δὲ καιροῖς τισὶν ἢ ποσότησιν, ἢ ποιότησιν ἐξαλλαττόμενα, *hæc quidem augmentata, hæc comminuta, hæc verò temporibus quibusdam, aut quantitatibus, aut qualitatibus immutata.*

II. RES NON NATURALES, ut ad futurum morbum diſponunt, ita etiam eundem futurum ſignificant. *2. res non naturales: aër,*

AER ſi inſigni alteratione ſit perturbatus, indicat, eos, qui ob intemperiei affinitatem magis ſunt diſpoſiti ad talem alterationem, ſimili morbo correptum iri. De hisce *Com 3. aphoriſmorum* fuſiùs agit.

MOTUS & QUIES, SOMNUS & VIGILIA, ſi modum excedant, morborum imminentem tempeſtatem indicare queunt. *Motus, Vigilia.*

CIBUS & POTUS plenitudinis & cacochymiæ parens præſagiendi materiam ſuggerit, *autore Galeno.* Ὄρεξις σιτίων ἐπιτεταμένη, καὶ ἐκλελυμένη, *appetentia ciborum intenta, vel diſſoluta,* aut quæ non ſervat tempus conſuetum, aut quæ ad edulia non uſitata fertur, ſi adſit, prædici poteſt, hominem illum caſurum in cruditates, obſtructiones, febres. *alimenta,*

ΤᾺ ἘΚΚΡΙΝΌΜΕΝΑ καὶ ἐπεχόμενα, *excreta aut retenta* inhibita, ut alvus, hæmorrhoides, ſudores, excrementa per nares & os ut & per pulmones evacuari ſolita, morbos portendere, futuros, ibidem memorat Galenus. *excreta,*

ΤᾺ ΠΑΘΉΜΑΤΑ animi, triſtari præter ſolitum, iræ motibus concitari, morbos imminentes etiam notant. *affectus animi.*

Futuri morbi præſagia, ex pluribus rebus naturalibus conjugatim ſumtis, collegit *Hippocrates 6. epid. comm. 3. t. 1.* brevi ſententiâ: ἡ δέρματος ἀραιότης, ἡ κοιλίης πυκνότης, ἡ δέρματος σύνδεσις, ἡ σαρκῶν αὔξησις· ἡ κοιλίης νάρκωσις, ἡ τῶν ὅλων σύγχυ- *Plura indicia unita.*

σις. ἡ τῶν ἀγγείων ἀκαθαρσία, ἡ ἐγκεφάλου ἀνάλωσις. *Cutis raritas, ventris aſtrictio. Cutis colligatio, carnium augmentum: ventris torpor, omnium confuſio: vaſculorum immunditia, cerebri conſumtio.*

Præter naturam imminentis morbi.

II. PRÆTER NATURAM ſigna in prædictione imminentis morbi magnum habent momentum.

Per hæc ſigna, *cum Galeno* intelligimus ea, quæ ſunt apta fieri à cauſis ſolùm morboſis, & in corporibus ægrotantibus, ita tamen, ut actiones ipſas nondum impediant. καὶ ὅγε τοῦ νοσεῖν ὅρος οὗτος ἐστὶν ἐπὶ ταῖς τοιαύταις διαθέσεσι. *Hic enim in hujusmodi diſpoſitionibus terminus eſt morbus.*

In actionibus læſis exemplum petitum à dolore.

IN ACTIONIBUS LÆSIS exemplum exhibet *Galenus* primum de

DOLORE. Dolor nullus naturâ vel etiam minimus fit in corporibus ſanis. Inde δῆξις τῆς γαστρὸς, ἢ κατὰ τὸν στόμαχον, ἢ κατά τι τῶν ἐντέρων, ἢ ἐπὶ τοῖς διαχωρουμένοις, ἢ ἐμουμένοις, ἢ οὐρουμένοις τις ἕτερος μέτριος πόνος ἐκ τοῦ γένους μὲν ἐστὶ τῶν παρὰ φύσιν, οὔπω δὲ νοσεῖν, οἱ οὕτως ἔχοντες λέγονται, καθάπερ οὐδὲ οἱ βαρυνόμενοι τὴν κεφαλὴν, ἢ ἀλγοῦντες, ὅταν γε μηδέπω διὰ ταῦτα, πρὸς τὰ συνήθη τῶν ἔργων ἐμποδίζωνται. *Morſus ventris, vel in ore ventriculi, vel in aliqua inteſtinorum, aut cum alvus ſubducitur, aut cum vomitus excitatur, aut cum mingitur, ſive aliquis dolor mediocris ex genere quidem exiſtit eorum, quæ præter naturam ſunt, non tamen, qui ita ſe habent, ægrotare dicuntur, ſicut neque qui capite gravantur, aut dolent, aut vigilant, cum nondum in conſuetis impediuntur operationibus.*

Hæc omnia dum leviora ſunt, minantur quidem morbos, ſed nondum oſtendunt præſentes. Graviora autem cum fiunt, ſigna fiunt ægrotantium corporum.

à guſtu,

Subjungit *Galenus* actiones læſas κατὰ μὲν τὴν γεῦσιν, ὅταν ἁλμυρᾶς, ἢ πικρᾶς, ἢ τινὸς ἑτέρας ποιότητος ἔμφασις ἢ τοῖς ἐσθιομένοις ἢ πινομένοις ἅπασιν, ἢ καὶ χωρὶς τοῦ προσφέρεσθαί τι τὸ σίαλον αὐτὸ φαίνηται τοιοῦτον. *Circa ſenſum guſtus, cum vel ſalſæ, vel amaræ, vel alterius qualitatis ſapor nobis indicatur, ſive in omnibus, quæ bibuntur aut manducantur, aut præter quod aliquid adſumatur, ſaliva ipſa talis ſentiatur.*

odoratu, auditu, viſu.

Aggreditur etiam aberrationes κατὰ τὴν ὄσφρησιν, ἀκοὴν, ὄψιν, ἁπλῶς τὴν αἴσθησιν, *odoratum, auditum, viſum, tactus* ſenſum,

ὅταν

ὅταν ἀνωμαλία τις, ἢ πύκνωσις, ἢ βάρος, ἢ τάσις, ἢ ναρκώδης, ἢ ἑλκώδης ἐμφάνηται, καθ' ὅλην τὴν ἕξιν, &c. *Cum inæqualitas aliqua, vel ſpiſſitudo, vel gravitas, vel tenſio, vel torpida, vel ulceroſa diſpoſitio in toto corporis habitu ſentitur, &c.*

Hæ omnes, concludit *Galenus*, diſpoſitiones, ὅταν σμικραί τινὲς ὦσι, καὶ μὴ μόνιμοι τὴν μὲν διάθεσιν εἶναι δηλοῦσι, προαγγέλλουσι δὲ νόσους, *quando modicæ fuerint, ac minimè firmæ, neutram quidem diſpoſitionem adeſſe demonſtrant, futuram verò ægritudinem prænunciant.* *Actiones læſæ ſigna ſunt, cum modicæ ſunt.*

Eleganter *Cous 2. aphoriſm. 5.* κόποι αὐτόματοι φράζουσι νόσους, *ſpontaneæ laſſitudines morbos denunciant. Galenus autem in commento*, non à labore, aut motu nimio fatigationem, ſed ingeneratam in corporibus animantium affectionem, & gravitatis ſenſum ſed SPONTINAM LASSITUDINEM intelligit. Triplex hæc eſt, ἑλκώδης *ulceroſa*, ex cacochymia nata: ſecunda τονώδης *tenſiva* ex plenitudine: tertia φλεγμονώδης, quæ inflammationes conſequitur inflammationis habet ſenſum, ex utraque una coeuntibus habet originem; & *concludit*: Spontanea ergo laſſitudo morbos denunciat. Motus debilitas & ſenſuum turbatio, apoplexiam: muſcarum ante oculos volitantium copia, ſuffuſionem notat, animi languor præcedit ſyncopen. *Laſſitudines morborum prænuncia.*

Τὰ ἐκκρινόμενα, ut *excreta* ſputa & catarrhi ſalſi, minantur phthiſin, præcipuè ſi ſanguinea cum ſputo miſceantur. *Excreta.*

Τὰ καθ' ὅλον σῶμα φαινόμενα, *qualitates totius corporis mutatæ* etiam morbos præſagiunt. COLOR faciei ad album vel lividum viridemve mutatus, cachexiam; in virginibus etiam ſuppreſſionem menſium vel adeſſe vel imminere notat. *Qualitates mutatæ.*

CAPUT III.

Signa morbi præſentis, in ſpecie 1. ſecundùm ideam, ratione generis.

QUæ ſigna medicus θεραπευτικὸς de affectu præter naturam cogitans, vel propè lectum, ægrum interrogare debet, propoſuit *autor libri* περὶ παθῶν *de affectionibus circa medium* ferè, dum inquit: ὅταν δὲ ἐπὶ νοσέοντα ἀφίκῃ, ἐπανερωτᾶν χρὴ ἃ πάσχει, καὶ ἐξ ὅτου, καὶ πόσαι ἡμέραι, καὶ τὴν κοιλίην εἰ διαχωρεῖ· *Quinque Hippocraticæ interrogationes.*

διαχωρέει, καὶ δίαιταν, ἥν τινὰ διαιτᾶται. Cum ad ægrotum perveneris, interrogare oportet, quæ PATIATUR ÆGER. Intelligitur, quonam adfectu, quonam ſymptomate, quânam ideâ & ſpecie morbi laboret. ALTERA quæſtio ipſi incumbit: EX QUA CAUSA PATIATUR æger. Intelligitur cauſa quæcunque interna, externa: naturalis, non naturalis, & præter naturam. TERTIA quæſtio eſt, A QUOT DIEBUS patiatur æger. Hic notatur tempora morborum eſſe expendenda, *τὴν ἀρχὴν, ἄυξησιν, ἀκμὴν, καὶ παρακμὴν, principium, augmentum, ſtatum, declinationem.* QUARTUM caput erat, AN ALVUS SECEDAT. Ut impedimenti curationis, magni momenti habenda alvi conſtitutio. QUINTUM caput eſt, QUO VICTU utatur æger.

Tria à nobis attendentur capita.

IN COMMENTATORIA noſtrâ exercitatione, ὁ θεραπευτὴς tria potiſſimùm obſervare tenetur, 1. ſpeciem affectûs, ſecundùm ideam & formalem rationem ſeu genus, magnitudinem, tempora. 2. partem adfectam. 3. cauſas.

Ideæ affectûs ſigna.

SIGNA IDEÆ affectûs, GENERIS ſeu FORMALIS cauſæ rationis præbent 1. eſſentialiter inhærentia. 2. poſteſſentialia, ſymptomata nempe. 3. cauſæ. 4. ſimilitudo.

1. eſſentialiter inhærentia.

I. ΤΑ' ΕΝΕΌΝΤΑ *κατὰ τὸν τῆς ὀυσίας λόγον, eſſentialiter inhærentia* ſunt, quæ morborum abſolvunt eſſentiam, vel ſymptomatum. Hæc ſi adſint, ea adeſſe præſumitur.

in dolore capitis, in vertigine,

In CAPITE, ſi adſit triſtis ſenſatio, de dolore nemo dubitat. *ἢν δὲ ψόφος τῆς ὄψιας ᾗ, καὶ δῖνος ἀμφὶ τὴν κεφαλὴν ἑλίσσηται, ſi tenebræ oculis offunduntur, & caput in turbinis modum circumduci videtur, caſusque in terram adeſt periculum*, nemo hæſitare debet, affectum eſſe vertiginem. Idem judicium de aliis affectibus.

in pleuritide,

In parte aliquâ THORACIS, dextrâ vel ſiniſtrâ, ſi adſit *ἄλγημα νυγματῶδες, πῦρ, σὺν βηχὶ ξηρῇ καὶ ἀπτύσῳ, ὕστερον δὲ κεχρωσμένη, δυσπνοία, σφυγμῷ, οἷον ἐμπριστικῷ, dolor punctorius ex uno centro ſe diffundens in circumferentiam, cum tuſſi ſiccâ primò, poſt humidâ coloratâ, anhelitûs difficultate, pulſu quaſi ſerrino*, quæ eſſentialia ſunt inhærentia pleuritidis, nemo affectum hunc non æſtimabit pleuriticum.

in cholerâ.

IN INFIMO VENTRE ſin advertatur *ἔκκρισις ἄμετρος*

χολῆς

χολῆς καὶ μοχθηρῶν χυμῶν, ἄνωθεν καὶ κάτωθεν γινομένη ἅμα, καὶ ἀθρόως, excretio immodica bilis & vitioſorum ſuccorum, ſurſum & deorſum facta, ſimul & confertim, eſſentialiter inhærentia *κριτήρια* hæc notabunt adeſſe choleram humidam.

IN FEBRIBUS calor, ſi de eo conqueratur æger, calidam intemperiem adeſſe nullum dubium, aut febrim planè. QUALITAS caloris, ut ſi primo occurſu mitis ſit & vaporoſus, notat ephemeram. MOTUS caloris febris indicat ſpeciem, ſi ſingulis diebus vel tertio, quarto, quotidianam, tertianam, quartanam deſignat: INTENSISSIMUS, mordaciſſimus, continuus, ardentem. *in febribus.*

CONFORMATIO MALA in externis per ſe incurrit in ſenſus: ut catarracta in oculo, tumor hernioſus in ſcroto. *Conformatio.*

SOLUTA UNITAS ſpecies & differentias ſuas abundè oſtendit. *Unitas ſoluta.*

II. *Τὰ ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενα, ex neceſſitate conſequentia, poſtſubſtantialia, poſteſſentialia*, ſymptomata, effectus morborum eoſdem etiam arguunt. *Poſteſſentialia.*

I. ACTIONES LÆSÆ IMMINUTÆ & ABOLITÆ ANIMALES notant apoplexiam debilem vel fortem: VITALES ſyncopen. DEPRAVATÆ actiones animales calidos notant morbos, phrenitidem, & acutarum febrium deliria. *Actiones læſæ ſpecies.*

MODUS actionis SUBITANEO inſultu, notat in apoplexiâ non oriri eam ab intemperie, ſed malâ conformatione. Eadem ratio ſyncopes. Intemperies enim tam ſubito nec fieri nec retrocedere poteſt. *Modus actionis.*

2. QUALITATES MUTATÆ fontem ſignorum etiam conſtituunt, ut: SENSIBILIA 1. communia, nares acutæ, collapſa tempora, oculi cavi. 2. PROPRIA, ut QUALITATES PRIMÆ, TACTILES. Calor in VOLIS MANUUM, intemperiem calidam, poſt cibum ſumtum febrilem hecticam notat. *Qualitates mutatæ: ſenſibiles, communes, propriæ, primæ tactiles.*

REFRIGERATIO EXTREMORUM, in febre malignitatem, extrà febrem cum ſudore pauco ſyncopen notat. *Refrigeratio.*

SICCITAS intenſa linguæ ac faucium febrim notant continuam & ardentem. *Siccitas.*

SECUNDÆ QUALITATES tangibiles ſigna morborum *Secundæ*

qualitates tangibiles, ſunt δηλωτικά. TUMOR mollis digiti impreſſi retinens veſtigia notat pituitoſum & hydropicum humorem.

Viſibiles. VISIBILES QUALITATES, ut color citrinus habitus corporis & oculorum notat icterum. GENARUM RUBOR cum febre inflammationem pulmonis deſignat.

Odorabiles. ODORES fœtidi in ſputo, ulcus pulmonis ſordidum, in naribus ozænam notat.

Excreta. 3. EXCRETA, ut SUDORES frigidi, pauci, ſyncopen indicant.

3. Cauſa. III. CAUSÆ tertium ſignorum morbi ſpeciem indicantium fontem conſtituunt.

Efficientes proximiores. EFFICIENTES PROXIMIORES. Humores calidi, ſanguis, bilis, frigidi, pituita, melancholia, ex ſuis ſignis ſi cognoſcantur prædominari, morbos calidos vel frigidos deſignant. Salis, 🜍, ☿ii abundantia, *ex ſententia Paracelſicorum*, ſi adſit, ſimiles fore morbos, veriſimile eſt, ſalinos, ſulphureos, mercuriales.

Remotiores diſponentes. REMOTIORES DISPONENTES cauſæ naturales, & præter naturam ſi præceſſerunt conformes, talem morbum excitaſſe credendum.

Naturales. NATURALES. TEMPERAMENTI ratione ventriculus
1. faciliùs corripitur morbo frigido, jecur calido: CONFORMA-
2. TIONIS ratione faciliùs obſtruitur uterus in virgine, quàm maritatâ adultâ, quia vaſa habet grandiora & laxiora. Jecur
3. facile obſtruitur, vaſa enim habet tenuiſſima. SITUS connexûs & cavitatis ratione, articulus coxæ difficulter luxatur: παράρθρημα *ſemiluxationem* autem ob rotunditatem ferre neſcit.
4. PROPRIETAS naturalem conſtitutionem conſequens etiam ſignum præbet. Sic glandulæ tumoribus facilè corripiuntur circà collum, in inguine, quia viſcerum expurgationi ſunt dicatæ.

Ætas & ſexus. ÆTAS & SEXUS etiam ad ſigna ſpeciei morbi referri queunt. INFANTES oris ulceribus ſæpe corripiuntur, quia vitioſum lac ſugunt. Si igitur infans tali lacte utatur, morbum illum, quò infans ægrotat, fore conjicere licet.

Non naturales cauſæ NON NATURALIUM CAUSARUM, quæ morbum notare queunt, agmen ducit

AER,

AER, ejusque qualitates morbum ſimilem, calidum, frigidum, ſiccum, humidum, contagioſum epidemium notant. *Aer.*

ΚΙ'ΝΗΣΙΣ καὶ ΗΣΥΧΙ'Α hanc claſſem etiam tuentur. OTIUM & QUIES NIMIA frigidos & humidos pariunt morbos. MOTUS calidos & ſiccos. *Motus & quies.*

ΥΠΝΟΣ καὶ ΕΓΡΗΓΟΡΣΙΣ. VIGILIÆ quidem ſiccum: SOMNUS multus frigidum & humidum, quem induxere, fore morbum indicant. *Somnus, vigiliæ.*

ΤΑ' ΠΡΟΣΦΕΡΟ'ΜΕΝΑ quæ adſumuntur, morbi ſpeciem notant. Sic *quæ offeruntur, alimenta, ratione ſubſtantiæ,*

SUBSTANTIA & ſucci optimi ciborum ſi præceſſerit uſus, morbi ſpeciem repletionem eſſe; ſin varii cibi, pravi ſucci, impuræ ſubſtantiæ, morbum cacochymicum eſſe conjicere licebit.

QUANTITAS magna ciborum morbos parit ex repletione: defectus ex inanitione. Sic illuſtris vir melancholicus in cachexiam incidit. Abſtinuerat diu à liberali cibo & potu, Deo ſe totum conſecrans & jejuniis. Sanatus morbus pleniori victu. *quantitatis.*

QUALITAS ciborum calidorum, vinorum generoſorum calidos pariunt morbos. *qualitatis.*

ΤΑ' ΕΚΚΡΙΝΟ'ΜΕΝΑ excreta & retenta ſigna etiam ſunt: ut feces retentæ indicant inteſtinorum anguſtiam à conſtipatione. *Excreta.*

ΤΑ' ΨΥΧΙΚΑ' ΠΑ'ΘΗ animi perturbationes prægreſſæ ſiccum, ſi cum iracundiâ, calidum, ſi cum mœrore, frigidum indicant morbum. *Affectus.*

RES PRÆTER NATURAM prægreſſa, ut ὑπερκάθαρσις, frigidum. ICTUS capitis ſubſequente vomitu membranæ læſionem vel oſſis fracturam calvariæ. *Res præter naturam.*

IV. SIMILITUDO ultimus fons eſt ſignorum ſpeciem morbi indicantium. Illa, ſive fiat comparatio ad ſeipſum, ſive ad aliud, magnam ad ſignificandum vim habet. *IV. Similitudo quartus fons eſt.*

Vir nobilis in peritonæo circà ani regionem dolorem ſentit, quo ante annos octo etiam laboraverat. Advocatus extraneus medicus, calculum ſuſpicatus, remedia idonea præſcribit; *1.*

ſed ſine ſucceſſu felici. Ægrotus ſanitatis cupidus medicum, quo in ſimili caſu ante octennium uſus fuerat, advocat. Hic videns, priorem eſſe adfectum conſuetum, mutat remedia. Omnia vertuntur in melius.

2. Video ægrotum, bilioſi temperamenti, calore febrili corripi, cum dolore circà inguina: ſubſequitur horror: calor totum occupat corpus, rubor cum levi dolore in ſurâ ſiniſtrâ obſervatur. Ante triduum recordor ſimilem ægrotum, iiſdem ſymptomatibus laboraſſe eryſepelatode febri & rubore. Eodem affectu & hunc laborare ritè concludo.

3. In Belgio laboravi hyeme à pororum, non ſatis cautè cuſtoditorum aſtrictorum, conſtipatione, febri diariâ unius diei; ſimili invaſione correptus, elapſis annis viginti: ſuſpicatus fui, fore ardentem: ſed periculi, bidui ſpacio, ſollicitudine liberatus ephemeram duorum dierum fuiſſe comperi. Terminata febris levi eoque dulci ſomno, in quo totum corpus quaſi inflatum dormiturienti viſum. Expergefactus manè melius habui.

4. Illuſtrem virum, quoties tertianâ corripiebatur, ſtatim ſimul prehendi tuſſi, dolore lateris pungitivo, ſpirandi difficultate, obſervavit *Pravotius in Praxi.* Juraſſes eſſe pleuriticum. In paroxyſmi declinatione omnia remittebant ſymptomata. Hoc aliquoties obſervato, cum talis incideret febris, morbi ſpeciem veram pleuritidem non eſſe, ſed febrim ſimplicem, conjicere licuit.

CAPUT IV.

ſigna magnitudinis morbi proponit, ratione dignitatis actionis.

NOn ſufficit morbi noviſſe ſpeciem, niſi ſpecificum cognoſcas gradum, quem nonnulli, *autore Galeno 1. de criſibus cap 3.* μέγεθος, ἄλλοι σφοδρότητα, ἦθος, καὶ τρόπον, *magnitudinem, alii vehementiam, morem & modum* vocant. Dignotio accidentalis hujus differentiæ ad prædictionem & curationem rectè inſtituendam neceſſaria eſt.

Fontes co- FONTES hujus διαγνώσεως IN GENERE propoſuit

Galenus

Galenus lib. 1. de criſibus cap. 2. Τὸ μέγεθος, *inquit*, ὅπερ καὶ σφοδρότητα καλοῦσι· καὶ μέντοι καὶ τὸ ἦθος, ὅπερ καὶ τρόπον ὀνομάζουσιν, ἔκ τε τῆς οἰκείας τοῦ νοσήματος ἰδέας θεωρεῖν, καὶ τῶν ἐπιγινομένων αὐτῷ συμπτωμάτων. Ἐκ μὲν τῆς οἰκείας ἰδέας, εἰς τὰ συμπληροῦντα τὴν ἰδίαν αὐτοῦ φύσιν ἀποβλέποντα. καθάπερ εἰ τύχῃ, ἐπὶ πλευρίτιδος, εἴς τε τὸ νυγματῶδες ἄλγημα τῆς πλευρᾶς, καὶ τὴν ὀξὺν πυρετὸν, καὶ τὴν βῆχα, καὶ δύσπνοιαν. Ἐκ δ᾽ αὖ τῶν ἐπιγινομένων αὐτῷ συμπτωμάτων, εἰ πολλὰ καὶ πολυχρόνια, καὶ ἰσχυρὰ, καὶ κακοήθη γίγνοιτο. ἢ τοὐναντίον, ὀλίγα, καὶ ὀλιχρόνια, καὶ μικρὰ, καὶ ἁπλᾶ. *gnoſcendæ magnitudinis Galenici duo.* 1. 2.

MAGNITUDINEM, *quam & vehementiam* vocant & *morem, & modum, tum ex propria morbi ſpecie, tum ſupervenientibus ei ſymptomatibus ſpectandam cenſeo.* EX PROPRIA *quidem* MORBI SPECIE, *ea, quæ complent ipſius naturam, contemplando: ut in pleuritide ad lateris dolorem pungentem, febrim acutam, tuſſim & ſpirandi difficultatem.* EX SYMPTOMATIBUS *ſupervenientibus, ſi multa, ſi diuturna, valida atque maligna etiam exſtiterint: aut contra, pauca, ac brevis temporis, & parva & ſimplicia fuerint.*

IN SPECIE I. MAGNITUDO κατὰ τῆς βεβλαμμένης ἐνεργείας ἀξίωμα, *ſecundum dignitatem partis*, ejusque *actionis* dignoſcitur ex iis ſignis, quæ indicant actionem partis eſſe principalem, & officialem publicam. Cerebri, cordis, jecoris affectiones magnæ: nonnunquam etiam lienis, uteri. Actiones ſanguinis depuratoriæ niſi ſint ſalvæ, vitæ turbatur incolumitas. A ſplene cordis palpitationes, ſanguine in eo non depurato ad cor per venas remeante: renes in trahendi officio ſi ſint ſegnes, hydropes, Menſtruæ excretiones ſi deficiant, ab utero malorum exſpectanda ilias. *Magnitudo ratione dignitatis.*

Tantò morbus ratione dignitatis eſt cenſendus major, quô pars, quæ patitur, præſtantior. *Variat ratione partis.*

Graviſſimi ergò morbi cordis, vitæ quod eſt radix, centrum καὶ ἐμφύτου θερμοῦ οἷον ἑστία, *& caloris focus.* *Magni cordis morbi.*

Dubitanti, & apoplexiam cerebri morbum majorem ratione τῆς ἀξίας *dignitatis* partis æſtimanti, cùm hæc citò juguler: econtra cor & ſyncopen & palpitationem ſine noxâ ferre queat? *Dubium.*

Reſpondemus. Apoplexiam non eſſe fatalem ad mortem, ut cerebri adfectum: ſed ut adfectum cordis. Interceptâ enim *ſolvitur.*

reſpiratione, impeditoque cordis motu ob nervorum læſionem, ſpirituumque animalium prohibitum influxum, cor vacillat, languet, emoritur, deficiente pulſu, impedita à cerebri turbis circulatione.

CAPUT V.

Signa magnitudinis morbi, ratione diſpoſitionis.

Magnitudo diſpoſitionis innoteſcit 1.

Κατὰ τὴν οἰκείαν οὐσίαν τῆς διαθέσεως *ſecundùm propriam diſpoſitionis eſſentiam* MAGNUS morbus dignoſcitur

I. Ἐκ τῶν ἐνεόντων κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, *ex eſſentialiter inhærentibus.* INTEMPERIES calida ad tactum intenſa, ægroque magnum faciens negotium in ardente, magnam illam febrim deſignat. MALA CONFORMATIO & UNITAS SOLUTA, in fracturâ, vulnere, ulcere, magnos ratione διαθέσεος appellare licet.

Diſtinctio.

Adhibitâ tamen judicii normâ, & rerum naturâ diligenter inſpectâ & indagatâ, non ad ſenſum ſemper omnia æſtimanda, ſed ad facultatem etiam comparatio inſtituenda.

Diſtinguenda duo hæc: φοβερώτερα κατ' ὄψιν ἢ φαντασίαν, καὶ κακίω κατὰ δύναμιν, *formidabiliora ad ſenſum viſûs, & periculoſiora facultate.*

II. ex ſymptomatibus.

II. τὰ ἑπόμενα *eſſentiam quæ conſequuntur,* effectus ſeu ſymptomata, magnitudinem diſpoſitionis ratione eſſentiæ etiam indicant, ſi illa ſtatim cum morbo ipſo vehementia appareant, extremique in principio adſient labores. Si febris maligna comites habeat in initio vigilias, deliria, illam magnam febrim eſſentiæ ratione appellare poſſumus.

III. Cauſis.

III. CAUSAE prægreſſæ ſigna præbent magnitudinis morbi, ratione eſſentiæ, ſi illæ fuerint *validæ: Si reſiſtant* exhibitis medicamentis evacuantibus, alterantibus & confortantibus uſu probatis. *Si verò levia* aut pygmæa juvent, & morbum minuant, parvus ratione eſſentiæ judicandus erit morbus.

efficientibus proximioribus.

CAUSAE PROXIMIORES EFFICIENTES præprimis præbent indicium longè certiſſimum. Inſignis plethora aut caco-

cacochymia magnas pariunt in corpore alterationes mutationesque.

REMOTIORES etiam huc faciunt. NATURALES. *Ἐν τοῖσι νούσοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν, ait Cous 2. aphor. 34. οἷσιν ἂν οἰκείη τῆς φύσιος, καὶ τῆς ἡλικίης, καὶ τῆς ἕξιος, καὶ τῆς ὥρης ἡ νοῦσος ᾖ μᾶλλον, ἢ οἷσιν ἂν μὴ οἰκείη κατά τι τουτέων. In morbis minus periclitantur, quorum naturæ, habitui, aut ætati, aut tempori, magis cognatus eſt morbus, quàm quibus nulli horum cognatus eſt.* *remotioribus.* 1. *anni tempore & ætate.*

Veritatem hujus aphoriſmi contra Dioclem pluribus aſtruit *Galenus in comm:* & illuſtrat exemplo cauſi, qui fieri non poteſt hyeme, niſi affectione accedente maximâ. Neque is aliter initio conflari potuiſſet, niſi cauſæ vehementia hyemis contrariam & repugnantem viciſſet qualitatem ac ſuperaſſet: magnus itaque morbus hyeme eſt cauſus. *Veritatem aphoriſmi confirmat autoritas Galeni, &*

Veritatem hujus aphoriſmi confirmat ratio ipſa. Nam cum inter diſſymbola transmutatio ſit difficilior, illa certè fieri non poſſet, niſi à cauſis præpotentibus. Et harum efficaciâ receſſus à naturali ſtatu fit longior. Ita febris ardens in ſene major eſt ratione eſſentiæ, quàm in juvene. APOPLEXIA major morbus ratione eſſentiæ in juvene, quàm ſene: econtra EPILEPSIA major in ſene, quam in infante. *ratio.*

NATURAE ROBUR etiam anſam præbet de magnitudine morbi, ſecundum eſſentiam, judicandi. Si robuſtæ naturæ vir, rarò ægrotare ſolitus, decumbat, veriſimile magno ipſum correptum fuiſſe morbo. Leviores enim errores validam non turbant naturam. 2. *naturæ robore.*

CAPUT VI.

De ſignis morbi ratione facultatis magni vel parvi, maligni vel benigni.

DEſumuntur ea

I. Ab eſſentialiter inhærentibus. Maligni ſunt peſtis, malignæque febres. Magni ratione facultatis morbi cerebri, cordis, oris ventriculi, tendinum, nervorum. Vulnus ſclopeto centum grandinibus majoribus acutis *Fontes horum ſignorum.* 1. *eſſentialiter*

Significatio. Signum pathognomonicum. Σημείωσίς ἐστιν, *inquit Galenus libro finitionum medicarum,* ἡ διὰ σημείου ἢ διὰ σημείων κατάληψις. Σημεῖον ἐστὶν ὃ γνωσθέντος ἕτερον ἀγνοούμενον ἡμῖν γινώσκεται καταλαμβανόμενον. Παθογνωμονικὸν ἐστὶν τῶν τε ἐντὸς καὶ ἐκτὸς σημείωσις. Καταγνωμονικὸν ἐστι σημεῖον, ἐξ οὗ γινώσκεται τὸ πάθος. *Significatio eſt mediante ſigno uno aut pluribus comprehenſio* SIGNUM *eſt, quo cognito, aliud ignotum comprehenditur.* PATHOGNOMONICUM *eſt, eorum quæ extrà ſunt & intrà ſignificativum.* Amat unitatem, & pluralitatem. Unum pari paſſu ambulat cum δηλωτικῷ & καταγνωμονικῷ. Plura cum ſunt, τέκμαρσιν certiorem pariunt, ut in pleuritide & dyſenteriâ.

Σημειωτικὴ διάγνωσις. Διάγνωσις νοσηματικὴ eſt certa, cita, & expedita, affectum præter naturam, partem affectam & cauſam, per ſigna inveniendi ratio.

Neceſſaria ad curationem. Hæc doctrina tantò magis NECESSARIA, quò verior egregia illa ſententia animis hominum, aureis inſcribi digna literis, à *Galeno 1. ad Glauconem cap. 1. & Tralliano lib. 8. cap. 9.* propoſita. ὁ ἄριστα γνοὺς ἄριστα θεραπεύσει, *melius agnoſcens, melius curat.* Cui conformis eſt altera *ejuſdem Tralliani lib. 9. cap. 1.* ὀρθῆς θεραπείας πηδάλιόν ἐστιν ἡ διάγνωσις, *internotio rectæ curationis eſt fundamentum.* Non intellecti nulla eſt curatio morbi. Ignoto morbo qui præſcribit remedium, næ clauſis ille pugnat oculis.

Ad autoritatem conciliandam. AD AUTORITATEM conciliandam etiam eſt neceſſaria. Eleganter *Cous 1. prognoſticor.* προγινώσκων καὶ προλέγων παρὰ τοῖσι νοσέουσι τά τε παρεόντα, καὶ τὰ προγεγονότα, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, ὁκόσα τε παραλείπουσι οἱ ἀσθενέοντες ἐπιδιηγεύμενος, πιστεύοιτο ἂν μᾶλλον γινώσκειν τὰ τῶν νοσεόντων πρήγματα, ὥστε τολμᾶν ἐπιτρέπειν τοὺς ἀνθρώπους σφέας ἑωυτοὺς τῷ ἰητρῷ. *Prænoſcens & prædicens apud ægros & præſentia, & præterita, ac futura, & quæ ægri omittunt, declarans, credetur res ægrotorum cognoſcere, ut ſe homines medico committere audeant.*

Difficilis eſt. Difficilis admodum eſt διάγνωσις. Τὸ τῆς τέχνης στοχαστικὸν ἐν τῷ διαθέσεων διαγνωστικῷ μάλιστα εἶναι, *quod artis conjecturale, id maximè in affectuum dignotione conſiſtere* cenſuit *Galenus 2. de compoſ. medicam.* κατὰ τόπους *cap. 1. & 10.* δεικνύμεναι γὰρ αὗται τὴν θεραπείαν οὐ στοχαστικῶς ἀλλ' ἐπιστημονικῶς ἐνδείκνυνται, μετὰ τοῦ καὶ γινώσκεσθαι τὸ δύσλυτον ἐνίων διαθέσεων. *Affectiones ubi inventæ fuerint, cum-*

curationes non conjecturaliter, ſed ſcientifice indicant, cum hoc, quod & cognoſcere datur, quàm ægrè aliquæ medelis cedant affectiones.

Non tamen difficultas hæc ubique eadem. Nonnunquam prædicendi via ſentibus obruta, nonnunquàm plano decurrit calle. ἡ διάγνωσις νοσηματικὴ ποτὲ μὲν ἀποδεικτική, ποτὲ μὲν στοχαστική, *dignotio nonnunquam ſcientifica, demonſtrativa, nonnunquam conjecturalis.* In pleuritide & dyſenteriâ, *autore Galeno loco citato,* eſt ἐπιστημονική, ὡρισμένοις σημείοις γνωριζομένη In aliis στοχαστική, καὶ μόνοις τοῖς ἀκριβῶς ἐπισταμένοις ἑκάστου νοσήματος τὴν οἰκείαν θεραπείαν εὑρίσκεσθαι δυναμένη, *conjecturalis agnitio eſt, ac ſolis iis inveniri potis, qui exactè cujusque morbi propriam curationem nôrunt.* *Non tamen ubique eodem modo.*

Difficilior eſt διάγνωσις in morbis incipientibus, facilior in adultis. ὁμοίου τοῦ πράγματος ὄντος, *inquit Galenus 1. prorrhetic. com. 1. t. 1.* τῇ διαγνώσει, τῶν ἄρτι τῆς γῆς ἀνισχόντων, φυτῶν, ἃ γεωργός μέν τις ἢ διαγνωστικὸς ἁπάντων φυτῶν ἀκριβῶς γνωρίζει. τοῖς δ᾽ ἄλλοις ἄγνωστά ἐστιν. *Idem evenit morbis, quod naſcentibus herbis. Hæ non niſi à peritiſſimo rei herbariæ agnoſcuntur orientes, florentes, & adultas idiota quilibet agnoſcit.* πολλάκις γὰρ, *pergit Galenus loco citato.* ὁρῶμεν ἀρούρας ὁμοιοτάτας τὴν βλάστησιν ἐχούσας πόας, ἃς ἡμεῖς μὲν οὐ διαγινώσκομεν, οἱ γεωργοὶ δὲ ἴσασιν. Τὶ μὲν ἐξ αὐτῶν ἐστι πόα. Τὶ δὲ πυρὸς ἄρτι φυόμενος. Τὶ δὲ κριθή. Τὶ δὲ ζειά. Τὶ δὲ τῶν ἄλλων ἕκαστον. οὕτω δὲ κἀπὶ τῶν δένδρων ἔχει, καὶ γὰρ καὶ ταῦτα συμπεπληρωμένα πᾶσι τοῖς οἰκείοις μορίοις, ἅπαντες γνωρίζομεν, ἀρχόμενα δὲ φύεσθαι παντάπασιν ὀλίγοις γνωρίζεται. *Agros ſiquidem herbas germinatione ſimillimas ſæpius ferre conſpicimus, quas nos quidem non internoſcimus: ruſtici verò internoverunt, quidnam ſcilicet ex his herba ſit, quid triticum nuper enatum, quid hordeum, quid zea, & quidnam aliorum unumquodque. Ad hunc quoque modum res habet in* ARBORIBUS: *nempe & eas, cum omnibus ſuis partibus abſolutæ ſunt, univerſi cognoſcimus: cum verò enaſci incipiunt, à paucis cognoſcuntur.* *Difficilior in morbis incipientibus.*

CONJECTURALIS autem cum dicitur dignotio, non intelligendus στοχασμὸς quivis, ſed fundatus ſuper certiſſimis artis principiis, & experientiâ ſtabilitus. RATIO CONJECTURÆ talis eſt, ut cum ſæpiùs aliquando reſponderit, interdum tamen nos fallat, utplurimùm tamen, *Conjecturalis quomodo ſit dignotio.*

 autore

Digitized by

autore Galeno lib. 1. de criſibus cap. 9. de principio morbi loquente, τεχνικὸς ϛοχασμὸς ἐγγυτάτως τῆς ἀληθείας ἀφίκηται, *artificioſa conjectura proximè ad veritatem accedit.*

CAPUT II.

De διαγνώσει in ſpecie, & 1. ſignis, quibus corpus ægrum à ſano diſcernitur, ſeu ſignis morbi imminentis.

Imminentis morbi dignotio.

PRævidere imminentem morbum opus eſt magnæ dignitatis, eoque eminentius, quò nobilius futuram ægritudinem rectâ providentiâ avertere, quàm præſentem opportunis expugnare præſidiis. Jucundius eſt concatenatæ ſanitatis fructu gaudere, quàm amiſſam dolere, & poſtliminiò reducem præſtolari.

Non adeò difficilis eſt,

Nec adeò difficilis eſt hæc διάγνωσις. Ut in aëre tempeſtas rarò oritur, quam non præmonſtrent quædam ſigna, ita rarò hominem invadit morbus, qui non poſſit prævideri.

pertinetque ad διάγνωσιν.

Διάγνωσις hæc πρόγνωσις appellatur à *Galeno in arte medicinali cap. 82.* à nobis tamen διαγνώσει adſcribetur.

Generalis regula.

GENERALEM de imminentis morbi ſignis regulam propoſuit *Galenus, eodem loco.* Τὰ τῆς μελλούσης νόσου προγνωστικὰ διττὰς ἔχει διαφοράς. Τὰ μὲν ποσότησιν, ἢ ποιότησιν, ἢ καιροῖς, οὐκ αὐταῖς ἰδέαις οἰκείαις ἐξηλλαγμένα τῶν κατὰ φύσιν. Τὰ δὲ παρὰ φύσιν μέχρι περ ἂν ᾖ σμικρὰ καὶ μηδέπω τῶν εἰθισμένων πράξεων ἀπάγειν ἱκανά. *Signa morbi futuri prædictoria duas habent differentias.* UNA *eorum eſt, quæ quantitatibus, qualitatibus, & temporibus, non autem propriis ſpeciebus, ab eo, quod ſecundum naturam eſt, evariant.* ALTERA *eſt illorum, quæ à* NATURALI STATU DEFLECTUNT, *donec modica fuerint, & nondum hominem à conſuetis operibus ſufficiunt dimovere.* Utramque differentiam elegantibus illuſtrat exemplis.

Signum ſecundùm naturam 1. res naturales.

I. IN ILLORUM, quæ SECUNDÙM NATURAM in nobis ſunt, & imminentem morbum præſagire poſſunt, numero ſunt res naturales, & non naturales.

I. NATURALES DISPONENTES ſunt TEMPERA-

MEN-

MENTUM viſcerum principalium, totiusque corporis diſpoſitio, ratione ætatis, ſexûs, hæreditariæ diſpoſitionis, aut ſimilibus morbis laborandi conſuetudinis, & alia. Τοῦ σώματος ὄγκος, ἐλάττων τε καὶ μείζων γινόμενος, ἐρυθρότερος τε καὶ λευκότερος, ἢ οἷον πελιδνότερος καὶ μελανότερος. *Corporis moles major aut minor, aut magis alba aut magis rubra, quemadmodum lividior aut nigrior.* Illa enim omnia humorum notant redundantiam, & alterationem, τὰ μὲν αὐξανόμενα, τὰ δὲ μειούμενα, τὰ δὲ καιροῖς τισὶν ἢ ποσότησιν, ἢ ποιότησιν ἐξαλλαττόμενα, *hæc quidem augmentata, hæc comminuta, hæc verò temporibus quibusdam, aut quantitatibus, aut qualitatibus immutata.*

II. RES NON NATURALES, ut ad futurum morbum diſponunt, ita etiam eundem futurum ſignificant. *2. res non naturales:*

AER ſi inſigni alteratione ſit perturbatus, indicat, eos, qui ob intemperiei affinitatem magis ſunt diſpoſiti ad talem alterationem, ſimili morbo correptum iri. De hiſce *Com. 3. aphoriſmorum* fuſiùs agit. *aër,*

MOTUS & QUIES, SOMNUS & VIGILIA, ſi modum excedant, morborum imminentem tempeſtatem indicare queunt. *Motus, vigilia.*

CIBUS & POTUS plenitudinis & cacochymiæ parens præſagiendi materiam ſuggerit, *autore Galeno.* Ὄρεξις σιτίων ἐπιτεταμένη, καὶ ἐκλελυμένη, *appetentia ciborum intenta, vel diſſoluta,* aut quæ non ſervat tempus conſuetum, aut quæ ad edulia non uſitata fertur, ſi adſit, prædici poteſt, hominem illum caſurum in cruditates, obſtructiones, febres. *alimenta,*

ΤΑ' ΈΚΚΡΙΝΌΜΕΝΑ καὶ ἐπεχόμενα, *excreta aut retenta* inhibita, ut alvus, hæmorrhoides, ſudores, excrementa per nares & os ut & per pulmones evacuari ſolita, morbos portendere, futuros, ibidem memorat Galenus. *excreta,*

ΤΑ' ΠΑΘΗ'ΜΑΤΑ animi, triſtari præter ſolitum, iræ motibus concitari, morbos imminentes etiam notant. *affectus animi.*

Futuri morbi præſagia, ex pluribus rebus naturalibus conjugatim ſumtis, collegit *Hippocrates 6. epid. comm. 3. t. 1.* brevi ſententiâ: ἡ δέρματος ἀραιότης, ἡ κοιλίης πυκνότης, ἡ δέρματος σύνδεσις, ἡ σαρκῶν αὔξησις· ἡ κοιλίης νάρκωσις, ἡ τῶν ὅλων σύγχυσις. *Plura indicia unita.*

σις. ἡ τῶν ἀγγείων ἀκαθαρσία, ἡ ἐγκεφάλου ἀνάλωσις. *Cutis raritas, ventris aſtrictio. Cutis colligatio, carnium augmentum: ventris torpor, omnium confuſio: vaſculorum immunditia, cerebri conſumtio.*

Præter naturam imminentis morbi.

II. PRÆTER NATURAM ſigna in prædictione imminentis morbi magnum habent momentum.

Per hæc ſigna, *cum Galeno* intelligimus ea, quæ ſunt apta fieri à cauſis ſolùm morboſis, & in corporibus ægrotantibus, ita tamen, ut actiones ipſas nondum impediant. καὶ ὅγε τοῦ νοσεῖν ὅρος οὗτος ἐστὶν ἐπὶ ταῖς τοιαύταις διαθέσεσι. *Hic enim in hujuſmodi diſpoſitionibus terminus eſt morbus.*

In actionibus læſis exemplum petitum à dolore.

IN ACTIONIBUS LÆSIS exemplum exhibet *Galenus* primum de

DOLORE. Dolor nullus naturâ vel etiam minimus fit in corporibus ſanis. Inde δῆξις τῆς γαστρὸς, ἢ κατὰ τὸν στόμαχον, ἢ κατά τι τῶν ἐντέρων, ἢ ἐπὶ τοῖς διαχωρουμένοις, ἢ ἐμουμένοις, ἢ οὐρουμένοις τις ἕτερος μέτριος πόνος ἐκ τοῦ γένους μὲν ἐστὶ τῶν παρὰ φύσιν, οὔπω δὲ νοσεῖν, οἱ οὕτως ἔχοντες λέγονται, καθάπερ οὐδὲ οἱ βαρυνόμενοι τὴν κεφαλὴν, ἢ ἀλγοῦντες, ὅταν γε μηδέπω διὰ ταῦτα, πρὸς τὰ συνήθη τῶν ἔργων ἐμποδίζωνται. *Morſus ventris, vel in ore ventriculi, vel in aliqua inteſtinorum, aut cum alvus ſubducitur, aut cum vomitus excitatur, aut cum mingitur, ſive aliquis dolor mediocris ex genere quidem exiſtit eorum, quæ præter naturam ſunt, non tamen, qui ita ſe habent, ægrotare dicuntur, ſicut neque qui capite gravantur, aut dolent, aut vigilant, cum nondum in conſuetis impediuntur operationibus.*

Hæc omnia dum leviora ſunt, minantur quidem morbos, ſed nondum oſtendunt præſentes. Graviora autem cum fiunt, ſigna fiunt ægrotantium corporum.

à guſtu,

Subjungit *Galenus* actiones læſas κατὰ μὲν τὴν γεῦσιν, ὅταν ἁλμυρᾶς, ἢ πικρᾶς, ἢ τινὸς ἑτέρας ποιότητος ἔμφασις ἢ τοῖς ἐσθιομένοις ἢ πινομένοις ἅπασιν, ἢ καὶ χωρὶς τοῦ προσφέρεσθαί τι τὸ σίαλον αὐτὸ φαίνηται τοιοῦτον. *Circa ſenſum guſtus, cum vel ſalſæ, vel amaræ, vel alterius qualitatis ſapor nobis indicatur, ſive in omnibus, quæ bibuntur aut manducantur, aut præter quod aliquid adſumatur, ſaliva ipſa talis ſentiatur.*

odoratu, auditu, viſu.

Aggreditur etiam aberrationes κατὰ τὴν ὄσφρησιν, ἀκοὴν, ὄψιν, ἁπτικὴν αἴσθησιν, *odoratum, auditum, viſum, tactus* ſenſum,

ὅταν

ὅταν ἀνωμαλία τις. ἢ πυκνωσις, ἢ βάρ☉, ἢ τάσις, ἢ ναρκώδης, ἢ ἑλκώδης ἐμφαίνηται, καθ' ὅλην τὴν ἕξιν, &c. *Cum inæqualitas aliqua, vel ſpiſſitudo, vel gravitas, vel tenſio, vel torpida, vel ulcerosa diſpoſitio in toto corporis hab. tu ſentitur, &c.*

Hæ omnes, concludit *Galenus*, diſpoſitiones, ὅταν σμικραὶ τινὲς ὦσι, καὶ μὴ μόνιμοι τὴν μὲν διάθεσιν εἶναι δηλοῦσι, προαγγέλλουσι ἢ νόσους, *quando modicæ fuerint, ac minimè firmæ, neutram quidem diſpoſitionem adeſſe demonſtrant, futuram verò ægritudinem prænunciant.* *Actiones læſæ ſigna ſunt, cum modicæ ſunt.*

Eleganter *Cois 2. aphoriſm. 5.* κόποι αὐτόματοι φράζουσι νόσους, *ſpontaneæ laſſitudines morbos denunciant. Galenus aut in commento,* non à labore, aut motu nimio fatigationem, ſed ingeneratam in corporibus animantium affectionem, & gravitatis ſenſum ſed SPONTINAM LASSITUDINEM intelligit. Triplex hæc eſt, ἑλκώδης *ulcerosa*, ex cacochymia nata: ſecunda τονώδης *tenſiva* ex plenitudine: tertia φλεγμονώδης, quæ inflammationes conſequitur inflammationis habet ſenſum, ex utraque una coeuntibus habet originem; & *concludit*: Spontanea ergo laſſitudo morbos denunciat. Motus debilitas & ſenſuum turbatio, apoplexiam: muſcarum ante oculos volitantium copia, ſuffuſionem notat, animi languor præcedit ſyncopen. *Laſſitudines morborum prænunciæ.*

Τὰ ἐκκρινόμενα, ut *excreta* ſputa & catarrhi ſalſi, minantur phthiſin, præcipuè ſi ſanguinea cum ſputo miſceantur. *Excreta.*

Τὰ καθ' ὅλον σῶμα φαινόμενα, *qualitates totius corporis mutatæ* etiam morbos præſagiunt. COLOR faciei ad album vel lividum viridemve mutatus, cachexiam, in virginibus etiam ſuppreſſionem menſium vel adeſſe vel imminere notat. *Qualitates mutatæ.*

CAPUT III.

Signa morbi præſentis, in ſpecie I. ſecundùm ideam, ratione generis.

QUæ ſigna medicus θεραπευτὴς de affectu præter naturam cogitans, vel propè lectum, ægrum interrogare debet, propoſuit *autor libri* περὶ παθῶν *ac affectionibus circa medium* ferè, dum inquit: ὅταν ἢ ἐπὶ νοσέοντα ἀφίκῃ, ἐπανερωτᾷν χρὴ ἃ πάσχει, καὶ ἐξ ὅτου, καὶ πόσας ἡμέρας καὶ τὴν κοιλίην εἰ διαχωρέει. *Quinque Hippocraticæ interrogationes.*

διαχωρέει, καὶ δίαιταν, ἥν τινα διαιτᾶται. *Cum ad ægrotum perveneris, interrogare oportet*, quæ patiatur æger. Intelligitur, quonam adfectu, quonam ſymptomate, quânam ideâ & ſpecie morbi laboret. altera quæſtio ipſi incumbit: ex qua causa patiatur æger. Intelligitur cauſa quæcunque interna, externa: naturalis, non naturalis, & præter naturam. tertia quæſtio eſt, a quot diebus patiatur æger. Hic notatur tempora morborum eſſe expendenda, τὴν ἀρχὴν, αὔξησιν, ἀκμὴν, καὶ παρακμὴν, *principium, augmentum, ſtatum, declinationem.* quartum caput erat, an alvus ſecedat. Ut impedimenti curationis, magni momenti habenda alvi conſtitutio. quintum caput eſt, quo victu utatur æger.

Tria à nobis attendentur capita.

in commentatoria noſtrâ exercitatione, ὁ θεραπευτὴς tria potiſſimùm obſervare tenetur, 1. ſpeciem affectûs, ſecundùm ideam & formalem rationem ſeu genus, magnitudinem, tempora. 2. partem adfectam. 3. cauſas.

Ideæ affectûs ſigna.

signa ideæ affectûs, generis ſeu formalis cauſæ rationis præbent 1. eſſentialiter inhærentia. 2. poſteſſentialia, ſymptomata nempe. 3. cauſæ. 4. ſimilitudo.

1. eſſentialiter inhærentia. in dolore capitis, in vertigine,

I. τὰ ἐνεόντα κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, *eſſentialiter inhærentia* ſunt, quæ morborum abſolvunt eſſentiam, vel ſymptomatum. Hæc ſi adſint, ea adeſſe præſumitur.

In capite, ſi adſit triſtis ſenſatio, de dolore nemo dubitat. ἢν δὲ ψόφος τῆς ὄψιος κατῇ, καὶ δῖνος, ἀμφὶ τὴν κεφαλὴν ἐλίσσηται, *ſi tenebræ oculis offunduntur, & caput in turbinis modum circumduci videtur, caſusque in terram adeſt periculum*, nemo hæſitare debet, affectum eſſe vertiginem. Idem judicium de aliis affectibus.

in pleuritide,

In parte aliquâ thoracis, dextrâ vel ſiniſtrâ, ſi adſit ἄλγημα νυγματῶδες, πῦρ, σὺν βηχὶ ξηρῇ καὶ ἀπτύστῳ, ὕστερον δὲ κεχρωσμένῃ, δυσπνοία, σφυγμῷ, οἷον ἐμπριστικῷ, *dolor punctorius ex uno centro ſe diffundens in circumferentiam, cum tuſſi ſiccâ primò, poſt humidâ coloratâ, anhelitûs difficultate, pulſu quaſi ſerrino*, quæ eſſentialia ſunt inhærentia pleuritidis, nemo affectum hunc non æſtimabit pleuriticum.

in cholerâ.

in infimo ventre ſin advertatur ἔκκρισις ἄμετρος

χολῆς

χολῆς καὶ μοχθηρῶν χυμῶν, ἄνωθεν καὶ κάτωθεν γινομένη ἅμα, καὶ ἀθρόως, excretio immodica bilis & vitioſorum ſuccorum, ſurſum & deorſum facta, ſimul & confertim, eſſentialiter inhærentia κριτήρια hæc notabunt adeſſe choleram humidam.

IN FEBRIBUS calor, ſi de eo conqueratur æger, calidam intemperiem adeſſe nullum dubium, aut febrim planè. QUALITAS caloris, ut ſi primo occurſu mitis ſit & vaporoſus, notat ephemeram. MOTUS caloris febris indicat ſpeciem, ſi ſingulis diebus vel tertio, quarto, quotidianam, tertianam, quartanam deſignat: INTENSISSIMUS, mordaciſſimus, continuus, ardentem. *in febribus.*

CONFORMATIO MALA in externis per ſe incurrit in ſenſus: ut catarracta in oculo, tumor hernioſus in ſcroto. *Conformatio.*

SOLUTA UNITAS ſpecies & differentias ſuas abundè oſtendit. *Unitas ſoluta.*

II. *Τὰ ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενα, ex neceſſitate conſequentia, poſtſubſtantialia, poſteſſentialia*, ſymptomata, effectus morborum eoſdem etiam arguunt. *Poſteſſentialia.*

I. ACTIONES LÆSÆ IMMINUTÆ & ABOLITÆ ANIMALES notant apoplexiam debilem vel fortem: VITALES ſyncopen. DEPRAVATÆ actiones animales calidos notant morbos, phrenitidem, & acutarum febrium deliria. *Actiones læſæ ſpecies.*

MODUS actionis SUBITANEO inſultu, notat in apoplexiâ non oriri eam ab intemperie, ſed malâ conformatione. Eadem ratio ſyncopes. Intemperies enim tam ſubito nec fieri nec retrocedere poteſt. *Modus actionis.*

2. QUALITATES MUTATÆ fontem ſignorum etiam conſtituunt, ut: SENSIBILIA 1. communia, nares acutæ, collapſa tempora, oculi cavi. 2. PROPRIA, ut QUALITATES PRIMÆ, TACTILES. Calor in VOLIS MANUUM, intemperiem calidam, poſt cibum ſumtum febrilem hecticam notat. *Qualitates mutatæ: ſenſibiles, communes, propriæ, primæ tactiles.*

REFRIGERATIO EXTREMORUM, in febre malignitatem, extrà febrem cum ſudore pauco ſyncopen notat. *Refrigeratio.*

SICCITAS intenſa linguæ ac faucium febrim notant continuam & ardentem. *Siccitas.*

SECUNDÆ QUALITATES tangibiles ſigna morborum *Secundæ*

qualitates tangibiles, ſunt ἀπτολωτικά. TUMOR mollis digiti impreſſi retinens veſtigia notat pituitoſum & hydropicum humorem.

Viſibiles. VISIBILES QUALITATES, ut color citrinus habitus corporis & oculorum notat icterum. GENARUM RUBOR cum febre inflammationem pulmonis deſignat.

Odorabiles. ODORES fœtidi in ſputo, ulcus pulmonis ſordidum, in naribus ozænam notat.

Excreta. 3. EXCRETA, ut SUDORES frigidi, pauci, ſyncopen indicant.

3. Cauſæ. III. CAUSÆ tertium ſignorum morbi ſpeciem indicantium fontem conſtituunt.

Efficientes proximiores. EFFICIENTES PROXIMIORES. Humores calidi, ſanguis, bilis, frigidi, pituita, melancholia, ex ſuis ſignis ſi cognoſcantur prædominari, morbos calidos vel frigidos deſignant. Salis, 🜍, ☿ii abundantia, *ex ſententia Paracelſicorum*, ſi adſit, ſimiles fore morbos, veriſimile eſt, ſalinos, ſulphureos, mercuriales.

Remotiores diſponentes. REMOTIORES DISPONENTES cauſæ naturales, & præter naturam ſi præceſſerunt conformes, talem morbum excitaſſe credendum.

Naturales. NATURALES. TEMPERAMENTI ratione ventriculus
1. faciliùs corripitur morbo frigido, jecur calido: CONFORMA-
2. TIONIS ratione faciliùs obſtruitur uterus in virgine, quàm maritatâ adultâ, quia vaſa habet grandiora & laxiora. Jecur
3. facile obſtruitur, vaſa enim habet tenuiſſima. SITUS connexûs & cavitatis ratione, articulus coxæ difficulter luxatur: παράρθρημα *ſemiluxationem* autem ob rotunditatem ferre neſcit.
4. PROPRIETAS naturalem conſtitutionem conſequens etiam ſignum præbet. Sic glandulæ tumoribus facilè corripiuntur circà collum, in inguine, quia viſcerum expurgationi ſunt dicatæ.

Ætas & ſexus. ÆTAS & SEXUS etiam ad ſigna ſpeciei morbi referri queunt. INFANTES oris ulceribus ſæpe corripiuntur, quia vitioſum lac ſugunt. Si igitur infans tali lacte utatur, morbum illum, quò infans ægrotat, fore conjicere licet.

Non naturales cauſæ NON NATURALIUM CAUSARUM, quæ morbum notare queunt, agmen ducit

AER,

AER, ejusque qualitates morbum ſimilem, calidum, frigidum, ſiccum, humidum, contagioſum epidemium notant. *Aer.*

ΚΙ´ΝΗΣΙΣ καὶ ἩΣΥΧΙ´Α hanc claſſem etiam tuentur. OTIUM & QUIES NIMIA frigidos & humidos pariunt morbos. MOTUS calidos & ſiccos. *Motus & quies.*

ὝΠΝΟΣ καὶ ἘΓΡΗΓΟΡΣΙΣ. VIGILIÆ quidem ſiccum: SOMNUS multus frigidum & humidum, quem induxere, fore morbum indicant. *Somnus, vigiliæ.*

ΤᾺ ΠΡΟΣΦΕΡΟ´ΜΕΝΑ quæ adſumuntur, morbi ſpeciem notant. Sic *quæ offeruntur, alimenta, ratione*

SUBSTANTIA & ſucci optimi ciborum ſi præceſſerit uſus, morbi ſpeciem repletionem eſſe; ſin varii cibi, pravi ſucci, impuræ ſubſtantiæ, morbum cacochymicum eſſe conjicere licebit. *ſubſtantiæ,*

QUANTITAS magna ciborum morbos parit ex repletione: defectus ex inanitione. Sic illuſtris vir melancholicus in cachexiam incidit. Abſtinuerat diu à liberali cibo & potu, Deo ſe totum conſecrans & jejuniis. Sanatus morbus pleniori victu. *quantitatis.*

QUALITAS ciborum calidorum, vinorum generoſorum calidos pariunt morbos. *qualitatis.*

ΤᾺ ἘΚΚΡΙΝΟ´ΜΕΝΑ excreta & retenta ſigna etiam ſunt: ut feces retentæ indicant inteſtinorum anguſtiam à conſtipatione. *Excreta.*

ΤᾺ ΨΥΧΙΚᾺ ΠΆΘΗ animi perturbationes prægreſſæ ſiccum, ſi cum iracundiâ, calidum, ſi cum mœrore, frigidum indicant morbum. *Affectus.*

RES PRÆTER NATURAM prægreſſa, ut ὑπερκάθαρσις, frigidum. ICTUS capitis ſubſequente vomitu membranæ læſionem vel oſſis fracturam calvariæ. *Res præter naturam.*

IV. SIMILITUDO ultimus fons eſt ſignorum ſpeciem morbi indicantium. Illa, ſive fiat comparatio ad ſeipſum, ſive ad aliud, magnam ad ſignificandum vim habet. *IV. Similitudo quartus fons eſt.*

Vir nobilis in peritonæo circà ani regionem dolorem ſentit, quo ante annos octo etiam laboraverat. Advocatus extraneus medicus, calculum ſuſpicatus, remedia idonea præſcribit; *1.*

 ſed

ſed ſine ſucceſſu felici. Ægrotus ſanitatis cupidus medicum, quo in ſimili caſu ante octennium uſus fuerat, advocat. Hic videns, priorem eſſe adfectum conſuetum, mutat remedia. Omnia vertuntur in melius.

2 Video ægrotum, bilioſi temperamenti, calore febrili corripi, cum dolore circâ inguina: ſubſequitur horror: calor totum occupat corpus, rubor cum levi dolore in ſurâ ſiniſtrâ obſervatur. Ante triduum recordor ſimilem ægrotum, iisdem ſymptomatibus laboraſſe eryſepelatode febri & rubore. Eodem affectu & hunc laborare ritè concludo.

3 In Belgio laboravi hyeme à pororum, non ſatis cautè cuſtoditorum aſtrictorum, conſtipatione, febri diariâ unius diei; ſimili invaſione correptus, elapſis annis viginti: ſuſpicatus fui, fore ardentem: ſed periculi, bidui ſpacio, ſollicitudine liberatus ephemeram duorum dierum fuiſſe comperi. Terminata febris levi eoque dulci ſomno, in quo totum corpus quaſi inflatum dormiturienti viſum. Expergefactus manè melius habui.

4 Illuſtrem virum, quoties tertianâ corripiebatur, ſtatim ſimul prehendi tuſſi, dolore lateris pungitivo, ſpirandi difficultate, obſervavit *Pravotius in Praxi*. Juraſſes eſſe pleuriticum. In paroxyſmi declinatione omnia remittebant ſymptomata. Hoc aliquoties obſervato, cum talis incideret febris, morbi ſpeciem veram pleuritidem non eſſe, ſed febrim ſimplicem, conjicere licuit.

CAPUT IV.

ſigna magnitudinis morbi proponit, ratione dignitatis actionis.

NOn ſufficit morbi noviſſe ſpeciem, niſi ſpecificum cognoſcas gradum, quem nonnulli, *autore Galeno 1. de criſibus cap 3.* μέγεθος, ἄλλοι σφοδρότητα, ἦθος, καὶ τρόπον, *magnitudinem, alii vehementiam, morem & modum* vocant. Dignotio accidentalis hujus differentiæ ad prædictionem & curationem rectè inſtituendam neceſſaria eſt.

Fontes co- FONTES hujus διαγνώσεως IN GENERE propoſuit *Galenus*

Galenus lib. 1. de criſibus cap. 2. Τὸ μέγεθος, *inquit*, ὅπερ καὶ σφοδρότητα καλοῦσι. καὶ μὴν τοι καὶ τὸ ἦθος, ὅπερ καὶ τρόπον ὀνομάζουσιν, ἔκ τε τῆς οἰκείας τοῦ νοσήματος ἰδέας θεωρεῖν, καὶ τῶν ἐπιγενομένων αὐτῷ συμπτωμάτων. Ἐκ μὲν τῆς οἰκείας ἰδέας, εἰς τὰ συμπληροῦντα τὴν ἰδίαν αὐτοῦ φύσιν ἀποβλέποντα. καθάπερ εἰ τύχῃ, ἐπὶ πλευρίτιδος, εἴς τε τὸ νυγματῶδες ἄλγημα τῆς πλευρᾶς, καὶ τὴν ὀξὺν πυρετὸν, καὶ τὴν βῆχα, καὶ δύσπνοιαν. Ἐκ δ᾽ αὖ τῶν ἐπιγινομένων αὐτῷ συμπτωμάτων, εἰ πολλὰ καὶ πολυχρόνια, καὶ ἰσχυρὰ, καὶ κακοήθη γίγνοιτο. ἢ τοὐναντίον, ὀλίγα, καὶ ὀλιγοχρόνια, καὶ μικρὰ, καὶ ἁπλά. MAGNITUDINEM, *quam* & *vehementiam* vocant & *morem*, & *modum*, *tum ex propria morbi ſpecie, tum ſupervenientibus ei ſymptomatibus ſpectandam cenſeo.* EX PROPRIA *quidem* MORBI SPECIE, *ea, quæ complent ipſius naturam, contemplando: ut in pleuritide ad lateris dolorem pungentem, febrim acutam, tuſſim & ſpirandi difficultatem.* EX SYMPTOMATIBUS *ſupervenientibus, ſi multa, ſi diuturna, valida atque maligna etiam exſtiterint: aut contra, pauca, ac brevis temporis, & parva & ſimplicia fuerint.* — *gnoſcendæ magnitudinis Galenici duo.* 1. 2.

IN SPECIE I. MAGNITUDO κατὰ τῆς βεβλαμμένης ἐνεργείας ἀξίωμα, *ſecundum dignitatem partis*, ejusque *actionis* dignoſcitur ex iis ſignis, quæ indicant actionem partis eſſe principalem, & officialem publicam. Cerebri, cordis, jecoris affectiones magnæ: nonnunquam etiam lienis, uteri. Actiones ſanguinis depuratoriæ niſi ſint ſalvæ, vitæ turbatur incolumitas. A ſplene cordis palpitationes, ſanguine in eo non depurato ad cor per venas remeante: renes in trahendi officio ſi ſint ſegnes, hydropes. Menſtruæ excretiones ſi deficiant, ab utero malorum exſpectanda ilias. — *Magnitudo ratione dignitatis.*

Tantò morbus ratione dignitatis eſt cenſendus major, quò pars, quæ patitur, præſtantior. — *Variat ratione partis.*

Graviſſimi ergò morbi cordis, vitæ quod eſt radix, centrum καὶ ἐμφύτου θερμοῦ οἷον ἑστία, *& caloris focus.* — *Magni cordis morbi.*

Dubitanti, & apoplexiam cerebri morbum majorem ratione τῆς ἀξίας *dignitatis* partis æſtimanti, cum hæc citò juguletur: econtra cor & ſyncopen & palpitationem ſine noxâ ferre queat? — *Dubium.*

Reſpondemus: Apoplexiam non eſſe fatalem ad mortem, ut cerebri adfectum; ſed ut adfectum cordis. Interceptâ enim — *ſolvitur.*

cacochymia magnas pariunt in corpore alterationes mutationesque.

REMOTIORES etiam huc faciunt. NATURALES. Ἐν τῇσι νούσοισιν ἧσσον κινδυνεύουσιν, *ait Cous 2. aphor. 34.* οἷσιν ἂν οἰκείη τῆς φύσιος, καὶ τῆς ἡλικίης, καὶ τῆς ἕξιος, καὶ τῆς ὥρης ἡ νοῦσος ἢ μᾶλλον, ἢ οἷσιν ἂν μὴ οἰκείη κατά τι τουτέων. *In morbis minus periclitantur, quorum naturæ, habitui, aut ætati, aut tempori, magis cognatus eſt morbus, quàm quibus nulli horum cognatus eſt.* *remotioribus.* *1. anni tempore & ætate.*

Veritatem hujus aphoriſmi contra Dioclem pluribus aſtruit *Galenus in comm:* & illuſtrat exemplo cauſi, qui fieri non poteſt hyeme, niſi affectione accedente maximâ. Neque is aliter initio conflari potuiſſet, niſi cauſæ vehementia hyemis contrariam & repugnantem viciſſet qualitatem ac ſuperaſſet: magnus itaque morbus hyeme eſt cauſus. *Veritatem aphoriſmi confirmat autoritas Galeni, &*

Veritatem hujus aphoriſmi confirmat ratio ipſa. Nam cum inter diſſymbola transmutatio ſit difficilior, illa certè fieri non poſſet, niſi à cauſis præpotentibus. Et harum efficaciâ receſſus à naturali ſtatu fit longior. Ita febris ardens in ſene major eſt ratione eſſentiæ, quàm in juvene. APOPLEXIA major morbus ratione eſſentiæ in juvene, quàm ſene: econtra EPILEPSIA major in ſene, quam in infante. *ratio.*

NATURÆ ROBUR etiam anſam præbet de magnitudine morbi, ſecundum eſſentiam, judicandi. Si robuſtæ naturæ vir, rarò ægrotare ſolitus, decumbat, veriſimile magno ipſum correptum fuiſſe morbo. Leviores enim errores validam non turbant naturam. *2. naturæ robore.*

CAPUT VI.

De ſignis morbi ratione facultatis magni vel parvi, maligni vel benigni.

DEſumuntur ea

I. Ab eſſentialiter inhærentibus. Maligni ſunt peſtis, malignæque febres. Magni ratione facultatis morbi cerebri, cordis, oris ventriculi, tendinum, nervorum. Vulnus ſclopeto centum grandinibus majoribus acutis *Fontes horum ſignorum. 1. eſſentiali-*

ter inhærentia. tis, quadrangulis, triangulis, malleolo & articulationi tibiæ cum talo de improviſo inflictum, magnum fuit ratione facultatis: ſeptimo enim die maxilla inferna convulſa, osque clauſum, conſtante licet mente. Poſt epilepſia ſupervenit lethalis. Morbus potuit dici *κακοήθης*, vulnus etiam *κακοήθης* appellari meruit.

2. *ſymptomata.* II. ΣΥΜΠΤΩΜΑΤΑ ſimilia ſi morbis ſuperveniant, magnus ratione facultatis, imò etiam malignus dici poteſt. Deſumuntur

1. *actionis læſæ vitalis.* I. AB ACTIONE LAESA, eâque vitali. PULSUS ſi vacillet, in malignis & peſtilentibus, morbus ille eſt magnus ratione facultatis, & *κακοήθης*, mali moris, malignus propriè dictus. Sin talia abſint ſigna, benignus appellatur & parvus.

naturalis. NATURALIS actio læſa, corporis extenuatio major quàm conveniat manifeſtarum cauſarum proportioni, malignitatem arguit.

animalis. ANIMALIS actio læſa. Oblivio irrationalis in phrenitide, ſignum morbi magni ratione facultatis. Convulſiones cordis, anxietas, angor, deliria, malignitatis ſignum

Reſpiratio in febribus malignis & apoplexiâ graviter læſa notat magnum morbum. Parvitatem contrarium deſignat.

2. *Qualitates mutatæ.* QUALITATES mutatæ. Repentina coloris in facie mutatio: maculæ lividæ, petechiæ, frigiditas manuum, odor cadaveroſus, malignitatis indicium.

3. *excreta.* EXCRETA biliosa, æruginoſa, atra, ſine juvamento: τῶν ῥινῶν ςάξις *narium ſtillatio* in ardentibus: lachrymæ involuntariæ: τὰ οὖρα λευκὰ *urina albæ*, phrenitidem notant magnam καὶ κακοήθη, facultati miris modis inſidiantem.

Parotides & faucium exulceratio in febribus pravum ſignum.

3. *cauſæ.* 1. III. CAUSAE NATURALES. Pinguia corpora & humida magnis corruptionibus & morbis ſunt obnoxia.

2. Raro ægrotare adſueti non niſi graves experiuntur morbos; non enim lectulariam profiteri poſſunt, niſi violentas & ſonticas habeant cauſas.

NON NATURALES CAUSAE. AER ſi præceſſerit impurus

rus, noxiis atomis imprægnatus, fœtidus: Victus ratio prava: Potus aquæ putridæ: Alimentum & medicamenta, erigere quæ debebant naturam vacillantem, ſi ſcopum non adſequantur, magnum arguunt morbum. Excernendorum atræ bilis, ſeminis, ſanguinis menſtrui, lochiorum retentio, malignum arguere queunt morbum reliquis juncta.

IV. A SIMILI agnoſcitur morbus magnus facultatis ratione, ſi alius apoplectico morbo correptus ſimilia habeat accidentia, quæ præſens æger: item ſi alibi, ubi ſimiles malignæ febres graſſantur, ſimilia & hic ſymptomata advertantur. *IV. Similitudo.*

CAPUT VII.

De ſignis temporum morborum.

QUamvis Galenus temporum morborum, in ſignorum ſuorum catalogo, haud meminerit, cum tamen Hippocrates medicum interrogare jubeat ſuos ægros, A QUOT DIEBUS PATIANTUR, iisque verbis tempora morborum, præcipuè univerſalia, intelligat, de iis agendum. *Temporum morborum ſignis illuſtranda.*

NECESSITATEM cognitionis temporum inſinuavit *Galenus lib. 1. de criſibus cap. 2.* ἰατροῦ δὲ γνησίου, καὶ Ἱπποκράτους τέχνης ἀξίου προγνῶναι τὴν μέλλουσαν ἀκμήν· εἴ γε δὴ καὶ τὰ διαιτήματα σύμπαντα πρὸς αὐτὴν ἀποβλέπων ποιεῖται. κατὰ ταῦτα δὲ καὶ τὴν ἐπίδοσιν δηλονότι καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ νοσήματος, οὐκ ἐπειδὰν συμπληρωθῇ τότε γνωρίζειν, ἀλλ' ἐκ πολλοῦ χρόνου προγινώσκειν ἄμεινον. *Generoſi medici atque Hippocraticâ arte digni eſt officium, futurum ſtatum præcognoſcere, cum omnem victûs rationem, ad ipſum inſpiciens, inſtituat. Eadem ratione principium morbi atque augmentum, non ubi perfecta ſunt, cognoſcere, ſed multò antea præſtabit, præcognoſcere.* *Neceſſitas cognitionis temporum.*

Signa temporum horum optimè depromuntur ab illis fontibus, quos digito monſtrat *Coum 1. aphor. 12.* Τὰς δὲ παροξυσμοὺς, καὶ τὰς καταστάσιας δηλώσουσιν αἱ νοῦσοι, καὶ αἱ ὧραι τοῦ ἔτεος, καὶ αἱ τῶν περιόδων πρὸς ἀλλήλας ἀνταποδόσιες, ἤν δὲ καθ' ἡμέρην, ἤν τε παρ' ἡμέρην, ἤν τε καὶ διὰ πλείονος χρόνου γίγνωνται· ἀτὰρ καὶ τοῖσιν ΕΠΙΦΑΙΝΟΜΕΝΟΙΣΙΝ, οἷον ἐν πλευριτικοῖσι πτύελον ἢν αὐτίκα ἐπιφαίνηται, ἀρχομένου, βραχύνει· ἢν δ' ὕστερον ἐπιφαί- *Signa temporum.*

ἐπιφαίνηται, μηκύνει. καὶ οὖρα, καὶ ὑποχωρήματα, καὶ ἱδρῶτες, καὶ εὔκριτα, καὶ δύσκριτα, καὶ βραχέα, καὶ μακρὰ τὰ νοσήματα, ἐπιφαινόμενα δηλοῖ. *Acceſſiones verò & conſtitutiones morborum indicabunt tum ipſi* MORBI, *tum tempora anni, tum periodorum proportionis inter ſe obſervatio, ſive ea quotidie, ſive alternis, ſive majore intervallo fiant. Sed ex iis quæ* POSTEA APPARENT, *indicia ſumuntur, velut in pleuritide ſputum ſi ſtatim initio appareat, brevem fore denunciat: ſi verò poſterius conſpiciatur, longam. Quin etiam urinæ, alvi feces, ſudores, & judicatu faciles aut difficiles, & breves aut longos morbos fore, quum ſuperveniunt, demonſtrant.*

1. Eſſentialiter inhærentia.

I. ESSENTIALITER inhærentia, ſeu ſpeciem morbi, ejusque vehementiam indicat voce MORBORUM. Acuti morbi ſtatus citiùs: longi tardiùs ingruit. Pleuritis, angina, breve habent principium, & ſtatum non remotum.

Ideam morbi reſpiciendam etiam eſſe innuit PERIODORUM INTER SE PROPORTIONIS obſervatio, nobis commendata. Obſervandæ illæ ſunt ἀνταποδόσιες *in tribus: in horâ,* quâ revertuntur morbi: *in tempore* durationis: *in ſymptomatum* magnitudine & vehementia.

2. Symptomata. Actiones læſæ.

II. ΣΥΜΠΤΩΜΑΤΑ tempora morborum indicant.

ACTIONES in ſummo gradu læſæ vitales, naturales, accidentales, ſtatum adeſſe monſtrant *comment. 2. aphor. 30.* περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη πάντα ἀσθενέστερα· περὶ δὲ τὰς ἀκμὰς ἰσχυρότερα. *Circa initia & finem morborum remiſſiora ſunt omnia, in vigore vehementiora.*

Qualitates mutatæ. Excreta.

QUALITAS mollis tumoris externi pus maturum notat.

EXCRETA tempora morborum notant. Cruda ſunt omnia in principio, cocta in ſtatu. Sic alvi feces benè coctæ ſtatum primæ coctioni deſtinatorum notant viſcerum.

Urinarum coctio nota temporum in vaſis. Extrà vaſa coctio excrementorum. Sudores.

Morborum in vaſis fomitem habentium tempora & ſtatum notat coctio in urinis.

Morborum extra vaſa inflammationum imi ventris tempora notat ichor ille acris, quaſi fuliginem aſperſam habens. In medii ventris affectibus, ut pleuritide, peripneumoniâ, ſputum coctum notat ſtatum.

SUDORES etiam attendendi.

III. CAN-

III. CAUSÆ etiam allegantur ab Hippocrate. Humor quò calidior, eò breviorem facit morbum. Bilioſi breviores quam pituitoſi, ſtatumque habent longius remotum. 3. *Cauſa. Humores.*

NATURÆ calidæ breviores habent morbos, quàm frigidæ, adeoque tempora in his ſibi tardius ſuccedunt, ob poteſtatem enim calidi nativi coctio lentiori tractu procedit vel abſumtio. *Res naturales: temperamentum,*

ÆSTATE calidorum morborum ſtatus propinquior: hyeme remotior. In calidis regionibus citius morbi ſua decurrunt tempora. *anni tempus.*

VICTUI calido qui aſſueti, morbos habent celeriores, ſtatumque propinquiorem. *Non naturales.*

CAPUT VIII.

De affecti loci ſignis diagnoſticis.

NOtitia affecti loci, quàm difficilis, utilis, ac neceſſaria, inſinuavit *Galenus*, dum non dubitavit adſerere, *totam artem facilem comprehenſu, ſine illâ, ita ut non ſex menſibus tantùm, ſed etiam diebus comprehendi queat, ſi eam, quæ ad partes tractationem attinet, adimas.* *Notitia affecti loci utilis.*

Duplicia autem ſunt partium affectarum ſigna, quædam abſoluta, quædam reſpectiva, attinentia ad modum, an per ſe, an per conſenſum adficiatur. *Duplicia ſunt.*

ABSOLUTAM affectarum partium cognitionem veteres magni æſtimaſſe, & cordi habuiſſe, oſtendit Galenus 1 περὶ τῶν πεπονθότων τόπων. διό τι καὶ τὴν θεραπείαν ὑπαλλάττεσθαι συμβαίνει κατὰ τὰς διαφορὰς αὐτῶν. τὰ μὲν οὖν ἐπιπολῆς ἑτοίμως ὑποπίπτει ταῖς αἰσθήσεσιν, ἅμα ταῖς ἰδέαις τῶν παθῶν. ὅσα δ᾽ ἐν τῷ βάθει κατακέκρυπται, γεγυμνασμένου δεῖται τὸν λογισμὸν ἀνδρός, ἔν τε ταῖς ἐνεργείαις μορίων, καὶ χρείαις, οὐχ ἥκιστα καὶ ταῖς προηγουμέναις αὐτῶν ἀνατομαῖς, αἳ ἐδίδαξαν ἡμᾶς ἄλλα τε πολλά, καὶ τῆς οὐσίας ἑκάστου τὴν ἰδιότητα. *Quin & curationem variari contingit pro varietate illarum, partes quidem in ſuperficie unà cum affectuum ſuorum ideâ, ſpecieve, facilè ſenſibus deprehenduntur, quæ verò in imó corpore latent, exercitatum ratione virum deſiderant, cum in partium actionibus & utili-* *Abſoluta affectarum partium cognitio difficilis.*

& utilitatibus, tum vel maximè in diſſectionibus, quippe hæ nos docuerunt tum alia multa, tum cujuslibet partis eſſentiæ proprietatem.

Neceſſaria, Nec ſiccô prætereundum pede, dum *3. de loc. aff. capite 3.* præcepta ad ſedem affectam & remedia invenienda neceſſaria proponit, & Empiricos increpat, quòd diſpoſitionum rarò evenientium non ſolùm curationem, verùm etiam prævenientes ipſarum notiones negligant: *ſubjungens*, illas, quæ ſcientificam notitiam admittunt, eſſe neceſſarias inveſtigatu, & ſemper indigere adfectarum partium notitiâ.

Utile. Itaque ἐγὼ, *ſubjungit*, μὲν οὕτως ἰατρεύων ἄχρι γήρως οὐδαμόθι μέχρι σήμερον ἠσχημόνησα κατὰ θεραπείαν ἢ πρόγνωσιν, ὡς ἄλλους πολλοὺς εἶδον ἐνδοξοτάτους ἰατρούς. *Medicinam hoc pacto profeſſus uſque ad ſenectutem, nullam in hodiernum uſque diem calumniam ſubii, neque curando, neque præſagiendo, id quod celeberrimis quibusdam medicis interdum accidere memini.*

Ad curationem facit. Communem indicationem ſcire non multum prodeſt. Indicatio enim quæ à morbis procedit, & contrarium indicat, principium tantùm eſt, & carcer, unde medendi ratio procedit, plebeis nota, quæ in omnibus particulis generaliter poſſibilis eſt. Vitium ut curetur, indicat contrarium. Pars autem ut curetur, indicat ſimilimum; ſiquidem non ſatis eſt noviſſe, quomodo curetur inflammatio in genere, ſed in hâc vel illâ parte conſtituta curari debet. Aliter enim curatur phrenitis, quæ eſt inflammatio membranarum cerebri, aliter pleuritis, quæ eſt inflammatio pleuræ. Nam indicatio curandi phrenitidem jungenda eſt cum eâ, quæ ſumitur à parte, membranis ſcilicet, & cerebrô ipſô, quod eſt membrum princeps, naturâ frigidum, oſſibus vallatum & membranis ſenſilibus.

Reſpectiva cognitio magni momenti. Non minus honorificè ſenſit de reſpectivâ partis affectæ cognitione, *2. de loc. affectis in fine*, cum docet, hujusmodi ſpeculationem, ad curandi rationem non ſine manifeſtâ utilitate imprimis pertinere, cognoviſſe τίνι χρὴ μορίῳ προσφέρειν τὰ βοηθήματα, *cuinam parti ſint remedia applicanda.* Non enim cuilibet, niſi ei, quæ propriô affectu laborat, adhibenda ſunt, quâ curatâ, nullus relinquitur in eâ, quæ per conſenſum & ſecundario afficitur, præter naturam affectus. Hujus *Galenus teſtis eſt* in curatione

tione Pauſaniæ Sophiſtæ, cujus meminit *in fine libri tertii de locorum affectorum notitia.* Hic enim εἰς Ῥώμην ἀφικόμενος ποτὲ, τοὺς μικροὺς δύο δακτύλους, τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς καὶ τοῦ μέσου τὸ ἥμισυ δυσαισθήτους μὲν ἔχων τὸ πρότερον, ὕστερον δὲ καὶ ἀναισθήτους ἱκανῶς θεραπευόμενος ὑπὸ τῶν ἰατρῶν. ἐπεὶ δ' ἐγὼ θεασάμενος αὐτὸν ἠρώτων τά τε προγεγονότα πάντα, σὺν αὐτοῖς τε ἤκουσα κατὰ τὴν ὁδὸν ὀχήματος ἐκπεσόντα τὸν ἄνδρα πληγῆναι τὴν ἀρχὴν τοῦ μεταφρένου, καὶ τὸ μὲν πληγὲν μέρος ἐν τάχει θεραπευθῆναι. κατὰ βραχὺ δὲ αὐξηθῆναι τὴν τῶν δακτύλων βλάβην τῆς αἰσθήσεως, ἃ τοῖς δακτύλοις ἐκεῖνοι προσέφερον φάρμακα, ταῦτ' ἐκέλευσα κατὰ τοῦ πληγέντος ἐπιτίθεσθαι μορίου, καὶ οὕτως ὁ ἀνὴρ διὰ ταχέων ὑγιάσθη. *Romam aliquando veniens, ſecundùm duos minores ſiniſtræ manûs digitos, atque medii partem dimidiam, ſenſum inprimis quidem difficilem habebat: poſteà malè curantibus medicis, ſenſum omninò amiſit. Quibus equidem cognitis, omnia, quæ præceſſerunt, inveſtigavi: atque ipſum, quum per viam duceretur, vehiculo excidiſſe, atque in dorſi initio læſum, mox partem læſam brevi quidem curatam, ſed auctum in digitis ſenſus vitium audivi. Igitur remedia, quæ illi digitis adaptaverunt, læſæ parti adhibere juſſi: atque ſic vir ille celeriter ſanitati reſtitutus eſt.*

Digniſſimus memoratu eſt *Galeni 1 de locis affect. cap 5. & 6. contextus*, in quô explicat, quæ partes per eſſentiam, & quæ per conſenſum afficiantur, & quomodo dignoſcantur. Quamvis ſatius ſit, differentias rerum intelligere, quam de nominibus contendere, βέλτιον γὰρ οὐ περὶ τῶν ὀνομάτων ἐρίζειν, ἀλλὰ τῶν πραγμάτων ἐπίστασθαι τὰς διαφορὰς *1 locis aff. cap. 6.* nihilominus & ipſe ſollicitus eſt. Διορίσωμεν, *inquit*, οὖν καὶ τὰ κατὰ συμπάθειαν ἑτέρου μορίου γινόμενα πάθη, τῶν κατ' ἰδιοπάθειαν, οἰκειότερον γὰρ δεῖ ἰδιοπάθειαν ὀνομάζειν, οὐχ (ὡς εἰθίσαι τοῖς ἰατροῖς) πρωτοπάθειαν, ἀντιδιῃρημένης τῆς συμπαθείας τῇ ἰδιοπαθείᾳ. Κυρίως ὀνομάζειν βουλόμενος, τῇ μὲν πρωτοπαθείᾳ δευτεροπάθειαν, ἢ ὑστεροπάθειαν ἀντικεῖσθαι φήσομεν. Ἰδιοπάθειαν δὲ τῇ συμπαθείᾳ καὶ συνελθεῖν γε δύναται πολλάκις, εἰς ταυτὶ κατὰ συμπάθειάν τι καὶ κατ' ἰδιοπάθειαν ἤτοι νοσεῖν, ὅταν ἐν τῷ πάσχοντι μορίῳ μόνιμος ἐγγίνηται διάθεσις. οὐ γὰρ δὴ πρωτοπαθεῖν αὐτὸ τηνικαῦτα φήσομεν, ἀλλὰ δευτεροπαθεῖν τε καὶ ἰδιοπαθεῖν. *Diſtinguere oportet eos, qui per*

Cognitio partium affectarum per eſſentiam.

per conſenſum alterius particulæ accidunt, à propriis: nam magis proprium fuerit idiopathian, id eſt proprium affectum, quàm (ut medici ſolent) protopathian, id eſt primarium affectum, nominare, ex adverſo ſcilicet diviſo affectu per conſenſum à proprio. Ergò qui propriè vocabulis uti voluerit, primogenio quidem affectui, ſecundarium aut poſteriorem opponet: ei verò, qui per conſenſum infeſtat, proprium. Quanquam ſæpenumero contingere poteſt, ut aliquis ſimul & per conſenſum & propriâ affectione laboret, cum in affectâ per conſenſum particulâ permanens ineſt diſpoſitio: neque enim primariò, ſed ſecundariò & propriè ipſam tum affici videmus.

CAPUT IX.

De ſignis loci affecti diagnoſticis abſolutè conſideratis in ſpecie.

Fontes tres: LOCI AFFECTI cognitio petitur ab ESSENTIALITER INHÆRENTIBUS, quæ ſunt 1. intemperies. 2. mala conformatio, & 3. unitas ſoluta. 2. *ab effectibus conſequentibus.* 3 *à cauſis.* 4. *à ſimili.*

1. eſſentialiter inhærentia. 1. INTEMPERIES, ſi in parte aliquâ percipiatur ad tactum, male habere illam indicio eſt, & inflammationis periculo ſubjici. In dextro hypochondrio ſi quid præter naturam ſentiatur, hepar accuſatur, in ſiniſtro lien.

2. MAGNITUDO imminuta totius ſi ſit, colligimus affectum eſſe aliquod viſcus coctioni deſtinatum. AUCTA capitis in hydrocephalo magnitudo ſignificat pericranium eſſe affectum. SITUS PARTIS indicat locum affectum: ſi tumor in dextro latere ſub coſtis nothis, ubi hepar jacet, perſentiatur, jecur laborare dicimus. Scrotum ſi tumeat inteſtinis prolapſis, peritonæum ruptum vel laxatum colligitur. Si quis fiat gibboſus, affici ſpinam ex figurâ demonſtratur. Si adſit phthiſis & totius corporis macies, pulmonem adfici vero ſimile eſt. Exceſſus ſi occurrat in CAVITATE: ut ſi tumor pulſans propè arteriam, *ἀνεύρυσμα* indicatur. ASPERITAS, ut ſi ſtilus in vulnus immiſſus inæqualitatem perſentiat, os corruptum deſignat.

3. SOLUTA UNITAS,& cranii fractura ſi ad centrum pertingant, meningas quoque ſuppoſitas læſas eſſe notatur.

II. AB EFFECTIBUS etiam partis affectæ ſigna ducuntur, ſive ſint propriè dicta ſymptomata, ſeu morbi, qui aliis morbis ſuccedunt. Inter hæc autem primum locum obtinet *2. poſteſſentialia.*

ACTIO LÆSA. Hanc lædi impoſſibile non læſo organo. Sola actio læſa ab errore externo non ſufficit ad locum morbo affectum indicandum, ſed illa tantùm, quæ propriè ſymptomatis naturam obtinet. Nam ſi quis de cruditate conquerens referat, ſe cibum nimiâ quantitate excedentem ingeſſiſſe, ventriculum affici nemo dicit propriâ paſſione, ſed ab errore externo. Actionum autem cum multæ ſint ſpecies, unaquæque læſa indicat affici partem à quâ producitur, ſive ſit *animalis*, ſive *vitalis*, ſive *naturalis*. *Actio læſa.*

ANIMALIS. Læſio rationis, nec non ſenſus & motus univerſi corporis, affectum cerebrum; Læſio ſenſus & motus totius, excepto capite, principium ſpinalis medullæ affectum indicat. *animalis,*

SENSUS TACTUS, cum habeat ſubjectum communius, quàm alii ſenſus, doloris proprietate, affectam partem indicat, *quâ de re Galenus 2 de locis affectis capite 2.3.4.5.* *Senſus tactus.*

DOLOR PULSANS ſignificat inflammari partem arteriis præditam. *Galenus 1. de difficili reſpiratione capite 9.* Omne enim inflammatum quietem deſiderat. Si ergò ab arteriis prematur, dolet. *2. de locis. affectis, capite 3.* Non autem dolor ſequitur pulſum quemlibet, ſed cum inflammatio inſignis eſt cum tumore magno. DOLOR GRAVATIVUS viſcerum quorundam, renes vel hepar affici monſtrat: PUNCTORIUS membranam: DIVELLENS carnem: ULCEROSUS muſculos aut cutim: PROFUNDUS, qui ὀςοκόπος, membranas oſſium: PRURIGINOSUS cutim: EXTENSIVUS cum gravitate venam aut arteriam notat. Quod ſi doloris proprietati accedat ejuſdem ſitus, certius multò ſignum affectæ partis innuitur. *Symptoma dolor.*

VITALIS actio læſa ſimiliter declarat locum affectum. Læſio pulſus, & vitalium facultatum deliquium, cor affici declarant. *Vitalis,*

NATU-

Digitized by Google

naturalis. NATURALIS manifeſtius in partibus nobilibus declarat locum affectum, ut ſi ſanguificatio lædatur, cor, jecur afficitur; obſcurius in privatis.

Excreta. EXCRETA quomodo locum affectum declarant, eleganter explicat *Cæſar Magatus, de rara medicatione vulnerum.*

ſubſtantiâ, SUBSTANTIA: quia eſt pars, ejus à quo excernitur: quâ ratione ramentum in dejectionibus inteſtinorum ulcus denotat: *vel* quia in eo naturaliter continetur, ut exiens ſtercus ex vulnere abdominis, læſa inteſtina craſſa notat. Urina effluens, calculus renes vel veſicam. Pars bronchiorum, aſperam arteriam læſam indicat.

quantitate, QUANTITAS, ut copioſa mictio ſanguinis renes affectos indicat. Id docet *Hippocrates 4. aphoriſmo 75.* parca, veſicam læſam, notat.

qualitate, QUALITAS. *Sanguis floridus* ſpumoſus tuſſi rejectus ex pulmonum venis, excerni arguitur. *Dejectio cibi* parum alterati læſa inteſtina; Arenulæ, rubræ renes affectos notant.

tempore, TEMPUS EXCRETIONIS. Si in homine ſingulis menſibus patiente hæmorrhoidas, ſangvinem ex alvo circuitu juſto effluentem videamus, ex hæmorrhoidibus ille provenit.

modo excretionis. MODUS EXCRETIONIS. Sanguis cum ſaltu è vulnere prodiens, arteriam læſam, uniformiter exiens, venam arguit. Sanguis fecibus miſtus, inteſtina tenuia, non miſtus anum vel proxima inteſtina notat.

loco, LOCUS, per quem fit excretio. Si è naribus copioſum pus effluat, abſceſſum patefacit.

ordo. EXCERNENDI ORDO etiam partem affectam indicat. Si prius ſanguis, deinde feces exeant, anum & inteſtinum rectum fatiſcentibus hæmorrhoidibus, vel ulcere aliquo præſente, laborare colligitur; ſin contra, tenuia & iis propinqua afficiuntur.

Retenta. RETENTA quoque affectas partes indicant, nam ſi lotium retineatur, affectâ veſicâ aut meatu urinario id contingit.

Qualitas mutata QUALITAS MUTATA per omnia ſenſibilia genera vagatur. CARO ET CUTIS LIVIDA ſubjectum os corruptum monſtrat. COLOR FLAVUS totius corporis, jecur & *κύστιν* obſtru-

obſtructam : NIGER lienem : PALLIDUS & SUBALBICANS jecur refrigeratum notat. Oculo non vidente pupilla ſi non dilatetur, altero oculo clauſo, conſentientibus omnibus, nervum opticum obſtructum colligimus.

CAUSÆ locum affectum declarantes *3. Cauſæ proximiores,*

MEDIATÆ PROXIMIORES ſunt: Humores calidit. horacem HI ſi invadant, ibique dolorem, tuſſim, difficilem reſpiratio nem cum febri inducant, veroſimile pleuram affectam & inflammatam.

MEDIATÆ REMOTIORES CAUSÆ ſi adſint, ut ætas, ſexus, conſuetudo certis morbis laborandi, certas etiam affectas notant partes. Sic ſi victus inordinatus, tempore menſtruæ purgationis, obſervetur, uterum malè affectum iri metuendum. *Remotiores naturales,*

PARTIS PROPRIETAS, ut ſi ingens palpitatio in tibiâ perſpiciatur, affectas eſſe muſculorum intercapedines, quia oſſa diſtendi nequeunt, notat. Si cum urinâ lapillus exeat, veſicam aut renes calculo affici notatur, illis enim ineſt proprietas calculos producendi.

VICTUS, LÆDERE qui poſſit, ſi præceſſerit, ut ciborum calidorum, & quis in morbum inciderit, dicere poſſumus, jecur & cor læſum eſſe. *non naturales alimenta.*

MEDICAMENTA, & alia aſſumta, LÆDENTIUM cauſarum vicem quæ ſuſtinere apta nata, de parte affectâ certiores nos reddunt. Sic ſi quis ab adſumtis cantharidibus mejat ſanguinem, veſicam ulceratam accuſare poſſumus : illæ enim veſicæ peculiariter infeſtæ ſolent eſſe. Si à lepore marino aſſumto quis difficulter ſpiret, pulmonem ulceratum eſſe conjicere licet. *medicamenta.*

Ex remediis admotis & adſumtis ſæpe cognoſcitur pars affecta. Si in ventris doloribus anodyna, per os adſumta, dolorem non leniant, leniant autem inteſtinis per alvum infuſa, inteſtina craſſa affecta eſſe divinare poſſumus. *Modus adſumendi.*

SIMILE etiam adfectam partem monſtrat. Qui colico mortuo ex dolore aperto, vidit coeci inteſtini principiumque coli fecibus obſtructum, de alio ſimilibus doloribus laborante idem præſumere poteſt. *4. Similitudo. 1.*

2. Vir nobilis dyſuriâ poſt gonorrhœam laborabat, obortâ in meatu carunculâ. Si ſimilis urinæ ſuppreſſio vel difficultas occurrat, meatum urinarium caruncula, non veſicam calculo laborare præſumimus.

3. *Platerus* in pleuriticis, in quibus inflammatio interius vergit, poſt mortem apertis ſimul pulmones inflammatos obſervavit. Ergò in aliis etiam idem fieri cenſendum eſt

CAPUT X.

De ſignis loci affecti diagnoſticis in ſpecie concernentibus modum affectionis, an per ſe, an per conſenſum adficiatur.

Fontes eſſentialiter inhærentiâ.

FUndamenta hujus diſtinctæ dignotionis κτ̕ ζήτησιν διαλεκτικώτερον, ut vocat *Galenus 1. de locis affect. capite 3.* petuntur

1. I. AB ESSENTIALITER INHÆRENTIBUS. Nam ſi affectio ex ſe ſit facilè communicabilis, ſuſpicandum eſt, eſſe per conſenſum, & ſi altera, quæ appareat in corpore, poſterior ſit vel tempore, vel naturâ, vel cauſalitate, ut inflammatio ratione febris.

2. affectus, actiones læſæ,

II. AB EFFECTIBUS, diſtinguitur eſſentialis ab ea, quæ fit per conſenſum. Nam in illâ 1. Symptomata, ACTIONES LÆSÆ primùm apparent; ſolent etiam eſſe graviora, diuturniora, atq; ad illorum magnitudinem creſcunt partis læſæ ſymptomata per conſenſum, minuuntur, ac penitus abolentur illis ceſſantibus, niſi affectus per conſenſum temporis diuturnitate in eſſentialem migrarit. Tunc enim recedentibus accidentibus partis eſſentialiter læſæ, alterius accidentia leniuntur quidem, ſed non planè evaneſcunt.

earumque invadendi modus.

2. Affectiones per conſenſum reverti ſolent, quibusdam INTERVALLIS, neque habere continua accidentia, ut affectus per eſſentiam. Evenire tamen poteſt, eſſentialem affectum eſſe quoque interpolatum, ut eſt dolor à flatu, & affectum per conſenſum eſſe continuum, ſi ab initio eadem fere materiæ proportio à parte eſſentialiter affectâ ad alteram continuo transmittatur, quod rariſſimum eſt.

3. Di-

3. Diſtinguitur ab EXEUNTIBUS. Nam duabus partibus affectis, ſi ad unius vacuationem altera ſublevetur, illam per conſenſum laborare certum eſt: ut ſi ventriculus caputque ſimul afficiantur dolore, & natura bilem rejiciat vomitu, & inde mitigetur capitis dolor. Ita ſi dolente capite, aut ventriculo, menſtrua ſupervenientia dolorem tollant, indicant utramque partem utero conſenſiſſe, atque hæc ſigna ſimul juncta plurimum conferunt ad certitudinem. Sola accepta non perpetuò diſtinguunt affectum per conſenſum. *excreta.*

III. CAUSÆ JUVANTES & lædentes prægreſſæ, an per eſſentiam, an conſenſum pars adficiatur, etiam oſtendunt. Sic à pravis ingeſtis cibis, ventriculo noxiis, dolor capitis ſi ſequatur, per conſenſum illum eſſe veriſimile eſt. Sic in hiſtoriâ Pauſaniæ, cum remedia digitis applicita non juvarent, Galenus colligere potuit facile, paralyſin eſſe in digitis ortam, læſâ ſpinali medullâ. *3. Cauſæ.*

POSITIVÆ ET PRIVATIVÆ conſenſus rationes facilè erui queunt.

IV. SIMILITUDO affectus partem affectam per conſenſum, vel eſſentiam eſſe oſtendit. Exemplo eſt prægreſſa Pauſaniæ hiſtoria. Si enim ſimilis contingat caſus, idem de eo formatur judicium. *4. Similitudo.*

CAPUT XI

cauſarum morbificarum proximiorum ſigna exhibet in genere & in ſpecie.

QUam neceſſaria ſit illarum cognitio, norunt, qui tradiderunt, INVENTA MORBI CAUSA, INVENTUM ESSE REMEDIUM. *Neceſſaria eſt hæc cognitio.*

EFFICINTES INTERNÆ CAUSÆ PROXIMIORES, HUMORES ſunt & VAPORES.

VAPOR cognoſci debet *in genere & in ſpecie.* *Vaporis dignotio.*

INGENERE, dignoſcitur. 1. *ex cauſis materialibus prægreſſis*, alimentis aut medicamentis flatuoſis. 2. *efficientibus*, caloris imbecillitate vel abſolutâ, vel reſpectivâ pro ratione copiæ *In genere ex cauſis.*

 humoris.

humoris. 3, juvantes etiam cauſæ, ut, ſi diſcutientia levamen adferant, oſtendunt cauſam flatum eſſe.

effectibus. EFFECTUS, qui partim ſunt morbi, partim ſymptomata, ſcientiam vaporum nobis ſuppeditant. MORBI, ut tumores renitentes poſt impreſſionem digitorum, ſubſilientes flatus abundare notant. SYMPTOMATA, ut fluctuationes, vertigines, ructus, rugitus & ventris murmura, bombi, crepitus, flatuum eruptiones, ſpaſmi flatulenti, vaporem notant.

Species vaporis. SPECIES VAPORIS innoteſcere nequit, antequam minera ſit nota. *Minera varia.* MINERA autem varia eſt, non ſolum humor, ſed quæcunque res evaporabilis, chylus, potus.

Humor in genere. HUMOR primum occupat locum. IN GENERE ille detegitur ab EFFECTIBUS. Plurimi morbi ejus ſunt naturæ, ut non niſi in humoribus fieri queant, quos ideò MATERIALES appellare poſſumus. *Deinde* humorum præſentia detegitur à gravitate & LASSITUDINE, cujus obſervatâ moleſtiæ præceptæ proprietate, magna eſt latitudo. Alia eſt *ulceroſa*: alia *tenſiva*: alia Φλεγμονώδης, *inflammatoria*. *Tertio* à durabilitate humorum præſentia etiam notatur. Flatus citius evaneſcunt: humores ſibi conſtant.

In ſpecie. IN SPECIE qualis humor, etiam ſignis indagandum eſt. Sanguinis abundantia & prædominium conſtituit plethoram: reliquorum humorum, cacochymiam. Signa non ejusdem ſunt neceſſitatis: alia certi aliquid concludunt, alia vix topica ſunt. Et quidem PROPRIA ſigna ſunt *ſapor*, *calor*, *motus* humorum.

Fontes dignotionis ſpeciei Galerici quatuor. Quatuor fontes *Hipp. 1. aphor. 2.* propoſuit dignotionis ſpeciei humorum, τὴν χώρην, ἡλικίην, τοῦ νόσου ἰδέαν, *regionem, anni tempus, ætatem morbi, ideam*, non quod omne ferant punctum, ſed quod videantur præcipuè conferre.

Generales hi ſunt fontes, clariores fluunt ex aliis rivis. Conſiſtit hæc dignotio in quantitate & qualitate.

Sanguis peccans quantitate, indicatur à rebus naturalibus. SANGUIS PURUS peccans

QUANTITATE, qui plethoram tum πρὸς ἀγγεῖα, καὶ πρὸς δύναμιν, *ad vaſa*, *tum vires* conſtituit, dignoſcitur

1. à rebus naturalibus, quæ ſanguinis ſtatum nunciant.

Tem-

Temperamentum cordis & jecoris in caliditate & frigiditate moderatum: ventriculi etiam officium facientis, & temperatum chylū coquentis. Aetas adoleſcentiæ & pueritię ſanguinis ferax.

Res non naturales etiam ſanguinis abundantiam indicant. Aeris, regionis, anni temporis, temperatus vel modicè ad calidum humidum vergentium ſtatus, plethoram notat. *non naturalibus,*

VICTUS ratio laudabilis ſi præceſſerit.

Evacuatio ſanguinis ſponte naturæ ex naribus, utero, vel arte factus ſi juvet, & vires, quæ oppreſſæ videbantur, reſtauret, ſanguinis adeſſe abundantiam veriſimile eſt.

ANIMI MORES placidi joviales certi indices.

RES præter naturam, MORBI CERTI, ſynochus putrida, inflammationes à ſanguinis prædominio ortum ſuum atteſtantur. *præter naturam.*

QUALITAS ſanguinis an calidior, ex diæta prægreſſâ, cibis calidioribus, hauſtu vinorum generoſorum dignoſci poteſt. *Qualitas ſanguinis.*

IMPURUS PITUITOSUS, qui κακοχυμίαν pituitoſam conſtituit, conſideratur juxta quantitatem & qualitatem. *Pituitoſus ſanguis.*

QUANTITAS PITUITOSI ſanguinis cognoſcitur

I. A cauſis naturalibus prægreſſis. TEMPERAMENTUM frigidum & humidum ventriculi, cordis, jecoris, primum hic obtinet locum, ÆTAS puerilis & ſenilis, ſexus fœmineus, pituitam abundare ſignificant. IN FUNCTIONIBUS animalibus ſegnities, in multum ſomnum propenſio, ad iram tarditas: PULSUS tarditas, raritas, multitudinem pituitæ oſtendit. Corporis COLOR pallidus eandem notat. *quantitas cognoſcitur à cauſis naturalibus,*

II. Non naturales cauſæ lædentes vel juvantes pituitæ copiam oſtendunt. AERIS conſtitutio frigida & humida: VICTUS correſpondens prægreſſus: JUVANTUR à cibis & medicamentis calidis, offenduntur à frigidis, aquæ potu. Ejiciunt per nares alba, per tuſſim viſcoſa. URINA alba, pallida, tenuis. Cruda & pituitoſa alvi dejectio. Evacuatio ſanguinis immodica; VENUS nimia prægreſſa eſt. SOMNO delectantur, vigiliæ moleſtæ. AFFECTUS animi omnes temperati. MOTUS corporis eſt moleſtus. Agiles non ſunt. *non naturalibus,*

III. EFFECTUS ſeu res præter naturam adſunt vel præceſ- *effectibus.*

 ſerunt

ſerunt nonnunquam, tam MORBI, ut œdematoſi tumores: febres quotidianæ, & quædam his morbis quaſi laborandi conſuetudo: quàm SYMPTOMATA, catarrhus frigidus: *δύσχροια* totius corporis, malus habitus, pedum tumor.

Qualitas excrementi pituitæ dignoſcitur.

QUALITAS, ſeu in ſpecie QUALIS SIT PITUITA excrementitia, tenuis, an craſſa, inſipida, acida, an ſalſa, modò dentur in rerum naturâ, ſuis etiam ex ſignis pateſcit.

ab eſſentialiter inhærentibus,

1. *ἀπὸ τῶν ἐνεόντων τὸν κτ᾽ τὴν τῆς οὐσίας λόγον, ab eſſentialiter inhærentibus.* Viſciditas & tenuitas tenuis an craſſa ſit, ſponte innoteſcit. Quin imò ſapor & color indicia præbet.

effectibus,

2. Effectuum & ſymptomatum conditio certa, hanc vel illam pituitæ indicat ſpeciem. Dolores à falsa & acidâ vehementiores: à dulci remiſſiores fiunt. Affectus à craſſâ pituitâ ſunt contumaciores, quàm tenui. Pulmonis vaſa ſi ſanguinem evomant, ſuſpicio eſt catarrhum eſſe ſalſum, erodentem, acrem.

cauſis.

3. Cauſæ quæ vehementiùs refrigerant, oſtendunt acidam: quæ minus, inſipidam eſſe.

Bilem detegunt:

BILIOSUS ſanguis qui cacochymiam bilioſam conſtituit, à quibus generatur, ab iis etiam proditur & indicatur cauſis.

res naturales.

NATURALES res, & naturalia corporis accidentia extra ægritudinis ſtatum bilis abundantiam notant. COLOR faciei & reliqui corporis flavus, gracilitas corporis, calor cutis acris, mordax, hiſpida præcordia, ſitis, frequens matutino tempore SAPOR & oris amaritudo: ingenium agile, pulſus magni, bilem indicant.

non naturales,

NON NATURALES, AER calidus ſiccus: ANNI tempus æſtivum: venti calidiores: CIBORUM calidorum, vini generoſi, medicamentorum acrium, & creber theriacæ, vini ſpiritus uſus, bilis dominatum & à cacochymia bilioſâ morbos indicant. EXCRETA bilioſa, urinæ croceæ, intensè rubræ admodum ſplendentes, bilem notant. MOTUS CORPORIS & ANIMI concitatiores, iracundia, audacia, temeritas, eandem abundare ſignificant.

res p. n.

Res præter naturam. Morbi, febres, tertiana, ardentes, exquiſitæ, imò acuti quivis, bilem abundare notant.

SYM-

SYMPTOMATA, vomitus biliosi, ſimilesque dejectiones, phrenitides, acutiſſimi dolores, pungitivi, ulcerativi. QUALITATES in ictero etiam mutatæ, bilis præſentiam & exundationem notant. *Symptomata.*

QUALITAS ſeu SPECIES bilis excrementitiæ ex viſu, colore, ſapore dignoſcitur. Si ſimilis ovi vitello, flavam: ſi cum flavedine nigricet, æruginoſam & atram notat. *Signa qualitatis bilis.*

MELANCHOLICI ſanguinis abundantiam digito monſtrant *Melancholiæ ſigna.*

I. Res naturales. Habitus corporis, color fuſcus faciei, obſcurus, venæ amplæ & ob copiam flatuum turgentes: Piloſitas, eaque nigra, amor ſolitudinis, metus & moeſtitia ἀνὲυ φανερῆς αἰτίας, *abſque cauſa manifeſta.* SOMNIA turbulenta cum imaginibus horrendis. PULSUS duri, tardi. Temperamentum jecoris calidum. Aetas conſiſtens. *res naturales,*

II. Res non naturales. AERIS & ſicci & calidi prægreſſa conſtitutio, humores quæ adurit. AUTUMNUS melancholiæ ferax. CIBORUM calidorum uſus, etiam atram bilem generat, craſſæ & terreſtris ſubſtantiæ, qui *Galeno 3.* περὶ τόπων enarrantur, vulgarem etiam coacervant. EVACUATIO feculentarum cruditatum per alvum, urinam, hæmorrhoides, per ulcera antiqua, varices ſuppreſſa. In evacuationibus per alvum apparens niger humor, in venæ ſectionibus etiam ſanguis niger cacochymiam melancholicam notat. *non naturales.* *Succus ſymphaticus.*

III. Res præter naturam, ſæpe ſive ſint morbi vel ſymptomata eundem exceſſum notant. *præter naturam.*

MORBI quidem, ut febris quartana, ſcorbutus, lienis durities vel ſcirrhus, tumores cancroſi, atram notant bilem. *ſymptomata.*

SYMPTOMATA eandem cacochymiam deſignant. Melancholica triſtitia, icterus niger, HORRORES, LASSITUDINES valde gravativæ.

CAPUT XII

ſigna cauſarum, ſeri, ichoris, & aliarum ex humoribus genitarum proponit.

I. Serum

Signa ſeri, I. Serum ſeu ICHOR cognoſcitur ex iis ſignis, quibus peccans denotatur humor, habitu corporis aquoſo, colliquationibus, morbis hydropicis, hydatidibus, aquoſis tumoribus.

humoris corrupti, II. Humor ſecundum ſubſtantiam corruptus varius eſt. Vulgari modo PUTRIDUS & quidem SANGUIS â ſynocha putridâ indicatur: ALII HUMORES ab aliis febribus.

VENEFICUS à ſignis malignæ & peſtilentis febris: alio modo corruptus in ore ventriculi indicatur à cardialgiâ: in CAPITE ab epilepſiâ: in CORDE à ſyncope.

puris. III. PUS ab externo effluens vulnere ſignis non indiget. Cum alvi excrementis exiens in oculos incurrit: CUM URINA emiſſum dignoſcitur à medicamentorum, ut cantharidum veſicam exulcerantium uſu prægreſſo, doloribus circa lumbos, urinæ ardore, calculi acuti excretione. PER TUSSIM IN PHTHISI excretum à pituitâ craſſâ diſcernitur. 1. *gravitate*, petit enim fundum. 2. *odore* foetido ſuperat pituitam. 3. *colore*, puris cinereus eſt: pituitæ albus. 4. *continuitate*, pus baculo dividitur facilè: in fundo vaſis rurſus coit. Pituita tenax, viſcida, nec dividitur facilè, nec facilè coit rurſum.

ſeminis putridi, IV. SEMEN PUTRIDUM peccare in quibusdam temperaturis calidioribus præſumi poteſt, præcipuè ſi in pleniori diætâ veneris uſus ſit intermiſſus, isque redintegratus juverit. SYMPTOMATA etiam, uterinæ præfocationes, gonorrhœæ putritridæ, ſemen in culpâ eſſe oſtendunt.

motu peccantis ingenere. V. MOTU HUMOR peccans detegitur in actione abolitâ, & tum eſt impactus & copiosus: in imminutâ minori eſt in quantitate, & leviùs infixus. Depravatur humorum motus ratione vel modi, quod confertim fiat, vel loci, cum fluit, quo non debebat, vel temporis, cum intempeſtivè fluit. Sanguis in ſputo, peccat ratione modi, quia ſurſum: loci: quia per os: temporis: quia intempeſtivè fluit.

In ſpecie in febribus. In febribus ſi dominetur ſanguis, continuitas adeſt: ſi pituitoſus, ſingulo: ſi bilioſus, alternis: ſi melancholicus, quarto quoque die advertitur exacerbatio. Febris quò velocior eſt in motu, eò humores tenuiores, quò tardior, eò ſunt craſſiores.

CAPUT

CAPUT XIII.

ſigna abundantis humoris pancreatici, lymphatici ſalivalis & mucoſi.

VIdentur hæc inveſtigatu neceſſaria eſſe, non minus ac aliorum humorum, non ſine difficultate tamen ſinguli in artis formâ recenſeri queunt, cum de naturâ eorum & uſu nondum inter ſe convenerint primicerii; aliqui ſponte pateant in apricâ luce conſtituti.

CAPUT XIV

ſigna cauſarum efficientium remotiorum proponit.

NATURALES ſuis ſe produnt nutibus. TEMPERAMENTUM, ÆTAS, SEXUS, DISPOSITIO HÆREDITARIA patent ſine labore, ſignis aliunde petitis. ANNI CLIMACTERICI minoris vel majoris notæ ratio ex relatione ægri intelligi poteſt. *Naturalium.*

II. NON NATURALES detexit *Cous* περὶ φύσιος τοῦ ἀνθρώπου, *de natura hominis.* αἱ δὲ νοῦσοι γίνονται, αἱ μὲν ἀπὸ τῶν διαιτημάτων. αἱ δ' ἀπὸ τοῦ πνεύματος, ὃ ἐσαγόμενοι ζῶμεν. *morbi hi quidem ex vivendi ratione, partim ex ſpiritu, quem vivendo trahimus, proveniunt.* *non naturalium, aeris alimentorum.*

Subjungit etiam modum τὴν διάγνωσιν ἑκατέρων, quo *utrumque diſcernendum ſit,* faciendi talem: ὁκόταν μὲν ὑπὸ νοσήματος ἑνὸς πολλοὶ ἄνθρωποι ἁλίσκονται κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, τὴν αἰτίην χρὴ ἀνατιθέναι τουτέῳ, ὅ τι κοινότατόν ἐστι, καὶ μάλιστα αὐτέῳ πάντες χρεώμεθα. ἔστι δὲ τοῦτο ὃ ἀναπνέομεν. φανερὸν γὰρ ἤδη, ὅτι τὰ διαιτήματα ἑκάστου ἡμῶν, οὐκ αἴτιά ἐστιν, ὅτε ἅπτεται πάντων ἡ νοῦσος ἑξῆς, καὶ τῶν νεωτέρων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν ὁμοίως. καὶ τῶν θωρησσομένων καὶ τῶν ὑδροποτεόντων. καὶ τῶν μᾶζαν ἐσθιόντων, καὶ τῶν ἄρτον σιτεόντων. καὶ τῶν πολλὰ ταλαιπωρεόντων, καὶ τῶν ὀλίγα οὐκ ἂν οὖν τά γε διαιτήματα αἴτια εἴη, ὁκόταν διαιτώμενοι πάντας τρόπους οἱ ἄνθρωποι ἁλίσκονται ὑπὸ τῆς αὐ-

τέως νόσȣ. ὁκόταν δὲ αἱ νȣ̃σοι γίνωνται παντοδαπαὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, δῆλον ὅτι τὰ διαιτήματα ἐστὶν αἴτια ἕκαστα ἑκάστοισι. Ubi complures uno morbo eadem tempeſtate vexantur, in id, quod maximè COMMUNE *eſt, quoque omnes utimur, potiſſimùm rejiciendа cauſa eſt. Id autem eſt,* QUOD INSPIRANDO TRAHIMUS. *Quod enim vivendi cujusque noſtrum ratio in causâ non ſit, jam liquidò conſtat, cum morbus omnes continenter attingat, & juvenes, & ſenes, & mulieres & viros, perindeque temulentos & abſtemios, tam eos qui mazâ, quàm qui pane victitant, & eos qui multis, quàm qui paucis exercitationibus utuntur. Non igitur victus rationi aſſignanda cauſa eſt, cum cujusvis generis victu utentes, eodem morbo corripiuntur. Cum verò eodem tempore cujusque modi morbi oriuntur, ſua procul dubio cuique* VIVENDI RATIO *in cauſa eſt.*

motûs, MOTÛS, QUIETIS, SOMNI, vigiliarum, excretorum & retentorum, animi affectuum ſigna non ſunt in obſcuro.

rerum p. n. RERUM PRÆTER NATURAM malitia latere neſcit.

LIBRI III.
SECTIO II.
De ſignis prognoſticis.
CAPUT I.
De prognoſi, ejus nomine, & dignitate.

Prognoſis vox nota. ΠΡογνώσις vox vulgatiſſima eſt in Hippocraticis monumentis. *πρόγνωσις, autore Galeno in definitionibus medicis, ἐστὶν ἐπιστήμη τῶν ἀποβήσεσθαι μελλόντων. πρόγνωσις ἐστί τὸ προεπίστασθαι τὰ μέλλοντα συμβήσεσθαι τῷ σώματι.* *prognoſticum ſignum* *προγνωστικὸν σημεῖον ἐστὶν ἐξ ȣ̃ γινώσκεται τὸ μέλλον. Prænotio eſt ſcientia futurorum: prognoſticum ſignum eſt, ex quo futurum prænoſcitur.*

πρόνοια dependet à mente: duplicem habet ſignificationem. *πρόνοια* vocatur *ab Hippocrate in proœmio prognoſticorum ſuorum.*

πρόνοια providentia duplicem habet ſignificationem: UNA notat ſimplicem præſenſionem, ALTERA non ſimplicem men-

talem proviſionem, ſed illam partem providentiæ humanæ, cui juncta eſt circumſpectio ratione circumſtantiarum, & cautio ratione impedimentorum, quæ ſupervenire queunt, declinandorum. Tali providentiâ mundum gubernat Deus. Sic provinciarum gubernatores officio ſuo ſatis faciunt. Talem providentiam habere medicus debet in ægrorum conſortio.

προλεξις, προῤῥησις, προσαγόρευσις, *prædictio, enunciatio* etiam ab Hippocrate dicitur, quatenus non tantùm eſt in τῷ νῷ *mente*, quod prævisum eſt, ſed etiam *ore* profertur. Ita προγινώσκων καὶ προλέγων *loco citato textu 2. præſentiens & prædicens* diſtinguuntur.

προλεξις dependet ab ore.

A Galeno etiam duæ hæ voces *in defin. medicis* diſtinguuntur. πρόγνωσις ἐστὶ, *inquit*, τὸ προεπίστασθαι τὰ μέλλοντα συμβήσεσθαι τῷ σώματι. προγνωστικὸν σημεῖον ἐστὶ, ἐξ οὗ γινώσκεται τὸ μέλλον. προῤῥησις ἐστὶ πρόγνωσις καὶ προαγόρευσις τοῦ μέλλοντος. *Prænotio eſt ipſa futurorum præſcientia in humano corpore. Prognoſticum ſignum eſt, ex quo futurum noſcitur. Prædictio & præſcientia, futurorum, quæ præcognita ſunt, per vocem prolatio.*

Diſtinctio inter πρόγνωσιν καὶ πρόλεξιν.

προγνώσεως luce irradiatus medicus, in commentatoriâ ſpeciali medicinâ, certior fieri poteſt, an remedia rei præter naturam ſignis diagnoſticis patefactæ applicare, operæ ſit pretium: an verò ceu incurabilis æger ſit relinquendus, & deſerendus.

Utilitas doctrinæ.

Doctrina hæc à veteribus magni fuit ſemper æſtimata. Nervoſâ

Cous librum prognoſticorum ſuorum primum hâc inchoat ſententiâ. τὸν ἰητρὸν δοκέει μοι ἄριστον εἶναι πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν, *medicum uti providentiâ, ut opinor, optimum eſt.*

Optimum autem eſſe ſubjungit ob cauſas tres graviſſimas. Earum

Magni fuit æſtimata à veteribus. & ab Hippocrate ob triplicem utilitatem.

PRIMA eſt maximi momenti *textu 2.* propoſita. προγινώσκων γὰρ καὶ προλέγων παρὰ τοῖσι νοσέουσι τά τε παρεόντα, καὶ τὰ προγεγονότα καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι, ὁκόσα δὲ παραλείπουσιν οἱ ἀσθενέοντες, ἐκδιηγεύμενος, πιστεύοιτ᾽ ἂν μᾶλλον γινώσκειν τὰ τῶν νοσεόντων πρήγματα. *Præſentiens enim & prædicens coram ægris præſentia, præterita & futura, quæque infirmi omittunt, prænarrans, creditur agnoſcere magis ægrorum res.* 1.

2. τὴν δὲ ἑτέραν χρείαν τῆς προγνώσεως, *alteram utilitatem* hanc ſubjungit. ὥστε τολμᾶν ἐπιτρέπειν τοὺς ἀνθρώπους σφέας ἑωυτοὺς τῷ ἰητρῷ. τὴν δὲ θεραπείην ἄριστ' ἂν ποιέοιτο, προειδὼς τὰ ἐσόμενα ἐκ τῶν παρεόντων παθημάτων. *Hinc audent homines ſe magis concredere medico. Ita curationem is optimè molietur, prænoſcendo ex præſentibus futuras affectiones.*

3. Tertia utilitas ſubjungitur *cap. 4.* Cum ὑγιέας μὲν γὰρ ποιέειν ἅπαντας τοὺς ἀσθενέοντας ἀδύνατον, *omnes ægros ſanitati reſtituere impoſſibile*, ſed aliqui moriantur, antequam veniat medicus, vi morbi: nonnulli poſtquam in conſilium fuit adhibitus medicus: alii verò diem viventes unum, nonnulli paulò plus temporis, antequam medicus arte ſingulis repugnet morbis; oportet omnino τῶν παθέων τῶν τουτέων τὰς φύσιας, ὁκόσον ὑπὲρ τὴν δύναμιν εἰσὶ τῶν νοσημάτων. καὶ γὰρ οὓς οἷόν τε περιγίνεσθαι, τούτους ἔτι μᾶλλον δύναιτο ἂν ὀρθῶς διαφυλάσσειν ἐκ πλείονος χρόνου προβουλευόμενος, πρὸς ἕκαστα, καὶ τοὺς ἀποθανουμένους τε καὶ σωθησομένους προγινώσκων τε καὶ προαγορεύων, ἀναίτιος ἂν εἴη. *noſſe morborum naturas, quantum ſuprà vires corporis ſint. Etenim ſupereſſe qui poſſunt, eos vel mage poterit rectè ſervare, ex multo ante tempore ſingulis conſulens. Atque morituros, evaſuroſque prænoſcens ac prænuncians, culpâ vacabit.*

Commendat prognoſios doctrinam alibi duas ob rationes. Non contentus hoc primo conſilio Hippocrates, medicos jubet σωφρονεστάτους εἶναι, καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ τέχνῃ, καὶ ἐν τοῖσι προρρήμασιν, *prudentiſſimos eſſe tum in ceterâ arte, tum in prædictionibus, 2. prorrhet. t. 3.* duabus additis rationibus. 1. γνόντας ὅτι ἐπιτυχὼν μὲν ἄν τις τοῦ προρρήματος, θαυμασθείη ὑπὸ τοῦ ξυνεόντος ἀλγέοντος· ἁμαρτὼν δ' ἄν τις, πρὸς τῷ μισεῖσθαι, τάχ' ἂν καὶ μεμηνέναι δόξειεν, *Quia novimus, quod, cui proſperè ſuccedit prædictio, admirationi ſit ægrotanti ob ſolertiam. Cui verò non reſpondet, ſuper quàm quòd inviſus ſit, fortaſſis etiam inſaniviſſe putabitur.*

2. 2. καὶ τοίγε ἀκούω καὶ ὁρῶ οὔτε κρίνοντας ὀρθῶς τοὺς ἀνθρώπους τὰ λεγόμενά τε καὶ ποιούμενα ἐν τῇ τέχνῃ, οὔτ' ἀπαγγέλλοντας. *Nam & ego audio ac video homines neque rectè æſtimare ea, quæ dicuntur & fiunt in arte, neque referre.*

Alia commendatio. προλέγειν δ' ὀρθῶς ἀνέχοι θάνατον, *inquit 6. epidem. ſect. 6.* ἢ ὀδύνας ἰσχυράς. *Pulchrum autem & ex medici dignitate fuerit, mortem ipſam aut vehementes dolores prædicere.* Gale-

Galenus ἐν ὑπομνήματι *in commento primi prognoſticorum*, oſtendit, Coum, prȩter ſuum morem pertexuiſſe huic operi προοίμιον *præfationem* hanc, utpote neceſſariam, propter medicos illius ſeculi, methodicos quos appellabant, qui officium omne medici conſiſtere judicabant in ſanitate conſervandâ, aut recuperandâ: μαντέως δὲ προλέγειν τὸ γενησόμενον, *vatis autem eſſe, quod futurum eſt, prædicere.*

Galeni de ea judicium honorificum.

PRIMAM ejus rationem demonſtratione hâc niti ſubjungit: quod ex prædictione credatur medicus agnoſcere ægrorum res: porro qui creditur cognoſcere naturam ægrorationis, ægros habeat obſequentiores: ac demum qui ægros habet obſequentiores, facilius ſanet.

Illuſtratio rationis primæ,

SECUNDAM rationem etiam approbat. ἐκ γὰρ τοῦ γινώσκειν ἀκριβῶς τὴν διάθεσιν τοῦ κάμνοντος, ἔνια μὲν κωλύσει τῶν εἰωθότων αὐτῇ παθημάτων ἀκολουθεῖν, ἐνίων δὲ κωλύσει τὸ μέγεθος. ἅπασι δὲ κοινῇ καλῶς ἀντιτάξεται προπαρασκευαζόμενος, ὡς ἀγαθὸς κυβερνήτης μέλλοντος ἔσεσθαι χειμῶνος. *Etenim ubi medicus agnoſcit exquiſitâ ratione affectionem ægri, quoſdam probibebit affectus, qui eam ſequi adſolent: quorundam probibebit magnitudinem: omnibus verò in commune proſpiciet, & præcavebit, quemadmodum bonus gubernator, per futuram tempeſtatem.*

ſecunda,

Tertiam utilitatem laudat ἀναίτιον εἶναι, dum dicit Hippocrates, τὸν ἰητρὸν, ἐὰν τοὺς σωθησομένους τε καὶ τεθνηξομένους προλέγῃ. *inſontem internecionis crimine medicum fore, quoties convalituros aut morituros ægros pronunciat.*

tertia.

Illuſtrat id hiſtoriâ medici, qui juvenem συγκοπτικῶς ſudantem deduxit in balneum: Sudore etiam largè fluente gaviſus eſt. Paulo verò poſt mortuo ægro, πρὸς τῶν οἰκείων, ὡς αὐτὸς ἀποκτείνας ἐνεκαλεῖτο. *à familiaribus, tanquam ægrum interfeciſſet, accuſabatur.*

Suam porrò ſententiàm promulgavit *idem libro* περὶ τοῦ προγινώσκειν *de præcognitione ad Poſthumum cap. 1.* in quo conqueritur, ſe medicos Romæ offendiſſe, qui doctrinam prognoſeos contemnerent. Ὅταν, *inquit*, τις ἰατρὸς τῷ νόμῳ μεμαθηκότων αὐτὴν ἢ παραφροσύνην ἐσομένην δεῖ νοσοῦντος, ἢ ῥῖγος, ἢ κ[illegible] φορὰν, ἢ αἱμορραγίας, ἢ παρωτίδας, ἢ ἀπόστασιν ἄλλην ἐς ὀλίγων ἡμέρας, ἢ

ſuam ſententiam ſubjungit, eandemque

ἔμετον, ἢ ἱδρῶτας, ἢ κοιλίαν ταραχθησομένην, ἢ συγκοπὴν, ἢ τι τῶν τοιούτων προείπῃ ἄλλο ξένον τι καὶ τέρας τοῖς ἰδιώταις ὑπ' ἀληθείας φαίνεται. καὶ τοσοῦτον ἀποδεῖ τοῦ θαυμάζεσθαι παρ' αὐτοῖς ὁ προειπὼν ὥστε ἀγαπήσειεν ἄν, εἰ μὴ καὶ γόης τις εἶναι δόξειεν. Cum aliquis eorum, qui legitimè medicinam didicere, vel delirium, vel rigorem, vel profundum ſomnum, vel ſanguinis fluxum, vel ſecus aures abſceſſum, vomitum, ſudorem, alvi commotionem, animi defectum, vel denique aliud quippiam tale in ægrotantibus prædicit, imperitis hominibus, talia audire non conſuetis, PORTENTUM *ac* MONSTRUM ID ESSE *videtur, tantumque abeſt, ut eum,* QUI ILLA PRÆDIXIT, MIRENTUR, UT BENE ETIAM CUM IPSO AGANT, SI DECEPTOR AB IPSIS NON HABEATUR.

commendat

Ipſe autem tum hîc, tum alibi ſummoperè doctrinam hanc commendat.

Eadem filiorum artis ſententia.

Idem agunt ſummi medicinæ proceres alii, tum ex antiquorum, tum recentiorum numero, qui unanimiter obſervarunt, prædictiones admirabilem reddere medicum, maximamque ipſi conciliare autoritatem, futura monendo, pericula prædicendo, & incurabiles non attingendo. FUTURA dum monet, NUMINIS eſt inſtar: PERICULA dum prædicit, ea idoneis remediis præcavere poſſe præſumitur: INCURABILES dum non attingit, FAMÆ ſuæ optimè conſulit, ſuamque autoritatem ſervat.

CAPUT II

in dubium vocat doctrinæ prædictionis dignitatem, ceu fallacis & incertæ.

Non magni faciendam eſſe prædictionis doctrinam. confirmant.

QUamvis eminentia hujus doctrinæ ex dictis ſatis eluceſcat, videtur tamen dubia reddi poſſe, adeoque non magnifacienda, quod 1. vel olim vili in precio habita fuerit, in primâ medicinæ infantiâ. 2. cum incerta ſit, medicum ignominiæ maculâ imbuere ipſiusque exiſtimationem in periculum conjicere queat, dum fallere poteſt & falli.

Prima adſertio confirmatur.

Confirmatur aſſertio PRIMA

AUTO-

AUTORITATIBUS veterum, qui prædictiones tales viliſpenderunt. *Autoritate veterum,*

Hippocrates. 2 prorrheticorum, in fronte, enumeratis tribus prædictionum ſpeciebus ſubjungit : ἐγὼ δὲ τοιαῦτα μὲν οὐ μαντεύσομαι. *Ego hujusmodi vates eſſe nolo.* Si Hippocrati ita viſum fuit, quid ſperandum medicis ? Timendum eſt ipſis, ne calumniis exponantur ab hâc præſagiendi & vaticinandi arte. *Hippocratis*

2. *Galeni tempore.*
Galenus libro de præcognitione ad Poſthumum cap. 1. citato refert, Romæ ſe offendiſſe medicos, qui doctrinam prognoſeos contemnerent.

3. ODI PROGNOSIN, Helmontius *inquit.*

ALTERA ADSERTIO, nullius pretii eſſe prædictiones medicas, quia incertæ, confirmatur rationibus, petitis ab ipſâ rei evidentiâ, & quotidianâ experientiâ. *Altera adſertio fallaces eſſe, probatur hoc ſyllogiſmo.*

Quæ præſagia nullius ſunt certitudinis, illa tyronibus inculcari non debent, ſed vilipendi.

Talia ſunt medica præſagia. E.

MINOR probatur 1. quia verſantur circâ ſingularia. *Minoris probatio.*

1. Nota eſt *Philoſophi libro* περὶ ἑρμηνείας *parte 2. cap. 1.* ſententia, quâ innuit, ὅτι τῶν καθ᾽ ἕκαστα καὶ μελλόντων τὴν κατὰ φάσιν ἢ ἀπόφασιν οὐχ᾽ εἶναι ἢ ἀληθῆ ἢ ψευδῆ, *ſingulorum futurorum contingentium non eſſe affirmationem verum aut falſam*, ſeu abſolutè determinatam veritatem aut falſitatem.

2. 2. Accedit clariſſimum *Hippocratis* teſtimonium *2. aph. 19.* τῶν ὀξέων νοσημάτων, *inquit*, οὐ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προδιαγορεύσιες οὔτε τοῦ θανάτου, οὔτε τῆς ὑγείης. *Acutorum non omninò certæ prædictiones ſunt, neque mortis, neque ſalutis.*

Galenus in commento veram eſſe Hippocratis ſententiam confirmat, non de morbis chronicis, quorum omnium prædictionibus niti & confidere videtur Hippocrates, ſed de acutis ſolùm, cum experientem etiam medicum in his interdum, ſed raro falli contingat. Id autem accidere *ait 1.* διά τε τὴν ὀξύῤῥοπον ἐν κρίσει μεταβολήν, ᾗ ὡς ἕπεται, τῶν ἐργαζομένων αὐτὰ χυμῶν τῇ φύσει 2. καὶ διὰ τὸ μεταῤῥεῖν ἐνίοτε τὸν λυποῦντα χυμὸν ἐξ ἑτέρων εἰς ἕτερα, *tum propter ſubitam in melius aut deterius mutationem, quæ mutatio ſequitur naturam humorum morbos efficientium.* 2. etiam, *Interpretatio Galeni.*

quia

quia peccans humor ex uno interdum loco in alterum mutat ſedem.

Celſi.

Cornelius Celſus lib. 2. cap. 6. ſententiam Hippocraticam eleganter Latinam fecit, & de acutis non ſolùm, verùm etiam diuturnis explicat. Neque tamen ignorare oportet; *inquit*, in acutis morbis fallaces magis notas eſſe ſalutis & mortis, vocem magis de diuturnis etiam exponendam eſſe innuens.

Alibi, ſpes, *inquit*, interdum fruſtratur, & moritur aliquis, de quo medicus ſecurus primò fuit.

Valleſii.

Valleſius libro 10. controverſ. cap. 11. quæſtioni, in quibus morbis magis utantur medici prædictione, in acutis, an in longis, reſpondet: POST SIGNA CONCOCTIONIS æquè FACILE eſſe prædicere in longis, & acutis morbis, ſed prædictiones in acutis eſſe incertiores.

Aliorum.

De acutis ſolis loquutum eſſe Hippocratem cenſent tum *alii*, tum *Hollerius*, qui *ait*, non opponi acutos chronicis, ſed acutiſſimis. In his enim ſtatim certas eſſe prædictiones poſſe, conſideratis reſpiratione, ſomno & mentis conſtantiâ. Sin benè habeant, ſalubres fore acutas febres, & morbos, ſin ſecus, exitiales. IN LONGIORIBUS verò ſeu acutis ſimpliciter in principio eſſe prædictiones has incertas, certas tamen in ſtatu.

Plinii ſententia.

Plinius lib. 7. cap. 51. incertitudinem prædictionis cum diſtinctione proponit: innumerabilia eſſe mortis ſigna, ſecuritatis verò ac ſalutis nullum prorſus haberi ſcribens.

CAPUT III.

Reſpondetur ad argumenta contra prædictionum dignitatem prolata.

Prima adſertio rejicitur.

PRIMÆ ADSERTIONIS autoribus hoc modo obviam iri poteſt.

Hippocratis locus ad bonum ſenſum trahitur.

1. *Hippocratis* autoritas non patrocinatur. Tria prædictionum genera recenſet *loco citato*, 1. τῶν ἰητρῶν προῤῥήσιες συχνάς τε, καὶ καλὰς, καὶ θαυμαστὰς, *medicorum prædictiones permultas, præclaras, admiratione dignas. Has tamen, addit, neque ſe prædixiſſe ipſum, neque quemquam qui prædiceret, audiviſſe.* Ex his, eodem audore, quædam ſunt hujuſmodi Ho-

Homo medico ejus curam habenti, & aliis periclitari videbatur. Ingreſſus verò alius medicus de eô pronunciabat hunc non periturum, verùm oculis captum fore. &c.

2. ἕτερος δὲ τρόπος προῤῥήσεως ὠνεομένοισί τε καὶ διαπρησσομένοισι προειπεῖν, τοῖσι μὲν θανάτους. τοῖσι δὲ μανίας προφητίζειν. *Aliud quoque prædictionis genus ad eos, qui in auctione & negotiatione verſantur, ſpectat, cùm partim quidem mortem, partim verò inſaniam, quibusdam etiam varios morbos prædicunt, ad hæc omnia quæ inſtant, & retrò actis temporibus evenerunt, vaticinantur & vera efferunt.* 2.

3. ἄλλο δὲ σχῆμα προῤῥήσεων τόδε λέγεται, τοὺς ἀθλητὰς γινώσκειν καὶ τοὺς τῶν νούσων εἵνεκα γυμναζομένους τε καὶ ταλαιπωρέοντας, &c. *Alia prætereà prædictionum forma eſſe dicitur, quæ circa athletas, eosque, qui propter morbos ſe exercent & laboribus fatigant, verſatur, & dignoſcit, ſi quid in cibo ſit ab his prætermiſſum aut mutatum, aut potu pleniore utantur, aut deambular intermittant, aut quid circa res venereas agitent.* 3.

De hiſce prædictionibus loquitur Hippocrates, cum dicit: ἐγὼ δὲ τοιαῦτα οὐ μαντεύσομαι. *Ego hujusmodi vates eſſe nolo.* Imprimis autem ſecunda ſpecies, quæ in mancipiorum auctionibus, & venditionibus, ſuo tempore erat in uſu, in quibus oſtentatio & quæſtus dominabantur, & unus præ alio, mancipiorum ſanitatem, valetudinis robur, vel inconſtantiam prædicere ſatagebat, indigitatur. In eâdem claſſe rejicit prædictiones, & præſenſiones, quæ potiùs τῶν προφήτων *prophetarum* eſſe ait, quàm medicorum.

De his prædictionibus loquitur Hippocrates

Quanti autem prædicendi artem faciat, mox ſubjungit: σημεῖα δὲ γράφω, οἷσι χρὴ τεκμαίρεσθαι τούς τε ὑγιέας ἐσομένους τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς ἀποθανουμένους, ἢ ἀπολουμένους. γέγραπται δέ μοι καὶ περὶ ἀποστασίων, ὡς χρὴ ἐπισκέπτεσθαι ἑκάστας. *Signa verò deſcribam, ex quibus quis ſanos fore aut morituros homines conjecturâ cognoſcat, eosque, qui tum brevi tùm longiore temporis intervallo ſani ſunt futuri aut morituri. Scriptum eſt autem à nobis de his, quæ abſcedunt, & quomodo eorum quidque exiſtimare oporteat.*

Verum medicam prædicendi artem maximi fecit.

A medicorum Galeni tempore, & *Helmontii* autoritate petitum argumentum, contrà prædictiones medicas, in rectâ ratione fundatas, parvi eſt momenti.

Ad alterum Galeni & Helmontii autoritatem reſpondetur.

 Nec

Argumenta alterum adſertionem ſtabilientia infirma.

Nec altera adsertio, quæ pro fallaci incertitudine prædictionis pugnat, in medium adductis rationibus, ſcopum ſuum adſequitur.

Ad Ariſtotelis locum reſponſio.

Contingens eſt τὸ ambulare.

Ariſtoteles, loco citato, comparationem inſtituit inter enunciationes τῶν καθόλȣ καὶ καθ' ἕκαςα. Illas vel abſolutè veras vel falſas eſſe ait, has non. Licet ſit contingens in quolibet ſingulari vago τὸ ambulare, neceſſitate morali tamen verum eſt, hominem ambulare & non ambulare. Conceditur, prædictiones medicas non eſſe prioris ordinis, ſed poſterioris.

Veritas duplex.

Veritas duplex eſt: ad amuſſim, quæ infallibilem certitudinem infert, & quæ ut plurimùm talis. Ad ultimam claſſem pertinent medicæ de ſalutis & mortis eventu prædictiones. Nam ſi determinatè veræ eſſent, neceſſariæ eſſent. Poſterius eſt abſurdum. Ergo & priùs.

Duplex ordo purè contingentium.

Rerum pure contingentium duplex ordo: quædam à voluntate & arbitrio hominis pendent, quædam pendent à ſuis cauſis & præviis diſpoſitionibus in naturâ. Priorum non eſt determinata veritas quoad nos. Poſteriora admittunt prædictiones, veritatis quæ micare poſſint radiis, ex ſolerti diſpoſitionum harum animadverſione, antequam illæ effectum ſortiantur. Sic flante Auſtro pluvia: ex immutabili cœleſtium ſiderum motu eclipſis prævideri & prænoſci poteſt. Hujus generis etiam ſunt prædictiones medicæ, quatenus certis nituntur fundamentis, ex naturâ cauſarum & diſpoſitionum morbi, nec non ex comparatione roboris naturæ & virium morbi, petitis.

Ad Hippocratis aphoriſmum reſpondetur.

Scopus *aphoriſmi Hippocratici* eſt prognoſticus, informans medicum, non temerè nec inconſultò de morborum acutorum eventu eſſe pronunciandum, ne ſi ſecus evenerit, exiſtimatio veniat in periculum. Non eſt mens Hippocratis, dehortari medicum à prædictione, ſed cautum reddere. Non damnatur aut rejicitur omnis prædicendi ars, ſed inconſiderata ſolùm.

Per acutos morbos intelliguntur, tum qui febrim junctam habent, tum qui non habent.

Vera etiam eſt Hippocratis ſententia de morbis diuturnis.

Dis-

Diſtinctio inter prædicendi facilitatem & certitudinem.

Diſtinctio inter prædicendi facultatem ſeu promtitudinem, & certitudinem, ex monumentis Hippocraticis colligitur. 2. *aphor.* 19. loquitur de certitudine, at 3. *prognoſt. com.* 3. *t.* 8. de facilitate. Oſtenſurus, in acutis febribus, quò acutiores, eò quoad judicium cognitu eſſe faciliores, ita ſcribit: τὰ δὲ ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ μέλλοντα κρίνεσθαι εὐπετέστερα γινώσκεσθαι, *quæ pauco tempore judicantur, cognoſci facilius poſſunt.*

applicatur.

Difficilis eſt prædictio in morbis LONGIS, quia ſigna coctionis non apparent, & diu certatur æquo Marte inter naturam & morbum, ut quorſum hic ſit evaſurus, non appareat. In ACUTIS facilior eſt, at incerta prædictio, quia licet coctionis ſigna non adſint, ſunt tamen alia, quæ morbum periculoſum aut ſecus ſignificant, velut ſunt: facilè ſpirare, dormire, mente conſtare, rectè ad ea, quæ offeruntur, ſe habere. *Deinde*, coctus humor etiam malè excerni poteſt, ferrique aliquam in nobilem partem, & periculum creare. Atque ob id prædictio eſt incerta, ut ob priorem rationem facilis.

Mercati ſententia rejicitur.

Non recipitur ſententia *Mercati lib.* 3. *parte* 2. *claſſe* 2. *quæſt.* 186. dum cenſet, nihil aliud eſſe facilè judicare, quam certè, quia certitudo ex difficultate prodit, & ob id eam interpretationem ut inutilem relinquit.

Fallax quamvis nonnunquam contingat eventus, turbari aut deterreri nemo debet.

Ἑνὶ λόγῳ, quamvis interdum hæ prædictiones fallant, præcipuè in acutis, propter ſubitam translationem & ὀργασμὸν materiæ, tum propter cauſas contrarias ſupereminentes, vel occultum naturæ robur, hoc tamen turbare neminem debet. Nam, ut utamur *Galeni verbis* 2. *de criſ. cap.* 2. μὴ τοίνυν ἐάν τις τῶν τῇ δὲ γεγραμμένων ἐπιχειρῶν ἀσκεῖν, ἐν τῇ πρώτῃ πείρᾳ σφαλῇς, ἀπογινώσκειν εὐθὺς ὡς ἀδυνάτου, μηδὲ ἀποχωρεῖν τῆς μελέτης, πρὶν πάνυ πολλάκις ἐν αὐτῇ γυμνάσασθαι. οὐ δὲ γὰρ τοὺς τὴν τοξικὴν μελετῶντας, καί τοι πολλάκις ἁμαρτάνοντας τοῦ σκοποῦ τό γε κατ' ἀρχάς, ὅμως οὐδὲ ἀφισταμένους ὁρᾷς τῆς ἀσκήσεως, οὐδ' ἀθυμοῦντας ἀποτυχίας. *Si quid horum ad exercitationem referens falleris in experientiâ, non propterea deſpera. Neque enim qui ſagittandi artem aſſequi ſtudent, licet ſæpius in principio aberrent à metâ, propter aberrationem contriſtantur.* Contenti erimus ergò, ſi aliquando rem acu tetigerimus.

 CAPUT

CAPUT IV

ſigna eventûs morborum prognoſtica, eorumque differentias proponit.

Tres ſunt claſſes: 1. Salutis & mortis. 2. longitudinis & breuitatis.

TRes eorum ſunt claſſes, propoſitæ ab *Hippocrate prognoſt. lib. 2.* Primo loco ponit τὰ σημεῖα, οἷσι χρὴ τεκμαίρεσθαι τούς τε ὑγιέας ἐσομένους τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς ἀποθανουμένους 2. τοὺς δ' ἐν ὀλίγῳ ἢ ἐν πολλῷ ὑγιέας ἐσομένους ἢ ἀπολλυμένους. I. *ſigna, ex quibus qui* SANOS *fore aut* MORITUROS *homines conjecturâ cognoſcat: 2. eos qui tum* BREVI *tum* LONGIORI TEMPORIS INTERVALLO *ſani ſunt* futuri aut morituri.

3. modi eventus.

Meminit etiam ἀποστασίων *abſceſſuum*. Hâc voce deſignat tertiam claſſem, MODI nempe EVENTUS.

Salutis & mortis ſigna prognoſtica.

SALUTIS & MORTIS prognoſtica ſigna proponuntur *à Galeno arte medicâ, capite 83.* Ἐν τοῖς ἤδη νοσοῦσι τὰ μὲν ὑγείαν δηλοῦσιν, τὰ δὲ θάνατον. ὑγιεινὰ μὲν τὰ πρότερα, τὰ δ' ἕτερα τῷ γένει μὲν νοσερά, κατ' εἶδος δὲ ὀλέθρια λέγεται. *In jam ægrotantibus duplicia ſunt: nonnulla ſalutem, nonnulla mortem notant.* PRIMA *quidem* ſalutaria, ALTERA genere quidem ÆGRA, ſecundum ſpeciem autem PERNICIOSA dicuntur.

dubia ſigna prognoſtica.

Hiſce duobus Galenicis ſignis addi queunt τὰ ἐνδοιαστά, ἢ ἐπιεικῶς ἔχοντα, *dubia, neutra, media*, quæ præſagiunt nec unum nec alterum extremum, ſed morbum ad finem vitæ duraturum, aut ægro commoriturum, mediumque locum obtinent inter ſymptomata ſpei plena, & illa, quæ in ſpe exiguâ, magno nos terrent metu.

Cum verò non ſufficiat ſcire, morbum, quem curandum ſuſcepturi ſumus, ſalutarem fore aut lethalem, ſeu, ad mortem vel ſalutem terminatum iri, certo aut dubio eventu, ſed prætereà etiam ſcire expediat, quanto temporis decurſu morbus ſit duraturus, ideò rectæ huic Galenicæ primæ ſalutarium & lethalium vel mediorum claſſi additur altera claſſis ſignorum prognoſticorum.

longitudinis & breuitatis ſigna.

II. LONGITUDINIS ET BREVITATIS. Utraque con-

cernunt chronicos, & acutos morbos. βραχυθάνατοι dicuntur, qui citò moriuntur. δυσθάνατοι qui tardiùs, præter opinionem vitam protrahentes in gravibus morbis, quorum violentiâ jam dudum è medio tolli potuiſſent. Vox δυσθάνατος aliam præter hanc habet ſignificationem, attribuiturque iis, qui cum dolore moriuntur. *τὸ δυσθάνατον duo notat. 1. tarditatem interitus. 2. intereundi difficultatē.*

III. MODUS, quo morbus vel ad ſalutem vel mortem ſit terminaturus, tertiam conſtituit claſſem. *Modus eventus.*

CAPUT V.

Prognoſis ſalutis & mortis in ſpecie. 1. ratione ideæ canones quidam adſignantur.

QUemadmodum in omni de futuris deliberatione decet prudenter & circumſpectè ſe gerere, ita vel præcipuè in medicâ. Lapſus pronus etiam in plano. In ſalutaribus quidem morbis facilis videtur res expeditaque: in periculoſis autem difficultatis plena. *Prudentiâ hîc opus.*

Et quidem in principio grave eſt promittere ſalutem aut mortem: quia 1. utraque ſigna tum ſunt valdè debilia: 2. quia natura medicamentis adjuta, temporis diuturnitate favente, ſæpè morbos vincit inſuperabiles. *Canones notandi:* 1.

II. Grave eſt, materiâ adhuc turgente, quicquam certi prædicere, cum incertum ſit, quò deſitura ſit fluxio, ad partem nobilem an ignobilem. 2.

III. Ad medici honorem & dignitatem, admirationemque artis magis confert prædicere ſalutem in evaſuris, quam mortem in morituris. In his maxima laus eſt in ſanitate reſtitutâ, & ſervatâ vitæ incolumitate: in illis nulla ſupereſt, niſi ut culpâ putetur medicus vacare, quod prædixerit. 3.

IV. Glorioſum eſt ægro ſanitatem certò non promiſſam præter ſpem reſtituere; vile certò promiſſam præter exſpectationem non ſervare. 4.

V. Sæpe latens morbus, & vires ſuas occultans, inſidias ſtruit vitæ. Nusquam tuta fides, ſemper adverſa metuenda, etiamſi bonæ appareant ſpes. τὰ ἐν πονηροῖσι, *Coar. prænot.* 5.

lib. 1. t. 49. σημείοισι κουφίζοντα, καὶ τὰ ἐν χρηστοῖσι μὴ ἐνδιδόντα δύσκολα. *Quæ pravis cum ſignis miteſcunt, aut cum ſalutaribus nihil concedunt, contumacia ſunt.* Declarari id poteſt tribus hiſtoriis à *Galeno 1. prorrh. com. 1. t. 17.* propoſitis. 1. à cane rabido demorſorum. 2. ægri, qui quarto die melius habere viſus, ſeptimo febri correptus, tabefactus obiit. 3. epatici exemplo, qui ante leni affectu laborare videbatur. 4. Nonnunquam ægri graviſſimo morbi inſultu terrentur, deinde morbus deſævit, & cum omnia ſecura videntur, repentè ad alteram avocantur vitam.

In hanc ſententiam *Hippocrates 1. Coac. prænot. t. 1.* οἱ μὲν ὀφιδρoῦντες, ἐπανενέγκαντες θνήσκουσι, *qui parvo ſudore madent, ut ſe collegerint, moriuntur.*

6. VI. Salus promitti ſemper non poteſt: dulcedo vitæ calamitoſæ interdum poteſt.

7. VII. Unum ſignum pravum partis obſeſſæ proprium pluris æſtimandum, quàm decem bona communia.

CAPUT VI.

Differentiæ ſignorum prognoſticorum & morborum, ſalutis & mortis ratione.

PRopoſuit has *Hippocrates libro 1. de morbis*, easque ad ſpecies quasdam applicuit externorum, eorumque quosdam neceſſario lethales, alios dubios, alios minimè lethales, alios in alios tranſeuntes conſtituit.

AB EXTERNIS orditur, & LETHALIA pronunciat VULNERA CEREBRI & aliorum viſcerum. ἀποθνήσκει δὲ, ἤν τις ἐγκέφαλον τρωθῇ. ἢ ῥαχίτην μυελόν. ἢ ἧπαρ. ἢ φρένας. ἢ κύστιν. ἢ φλέβα αἱμοῤῥόον. ἢ καρδίην. μὴ ἀποθνήσκειν δὲ τιτρωσκόμενον, ἐν οἷσι τούτων τῶν μελέων μὴ ἐνείη, ἀλλὰ τούτων προσωτάτω ᾖσι. *Moritur, ſi quis vulneratum habet cerebrum, aut ſpinalem medullam, aut jecur, aut ſeptum tranſverſum, aut veſicam, aut venam aliquam multum ſanguinem effundentem, aut cor. Ex vulnere autem minimè mori contingit, ſi his partibus vulnus acceptum non fuerit, ſed ab his quàm longiſſimè abſit.* *ſalutares.*

Lethales

AD INTERNOS progreditur. τῶν δὲ νοσημάτων τὰ τοίαδε

ἔχει

ἔχει ἀνάγκας, ὥς ὑπ' αὐτῶν ἀπόλλυσθαι, ὅταν γίνωνται. φθίσις, ὕδρωψ ὑποσαρκίδιος. &c. *Ex neceſſitate mortem adferunt tabes, aqua ſubter cutem, in prægnante muliere pulmonis inflammatio, febris ardens, pleuritis, phrenitis, eriſypelas in utero.*

interni morbi abſolute.

Ενδοιαστὰ δὲ τὰ αὐτὰ ἀπολλύουσί τε καὶ μή. περιπνευμονία. καῦσος. φρενῖτις. πλευρῖτις. κυνάγχη. *Hi verò morbi dubium habent vitæ exitum, pulmonum inflammatio, febris ardens, phrenitis, pleuritis,* angina, uva, hepaticus, & ſplenicus affectus renum, morbus, inteſtinorum tormina, ſeu dyſenteria, in muliere *ῥόος αἱματώδης, fluor ſanguineus.*

Dubii morbi, ambigui occidendi.

Τὰ δὲ τοιάδε, οὐ θανάσιμα, ἢν μή τι αὐτοῖσι προσγένηται. κέδματα. μελαγχολίη. ποδάγρη. ἰσχιάς. τεινεσμός. τεταρταῖος. τριταῖος. στραγγουρίη. ὀφθαλμίη. λέπρη. λειχήν. ἀρθρῖτις. *Iſti verò minimè lethales, niſi quid ipſis accedat, diuturna in articulos fluxiones, (κέδματα dicta) melancholia, podagra, coxendicum affectus, crebra & inanis deſidendi voluntas, quartana, tertiana, ſtranguria, lippitudo, lepra, impetigo, morbus articularis.*

Minimè lethales morbi.

Galenus ὅροι ἰατρικοὶ inſcripto libro, tres has differentias repetit. ὀλέθριον νόσημα ἐστὶ τὸ πάνυ πάντως ὄλεθρον ἐπιφέρον, ἤτοι ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ἤτοι ἐν πλείστῳ. Περιεστηκὸν νόσημα ἐστι, ὅπερ οὐδέποτε ἀναιρετικὸν γίνεται. Κυνδινῶδες νόσημα ἐστὶ τὸ ῥοπὴν ἔχον καὶ πρὸς ὄλεθρον, καὶ πρὸς σωτηρίαν. λέγοιτ δε τοῦτο καὶ ἀμφίβολον. Ακύνδινον νόσημά ἐστι τὸ ἀεὶ ῥέπον εἰς σωτηρίαν, ὅσον ἐφ' αὐτῷ τῇ δυνάμει τοῦτον ὑπάρχον τῷ περιεστηκότι. FUNESTUS *fatalis morbus eſt, qui ſemper mortem adfert brevi vel longo temporis ſpatio.* EVASORIUS *eſt morbus, qui nonnunquam fit peremptorius.* PERICULOSUS *ad perniciem & ſalutem æquale habet momentum.* ANCEPS *quoque dici poteſt.* PERICULO CARET *morbus, qui ſemper ad ſalutem, quantum in ipſo eſt, vergit, idemque poteſtate cum evaſorio eſt.*

Galenus tres has differentias repetit. Funeſtus. Evaſorius, Dubius & periculoſus. Securus.

Termini hi ulteriori indigent explicatione.

Primâ Hippocraticâ contenti claſſe morbi vocantur à Galeno νοσήματα ὀλέθρια. Jn his utplurimum ægri moriuntur, aut ſemper: nunquam tamen afficiuntur ſine vitæ periculo.

Terminorum horum explicatio.

1.

Nonnulli pari paſſu ambulare credunt τὸ θανάσιμον, τὸ θανατῶδες, καὶ θανατοφόρον.

In deſperatis his una ſalus victis nullam ſperare ſalutē.

DUBII

2. DUBII MORBI, *à Galeno* PERICULOSI dicti, ad utrumque vergunt extremum, more ſuo & indole ſunt mali ac funeſti, non tamen omnem ſalutis adimunt ſpem, ſed modò ſalutem ſperabilem oſtendunt, modò mortem portendunt. De horum ægrorum coriis ſalus & mors ambiguo ludunt marte.

3. MINIME LETHALES morbi, EVASORII, ET PERICULI EXPERTES à Galeno dicti, ſecuritatem pollicentur fidam, niſi quid interveniat.

Vox ἀνίατον explicatur. *τὸ ἀνίατον νόσημα, incumbilis morbus* aciem meditationis ad ſe rapit. Propriè *τὸ ὑγιεινὸν ἢ ἰατὸν, ſalubre, ſanabile, cumbile, incumbile*, dicitur de corpore, quod facultatem habet, ut recipere queat ſanitatem vel morbum, *impropriè* de morbo, quem poſſibile eſt removere vel non. Sic *Galenus 7. aphor. 37. σωτήριον πάθημα, θεραπευθῆναι δυνάμενον*, vocat. Ἀνίατον *πάθος 2. aphor. 42. incumbilem* appellat affectum. Synonyma habet ſpecioſa: *Ἀθεράπευτον, τῆς θεραπείας μὴ τυχὸν, ἀνήκεστον, ἀνέλπιστον: In monumentis Hippocraticis audit ἀνεπιδιόρθωτον, ἄλυτον, immedicabile, ſanationis non capax, irremediabile, cujus effugiendi nulla ſpes, incorrigibile, inſolubile* malum. Non infert moriendi neceſſitatem, comitari ſæpe ſolet ad mortem, quin potiùs *ξυναποθνήσκει*.

Non omne inſanabile lethale. Lethalis inſanabilis ratione includitur, non autem vice verſâ. Qui lethalis eſt, ſanabilis non eſt, non tamen ſtatim, qui ſanari non poteſt, eſt lethalitatis nomine dignus. Talis eſt

Exempla. 1. claudicatio ex luxatione femoris capitis, *ἐκτὸς τῆς κοτύλης, ex acetabulo* ſuo, inprimis neglecta incurabilis.

2. Talia ſunt, *τὰ πάθεα τῶν νεφρῶν, quæ Aretæus lib. 2. diuturn. cap. 3.* vocat, *ἀνώλεθρα μὲν, ἀνάλθεα δὲ, καὶ ἀποθνήσκοντα, affectus renum, non quidem lethales, ſed inſanabiles, & unâ cùm ægro commorientes.*

Δύσκολος quid? *Hippocrates in cois prænotionibus lib. 1. & 2.* ut & *Galenus* variis in locis utuntur voce *δύσκολος*. Emphaſin ejus explicat *Foeſ. œcon. δύσκολα νοσήματα* communiter vocantur *contumaces morbi*, ſed *ἀκίνδυνα, periculi expertes: ὑποδύσκολα minus immorigeri. Alibi δύσκολα σημεῖα, gravia & exitialia ſigna* vocantur.

CAPUT

CAPUT VII

ἀνηκέϛυς νόσυς *inſanabiles morbos adſerit.*

ADprobare videtur eos *Hippocrates, 1. prognoſtic.* cum ὑγιέας μϑὺ ποιεῖν πάντας τὺς ἀϑενέοντας ἀδυνάτον, *omnes ægros ſanitati reſtituere impoſſibile* judicat. *Autoritas Hippocratis 1.*

Et *lib.* περὶ τέχνης *de arte* docet: ἰητρικὴν εἶναι, τὸ δὴ πάμπαν ἀπαλλάσσειν τῶν νοσεόντων τὺς καμάτυς: καὶ τῶν νοσημάτων τὰς σφοδρότητας ἀμβλύνειν, καὶ τὸ μὴ ἐγχειρέειν τοῖσι κεκρατημένοισιν ὑπὸ τῶν νοσημάτων, εἰδότας ὅτι ταῦτα ὐ δύναται ἰητρικὴ, *medicinam eſſe, quæ ſanè in totum à morbis ægros vindicet, morborumque vehementiam obtundat, neque iis, qui à morbo victi ſunt, manum admoveat, cum id medicinam præſtare non poſſe, probè conſtet.* Et *in fine capitis* medicinam ταῖς ὐκ εὐδιορθώτοισι δικαίως ὐκ αὖ ἐγχειρέειν τῇσι νύσοισιν, *iis qui corrigi nequeunt, manum non admovere morbis,* ſuadet. 2.

Autor libri primi de morbis agnoſcit νοσήματα, τὰ μϑὺ ἔχει ἀνάγκας, ὡς ὑπ' αὐτῶν ἀπόλλυσθαι, *morbos qui neceſſario interimunt.* 3.

Galenus 5. meth. de nonnullis affectibus *inquit:* ἔνια ἔχει ἀδύνατον ἴασιν, *quidam morbi curatu difficiles ſunt.* *Galeni.*

RATIONES incurabiles morbos adſtruunt. 1. Deficere poteſt CAUSA *inſtrumentalis*, medicamentum idoneum ſcilicet. *Efficiens* primaria nonnunquam deficit, cum natura τῶν νόσων ἰατρὸς ſuccumbit. 2. MORBI NATURA & proprietas ita poteſt eſſe comparata, ut pervertat totum temperamentum. *Deinde.* Ejusdem τάχος καὶ κράτος, *celeritas & vehementia* tanta eſſe poſſunt, ut medicamentorum actio, quæ eget tempore, non poſſit in actum deduci. *Tertio.* Idem nonnunquam profundis latet in tenebris, ut nullæ inde erui queant indicationes. In cognoſcendo ſæpe aberrat medicus, ergo etiam in agendo. *Rationes. 1. à defectu cauſæ efficientis. 2. morbi natura, celeritate & vehementia occultâ proprietate.*

EXPERIENTIA teſtatur evidens, & omnium temporum fide probata, eſſe & conſpici morbos, in quibus fruſtrà curatio inſtituitur. *Experientia teſtatur, incurabiles morbos eſſe*

Incurabilium morborum horum quatuor ſunt claſſes. *4. generum.*

Primi ordinis intemperiei ſimplicis.

IN PRIMA CLASSE particula α ςερητικὴ nominis ſui menſuram implet, admititque quoſdam τῷ εἴδει naturâ tales, quorum curatorum nullum ferè exſtat exemplum. Locum anteſignanum obtinet MORBUS INTEMPERIEI ſimplicis in toto vel parte.

In toto maraſmus.

IN TOTO *μαρασμὸς 10. meth. med. cap. 10. à Galeno* memoratus, *μάλιςα ὁ δὲ ἐκ γήρως, maximè qui eſt ex ſenio. ὁ δὲ μαρασμὸς, inquit Trallianus lib. 10. cap. 5. in fine, ἀπώλεια παντελὴς τῆς ἐν τοῖς ςερεοῖς ὑγρότητος ἀνίατός ἐςιν. Tabes, quæ reverà humiditatis quæ in partibus exiſtit, abſolutus interitus eſt, nullam recipit medicinam.* IN PARTE ARIDITAS MEMBRI.

In parte ariditas.

Compoſita intemperies

Cum MATERIA conjuncta intemperies inſanabiles morbos parit: cancrum, elephantiaſin, nodoſam podagram, febrem hecticam.

Conformationis morbi.

CONFORMATIONIS morbi: LUSCIOSITAS, GUTTA SERENA, GIBBUS DORSI inter inſanabiles recenſentur.

Solutæ unitatis morbi.

SOLUTÆ UNITATIS morbi, ulcera pulmonum magna, putrida, depaſcentia, vulnera cordis ad ventriculos pertingentia.

Alterum genus incurabilium morborum,

ALTERUM genus inſanabilium morborum complectitur eos, qui naturâ ſuâ incurabiles non ſunt, exſtant enim exempla talium curationum, in incertis tamen individuis nonnunquam inſanabiles fuerunt, aut in ſanabiles degenerarunt.

à certis dependet cauſis.

Dependent tales 1. à principiis generationis in morbis HÆREDITARIIS. 2. ab INVETERASCENTIA, & HABITU acquiſito, ut in paralyſi & hydrope. 3. τὸ κράτος καὶ τάχος, *vehementia, acuties & celeritas* motus tales excitant morbos. 4. τὸ ἔθος malignus morbi mos à cauſæ dependens qualitate, ut in peſte, opprimit naturam. 5. METUS majoris mali quoſdam morbos non patitur attingere, ut cancer occultus, & hæmorrhoides. 6. NECESSITAS FATI ET DIVINI CONSILII ſeu propoſiti, quod homini fatale, & NATURALIS, quo omnia tandem εἱμαρμένως finiuntur.

Tertium genus comprehendit difficiles curatu.

TERTIUM genus incurabilium morborum complectitur quoſdam, qui licet ex ſe curari queant, non tamen curantur

ſine

ſine difficultate. ORITUR autem illa 1. EX OBSCURITATE MORBI. 2. COMPLICATIONE ET CONTRARIETATE AFFECTUUM. 3. NATURA PARTIS AFFECTÆ, cum valdè ſenſilis eſt, adeoque medicamentorum impatiens, vel ſuſtinet & tolerat quidem medicamenta, ſed non detinet, quales ſunt partes in continuo motu. *1. 2. 3.*

QUARTUM genus INCURABILIUM morborum per ſe quidem curabile eſſet, ex ACCIDENTE tamen aliter ſe habet, ob quædam ERRATA I. ÆGRORUM, qui tardiùs advocant medicum. 2. MEDICORUM, qui deficiunt in officio, 1. διὰ τὸ μὴ ἱκανοὺς, quod inſufficientes ſint, & medendi præcepta partim non didicere, partim quæ didicere, exequi non didicere, λόγῳ οὐκ ἔργῳ ἰητροί. 2. διὰ τὸ μὴ ἔχειν στοχασμὸν, quod artificioſis conjecturis indulgere neſciant. 3. ἡ δειλίη *timiditas* in cauſâ eſt, quod generoſa præſidia in auxilium non advocentur. 4. ἡ τόλμη καὶ θρασύτης *audacia & inconſulta temeritas* remediis nonnunquam nimis fidit. 5. ἡ ὑπέρβασις *negligentia* maxima ſanationis momenta nonnunquam permittit ſibi elabi è manibus. III. ASTANTIUM culpâ nonnunquam morbus in longitudinem protrahitur. IV. τὰ δὲ ἔξωθεν *externa circumſtantiæ* magnam habent vim in permutandis morbis, & exaltandis. Aer in vulneribus capitis apertis, dum deligantur, noxius nonnunquam. Ei ſi exponantur nimis properè pueri, à variolis liberati, cum res videtur in vado, *graviſſimum periculum*. In MOTU, quiete, ſomno, vigiliâ, & rebus aliis non naturalibus quotidiè committuntur exceſſus.

Quartum genus cauſæ agnoſcit errata. I. ægrorum. II. medicorum. III. aſtantium. IV. externorum.

CAPUT VIII.

Nullum dari morbum naturâ ſuâ incurabilem multi ſtatuunt. Dubium hoc reſolvitur.

PRINCIPIA ἀπὸ τῶν ἔξωθεν petita, nempe AUTORITATES graviſſimorum virorum hîc eminent. *Cardanus* 1. *prognoſt. Hippocr. t. 5. &c. Fernelius in præfat. libri 4. meth. medendi. Paracelſicorum* anteſignanus *Severinus ideâ medicinæ* id unicè agunt. *Autoritates*

Ἀπὸ τῶν ἔσω deducta principia, & RATIONES quædam idem oſtendunt. *rationes ſpecioſæ evincunt idem.*

1\. PRIMA petitur ex Hippocratis libro περὶ τέχνης. Inſinuant *αὐτῆς συνέσιος εἶναι, ἧς περὶ τὸ εἰδέναι τῶν νόσων τὰ αἴτια, καὶ τὸ θεραπεύειν αὐτὰς ἐπίστασθαι, ejusdem prudentiæ eſſe, tùm morborum cauſas cognoſcere, tùm eos curare noſſe.* Omnis autem morbus ſuapte naturâ talis eſt, ut à perito artifice cognoſci queat. Ergò & ſanari poteſt. Qui ſufficit ad cognoſcendum, ſufficit etiam ad curandum. His, & ſequentibus verbis innuere & clariſſimâ deciſione velle videtur Hippocrates, omnes morbos ab initio poſſe curari.

2\. ALTERUM argumentum deducitur à medicinæ perfectione, ratione inventionis & conſtitutionis, vel tempore Hippocratis, quam noſtro ſeculo exaltat univerſalis medicinæ, & philoſophici lapidis inventio.

3\. TERTIUM petitur ab abſurdo. Nullius precii eſſet, nihilque in arte dignitatis & præſidii, ſi non omnibus morbis ſanandis ſufficeret.

4\. QUARTUM deducitur à naturâ relatorum. Quæcunque ſanitas poteſt permutari morbo, ergo & quicunq; morbus ſanitate.

5\. 5. Experientia teſtatur, mala graviſſima, imò apparenter deſperata ſanationem admittere.

℞. Sed in hanc ſententiam pedibus ire prohibet veritas, & definitio inſanabilis morbi, quæ multis affectibus, quibus nullum à naturâ medicamentum dicatum, aut quod dicatum eſt, non ſufficit, competit.

Autoritates rejiciuntur. AUTORITATES eâdem facilitate rejici queunt, quâ allatæ.

Enervatur ratio IN PRIMA RATIONE conceditur, aptum quidem eſſe morbum quemlibet, ut cognoſci queat, ſed non ſemper ejus *ἰδέαν eſſentiam, καὶ τὸ ποσὸν exceſſus a naturali ſtatu quantitatem* ad-

1\. ſequitur medicus. Unde neque competens remedium quoad eſſentiam & quantitatem eidem opponere potis eſt.

2\. II. Medicinæ perfectionem in dubium vocat *chimia in artis formam redacta.*

3\. III. Negatur conſequentia. Non propterea omni ſuâ dignitate excidit.

4\. IV. Negatur conſequentia.

5\. V. Experientia eſt particularis, non univerſalis.

CAPUT

CAPUT IX.

fontes prognoſticorum ſignorum ſalutis & mortis.

GAlenus *arte medicâ cap. 83.* fontes hos reſtrinxit ad OPERATIONES, & quidem *primò* καθόλου μὲν εἰπεῖν ad earum virtutes & vitia, κατὰ μέρος ad particulares operationes. *Libro 3. de criſibus cap. 3.* ad præſentis criſis indicia eruenda, jubet inſpicere morbi ſpeciem, ac morem; SPECIEM quidem, ſi tertiana, vel quotidiana, ardens, pleuritis, peripneumonia: MOREM, ſi moderatus aut mitis, pravus an malignus ſiet affectus. *Fontes à Galenô aſſignat.*

His alia adduntur ab *Argenterio*, ita ut fontes fiant quinque, nempe eſſentia ſeu ſpecies morbi, poſteſſentialia, cauſæ, ad quas referri poteſt corporis patientis conditio, ac ſimilitudo.

I. Ἀπὸ τῶν ἐνεόντων κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, *ab eſſentialiter inhærentibus*, quæ conſtituunt ſpeciem morbi, ſeu ejus οὐσίαν ideam & naturam, prognoſtica quæ ſumuntur, tangunt *1. Eſſentialiter inhærentia.*

I. INTEMPERIEM. Conſideratur hæc in genere, ratione differentiarum & exceſſus, 2. in ſpecie. *Intemperiei morbi,*

IN GENERE, DIFFERENTIARUM ratione. Εὐιατότατοι, μὲν οὖν, *inquit Galenus 7. methodi cap. 5.* εἰσὶν αἱ κατὰ θερμότητα καὶ ψύξιν ἀλλοιώσεις. ὅτι ταῖς δραστικωτάταις ἐπανορθοῦνται ποιότησι. δυσιατότεραι δέ, αἱ καθ' ὑγρότητα καὶ ξηρότητα. ταῖς γὰρ ἀσθενέσι, καί, ὡς ἂν εἴποι τις, ὑλικωτέραις ποιότησιν, ἡ ἴασις ἐπιτελεῖται. καὶ μάλισθ' ὅταν ὑγραίνειν δέῃ. τὸ μὲν δὴ τοῦ χρόνου τῆς ἐπανορθώσεως, ἴσον πως ἐστὶ θερμότητί τε καὶ ψυχρότητι, τὸ δὲ τῆς ἀσφαλείας οὐκ ἴσον. εἰ μὴ γὰρ ἰσχυρὰ πάντα εἴη τὰ πέριξ μόρια τοῦ θεραπευομένου, κίνδυνος αὐτοῖς ὑπὸ τῶν ψυχόντων, οὐ σμικρὰν πληγῆναι πληγήν. ἐπὶ δὲ τῶν ὑπολοίπων δυοῖν ποιοτήτων, ἡ μὲν ἀσφάλεια, παραπλήσιος. ὁ δὲ χρόνος τῆς θεραπείας, πολλαπλάσιος ἐπὶ ταῖς ξηραῖς δυσκρασίαις. οἷον γάρ τι τὸ γῆρας ἐστὶν ἐπὶ τῶν ὑγιαινόντων, τοιοῦτον ἡ ξηρὰ δυσκρασία τοῖς νοσοῦσιν. ὥς τε καὶ ἀνίατον ὑπάρχειν, ὅταν ἀκριβῶς συμπληρωθῇ. τὸ δ' ἀκριβὲς τῆς συμπληρώσεως *A calidâ & frigidâ intemperie curatu facilior. Ab humida & ſiccâ difficilior.*

ἐστίν. ἐν τῷ ξηρῷ τῆς στερεᾶς ἐσίας τῶν ὁμοιμερῶν σωμάτων γεγονέναι ξηρότερα. *Facilimæ ad curandum alterationes ſunt, quæ ex* CALIDO *&* FRIGIDO *conſiſtunt, propterea quod maximè activis qualitatibus corriguntur. Aegriùs curantur, quæ in* HUMIDO SICCOQUE *habentur, quod imbecillis & (ut ſic dicam) magis materialibus qualitatibus eorum curatio perficitur, potiſſimumque, cum humectandum eſſe requiritur. Ac tempus quidem caloris frigoriſq; reparandi, par quodammodo eſt, ſecuritas tamen impar. Niſi enim cuncta, quæ ei, quod curatur, circundata ſint corpora, valida planè ſint, metus eſt, ne ab iis, quæ refrigerent, noxam contrahant non levem. In reliquis duabus qualitatibus ſecuritas ſimilis eſt. Tempus curationis* IN SICCA *intemperie multò amplius: quippe, quod ſenium in ſanis eſt, id ſicca intemperies in ægris. Itaque etiam inſanabilis eſt, ſi prorſus ſit conſummata. Eſt autem prorſus conſummata, ubi ſolida ſimilarium partium ſubſtantia reddita eſt ſiccior.*

Sicca ferè inſanabilis.

exceſſus magnitudinis ratione.

EXCESSUS ratione, quô major ille eſt, eò gravius imminet periculum. Alienatio pejor eſt, quàm alteratio.

Febris diaria, intermittens.

2. IN SPECIE, FEBRILIS intemperies, DIARIA ex bubone, à cauſis evidentibus, mitior eſt, *autore Galeno 4. aphor. 55.*

INTERMITTENS febris periculum abeſſe ſignificat, ὅτῳ δ᾽ ἂν τρόπῳ διαλείπῃ ὁ πυρετὸς, *quocunque modo intermittat. aphor. 43.* μὴ διαλείπων ἰσχυρότερος. *vehementior febris non intermittens.*

hectica.

Ἑκτικὸς πυρετὸς ὐ πάνυ δυσίατος, ὁ δὲ περιφρυγὴς ἀνίατος. *Hectica non adeò difficilem recipit curationem, torrida autem tabida nullam.* καυσώδης ardens febrilis intemperies MEDIUS morbus eſt & ambigens.

maligna,

Malignitas ſi ſit juncta, proximiùs accedit ad LETHALES.

peſtis.

PESTIS, omnium ſuffragio ſoror lethi, VITÆ minatur PERICULUM.

Conformationis morbi.

CONFORMATIONIS morbi prognoſticum ſuppeditant. FIGURÆ morbus eſt ſignum medium: nec enim interficit, nec amoveri poteſt, ſed comitatur ad mortem. Talis eſt gibboſitas crurum, & antiqua femoris luxatio. MORBUS in NUMERO deficiente, ut pedis defectus, vel excedente, ut ſextus digitus

in

in manu, eſt ſignum medium, cum hic defectus partium non principum, nec interficiat, nec amoveri poſſit.

Soluta unitas, vulnus cerebri, cordis, jecoris, ſignum lethalis eventus ſuppeditant propheticum. Confirmat *Hippocrates 6. aphor. 18.* κύστιν διακοπέντι, ἢ ἐγκέφαλον, ἢ καρδίην, ἢ φρένας, ἢ τῶν λεπτῶν τι τῶν ἐντέρων, ἢ κοιλίην, ἢ ἧπαρ, θανατῶδες. *Profundum veſicæ vulnus, cerebri, cordis, præcordiorum, inteſtinorum tenuium, ventriculi, jecoris, lethale.* *Soluta unitatis morbi.*

CAPUT X.

Fontem prognoſeos aperiunt, quæ accidentariò cohærent eſſentiæ morbi, duo hæc: magnitudo & motus.

MAGNITUDINIS excelſa vis. Omnis morbus abſolutè magnus, qui in ſuâ naturâ eſt talis, ut in ſubjecto, quantumvis robuſto, validas habente vires, eas propriâ violentiâ & magnitudine dejicere aptus ſit natus, vitæ periculum intendit. *Magnus morbus periculoſus.*

Διὰ κύριον τοῦ πεπονθότος μορίου, καὶ τῆς ἐνεργείας βεβλαμμένης ἀξίωμα, μέγας, *ob læſæ partis & actionis præſtantiam magnus,* periculoſus eſt. Non tamen ſemper æquè periculoſus eſt: ſed tum demum, cum ſimul magnus eſt ratione διαθέσεως. Ita febris ephemera, licet ſit adfectus cordis magnus, periculoſa tamen non eſt. *ob læſæ partis præſtantiam magnus.*

Duobus modis intelligi poteſt hæc præſtantia: ad ESSE VITÆ, ET AD BENE ESSE. AD VITAM, ut ſi cor, ejusque actio, ſanguinis generatio, & in totum corpus emiſſio, quibus vita conſervatur, vel pars aliqua cordi inſerviens, interioris admiſſionis ſint læſæ. Ita ſyncope & palpitatio ſunt adfectus periculoſi. Ad τὸ εὖ εἶναι *ad benè eſſe* conſideratur partis præſtantia, ſi ejus uſus valdè proficuus ſit, & utilis pro vitæ commoditate. Talis magnus morbus periculoſus eſt in oculo cœcitas: in auribus ſurditas: in utero ſterilitas: in pedibus ambulandi impotentia, commoditates vitæ turbant. *Præſtantia duobus modis intelligitur.*

Τῆς διαθέσεως μέγεθος, *diſpoſitionis magnitudo,* quam propria *Magnus ratione διαθέσεως.*

pria affectus conſtituit eſſentia, & à natura [illegible]ſtatu receſſus, periculoſum fore prænuntiat morbum. Indicat enim præternaturalem ſtatum dominari naturæ. Talis eſt, qui naturæ, ætati, conſuetudini, anni tempori eſt diſſimilis, 2. *aphor.* 24. E contra minùs periculoſus eſt, qui hiſce cognatus eſt & ſimilis.

Ardens febris periculoſa.

Ardens febris eſt magna febris, & periculoſa, ratione eſſentiæ, quia magnus eſt calor præter naturam; eſt autem calor febris eſſentia. Apoplexia ἡ μὲν ἰσχυρὴ magnus eſt morbus: magna enim eſt in eâ functionum animalium principum, & minus principum à naturali ſtatu deviatio & abolitio. Abolitio autem hæc eſt apoplexiæ eſſentia. Inde etiam eſt morbus periculoſus & δύσλυτος, argumento *aphoriſmi lib.* 42. 4. Periculoſi omnes hi ſunt affectus.

Διὰ τὴν κακοήθειαν magnus periculoſus. Diſtinctio.

Διὰ τὴν κακοήθειαν magnus morbus periculoſus eſt, eoque gravior, quò periculoſiora ſe offerunt ſymptomata. Peſtis quo plures uno interficit die, eo periculoſior habenda.

Non tradatur oblivioni diſtinctio Galenica, *in definitionibus medicis* propoſita, inter τὰ νοσήματα μεγάλα τῇ φαντασίᾳ, καὶ δυνάμει καὶ ἀποτέλεσμα, *morbos magnos* & periculoſos, *imaginatione & facultate, ſecundum virtutem.* Illuſtrat hoc exemplis.

Vulnus in carnoſis partibus multum occupans ſpacii, morbus magnus eſt & periculoſus κατ' ὄψιν, parvus & ſecurus κατὰ δύναμιν. Punctura in nervo parva κατ' ὄψιν, periculoſus eſt morbus κατ' ἀποτέλεσμα.

Parvus morbus ſecurus. Reſpectiva magnitudo.

IN PARVO morbo κατὰ δύναμιν quocunque, ſalutem præſagire & prædicere licet.

RESPECTIVA magnitudo per ſe longitudinem morbi ſolum ſignificat, per accidens verò fit ſalutare, lethale, vel medium ſignum. SALUTARE, cum cauſa non eſt omninò inſuperabilis, nec principalem offendit actionem, ut obſtructio jecoris. LETHALE, cum cauſa vehemens, ut calculus veſicæ. MEDIUM, cum cauſa inſuperabilis eſt in parte ignobili, ut tophus & calx in articulo.

Motus morbi periculum indicans.

MOTUS morbi, TEMPORUM ratione obſervatâ periculum vitæ & necis notat. Omnis acutus morbus periculoſus, ſive ſit cum febre, ſive ſine febre.

Dona-

Donatus ab alto mari diſtinguit inter acutos morbos cum febre, qui ſedem habent in humoribus calidis, qui nullum certum obſident locum, & illos, qui certâ parte fiunt inflammatione affectâ, præcipuè ſi princeps fuerit membrum & inflammatio magna. In ultimis ſolùm agnoſcit periculum, non in primis. *Sententia Altimari*

Verùm & apoplexia, febres continuæ, ardentes, non minùs, quàm pleuriticæ ſunt periculoſæ: cito enim decurrunt ſua tempora pede. *examinatur.*

Comparatione virium & morbi factâ, SALUTIS præſagium ſubnaſcitur, ſi vires durare queant ad STATUM: MORTIS, ſin ſecus. Natura & morbus ſunt *ἀντίπαλοι concertatores*. Naturæ vires ſtant in pauxillo illo ſanitatis, quod ſupereſt: morbi in copiis ſymptomatum. Ad ſtatum ſi vires perdurare nequeant, actum eſt. *Virium conſideratio, reſpectu habito ad morbi ſtatum.*

Omnes in STATU: nullus in DECLINATIONE moritur. In prioribus ſtatum excipit mors, ut loquitur *Galenus 1. aph. 8. com.* *Nullus in ſtatu moritur.*

Non poſſe hominem vi morbi in DECLINATIONE mori, pluribus conteſtatus fuit *Galenus 3. de criſibus, cap. 5.* provocans ad rationem & experientiam. *ἡ πεῖρα μὲν μαρτυρεῖ τὸ μηδένα κατὰ τὰς παρακμὰς ἀποθανεῖν, δι' αὐτὸ τὸ νόσημα. Ταύτης δ' ἔτι πολὺ μᾶλλον ὁ λόγος, οὐ γὰρ δυνατὸν πεφθέντων τῶν νοσερῶν αἰτίων, οὐδὲ τῆς φύσεως ἐπικρατούσης, ἔτι ἀπολέσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἄνγε θεραπεύηται καλῶς ὑπὸ τῶν ἰατρῶν. Sic quidem experientia teſtatur, neminem unquam vi morbi in declinationibus periiſſe: ſed adhuc magis ratio. Neque enim poſſibile eſt, ut, poſtquam cauſæ morborum jam coctæ ſunt, ac jam natura ſuperaverit, æger moriatur, modò recta curatio à medicis inſtituatur.* *Nemo moritur in declinatione.*

Ad præſagiendam ſalutem & mortem neceſſarium eſſe, ponderare morbi magnitudinem, naturæ robur, & futurum ſtatum, comfirmavit *eodem capite*, dum docet: *ἄνευ τῆς τῶν τριῶν τούτων ἀκριβοῦς διαγνώσεως, οὐκ ἐνδέχεται περὶ σωτηρίας οὐδὲν ἐξευρεῖν, οὐ μᾶλλον ἢ εἰ φορτίον τις ἱκανὸς κομίζειν ἔσοιτο, χωρὶς τοῦ καὶ τὴν ῥώμην εἰδέναι τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὸ μέγεθος τοῦ φορτίου, καὶ τὸ μῆκος τῆς ὁδοῦ. ἀνάλογον γάρ ἐστιν ἡ μὲν δύναμις τῷ βαστάζοντι. τὸ δὲ* *Neceſſitas conſiderationis morbi magnitudinis, ſtatus.*

 νόσημα,

νόσημα, τῷ φορτίῳ· τὸ δὲ μέχρι τῆς ἀκμῆς, τῷ μήκει τῆς ὁδοῦ. *Sine horum trium exactâ dignotione nihil de ſalute inveſtigari contingit, non magis, quàm hoc, numquid aliquis portando oneri ſufficiat, ſciri poteſt, hominis robore, oneris magnitudine & viæ longitudine anteà non perſpectâ: nam ægri vires portanti onus, morbus verò oneri, tempus autem, quod uſque ad ſtatum extenditur, longitudini viæ reſpondet.*

Summa præſagitionis. *Libro prognoſt: commentar. 2. t. 6.* κεφάλαιον μὲν ἁπάσης προγνώσεως ἐστὶ τῶν τεθνηξομένων καὶ σωθησομένων ἡ παραβολὴ τῆς τοῦ νοσήματος ἰσχύος, πρὸς τὴν τοῦ κάμνοντος δύναμιν. ἰσχυροτέρου μὲν γὰρ ὄντος τοῦ νοσήματος, τεθνήξεται, πάντως ὁ ἄνθρωπος. εἰ δ᾽ ἀσθενέστερον εἴη τῆς τοῦ κάμνοντος δυνάμεως, οὐκ ἂν ἀποθάνοι, μηδενὸς ἁμαρτηθέντος. *Summa totius præſagitionis, in morituris convalituriſque eſt, quoties vis ægrotationis cum ægri viribus confertur. Si enim morbus vehementior eſt, æger omninò morietur: ſi debilior, quàm ægri facultas, haudquaquam morietur, ubi nihil committatur erroris.* Hanc prognoſticæ contemplationis ſummam *ipſe* propoſuit *Com* per SENTENTIAM, cujus initium eſt: Colligendum eſt; an æger eo victu poſſit perdurare ad ſtatum ægrotationis.

Longus cum acuto concurrit in paritate periculi. Longus morbus, cum inſedit penitus, quod ad difficultatem pertinet, acuto par eſt, *inquit Celſus de re medicâ libro 3. cap. 1.*

Habiti periculo expoſiti. Οἱ ἐχόμενοι *diu habiti à morbis* periculosè ægrotant. *Galenus 6. aph. 16.* explicat ὥσπερ κατεχόμενοι καὶ βιαζόμενοι, *quaſi* occupati & coacti. *Lindanus ſelect.* in ſcompho pleuritico t. 17. detenti, cum morbi ita invadunt, ut è veſtigio deprehenſos cogant decumbere, & rebus ſuis præſentiam negare.

CAPUT XI.

De ſecundâ claſſe prognoſticorum ſalutis & mortis ſignorum, quæ deſumuntur ab iis, quæ morbi eſſentiam conſequuntur, nempe ſymptomatibus.

Poſt eſſentialia. TA' ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενα *ex neceſſitate conſequentia* ſunt effectus & ſymptomata actionum læſarum, qualitatum mutatarum, excretorum & retentorum.

Hæc ſi mediocriter ſe habeant, bonam ſalutis ſpem: ſin ſecus, malam exhibent.

Non

Nonnnnquam tamen & propiores morti videntur meliùs habere, & à febribus, doloribus, anxietate omni liberati, loquì concinnè, & cùm ante delirarint, mente conſtare. Ita in Thaſo decumbentem fœminam, poſt partum, non fiente purgatione, febris acuta, horrida tertiâ die corripuit. Variis ſymptomatibus conflictata, tandem *ἄφωνος privata jam voce* & morti proxima *πάλιν κατενόει καὶ διελέγετο, ὀγδοηκοστῇ ἀπέθανε. reſipiſcebat & loquebatur: octuageſimâ verò die moriebatur*, autore *Coo lib: 3. epidemior. ſect. 3. ægroto 2.* *Miteſcunt ſymptomata inſtante morte.*

Febre malignâ laborantes ante obitum ſæpe videntur melius habere. Ex magnâ apoplexiâ quàm plurimi morti proximi, ad mentem redeunt & vocem, ut aſſiſtentibus videantur liberati.

RATIO non una: I. Id facit extremus conatus, qui ſi non expellat, facit tamen abſcedere à quibusdam partibus, ad quas, ob virium impotentiam, novo impetu irruentium excrementa mortem afferunt, cùm ſpes aliqua ſalutis incipiat ſeſe inſinuare. *Ratio I.*

II. Emoriente ſenſu in partibus internis, & ceſſantibus coctionibus, remittunt dolores, & febres, ut in partibus inflammatis fieri ſolet gangræna. *II.*

III. Quibusdam naturalis facultas ceſſat præ imbecillitate movere excrementa, ea verò, quiete licet putreſcant, minores faciunt dolores, quia minùs occurrunt novis partibus, eodemque febres remittunt tempore, quià minori in copiâ fumi ad cor, parteſque mittuntur principes. Raró autem id fit. Symptomata autem quò ſunt leviora, eò morbus eſt mitior: quo graviora, eò in ratione vitæ periculoſiora. Imprimis *III.*

ACTIO LÆSA, quanto magis ad vitam eſt neceſſaria, tantò magis ejus læſio vitæ monſtrat periculum. Naturales communiter ſequuntur dictæ. Minima ſignificandi poteſtas cedit animalibus, eatenus ſolùm vitæ cuſtodiæ rationem habentibus, quatenus eventationem caloris cordis promovent. *Actio læſa.*

VITALIUM cordis actionum conſideratio maximè omnium neceſſaria. Si enim hæc, vitæ fulcrum, facultas, morbi *Vitalis.*

 impetum

impetum ferre poſſit, nullum periculum: ſi verò eadem morbi vehementiæ ſuccumbat, ægrum mori neceſſe eſt.

duplex. Vitalis actio duplex eſt, pulſifica, & ſanguinis generatrix. Hæc læditur in ſyncope, illa in palpitatione.

Læſio eſſentialis gravior eſt. Læſio utriusque eſſentialis gravior eſt, quàm ſympathica. Quæ citò fit & citò deſinit, tutior eſt.

Syncoptici. *Οἱ ἐκλυόμενοι πολλάκις καὶ ἰσχυρῶς ἄνευ φανερῆς προφάσιος ἐξαπίνης τελευτῶσι,* ait *Cous 2. aphor. 41. Qui ſæpe & vehementer ſine cauſâ manifeſtâ animo linquuntur, ii derepente moriuntur.*

Motus cordis. Motus vitalis abolitus lethaliſſimus; minùs periculoſus imminutus, aut depravatus. Palpitatio in ægro debili cordis lethalis.

Pulſus languidus, PULSUS imprimis vitalium virium robur declarat, aut languorem. Languidus & parvus in morborum initiis lethalis, maximè ſi à virium reſolutione.

tardus. Tardus & rariſſimus parvitati conjunctus, caloris vitalis exſtinctionem, & mortem proximam ſignificat.

durus, DURUS in internis inflammationibus, ut pleuræ, imò ut aliqui putant, ferrinus, maximam & periculoſam notat inflammationem.

magnus, parvus, MAGNUS & vehemens, & in cæteris moderatus, ſignum eſt ſalutare. PARVUS pulſus arguit debilem facultatem, quæ arteriam dilatare magis nequit.

celer, CELER pulſus auctum uſum, vires adhuc fortes, aut certè non admodum debiles ſignificat. TARDUS notat caloris paucitatem, vireſque non adeò firmas.

frequens FREQUENS notat auctum uſum, & cum parvitatem ſemper junctam habeat, debilitatem, quæ, quod deeſt magnitudini, primò celeritate, deinde & frequentiâ compenſare nititur.

undoſus: Undoſus facultatem gravatam notat.

tremulus: TREMULUS periculoſus, notat enim malignitatem.

æqualis. ὁμαλοὶ σφυγμοὶ *æquales pulſus* omnes boni, etiam in ægris: *ἀνώμαλοι, ἢ ἐν μιᾷ πληγῇ τὴν ἀνωμαλίαν λαμβάνοντες, ἢ ἐν ἀθροίσματι, συστηματικῇ καλουμένῃ, inæquales, ſive in unâ pulſatione, ſive in pluribus acervatim, factis* tales pravi.

Intermittens pulſus. INTERMITTENS pulſus Galeno valde eſt ſuſpectus, in duobus

duobus ictibus: in uno ictu periculum minus: in ſenibus ſecurior, quàm in juvenibus & adoleſcentibus.

Suſpectus redditur à Galeno.

SUSPECTUM reddit 2. *de præſagio ex pulſibus cap.* 4. his verbis: οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν ὀλεθριωτάτην εἶναι τῶν ἀνομαλῶν τὴν διαλειπτικήν. αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι πλημμελεῖς πως εἰσὶ κινήσεις, ἡ δὲ κατὰ τὸ διαλείπειν ἐν στερήσει κινήσεως γίνεται. καθ' ὃν γὰρ χρόνον ὁ σφυγμὸς διαλείπει, κατὰ τοῦτον οὐδαμῶς ἡ ἀρτηρία κινεῖται. *Neque quicquam habet admirationis, inæqualium perniciosiſſimum eſſe intermittentem: nam cæteri quidem vitioſi aliquatenus ſunt motus: at intermittens poſitus in motus abolitione: ſiquidem, quô tempore intermittit pulſus, tùm nihil arteria movetur.*

Limitatur duobus ictibus.

PERICULUM intermiſſionis in duobus ictibus indicat his verbis: εἰ δὲ μὴ μόνον ἑνὸς σφυγμοῦ χρόνον ἡσυχάσειεν, ἀλλὰ καὶ πλέονα, σαφέστερόν τ' ἂν ὁ τοιοῦτος διαλείπων φαίνοιτο καὶ κινδυνωδέστερος εἰς τοσοῦτον ἔσται τοῦ πρόσθεν, εἰς ὅσον ἂν ἐπὶ πλέον ἡσυχάζῃ. ὥστε, οὐκ οἶδα, εἴ τινα σωθῆναι δύνατον ἐπὶ δυοῖν σφυγμῶν χρόνον ἡσυχαζούσης τῆς ἀρτηρίας. *Quod ſi unius motus pulſus quieſcat, diutius etiam, clarius is intermittere videatur: periculoſior hoc erit priore, quo quieſcat diutius. Itaque cùm duorum pulſuum tempus arteria quieſcat, haud ſcio, an ſuperſtes eſſe quicquam poſſit*

ſecurior in ſenibus

SECURIOREM intermittentem eſſe pulſum in SENIBUS, confirmat *Galenus* 1. ſuâ experientiâ, 2. ratione. Quum ἄλογον *abſurdum* hoc nonnemini videri queat, cùm ſuâ ſponte imbecillus ſit ſenex, ejusque facultates laborent, ante valetudinis infirmitatem, quem expectamus eventum, ſi ad ætatis imbecillitatem, altera acceſſerit ex morbo? Reſpondet Galenus, hâc de re non eſt periculoſum, ſed eò potius leve, quòd imbecillæ facultates à parvis ſæpe cauſis, fiat, ut offendantur: at firmæ tantùm dejiciuntur à maximis. Itaque qui habitu valente ſunt, & admodùm diù in morbos non inciderunt, periclitantur, ſi incidant: at verò imbecilli, quique aſſiduè objecti ad omnes cauſas ſunt, facillimè ſervantur: quod ſcilicet de his nemo, cùm à qualibet lædatur vel minimâ, expectet cauſam magnam: robur validorum omnem excipit cauſam parvam, ut à ſolis magnis vincatur. Quamobrem intermittentes pulſus minus habent ſenes, quam juvenes perniciales: mox pueri ab illis.

Iniis quibus hic pulſus naturalis, ſine periculo eſt.

Non eſt ſiniſtrum indicium etiam in iis, quibus ab ortu talis. Plena gratiæ eſt hiſtoria *Galeni, libro de præcognitione ad Poſthumum, cap. 14. ſeu ultimo*, de œconomo, qui ſeptimo die ſudando fuit judicatus. Sequenti die cùm pulſum διαλείπειν *in-*
1. *termittere* & deficere inveniſſent medici, malignum aliquid ſubeſſe judicabant. *Ipſe* autem nihil timendum ratus, audenter ægrum cibandum edixit, & oſtendit, quod ὅταν ὁ σφυγμὸς ὅτε κατὰ μίαν ἐνέργειαν, ὅτε κατὰ πλείους ἐφεξῆς ἀλλήλων μηδὲν ἔχῃ παρὰ φύσιν ἄλλο, πλὴν τοῦτο μόνον ὁ κατὰ διάλειψιν γίνεται. γινώσκειν οὖν χρὴ τὸ τοιοῦτον ἐκ γενετῆς εἶναι συμπτώματα. διαγινώσκεσθαι δὲ χαλεπώτατόν ἐστιν. μᾶλλον δ' ἀδύνατον ἄνευ τοῦ πασῶν τῶν κατὰ τοὺς σφυγμοὺς διαφορῶν ἀκριβῶς αἰσθάνεσθαι. *Sciendum eſt, pulſum, ſive uno ictu, ſive pluribus inter ſe collatis, nihil aliquid præter naturam continentem, quàm ut ſolum deficiat, à primà ortus origine talem eſſe: idque ſcitu difficillimum, imò potius fieri non poſſe, ut quiſquam iſtud internoſcat, niſi omnes omnium pulſuum differentias exactè perceperit.*

2. *Amatus Luſitanus cent. 3. curat. medic. cap. 44.* intermittentis pulſus innoxii in Barboſio, medico docto, hiſtoriam habet. Singulis decem pulſationibus æqualiter reſpondentibus, pulſus deficiebat, ut eo intervallo ictus duo cum dimidio compleri poſſent. Et talis pulſus huic non erat naturalis. Addit: ſe Illyricum quendam monachum ordinis prædicatorii febre malignâ affectum, cui intermittens erat naturalis, noviſſe.

3. Sereniſſimus Princeps ac DN. LUDOVICUS, Princeps Anhaltinus, Cothenis calculoſus ex renibus, hypochondriacus, aſthmate ſicco laborans, pulſum à primis pueritiæ incunabulis habebat intermittentem, quaſi connatum.

Pulſus ſanorum ſimiles periculoſi.

IN MALIGNIS acutiſſimis febribus ſæpe pulſus ita SANORUM SIMILES obſervantur cum urinis, ut non raró peritiſſimi etiam decipiantur. Hæc artis medicæ ignaris mira ſeu monſtra in naturâ videntur: docti autem illa non admirantur.

Sed pro periculoſis habent indiciis, præcipuè in iis, quas hecticas peſtilentes medici vocant, quæ æquales exterius obſcuræ ſine ullâ alteratione, calore etiam exili appa-

parent; adeò ægri ſe ſebre vexari neque putent.

CAPUT XII.

prognoſis ex naturalis actionis apparatu.

NATURALIS actio cum benè habet, ſalutare eſt ſignum: cum malè, pravum. Læſio ejus tantò pejor, quanto plures, quibus communis alimenti competit elaboratio, infeſtarit partes. *Robur & languor naturalis actionis.*

Eleganter *Cous 2. aphor. 35.* ἐν πάσῃσι τῇσι νούσοισι τὸ περὶ τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὸ ἦτρον πάχος ἔχειν βέλτιόν ἐστι. τὸ δὲ σφόδρα λεπτὸν καὶ ἐκτετηκός, μοχθηρόν. Ἐπισφαλὲς δὲ τὸ τοιοῦτο, καὶ πρὸς τὰς κάτω καθάρσιας. *In quovis morbo partes ad umbilicum attinentes & infimum ventrem, craſſiores eſſe præſtat: harum ſiquidem extenuatio & tabes mala.*

Ἀνορεξία τοῦ θερμοῦ καὶ ξηροῦ, καὶ πληρώσεως ἔφεσις *inappetentia calidi & humidi, & implendi deſiderium abolitum, ſive ſit* ἀσιτία ſimplex, *ſine abominatione*, ſive ἀποσιτία *cum adverſatione*, peſſimum ſignum. Ut in ſanis adventantes morbos minatur, in convaleſcentibus recidivas, ita in ægris languidam de recuperandâ ſanitate ſpem præbet. ἐν νόσῳ πολυχρονίῳ ἀποσιτίη καὶ ἄκρητοι ὑποχωρήσιες κακόν. *7. aphor. 6. in morbo diuturno adverſatio cibi & ſincera dejectiones, malum.* *Inappetentia.* 1.

Qui obſervantur ἀπονενοημένως ἔχειν πρὸς τὰς πάσας προσφορὰς καὶ μὴ λαμβάνειν, *cum averſatione cibos intueri, nec cum appetitu illos accipere,* quotidiè vivendo moriuntur, & moriendo vivunt. 2.

Econtrà εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθὸν, *bene ad oblata ſe habere, bonum. 2. aphor. 33.* *Bonum ſignum.*

Οἱ ἐν τοῖσι ποτοῖσιν ὑποψοφέοντες, καὶ ὑποβορβορίζοντες ξηροῖσι, καὶ οἱ χαλεπῶς καταβροχθίζοντες πνεῦμα βηχῶδες, ὀλέθριοι ἐν ὀξέσι καταψυγμένοισι. *Ità Cous in Cois prænot. libro 1. Qui cum ſtrepitu & murmure quodam bibunt in ſiccis, difficulter item deglutiunt cum ſpiratione tuſſiculoſâ, ſunt deſperati: præſertim ſi acceſſerit perfrigeratio acutæ febris.* *Bibentes cum ſtrepitu malè habent.* 1.

Ejusdem ſtrepitûs inter bibendum meminit *idem lib. 1. t. 101.* 2.

in

in phreniticis. *οἱ φρενιτικοὶ βραχυπόται, οἱ καὶ βραχὺ καὶ διὰ πολλοῦ πίνουσι, ψόφου καταπιπτόμενοι, τρομώδεες ἢ σπασμώδεες. Phrenitici parum & rarò bibentes idque cum ſtrepitu*, areſactâ ſcilicet tunicâ oeſophagi, muſculiſque faucium in deglutiendi officio laborantibus, *tandem contremiſcunt, aut convelluntur.* CONTREMISCUNT, quando quæ membra movet facultas, & membrorum pondus perpetuâ viciſſitudine mutuis certant imperiis: CONVELLUNTUR motu depravato muſculorum ad ſua principia ſeu capita à facultate irritatâ imperato. Utrumque ſymptoma alienationis inſtantis mortis certiſſimum argumentum.

Chartadæ cholerâ correpto *πίνοντι περὶ τοῦ ψόφου περὶ τὸ στῆθος καὶ κοιλίην, κατιόντος τοῦ πόματος. οἷον δὲ κάκιστον. bibenti circà pectus & ventriculum demiſſi potus ſtrepitus percipiebatur. Hoc ſanè pernitioſiſſimum erat. 7. epid. ægroto 10.*

Sitis SITIS cum deficit, urgentibus cauſis, cum maximè adeſſe deberet, vel intenſa evaneſcit præter rationem, infauſtus morbi exitus præ foribus. *Δίψα παραλόγως λυθεῖσα ἐν ὀξέσι κακόν. Hipp. Coac. prænot. lib. 1. t. 57. Sitis in acutis præter rationem, quæ ante aderat, ablata malum.* Talis ſitis *ἀλόγως, παρὰ λόγον ſine ratione, immeritò* ceſſans falsò creditur exſtincta. Suboritur enim, aut quia laborat mens, aut quia emortua vitalitas, & concupiſcendi facultas.

Τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσι, μὴ πιστεύειν Levationi ſine causâ apparenti non fidendum. Talis eſt in iis, qui febribus ardentibus correpti apparent *ἄδιψοι, non ſitientes,* mentis vacillantis & facultatis languentis præſagum habent ſignum.

Bibendi inſatiata libido. *Δίψα ἄμετρος incompeſcibilis ſitis* ardentibus familiaris febribus viſcera incendio intenſiſſimo flagrare, morbique vim prævalidam expugnatuque difficillimam denotat, cui facilè natura languidior facta ſuccumbit. Sitibundus erat Philiſcus aliis afflictus etiam ſymptomatibus, *1 epid. com, 2. t. 85.* Sitibundus erat Pythion, qui ſuprà Herculis fanum decumbebat, *1. epid. com. 3. t. 18.* cum aliis pravis ſignis. Concedebant fatis.

CAPUT

CAPUT XIII.

prædictio ſalutis ex animalibus actionibus læſis, & 1. principum facultatum, in genere, & in ſpecie.

GENERALIS ad ſalutem prædictio ex functionum animalium integritate proponitur *ab Hipp. 2. aphor. 33.* ad mortem ex earundem languore: *ἐν πάσῃ νόσῳ τὸ ἐῤῥῶσθαι τὴν διάνοιαν, καὶ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν. τὸ δὲ ἐναντίον κακόν. In omni morbo,* præcipuè in quo cerebrum per eſſentiam vel conſenſum afficitur, *conſtare mente,* omnes voluntarias actiones rectè *κατὰ τὸ ξυνηθές, ſecundùm conſuetudinem* agere, & *ad oblata alimenta* benè ſe habere, *bonum: econtrà malum.* *προγνώσις generalis.*

IN SPECIE, quæ actiones voluntariæ ægrum mente conſtare ſignificant, vel vacillare, plura exſtant apud eundem notatu digna, quæ declarant *Specialis.*

DELIRIUM quodcunque pravum, ſive ſit ſine febre, ut in melancholiâ & maniâ, ſive cum febre, ut in phrenitide & lethargo; ſive aliarum inflammationum, aut febrium conſectarium. *οὐδεμία παραφροσύνη ἀσφαλής, nulla deſipientia tuta*: hoc tamen diſcrimine, quod, *αἱ δὲ παραφροσύναι αἱ μὲν μετὰ γέλωτος γινόμεναι, ἀσφαλέστεραι, αἱ δὲ μετὰ σπουδῆς ἐπισφαλέστεραι. deſipientiæ, quæ cum riſu fiunt, ſecuriores, quæ verò ſeriò, periculoſiores. 6. aphor. 52.* *Delirium prabum indicium.* 1.

Non minus clara eſt prædictio *lib. 1. Coar. prænotionum t. 50.* *τὸ παρὰ τὸ ἔθος ποιέειν τι, οἷον προθυμέεσθαι ἢ πρότερον μὴ εἰθισμένον, ἢ τοὐναντίον πονηρὸν, καὶ πλησίον παρακοπῆς. Si quis ea faciat, quorum inſolens ſit, ut ſi appellat animum ad inſueta, aut contra; certè graviſſimum habet malum, ac tum delirium adeſt.* INSUETA facit ſapientiſſimus olim VIR, qui nugas garrit, & obſcœna loquitur: SOCRATES patientiſſimus, ſi irarum fluctuet æſtu: HELLUO potûs in ſummâ febrium effervescentiâ non bibat: ASTHMATICUS in ſummâ ſpirandi neceſſitate non reſpiret: TRANQUILLUS manibus & pedibus hinc inde non negligenter ſolùm, ſed etiam faſtidioſè projectis, ſibi & aliis ſit mole- 2.

ἐστὶν. ἐν τῷ τὰ τῆς στερεᾶς οὐσίας τῶν ὁμοιομερῶν σωμάτων γεγονέναι ξηρότερα. *Facilimæ ad curandum alterationes ſunt, quæ ex* CALIDO *&* FRIGIDO *conſiſtunt, propterea quod maximè activis qualitatibus corriguntur. Aegriùs curantur, quæ in* HUMIDO SICCOQUE *habentur, quod imbecillis & (ut ſic dicam) magis materialibus qualitatibus eorum curatio perficitur, potiſſimumque, cum humectandum eſſe requiritur. Ac tempus quidem caloris frigorisq; reparandi, par quodammodo eſt, ſecuritas tamen impar. Niſi enim cuncta, quæ ei, quod curatur, circundata ſint corpora, valida planè ſint, metus eſt, ne ab iis, quæ refrigerent, noxam contrahant non levem. In reliquis duabus qualitatibus ſecuritas ſimilis eſt. Tempus curationis* IN SICCA *intemperie multò amplius: quippe, quod ſenium in ſanis eſt, id ſicca intemperies in ægris. Itaque etiam inſanabilis eſt, ſi prorſus ſit conſummata. Eſt autem prorſus conſummata, ubi ſolida ſimilarium partium ſubſtantia reddita eſt ſiccior.*

Sicca ferè inſanabilis.

exceſſus magnitudinis ratione.

EXCESSUS ratione, quô major ille eſt, eò gravius imminet periculum. Alienatio pejor eſt, quàm alteratio.

Febris diaria,

2. IN SPECIE, FEBRILIS intemperies, DIARIA ex bubone, à cauſis evidentibus, mitior eſt, *autore Galeno 4. aphor. 55.*

intermittens.

INTERMITTENS febris periculum abeſſe ſignificat, ὅτῳ δ' ἂν τρόπῳ διαλείπῃ ὁ πυρετὸς, *quocunque modo intermittat. aphor. 43.* μὴ διαλείπων ἰσχυρότερος. *vehementior febris non intermittens.*

hectica.

Ἑκτικὸς πυρετὸς οὐ πάνυ δυσίατος, ὁ δὲ περιφευγὴς ἀνίατος. *Hectica non adeò difficilem recipit curationem, torrida autem tabida nullam.* καυσώδης ardens febrilis intemperies MEDIUS morbus eſt & ambigens.

maligna,

Malignitas ſi ſit juncta, proximiùs accedit ad LETHALES.

peſtis.

PESTIS, omnium ſuffragio ſoror lethi, VITÆ minatur PERICULUM.

Conformationis morbi.

CONFORMATIONIS morbi prognoſticum ſuppeditant. FIGURÆ morbus eſt ſignum medium: nec enim interficit, nec amoveri poteſt, ſed comitatur ad mortem. Talis eſt gibboſitas crurum, & antiqua femoris luxatio. MORBUS in NUMERO deficiente, ut pedis defectus, vel excedente, ut ſextus digitus

in

in manu, eſt ſignum medium, cum hic defectus partium non principum, nec interficiat, nec amoveri poſſit.

Soluta unitas, vulnus cerebri, cordis, jecoris, ſignum lethalis eventus ſuppeditant propheticum. Confirmat *Hippocrates 6. aphor. 18.* κύστιν διακοπέντι, ἢ ἐγκέφαλον, ἢ καρδίην, ἢ φρένας, ἢ τῶν λεπτῶν τι τῶν ἐντέρων, ἢ κοιλίην, ἢ ἧπαρ, θανατῶδες. *Profundum veſicæ vulnus, cerebri, cordis, præcordiorum, inteſtinorum tenuium, ventriculi, jecoris, lethale.* *Soluta unitatis morbi.*

CAPUT X.

Fontem prognoſeos aperiunt, quæ accidentariò cohærent eſſentiæ morbi, duo hæc: magnitudo & motus.

MAGNITUDINIS excelſa vis. Omnis morbus abſolutè magnus, qui in ſuâ naturâ eſt talis, ut in ſubjecto, quantumvis robuſto, validas habente vires, eas propriâ violentiâ & magnitudine dejicere aptus ſit natus, vitæ periculum intendit. *Magnus morbus periculoſus.*

Διὰ κύριον τοῦ πεπονθότος μορίου, καὶ τῆς ἐνεργείας βεβλαμμένης ἀξίωμα, μέγας, *ob læſæ partis & actionis præſtantiam magnus*, periculoſus eſt. Non tamen ſemper æquè periculoſus eſt: ſed tum demum, cum ſimul magnus eſt ratione διαθέσεως. Ita febris ephemera, licet ſit adfectus cordis magnus, periculoſa tamen non eſt. *ob læſæ partis præſtantiam magnus.*

Duobus modis intelligi poteſt hæc præſtantia: ad ESSE VITÆ, ET AD BENE ESSE. AD VITAM, ut ſi cor, ejusque actio, ſanguinis generatio, & in totum corpus emiſſio, quibus vita conſervatur, vel pars aliqua cordi inſerviens, interioris admiſſionis ſint læſæ. Ita ſyncope & palpitatio ſunt adfectus periculoſi. Ad τὸ εὖ εἶναι *ad benè eſſe* conſideratur partis præſtantia, ſi ejus uſus valdè proficuus ſit, & utilis pro vitæ commoditate. Talis magnus morbus periculoſus eſt in oculo cæcitas: in auribus ſurditas: in utero ſterilitas: in pedibus ambulandi impotentia, commoditates vitæ turbant. *Præſtantia duobus modis intelligitur.*

Τῆς διαθέσεως μέγεθος, *diſpoſitionis magnitudo*, quam propria *Magnus ratione διαθέσεως.*

pria affectus conſtituit eſſentia, & à natura i ſtatu receſſus, periculoſum fore prænuntiat morbum. Indicat enim præternaturalem ſtatum dominari naturæ. Talis eſt, qui naturæ, ætati, conſuetudini, anni tempori eſt diſſimilis, 2. *aphor.* 24. E contra minus periculoſus eſt, qui hiſce cognatus eſt & ſimilis.

Ardens febris periculoſa.

Ardens febris eſt magna febris, & periculoſa, ratione eſſentiæ, quia magnus eſt calor præter naturam; eſt autem calor febris eſſentia. Apoplexia ἡ μὲν ἰσχυρὴ magnus eſt morbus: magna enim eſt in eâ functionum animalium principum, & minus principum à naturali ſtatu deviatio & abolitio. Abolitio autem hæc eſt apoplexiæ eſſentia. Inde etiam eſt morbus periculoſus & δύσλυτος, argumento *aphoriſmi lib. 42. 4.* Periculoſi omnes hi ſunt affectus.

Διὰ τὴν κακοήθειαν magnus periculoſus.

Διὰ τὴν κακοήθειαν magnus morbus periculoſus eſt, eoque gravior, quò periculoſiora ſe offerunt ſymptomata. Peſtis quo plures uno interficit die, eo periculoſior habenda.

Diſtinctio.

Non tradatur oblivioni diſtinctio Galenica, *in definitionibus medicis* propoſita, inter τὰ νοσήματα μεγάλα τῇ φαντασίᾳ, καὶ δυνάμει καὶ ἀποτέλεσμα, *morbos magnos* & periculoſos, *imaginatione & facultate, ſecundum virtutem.* Illuſtrat hoc exemplis.

Vulnus in carnoſis partibus multum occupans ſpacii, morbus magnus eſt & periculoſus καθ' ὄψιν, parvus & ſecurus κατὰ δύναμιν. Punctura in nervo parva καθ' ὄψιν, periculoſus eſt morbus καθ' ἀποτέλεσμα.

Parvus morbus ſecurus.

IN PARVO morbo κατὰ δύναμιν quocunque, ſalutem præſagire & prædicere licet.

Reſpectiva magnitudo.

RESPECTIVA magnitudo per ſe longitudinem morbi ſolum ſignificat, per accidens verò fit ſalutare, lethale, vel medium ſignum. SALUTARE, cum cauſa non eſt omninò inſuperabilis, nec principalem offendit actionem, ut obſtructio jecoris. LETHALE, cum cauſa vehemens, ut calculus veſicæ. MEDIUM, cum cauſa inſuperabilis eſt in parte ignobili, ut tophus & calx in articulo.

Motus morbi periculum indicans.

MOTUS morbi, TEMPORUM ratione obſervatâ periculum vitæ & necis notat. Omnis acutus morbus periculoſus, ſive ſit cum febre, ſive ſine febre.

Dona-

Donatus ab alto mari diſtinguit inter acutos morbos cum febre, qui ſedem habent in humoribus calidis, qui nullum certum obſident locum, & illos, qui certâ parte fiunt inflammatione affectâ, præcipuè ſi princeps fuerit membrum & inflammatio magna. In ultimis ſolùm agnoſcit periculum, non in primis.

Sententia Altimari

Verùm & apoplexia, febres continuæ, ardentes, non minùs, quàm pleuriticæ ſunt periculoſæ: cito enim decurrunt ſua tempora pede.

examinatur.

Comparatione virium & morbi factâ, SALUTIS præſagium ſubnaſcitur, ſi vires durare queant ad STATUM: MORTIS, ſin ſecus. Natura & morbus ſunt *ἀντίπαλοι concertatores*. Naturæ vires ſtant in pauxillo illo ſanitatis, quod ſupereſt: morbi in copiis ſymptomatum. Ad ſtatum ſi vires perdurare nequeant, actum eſt.

Virium conſideratio, reſpectu habito ad morbi ſtatum.

Omnes in STATU: nullus in DECLINATIONE moritur. In prioribus ſtatum excipit mors, ut loquitur *Galenus 1. aph. 8. com.*

Nullus in ſtatu moritur.

Non poſſe hominem vi morbi in DECLINATIONE mori, pluribus conteſtatus fuit *Galenus 3. de criſibus, cap. 5.* provocans ad rationem & experientiam. *ἡ πεῖρα μὲν μαρτυρεῖ τὸ μηδένα κατὰ τὰς παρακμὰς ἀποθανεῖν, δι᾽ αὐτὸ τὸ νόσημα. Ταύτης δ᾽ ἔτι πολὺ μᾶλλον ὁ λόγος, οὐ γὰρ δυνατὸν πεφθέντων τῶν νοσερῶν αἰτίων, οὐδὲ τῆς φύσεως ἐπικρατούσης, ἔτι ἀπολέσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἄνγε θεραπεύηται καλῶς ὑπὸ τῶν ἰατρῶν. Sic quidem experientia teſtatur, neminem unquam vi morbi in declinationibus periiſſe: ſed adhuc magis ratio. Neque enim poſſibile eſt, ut, poſtquam cauſæ morborum jam coctæ ſunt, ac jam natura ſuperaverit, æger moriatur, modò recta curatio à medicis inſtituatur.*

Nemo moritur in declinatione.

Ad præſagiendam ſalutem & mortem neceſſarium eſſe, ponderare morbi magnitudinem, naturæ robur, & futurum ſtatum, comfirmavit *eodem capite*, dum docet: *ἄνευ τῆς τῶν τριῶν τούτων ἀκριβοῦς διαγνώσεως, οὐκ ἐνδέχεται περὶ σωτηρίας οὐδὲν ἐξευρεῖν, οὐ μᾶλλον ἢ εἰ φορτίον τις ἱκανὸς κομίζειν ἔσοιτο, χωρὶς τοῦ καὶ τὴν ῥώμην εἰδέναι τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὸ μέγεθος τοῦ φορτίου, καὶ τὸ μῆκος τῆς ὁδοῦ. ἀνάλογον γάρ ἐστιν ἡ μὲν δύναμις τῷ βαστάζοντι. τὸ δὲ*

Neceſſitas conſiderationis morbi magnitudinis, ſtatus.

νόσημα,

νόσημα, τῷ φορτίῳ· τὸ δὲ μέχρι τῆς ἀκμῆς, τῷ μήκει τῆς ὁδοῦ. Sine horum trium exactâ dignotione nihil de ſalute inveſtigari contingit, non magis, quàm hoc, numquid aliquis portando oneri ſufficiat, ſciri poteſt, hominis robore, oneris magnitudine & viæ longitudine anteà non perſpectâ: nam ægri vires portanti onus, morbus verò oneri, tempus autem, quod uſque ad ſtatum extenditur, longitudini viæ reſpondet.

Summa præſagitionis. *Libro prognoſt: commentar. 2. t. 6.* κεφάλαιον μὲν ἁπάσης προγνώσεως περὶ τῶν τεθνηξομένων καὶ σωθησομένων ἡ παραβολὴ τῆς τοῦ νοσήματος ἰσχύος, πρὸς τὴν τοῦ κάμνοντος δύναμιν. ἰσχυροτέρου μὲν γὰρ ὄντος τοῦ νοσήματος, τεθνήξεται, πάντως ὁ ἄνθρωπος. εἰ δ' ἀσθενέστερον εἴη τῆς κάμνοντος δυνάμεως, οὐκ ἂν ἀποθάνοι, μηδενὸς ἁμαρτηθέντος. *Summa totius præſagitionis, in morituris convaliturisque eſt, quoties vis ægrotationis cum ægri viribus confertur. Si enim morbus vehementior eſt, æger omninò morietur: ſi debilior, quàm ægri facultas, haudquaquam morietur, ubi nihil committatur erroris.* Hanc prognoſticæ contemplationis ſummam *ipſe* propoſuit *Com* per SENTENTIAM, cujus initium eſt: Colligendum eſt, an æger eo victu poſſit perdurare ad ſtatum ægrotationis.

Longus cum acuto concurrit in paritate periculi. Longus morbus, cum inſedit penitus, quod ad difficultatem pertinet, acuto par eſt, *inquit Celſus de re medicâ libro 3. cap. 1.*

Habiti periculo expoſiti. *Οἱ ἐχόμενοι diu habiti à morbis* periculosè ægrotant. *Galenus 6. aph. 16.* explicat ὡσεὶ κατεχόμενοι καὶ βιαζόμενοι, *quaſi* occupati & coacti. *Lindanus ſelect.* in ſcompho pleuritico t. 17. detenti, cum morbi ita invadunt, ut è veſtigio deprehenſos cogant decumbere, & rebus ſuis præſentiam negare.

CAPUT XI.

De ſecundâ claſſe prognoſticorum ſalutis & mortis ſignorum, quæ deſumuntur ab iis, quæ morbi eſſentiam conſequuntur, nempe ſymptomatibus.

Poſt eſſentialia. TA' ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενα *ex neceſſitate conſequentia* ſunt effectus & ſymptomata actionum læſarum, qualitatum mutatarum, excretorum & retentorum.

Hæc ſi mediocriter ſe habeant, bonam ſalutis ſpem: ſin ſecus, malam exhibent.

Non

Nonnnnquam tamen & propiores morti videntur meliùs habere, & à febribus, doloribus, anxietate omni liberati, loqui concinnè, & cùm ante delirarint, mente conſtare. Ita in Thaſo decumbentem fœminam, poſt partum, non fiente purgatione, febris acuta, horrida tertiâ die corripuit. Variis ſymptomatibus conflictata, tandem ἄφωνος *privata jam voce* & morti proxima πάλιν κατενόει καὶ διελέγετο, ὀγδοηκοστῇ ἀπέθανε, *reſipiſcebat & loquebatur: octuageſimâ verò die moriebatur*, autore *Coo lib: 3. epidemior. ſect. 3. ægroto 2.* *Miteſcunt ſymptomata inſtante morte.*

Febre malignâ laborantes ante obitum ſæpe videntur melius habere. Ex magnâ apoplexiâ quàm plurimi morti proximi, ad mentem redeunt & vocem, ut aſſiſtentibus videantur liberati.

RATIO non una: I. Id facit extremus conatus, qui ſi non expellat, facit tamen abſcedere à quibusdam partibus, ad quas, ob virium impotentiam, novo impetu irruentium excrementa mortem afferunt, cùm ſpes aliqua ſalutis incipiat ſeſe inſinuare. *Ratio I.*

II. Emoriente ſenſu in partibus internis, & ceſſantibus coctionibus, remittunt dolores, & febres, ut in partibus inflammatis fieri ſolet gangræna. *II.*

III. Quibusdam naturalis facultas ceſſat præ imbecillitate movere excrementa, ea verò, quiete licet putreſcant, minores faciunt dolores, quia minùs occurrunt novis partibus, eodemque febres remittunt tempore, quià minori in copiâ fumi ad cor, parteſque mittuntur principes. Raró autem id fit. Symptomata autem quò ſunt leviora, eò morbus eſt mitior: quo graviora, eò in ratione vitæ perículoſiora. Imprimis *III.*

ACTIO LÆSA, quanto magis ad vitam eſt neceſſaria, tantò magis ejus læſio vitæ monſtrat periculum. Naturales communiter ſequuntur dictæ. Minima ſignificandi poteſtas cedit animalibus, eatenus ſolùm vitæ cuſtodiæ rationem habentibus, quatenus eventationem caloris cordis promovent. *Actio læſa.*

VITALIUM cordis actionum conſideratio maximè omnium neceſſaria. Si enim hæc, vitæ fulcrum, facultas, morbi *Vitalis.*

impetum ferre poſſit, nullum periculum: ſi verò eadem morbi vehementiæ ſuccumbat, ægrum mori neceſſe eſt.

duplex. Vitalis actio duplex eſt, pulſifica, & ſanguinis generatrix. Hæc læditur in ſyncope, illa in palpitatione.

Læſio eſſentialis gravior eſt. Læſio utriusque eſſentialis gravior eſt, quàm ſympathica. Quæ citò fit & citò deſinit, tutior eſt.

Syncoptici. *Οἱ ἐκλυόμενοι πολλάκις καὶ ἰσχυρῶς ἄνευ φανερῆς προφάσιος ἐξαπίνης τελευτῶσι,* ait *Cous 2. aphor. 41. Qui ſæpe & vehementer ſine cauſâ manifeſtâ animo linquuntur, ii derepente moriuntur.*

Motus cordis. Motus vitalis abolitus lethaliſſimus; minùs periculoſus imminutus, aut depravatus. Palpitatio in ægro debili cordis lethalis.

Pulſus languidus, PULSUS imprimis vitalium virium robur declarat, aut languorem. Languidus & parvus in morborum initiis lethalis, maximè ſi à virium reſolutione.

tardus. Tardus & rariſſimus parvitati conjunctus, caloris vitalis exſtinctionem, & mortem proximam ſignificat.

durus, DURUS in internis inflammationibus, ut pleuræ, imò ut aliqui putant, ſerrinus, maximam & periculoſam notat inflammationem.

magnus, parvus, MAGNUS & vehemens, & in cœteris moderatus, ſignum eſt ſalutare. PARVUS pulſus arguit debilem facultatem, quæ arteriam dilatare magis nequit.

celer, CELER pulſus auctum uſum, vires adhuc fortes, aut certè non admodum debiles ſignificat. TARDUS notat caloris paucitatem, vireſque non adeò firmas.

frequens FREQUENS notat auctum uſum, & cum parvitatem ſemper junctam habeat, debilitatem, quæ, quod deeſt magnitudini, primò celeritate, deinde & frequentiâ compenſare nititur.

undoſus: Undoſus facultatem gravatam notat.

tremulus: TREMULUS periculoſus, notat enim malignitatem.

æqualis. *Ὁμαλοὶ σφυγμοὶ æquales pulſus* omnes boni, etiam in ægris: *ἀνώμαλοι, ἢ ἐν μιᾷ πληγῇ τὴν ἀνωμαλίαν λαμβάνοντες, ἢ ἐν ἀθροίσματι, συστηματικῇ καλουμένῃ, inæquales, ſive in unâ pulſatione, ſive in pluribus acervatim, facti* tales pravi.

Intermittens pulſus. INTERMITTENS pulſus Galeno valde eſt ſuſpectus, in duobus

duobus ictibus: in uno ictu periculum minus: in ſenibus ſecurior, quàm in juvenibus & adoleſcentibus.

SUSPECTUM reddit 2. *de præſagio ex pulſibus cap. 4.* his verbis: οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν ὀλεθριωτάτην εἶναι τῶν ἀνομαλῶν τὴν διαλειπτικήν. αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι πλημμελεῖς πως εἰσὶ κινήσεις, ἡ δὲ κατὰ τὸ διαλείπειν ἐν στερήσει κινήσεως γίνεται. καθ' ὃν γὰρ χρόνον ὁ σφυγμὸς διαλείπει, κατὰ τοῦτον οὐδαμῶς ἡ ἀρτηρία κινεῖται. *Neque quicquam habet admirationis, inæqualium perniitioſiſſimum eſſe intermittentem: nam cæteri quidem vitioſi aliquatenus ſunt motus: at intermittens poſitus in motus abolitione: ſiquidem, quô tempore intermittit pulſus, tùm nihil arteria movetur.* *ſuſpectus redditur à Galeno.*

PERICULUM intermiſſionis in duobus ictibus indicat his verbis: εἰ δὲ μὴ μόνον ἑνὸς σφυγμοῦ χρόνον ἡσυχάσειεν, ἀλλὰ καὶ πλέονα, σαφέστερόν τ' ἂν ὁ τοιοῦτος διαλείπων φαίνοιτο καὶ κινδυνωδέστερος εἰς τοσοῦτον ἔσται τοῦ πρόσθεν, εἰς ὅσον ἂν ἐπὶ πλέον ἡσυχάζῃ. ὥστε, οὐκ οἶδα, εἴ τινα σωθῆναι δύνατον ἐπὶ δυοῖν σφυγμῶν χρόνον ἡσυχαζούσης τῆς ἀρτηρίας. *Quod ſi unius motus pulſus quieſcat, diutius etiam, clarius is intermittere videatur: periculoſior hoc erit priore, quo quieſcat diutius. Itaque cùm duorum pulſuum tempus arteria quieſcat, haud ſcio, an ſuperſtes eſſe quicquam poſſit* *Limitatur duobus ictibus.*

SECURIOREM intermittentem eſſe pulſum in SENIBUS, confirmat *Galenus* 1. ſuâ experientiâ, 2. ratione. Quum ἄλογον *abſurdum* hoc nonnemini videri queat, cùm ſuâ ſponte imbecillus ſit ſenex, ejuſque facultates laborent, ante valetudinis infirmitatem, quem expectamus eventum, ſi ad ætatis imbecillitatem, altera acceſſerit ex morbo? Reſpondet Galenus, hâc de re non eſt periculoſum, ſed eò potius leve, quòd imbecillæ facultates à parvis ſæpe cauſis, fiat, ut offendantur: at firmæ tantùm dejiciuntur à maximis. Itaque qui habitu valente ſunt, & admodùm diù in morbos non inciderunt, periclitantur, ſi incidant: at verò imbecilli, quique aſſiduè objecti ad omnes cauſas ſunt, facillimè ſervantur: quod ſcilicet de his nemo, cùm à qualibet lædatur vel minimâ, expectet cauſam magnam: robur validorum omnem excipit cauſam parvam, ut à ſolis magnis vincatur. Quamobrem intermittentes pulſus minus habent ſenes, quam juvenes perniciales: mox pueri ab illis. *ſecurior in ſenibus*

In iis quibus hic pulſus naturalis, ſine periculo eſt.

Non eſt ſiniſtrum indicium etiam in iis, quibus ab ortu talis. Plena gratiæ eſt hiſtoria *Galeni, libro de præcognitione ad Poſthumum, cap. 14. ſeu ultimo,* de œconomo, qui ſeptimo die ſudando fuit judicatus. Sequenti die cùm pulſum *διαλείπειν intermittere* & deficere inveniſſent medici, malignum aliquid ſubeſſe judicabant. *Ipſe* autem nihil timendum ratus, audenter ægrum cibandum edixit, & oſtendit, quod ὅταν ὁ σφυγμὸς ὅτι κατὰ μίαν ἐνέργειαν, ὅτι κατὰ πλείους ἐφεξῆς ἀλλήλων μηδὲν ἔχῃ παρὰ φύσιν ἄλλο, πλὴν τοῦτο μόνον ὁ κατὰ διάλειψιν γίνεται. γινώσκειν οὖν χρὴ τὸ τοιοῦτον ἐκ γενετῆς εἶναι συμπτώματα. διαγινώσκεσθαι δὲ χαλεπώτατόν ἐστιν. μᾶλλον δ' ἀδύνατον ἄνευ τοῦ πασῶν τῶν κατὰ τοὺς σφυγμοὺς διαφορῶν ἀκριβῶν αἰσθάνεσθαι. *Sciendum eſt, pulſum, ſive uno ictu, ſive pluribus inter ſe collatis, nihil aliquid præter naturam continentem, quàm ut ſolam deficiat, à primà ortus origine talem eſſe: idque ſcitu difficillimum, imò potius fieri non poſſe, ut quiſquam iſtud internoſcat, niſi omnes omnium pulſuum differentias exactè perceperit.*

1.

2. *Amatus Luſitanus cent. 3. curat medic. cap. 44.* intermittentis pulſus innoxii in Barboſio, medico docto, hiſtoriam habet. Singulis decem pulſationibus æqualiter reſpondentibus, pulſus deficiebat, ut eo intervallo ictus duo cum dimidio compleri poſſent. Et talis pulſus huic non erat naturalis. Addit: ſe Illyricum quendam monachum ordinis prædicatorii febre malignâ affectum, cui intermittens erat naturalis, noviſſe.

3. Sereniſſimus Princeps ac DN. LUDOVICUS, Princeps Anhaltinus, Cothenis calculoſus ex renibus, hypochondriacus, aſthmate ſicco laborans, pulſum à primis pueritiæ incunabulis habebat intermittentem, quaſi connatum.

Pulſus ſanorum ſimiles periculoſi

IN MALIGNIS acutiſſimis febribus ſæpe pulſus ita SANORUM SIMILES obſervantur cum urinis, ut non rarò peritiſſimi etiam decipiantur. Hæc artis medicæ ignaris mira ſeu monſtra in naturâ videntur: docti autem illa non admirantur.

Sed pro periculoſis habent indiciis, præcipuè in iis, quas hecticas peſtilentes medici vocant, quæ æquales exterius obſcuræ ſine ullâ alteratione, calore etiam exili apa-

parent; adeò ægri ſe febre vexari neque putent.

CAPUT XII.

prognoſis ex naturalis actionis apparatu.

NATURALIS actio cum benè habet, ſalutare eſt ſignum: cum malè, pravum. Læſio ejus tantò pejor, quanto plures, quibus communis alimenti competit elaboratio, infeſtarit partes. *Robur & languor naturalis actionis.*

Eleganter *Cous 2. aphor. 35.* ἐν πάσῃσι τῇσι νούσοισι τὸ περὶ τὸν ὀμφαλὸν καὶ τὸ ἦτρον πάχος ἔχειν βέλτιόν ἐστι. τὸ δὲ σφόδρα λεπτὸν καὶ ἐκτετηκός, μοχθηρόν. Ἐπισφαλὲς δὲ τὸ τοιοῦτο, καὶ πρὸς τὰς κάτω καθάρσιας. *In quovis morbo partes ad umbilicum attinentes & infimum ventrem, craſſiores eſſe praſtat: harum ſiquidem extenuatio & tabes mala.*

Ἀνορεξία τοῦ θερμοῦ καὶ ξηροῦ, καὶ πληρώσεως ἔφεσις *inappetentia calidi & humidi, & implendi deſiderium abolitum, ſive ſit* ἀσιτία ſimplex, *ſine abominatione*, ſive ἀποσιτία *cum adverſatione*, peſſimum ſignum. Ut in ſanis adventantes morbos minatur, in convaleſcentibus recidivas, ita in ægris languidam de recuperandâ ſanitate ſpem præbet. ἐν νούσῳ πολυχρονίῳ ἀποσιτίη καὶ ἄκρητοι ὑποχωρήσιες κακόν. *7. aphor. 6. in morbo diuturno adverſatio cibi & ſinceræ dejectiones, malum.* *Inappetentia.* 1.

Qui obſervantur ἀπονενοημένως ἔχειν πρὸς τὰς πάσας προσφορὰς καὶ μὴ λαμβάνειν, *cum averſatione cibos intueri, nec cum appetitu illos accipere,* quotidiè vivendo moriuntur, & moriendo vivunt. 2.

Econtrà εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν, *bene ad oblata ſe habere, bonum. 2. aphor. 33.* *Bonum ſignum.*

Οἱ ἐν τοῖσι ποτοῖσιν ὑποψοφέοντες, καὶ ὑποβορβορύζοντες ξηροῖσι, καὶ οἱ χαλεπῶς καταβρωχθίζοντες πνεύματι βηχώδει, ὀλέθριοι ἐν ὀξέσι καταψυγμένοισι. *Ità Cous in Cois prænot. libro 1. Qui cum ſtrepitu & murmure quodam bibunt in ſiccis, difficulter item deglutiunt cum ſpiratione tuſſiculoſâ, ſunt deſperati: præſertim ſi acceſſerit perfrigeratio acutæ febris.* *Bibentes cum ſtrepitu malè habent.* 1.

Ejusdem ſtrepitûs inter bibendum meminit *idem lib. 1. t. 101.* 2.

in

CAPUT XIIII.

prædictio ſalutis ex animalibus actionibus læſis, & 1. principum facultatum, in genere, & in ſpecie.

GENERALIS ad ſalutem prædictio ex functionum animalium integritate proponitur *ab Hipp. 2. aphor. 33.* ad mortem ex earundem languore: *ἐν πάσῃ νόσῳ τὸ ἐρρῶσθαι τὴν διάνοιαν, καὶ εὖ ἔχειν πρὸς τὰς προσφορὰς, ἀγαθόν. τὸ δὲ ἐναντίον κακόν. In omni morbo,* præcipuè in quo cerebrum per eſſentiam vel conſenſum afficitur, *conſtare mente*, omnes voluntarias actiones rectè *κατὰ τὸ ξυνηθὲς*, *ſecundùm conſuetudinem* agere, & *ad oblata alimenta* benè ſe habere, *bonum: econtrà malum.* *πρὸς λαγ- ξ... generalis,*

IN SPECIE, quæ actiones voluntariæ ægrum mente conſtare ſignificant, vel vacillare, plura exſtant apud eundem notatu digna, quæ declarant *Specialis.*

DELIRIUM quodcunque pravum, ſive ſit ſine febre, ut in melancholiâ & maniâ, ſive cum febre, ut in phrenitide & lethargo; ſive aliarum inflammationum, aut febrium conſectarium. *Delirium pravum indicium.*
οὐδεμία παραφροσύνη ἀσφαλής, nulla deſipientia tuta: hoc tamen 1.
diſcrimine, quod, *αἱ δὲ παραφροσύναι αἱ μὲν μετὰ γέλωτος γινόμεναι, ἀσφαλέστεραι, αἱ δὲ μετὰ σπουδῆς ἐπισφαλέστεραι. deſipientiæ, quæ cum riſu fiunt, ſecuriores, quæ verò ſeriò, periculoſiores. 6. aphor. 52.*

Non minus clara eſt prædictio *lib. 1. Coar. prænotionum t. 50.* 2.
τὸ παρὰ τὸ ἔθος ποιέειν τι, οἷον προσθυμέεσθαι ἢ πρότερον μὴ εἰθισμένον, ἢ τοὐναντίον πονηρὸν, καὶ πλησίον παρακοπῆς. Si quis ea faciat, quorum inſolens ſit, ut ſi appellat animum ad inſueta, aut contra; certò graviſſimum babet malum, ac tum delirium adeſt. INSUETA facit ſapientiſſimus olim VIR, qui nugas garrit, & obſcœna loquitur: SOCRATES patientiſſimus, ſi irarum fluctuet æſtu: HELLUO potûs in ſummâ febrium effervescentiâ non bibat: ASTHMATICUS in ſummâ ſpirandi neceſſitate non reſpiret: TRANQUILLUS manibus & pedibus hinc inde non negligenter ſolùm, ſed etiam faſtidioſè projectis, ſibi & aliis ſit moleſtus.

ſtus. AD INSUETA ANIMUM APPELLIT, qui appetit, quæ ante non concupivit: ſuâ ſorte, quam ante laudavit, non eſt contentus: faſtidio effertur in ſuos æquales, contumaciâ in majores.

3. *Κοπώδεες πυρετοὶ, κάτοχοι, κακοί. In laborioſâ febre obſtupeſcentes morbo laborant peſſimo.* Symptoma hoc eſt ἐπιγινόμενον, *ſuperveniens* invaleſcente febre, tum quoad gradum caloris, tum ferociam malignitatis. Petunt hæc non ſolùm cor, ſed & ſanguinem illius accedunt & alienant à naturali ſtatu. Inde propagatio perrennis affluxus fit per arterias, & cerebri ὀχετοὺς & rivuloſos ductus.

4. Continuum delirium acutæ *μὴ διαλείποντι πυρετῷ continuæ febri* ſuperveniens periculoſum indicium, at ſi ægrum jam debilem corripiat, θανάσιμον, *mortem portendit, autore Galeno 4. aphor. 50.* ἐπὶ περιπνευμονίῃ φρενῖτις κακόν. *Peripneumoniam excipiens delirium malum. 7. aphor. 12.*

Memoriæ abolitio pravum ſignum MEMORIÆ ABOLITO pravum ſignum. Recordari eorum, quæ quis amat, per morbum, bonum, & vitale ſignum: Econtrà, ſi quis neque chariſſimæ conjugis, nec liberorum ullam curam habeat, aut amicorum recordetur, grave, & interdum lethale. De ægroto decimo tertio, *lib. 3. epid. ſect. 13.* Apollonio, qui tandem phrenitide obibat, ita Hippocates: ἐξ οὗ δὲ κατεκλίθη, οὐδενὸς ἐμνήσθη, *ex quo decubuerat, nullius recordabatur.*

CAPUT XIV.

Senſûs interni, cujus paſſiones ſomnus & vigiliæ, læſiones prognoſin ſalutis & mortis ſuppeditant.

Incommoda ſomni immoderati. Ὕπνος καὶ ἀγρυπνίη τοῦ μετρίου μᾶλλον γινόμενα, κακόν. *2. aphor. 3.* Mala ſunt in generatione morbi, qui jam inchoatur, & augmentatione jam inchoati. SOMNUS in facto malus eſt, vigiliæ etiam malæ ſunt, ut ſignum & cauſa, *autore Galeno in commento.*

Somnus ſecurus bonus Ἐν ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέῃ, θανάσιμον, ἢν δὲ ὠφελέῃ, οὐ θανάσιμον. *Ita Com 2. aph. 1. In quo morbo ſomnus laborem & læſionem*

nem adfert, mortiferum eſt; ſi verò levationem, minimè mortiferum.

Οἱ ἐκφυσῶντες καὶ ἀνακεκλασμένοι, καὶ ὑποβλέποντες ἐν τοῖσιν ὕπνοισι, κακὸν, *autore eodem 1. Coar. prænot. t. 69. Qui dormiendo efflant, atque projectos artus aut etiam retractos oſtendunt, coniventque oculis, malo ſunt loco.* *Efflantes inter dormiendum.*

ὕπνος ταραχώδης, *tumultuoſus ſomnus* improbatur ab *Hippocrate 1. Coar. t. 87.* *Tumultuarius ſomnus*

TEMPUS ſomni etiam præſagit. καθεύδειν χρὴ τὴν νύκτα, *Cous 3. Coar. prænot.* τὴν δ' ἡμέραν ἐγρηγορέναι. τὸ δὲ ἐναντίον πονηρόν. *Dormire noctu oportet, vigilare interdiu, contrarium malum.* *Noctu non dormire pravum.*

Κάκιστον δὲ μὴ καθεύδειν μήτε ἡμέρης, μήτε νυκτός. *Peſſimum non dormire neque interdiu nec noctu*, niſi ſit excuſatio dolorum aut laborum, qui oriuntur ex perturbatione. *Non dormire peſſimum*

CAPUT XV.

ſalutis & mortis prædictio ab externis ſenſibus.

GENERALIS deſignatur à *Coo 4. aphor. 49.* ab omnibus ferè deſumta ſenſoriis. ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ, ἢν χεῖλος, ἢ ὀφρὺς, ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ ῥὶς διαστραφῇ, ἢν μὴ βλέπῃ, ἢν μὴ ἀκούῃ, ἤδη ἀσθενέος ἐόντος τοῦ σώματος, ὅ τι ἂν τουτέων γένηται, ἐγγὺς ὁ θάνατος. *In febre non intermittente labrum aut ſupercilium, aut naſus ſi pervertatur, ſi non videat, nec audiat, imbecillo jam exiſtente corpore, quicquid horum acciderit, mors in propinquo eſt.* *Generalis à ſenſibus petita prognoſis.* 1.

Prognoſticon hoc lethale applicat ad quoſcunque alios 2.
morbos, cum antea ſpes in anguſto eſſet Τοῖσιν ἀσθενέως ἤδη διακειμένοισιν, *inquit 1. Coar. prænot. t. 78.* μὴ βλέπειν, ἢ μὴ ἀκούειν ἢ διαστρέφεσθαι χεῖλος, ἢ ὀφθαλμὸν, ἢ ῥῖνα. θανάσιμον. *Quibus jam morbo fractis, videndi vis, audiendive perit, aut etiam labiorum, palpebrarum, aut narium perverſio cernitur, mors inſtat.*

SPECIALIS prædictio ab externis petitur organis ſeorſim. οἱ ὀφθαλμοί. *autore Coo 6. epidem. com. 4. t. 28.* *Specialis ab oculis.*
ὡς ἂν ἰσχίωσιν, οὕτω καὶ γυῖον, καὶ χροιὴ ἐπὶ τὸ κάκιον ἢ βέλτιον 1.

ἐπὶ-

ἐπιδίδωσιν, oculi ut valent, ita & corpus: & color in deterius ac melius labitur.

1. ὀφθαλμῶν καθαρότης, καὶ τὰ αὐτέων λευκὰ ἐκ μελάνων, καὶ πελίων καθαρὰ γίνεσθαι κρέισσιμον. *Oculorum nitor, eorumque alba ex nigris & lividis nitentia, salutare.* Ita *Cous 2. Coar. cap. 6.*

τῶν ὀφθαλμῶν χρὴ σκοπεῖν τὰς ὑποφάσιας ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν, *inquit idem 6 aphor. 52.* ἢν γάρ τι ὑποφαίνηται ξυμβαλλομένων τῶν βλεφάρων τοῦ λευκοῦ, μὴ ἐκ διαῤῥοίης ἐόντι ἢ ἐκ φαρμακοποσίης, φλαῦρον τὸ σημεῖον, καὶ θανατῶδες σφόδρα. *Considerare oportet oculorum in dormientibus suspectiones: nam si quid album commissis palpebris subinspiciatur, neque ex alvi profluvio, aut medicamenti potione id contingat, malum est signum & lethale valde.*

Ex pupillâ, 1. Augurium ex homine ipſo eſt non timente mortem in ægritudine, *inquit Plinius*, quamdiu oculorum pupillæ imaginem reddunt.

2. Idem obſervarunt medici à pupillis τῶν ἀπεγνωσμένων, qui acuto vel chronico morbo obituri tandem eſſent, paulò ante mortem, præter oculorum hebetudines & perverſiones, non reddi idola adſpicientium, & hanc imaginum in oculorum pupillis ἀφάνειαν diſparentiam, inter ea, quæ inſtantem denunciarent, habuerunt. Hinc *Servius ad Virgilium*: pupillas, quas in oculis videmus, morituros ante triduum non habere, quibus non viſis eſt ſumma deſperatio.

Ex albo, τὸ ἀχλυῶδες τῶν ὀφθαλμῶν, ἢ τὸ λευκὸν ἐρυθραινόμενον, ἢ πελιαινόμενον ἢ φλεβῶν μελάνων πληρούμενον, οὐκ ἀστεῖον. *Oculorum caligatio, albumve rubens aut livens, aut venis nigris obsitum, indecorum.*

Inconſtantia oculorum. φλαῦρον δὲ τὴν αὐγὴν φεύγειν, ἢ διαστρέφεσθαι, ἢ δ' ἕτερον ἐλάσσω γίνεσθαι, πονηρόν. *Prava ſunt, lumen refugere, illacbrymari, diſtorqueri, & alterum altero fieri minorem.* Hæc & alia *Cous lib. 2. Coar. prænot. cap. 6. t. 2. 3. &c.*

Lachrymatio. Μὴ κατὰ προαίρεσιν δακρύειν, *non voluntariè lacbrymas profundere*, abſurdum judicat *Hip. 4. aphor. 52.*

Ἀνοσμία. ODORES ſi non percipiantur ſub ea ratione, quâ ſentiri apti ſunt nati, alimentaque bonæ notæ putrida & graveolentia videantur, noxios humores & vapores membranam naſi, genuinum odoratûs organum, obſediſſe, ut intus exiſtentia

pro-

prohibeant alienum, indicio eſt. Inde non leve periculum cujusdam alienationis à ſtatu naturali in reliquis functionibus ſequuturæ.

LINGUÆ actiones primariæ γεῦσις, φωνὴ καὶ λόγος, *guſtus, vox & ſermo ſi* lædantur, malum. *Linguæ actiones læſæ.*

Salſa & amara ſi oblata appareant, non ſolum humoris peccantis adeſt ſignum, ſed & magnam ſtatus naturalis ſignificant alterationem. Exſtincta facultate ſi guſtus auferatur, peſſimum. 1.

Ἐκκοσμίου θρασεῖα ἀπόκρισις, κακόν. Moderati hominis proterva reſponſa, mali ſunt ominis. Hipp. 1. Coar. præn. t. 54. Confirmat 2. prorrhet. t. 25. αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασεῖαι ὑποκρίσιες, θηριώδεες εἰσί. Proterva reſponſio, vel ad exiguum uſurpata tempus, ferocientis animi eſt indicium, & ad phrenitidem inclinantis. Confirmat *Galenus in commento.* 2.

Obmuteſcentiam uxoris Philini in Thaſo, poſt partum benè licet purgatæ, febri tamen cum rigore correptæ, decimo ſeptimo morbi ſubortam, excepit mors vigeſimo, autore *Coo 1. epidem. ſect. 3 ægroto 4.* 3.

αἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐκστάσιες σιγῶσαι, μὴ ἄφωνοι, autore, Coo 1. Coar. t. 71. ὀλέθριαι. Qui cum ſilentio è poteſtate mentis exeunt, nec ante voce capti ſunt, mortiferum habent malum. 4.

Αἱ ἐν πυρετῷ ἀναυδίαι, κακόν, eodem libro t. 35. Fandi impotentia in febre, malo eſt loco. 5.

Ἀναυδία καὶ ἀφωνία juncta peſſima. *Ἀφωνία* pejor *ἀναυδίᾳ. Ἄναυδον Pythionem 3. epidem. com. 3. ægroto 3.* vocat *Hippocrates*, quia loqui non poterat, aut articulatum ſermonem proferre: *ἄφωνον*, quia ſimul voce erat captus, vox ipſi hærebat faucibus, nec audiebatur. In *ἀναυδίᾳ* lingua afficitur ut inſtrumentum dialecticum, in *ἀφωνίᾳ*, ut vocale. *Ἀναυδία* paralyticæ linguæ ſymptoma facultatis animalis effectus notat vires, aphonia vitalis caloris & thoracis infirmitatem. 6.

Αἱ μετὰ λυγμὸς ἀφωνίαι, κάκιστον. autore Coo 1. prædictorum t. 23. cum ſingultu loquendi impotentia juncta, peſſimum. 6.

AB AURIUM affectibus, quæ prognoſis ſumitur ſalutis & mortis, proponitur ab *Hippocrate 2. Coar. prænot. cap. 3.* *Aurium affectus.* 1.

 Auditus

Auditus læſio ob criſin imminentem non omni modo mala. Aliàs aures obſurdeſcere in febre acutâ, indicat delirium.

2. *κώφωσις ἐν ὀξέσι καὶ ταραχώδεσι παρακολουθοῦσα, κακόν· κακὸν δὲ, autore eodem Coar. prænot. ἐν τοῖσι μακροῖσι. Surditas morbi acuti turbulentique ſuccedanea, grave eſt malum: grave item ſurditas diuturni.*

3. *Βόμβος ἐν ὀξέσι, καὶ ἦχος ἐν ὠσὶ, θανάσιμον. Coac prænot. lib. 2. cap. 3. t. 5. Flatus craſſior, qui bombilat, more apum, in acutis, mortiferum. &c.* Plura loco citato.

Tactus. TACTUS ſymptoma DOLOR etiam præſagium præbet

1. ſalutis & mortis. *τὰ ἐπ' ὀλίγον ὀξέα ἀλγήματα ἐς κληῖδα, καὶ τὰ ἄνω πίπτοντα, ὀλέθρια. Hip. Coar. lib 1. t. 76. Doloris acerbitas paulisper in jugulo fixa, ſi ad ſuperiora vertatur, mortiferum adfert malum.*

2. In diuturnis, phthiſi, hydrope, *ἕδρης ἄλγημα ſedis dolor, ὀλέθριον. loco cit. t. 77.*

3. CARDIALGIA inter omnes doloris ſpecies periculoſiſſima, in continuis febribus lethalis.

CAPUT XVI.

Motus corporis præbet præſagia ſalutis & mortis.

Reſpiratio læſa magnũ malum RESPIRATIONEM in ægris motricis facultatis potentiam & infirmitatem deſignare notum eſt.

1. SPIRANDI difficultatem magnum habere momentum in viâ prognoſeos certum eſt, præcipuè in acutis. Parva & frequens reſpiratio, in quâ pinnæ naſi moventur, & in exſpiratione thorax quaſi collabitur, indicium præbet, motricem virtutem gravitatem pectoris regere non poſſe.

2. *πνεῦμα πυκνὸν*, ſeu, quod idem eſt, *φαινόμενον πνεῦμα, καὶ μετέωρον* cum in meatibus reſpirationi dicatis anguſtia eſt, aut labefactatum eſt nervorum principium, ut ſublimem elatumque ſpiritum, metu ſtrangulatus, ducere cogantur ægri, malum eſt ſignum. Econtrà *κεκρυμμένον πνεῦμα occultus* contextusque *ſpiritus*, cum leni tramite incedit, naturali ſimilis, ille ducendus in bonis. In

In SOPOROSIS affectibus, ut apoplexiâ, magnum vitæ adeſt periculum, cum reſpiratio imminuitur: ſin aboletur, actum planè eſt de vitâ. Non autem ſola reſpiratio, ſed etiam aliæ motricis facultatis læſiones periculi plenæ. Inter eas primum ferè obtinet locum 3.

DECUBITUS. *Ἀνακλίσιων ἢ κατακλίσιων ἄρισται εἰσὶ, αἱ ὅμοιαι τῇσι τῶν ὑγιαινόντων. autore Coo libro prognoſticorum. Is habetur optimus decubitus, qui ſimilis eſt naturali.* In decubitu duplex motus: unus pendet à facultate movente, alter à corpore, membriſque ejus motis. τὸ φέρον eſt facultas, τὸ φερόμενον corpus. Uterque cum benè habet, omnia ſalva. Sin ſecus, mala occurrunt omnia. Decubitus. 1.

Ἔρριψις, cum æger nullam decubitûs formam retinere poteſt, nec ſedere, nec recumbere, nec quieſcere, ſed disjicitur, *περιπετὴς γίνεται, καὶ καταρρέει ἀπὸ τῆς κλίνης ἐπὶ πόδας, disjicitur, provolviturque in pedes*, pravum ſignum. Notat enim depravationem decubitûs, facultatis imbecillitatem, & rationis labefactationem: nullâ enim præeunte voluntate huc illuc jactatur æger. Κοίτη ἀνέμετος, quæ fit oppreſſione virium, cum æſtu febrili conjuncta, pejor quam ναυτιώδης. 2.

Τὰ σχήματα præternaturalia varia deſcribit *Hippocr. lib. 1. prognoſt. & lib. 3. Coar. prænot. tract. 1. t. 10. 11. 12. 13 &c.* 3.

Somnus naturalis fit ἐπ᾽ ἀμφότερα τὰ ὦτα, cum decumbunt *τὰ σκέλεα καὶ ὀλίγον ἐπικεκαμμένα ἔχοντες, cum crura retrahunt & pedes, Cornelius Celſus ex Hippocrate:* paulum reductis pedibus dormire ferè ſani jacentis hominis habitus eſt. Somnus naturalis,

Ὕπτιον δὲ κεῖσθαι, σκέλεα ἐκτεταμένον, εἰ δὲ καταῤῥέοι περιπετὴς ἐπὶ πόδας. κεχηνέναι, καὶ καθεύδειν αἰεὶ, καὶ τὰ σκέλεα ὑπτίως κειμένου συγκεκαμμένα εἶναι ἰσχυρῶς, καὶ διαπεπλεγμένα. τὸ δὲ ἐπὶ γαστέρα κεῖσθαι, οἷσι μὴ συνηθὲς, κακόν. Supinum jacere, extentis cruribus, adhæc, ſi protinus delabatur ſubinde ad pedes: hiare, dormire ſemper; tùm etiam ſupinè jacenti crura eſſe contracta fortiter, atque implexa. Ipſum verò jacere in ventrem, quibus eſt inſuetum, malum. præternaturalis.

Ἡ δὲ δυσφορία in malis, ἀποδυσφορία pejor, mortifera planè. Utraque vox notat anxietatem, inquietudinem, comprehenditque ἄσσην, ῥιπτασμὸν, ἀδημονίαν, μετεωρισμόν. Poſitus variet.

πολὺς

πολὺς ῥιπτασμὸς καὶ ἐπὶ τὰ δέξια καὶ τὰ ἀρίστερα. *Frequens jactatio, in dextra & ſiniſtra periculoſa. 7. epid. in Carade.*

Convulſiones. Οἱ δὲ σπασμοὶ *convulſiones* ab elleboro, *5. aph. 1.* à medicamento poto *7 aph. 25.* à vulnere *5. aph. 2.* Σπασμὸς ἐν πυρετῷ χειρῶν καὶ ποδῶν πόνοι, κακοηθές, *autore Coo lib. 1. Coar. pranot. 31. Convulſio in febre, manuum ac pedum labores terrifici.* ὄρχεις τε καὶ αἰδοῖα ἀνεσπασμένα πόνους ἰσχυροὺς σημαίνει, καὶ σπασμὸν θανατώδεα. *3. Coar. pranot. Teſtes & pudenda contracta ſævos dolores prænuntiant, & convulſionem mortiferam.*

Singultus. SINGULTUS convulſivis motibus adfinis, in febribus cum virium debilitate & aliis pravis ſignis lethalis. Κοπώδεες, λυγγώδεες, κακοί. *Hipp. 1. coar. pranot. t. 47. Si quis in laborioſâ febre ſingultiat, morbo laborat peſſimo.* ἐπὶ ἐμέτῳ λὺγξ, κακόν, *Hipp. 7. aphor. 3. A vomitu ſingultus malum.* ἐπὶ φλεγμονῇ τοῦ ἥπατος λὺγξ, κακόν. *7. aphor. 17. Ab epatis inflammatione ſingultus malum.*

Tremor. TREMORES τρόμοι καὶ σπασμοτρομώδης periculoſi motus.

Horror. HORRORIBUS in præſagiendo locus. ἐπὶ ὑδρῶτι φρίκη, οὐ χρηστόν. *7. aph. 3. Poſt ſudorem horror, non bonum.*

RIGOR febri ardenti ἐπιγινόμενος, λύσις. *4. aphor. 58.* Econtra in febre non intermittente, ἤδη ἀσθενεῖ ἐόντι θανάσιμον, *ægro jam debili, lethale.*

Ὀδόντας συνερίζειν ἢ πρίειν, ᾧ μὴ συνηθές ἐκ παιδίου, *autore Coo 2. Coar. cap. 7.* μανικὸν καὶ θανάσιμον. *Collidere dentes, aut ſtridere, ſi cui à puero familiare non ſit, fanaticum atque mortiferum.*

CAPUT XVII

πρόγνωσιν ſalutis & mortis deſumit ab excretis.

Excreta. EXcretis multum debet prædictio tum ſalutaris tum lethalis, ſive per alvum *ſeceſſerint*, ſeu urinam, ſputa, vel tranſlati fuerint humores ad cutim, & apparuerint in abſceſſibus, retrò aures, ſub axillis, bubonibus, exanthematibus.

Præ-

Præſagia præbent, quatenus in his apparent COCTIONIS SIGNA, vel CRUDITATIS.

Omnia coctionis in iis ſigna ſemper bona, *autore Galeno 1. de criſibus cap. 8. & 3. de criſibus cap. 3.* quocunque morbi tempore, acſi in PRINCIPIO & primâ acceſſionis horâ adparuerint, celeritatem judicii ſignificant, & ſecuritatem, & fida ſunt, *1. de cris. cap. 5.* contrà ſigna CRUDITATIS mala ſunt. Hæc enim diu perſeverantia, ab initio, cum robore quidem virium, tarditatem judicii, morbi diuturnitatem & recidivam, cum imbecillitate verò, mortem ſignificant. *Coctionis ſigna ſemper bona.*

Viciſſitudo coctionis & cruditatis parem naturæ & morbi dominatum arguit, & pravum ſignum eſt. *Viciſſitudo mala.*

πεπ͂α COCTA appellantur hic excrementa, non quod perfectè ſint adſimilata naturæ concoquenti, quod ad formam vel natu: alia accidentia, ſed quod eam à naturali calore acquiſiverint elaborationem, quam ex propriâ diſpoſitione recipere potuerunt, proximè accedentem ad naturalia humorum accidentia. *Quid τὰ πεπ͂α.*

ὠμὰ CRUDA dicuntur, quæ ob magnum à naturali ſtatu receſſum hanc alterationem acquirere neſciunt. *Quid τὰ ὠμά.*

Differunt ὠμὰ καὶ ἄπεπ͂α. Ἄπεπ͂α, moderationem quandam recipere apta nata ſunt, ſed in gratiam cum naturâ redire nequeunt. Melancholia præter naturam talis eſt, & bilis æruginoſa, alienata planè à ſtatu naturali. Ὠμὰ cruda aliquam gratiam â naturâ recipere queunt. *Differunt τὰ ὠμὰ καὶ ἄπεπ͂α.*

GRADUS tres habet. DEBILIS & obſcura coctio, quæ in fine principii univerſalis morbi cernitur, ſalutaris æſtimatur, *1. de criſ. cap. 17.* MANIFESTA toto augmenti tempore etiam ſalutem prænunciat. PERFECTA in morbi ſtatu omninò ad ſalutem præſagiendam vim habet magnam. *Gradus coctionis,*

Eoſdem gradus habet ὠμότης, *cruditas*, & vel levem, vel mediocrem, vel magnam ad ſalutem vel mortem prædicendam itidem vim habet. INTEGRA cruditas in principio morbi dubiam ſpem præbet, meliorem, ſi non adſint ſigna abalienationis. In augmento malè ominari jubet. In ſtatu lethalem imminere exitum prædicit, *cruditatis.*

Convenientia πέψιος καὶ πεπασμοῦ

CONVENIUNT πέψις καὶ πεπασμὸς causâ efficiente, quæ eſt partium ſolidarum vivifica virtus, à corde manans. DISCONVENIUNT ratione modi, & materiæ. MODI ratione,
1. πέψις ἐστὶ τῶν πεπτομένων εἰς τὴν τοῦ πέπτοντος οὐσίαν ἀγωγή. ὁ δὲ πεπασμὸς πέψις τις τῶν παρὰ φύσιν. *Coctio ductus eſt ejus, quod coquitur, in ſubſtantiam ejus quod coquit: pepaſmus autem, quædam coctio eorum, quæ ſunt præter naturam.* πέψις perficitur adſimilando,
2. πεπασμὸς alterando. MATERIÆ ratione differentia eluceſcit in eo, quod πέψις ſit τῶν εἰσιόντων, προσφερομένων καὶ ἐμπροσφυτῶν, ingredientium rerum, *ciborum* nempe *naturæ conſocialium & conſentaneorum*, ὁ δὲ πεπασμὸς τῶν ἐξιόντων mitificatio *exeuntium ſeu rerum exitui præparatarum.*

Non ſufficit ſola coctio: neceſſaria etiam eſt expulſio.

Non ſufficit indicina coctionis ſola ad ſolutionem morbi, niſi I. expulſio adſit. Impediri hæc poteſt. Signum eſt hujus, quod accidentia non remittant. Aeger poteſt mori in ſtatu cum ſignis perfectæ coctionis, ſi expultrix vel languida vel im-
1. pedita excernere nequeat cocta excrementa. πεπασμὸς conjungi geſtit cum ἐρεθισμῷ, καὶ σκιῤῥώσει. In morbis thoracis licet cocta appareant ſputa, virtus tamen animalis ſit debilis, periculum vitæ oſtenditur, cum excerni nequeant. Pus coctum in inflammationibus internis, ſi vacuari nequeat per alvum, vel urinam, mala præbet omina.

2. II. Apparentibus ſignis coctionis quibuslibet non ſtatim eſt fidendum, ſed tum demum, cum utraque materia tam antecedens quàm conjuncta eſt cocta. Mori poteſt æger conjunctâ materiâ coctâ, antecedente incoctâ. Sic parotidibus ſuppuratis nihilominus interiere ancillæ Paſtoris & Eraſtionactæ, ab Hippocrate memoratæ. Tales enim poſt aures abſceſſus aliàs
3. malæ ſunt fidei, neque tutam præſtant ſtationem.

III. In morbis à materiâ heterogeneâ productis non eſt fidendum niſi coctione perfectâ apparente. Contingit non raрò unam coqui materiam, alterâ remanente crudâ. Hoc tem-
4. pore ſi ceſſet febris, metuenda recidiva.

IV. Signa cruditatis cum virium robore, diuturnitatem morbi, cum debilitate, mortem notant citam.

CAPUT

CAPUT XVIII.

præſagia excretorum ſpecialia 1. ex urina.

Magni hæc ſunt momenti. Cautela *Hippocratica libro progn.* notatu digna. *μὴ ἐξαπατάτω δὲ σε ἢν γε ἡ κύστις ἢς νόσημα ἔχουσα, τῶν οὔρων τὰ τοιαῦτα ἀποδιδῷ. οὐ γὰρ τοῦ ὅλου σώματος σημεῖον ἐστὶν, ἀλλ' αὐτῆς καθ' ἑωυτῆς. Neque verò tibi imponat veſica quoquo modó affecta, ſi hujusmodi urinas reddiderit. Non enim totius corporis, ſed ipſius per ſe indicium eſt.* *Cautela.*

τὰ διὰ τῆς κύστιος διαχωρέοντα, inquit Hipp. 7. aphor. 70. ὁρᾷν δεῖ, οἷα τοῖς ὑγιαίνουσιν ὑποχωρέεται· τὰ ἥκιστα οὖν ὅμοια τουτέοισι, ταῦτα νοσωδέστερα. τὰ δὲ ὅμοια τοῖσιν ὑγιαίνουσιν, ἥκιστα νοσερά. Quæ per veſicam excernuntur, inſpicere oportet, an talia ſint, qualia ſanis excernuntur. Quæ igitur minimè ſimilia ſunt iis, hæc morboſiora: Quæ verò ſanis ſimilia ſunt, hæc minimè morboſa. *Urinas inſpicienti naturalis ſtatus perpendendus.*

Repetit *Galenus 1. de criſibus, cap. 12. ἄριστον τὸ τῆς ὑγιαινόντων ὁμοιότατον οὖρον. Optima eſt urina ſanorum ſimilis.* Quo magis deflectit, eò pejor. *Optima ſanorum ſimilis.*

In urinâ continentur duæ partes: liquor & contenta. Utræque præſagiendi materiam præbent. *Duo in urina.*

IN LIQUORE occurrit *Liquoris. quantitas,*

I. QUANTITAS EXCEDENS, niſi fiat à nimio potu, mala eſt: ſignificat enim renum calidiorem intemperiem, vel colliquationem. Copioſa & involuntaria in acutis lethalis. 1.

PAUCA urina, ſi non fiat vitio renum aut veſicæ vel potus privationis, in diuturno vel acuto morbo, mala: ſequitur enim excretricis imbecillitatem, vel calorem exurentem. 2.

Suppreſſio totalis lethalis in hydrope, quia augentur aquæ. 3.

τὰ μετὰ ῥίγεος ἐπισχόμενα οὖρα πονηρὰ καὶ σπασμώδεα. Quæ cum rigore ſiſtuntur urinæ, pravæ. Hipp. 1. Coar text. 26.

II. QUALITAS. Tenues urinæ pravæ: notant enim cruditatem. *Qualitas.*

καυσώδεσι δὲ κατόχως κάκιστον οὖρον ἐστι τὸ ἔκλευκον. Iis autem, quos occupat febris ardens, aut iis, qui cum febre ſunt catochi, urina eſt peſſima, multùm alba. Hipp. Coar 3. tract. 4. c. 3. text. 23. 1.

2. *ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι τὰ οὖρα ἀναπεπραγμένα ὁκοῖον ὑποζυγίου teſte Hippo. ſ. 4. aphor. 70. τουτέοισι κεφαλαλγίαι ἢ πάρεισιν, ἢ παρέσονται. Quibus febricitantibus urina perturbata ſunt veluti jumentorum, iis dolores capitis vel adſunt, vel aderunt.*

3. *ἐκ καταψύξιος, οὔρων ἀπολήψιες, κακόν. Ex frigore, in ardentibus febribus, urina ſuppreſſio malum, 1. Coar. prænot. t. 5. p. 5.* Oritur enim ex intemperie febris calida. Omnis intemperies frigida, caloris vi nata, ſalutis deſperationem adfert.

Color. III. COLOR. *ὁκόσοισιν οὖρα διαφανέα λευκὰ, πονηρά. Quibus urina perſpicua ſunt & alba, mala. Hipp. 4. Aph. 72.*

1. 2. Viridis urina in principio morbi lethalis, in ſtatu, vicinam mortem ſignificat. *τὸ δ' ὑπόχλωρον εὐανθὲς, λευκὴν ἔχον ὑπόστασιν καὶ ταχεῖαν. Subviridis autem & florida, cui eſt alba hypoſtaſis, ipſam quoque citam criſin oſtendit. In Cois prænotionibus.*

IV. MODUS EXCRETIONIS etiam præſagit. INJUSSA urinæ excretio ſine voluntate prava. *τὰ οὐρούμενα μὴ ὑπομιμνῄσκόντων, ὀλέθρια. Quæ immemoribus funduntur urinæ, peſtifera.*

Contenta. CONTENTA etiam præbent ſalutem & mortem prædicendi fontem.

1. *οὖρον ἐν πυρετῷ λευκὴν ἔχον καὶ λείην ὑπόστασιν ἱδρυμένην. ταχεῖαν ἄφεσιν σημαίνει. Urina in febre, quæ albam & lævem habet hypoſtaſin atque conſtantem; toto morbi tempore, citam illius dimiſſio- oſtendit. In Coisnem prænotionibus l. 3. tr. 4. c. 3. t. 1.*

2. *Νεφέλαι δὲ ἐν οὔροισι, λευκαὶ μὲν καὶ κάτω, λυσιτελέες. ἐρυθραὶ δὲ καὶ μέλαιναι, καὶ πέλιαι δύσκολοι. At verò nebula in urinis, alba quidem & fundum verſus, utiles: rubra autem, & nigra, livida item, difficiles. Coar. Prænot. l. 3.*

τὸ δὲ ἀραχνιῶδες, συντήξιος. Illa verò, quæ habet velut telam araneæ, colliquamentum oſtendit. Coar. prænot. l. 3. tr. 4. c. 3.

3. *περίρροιαι μετὰ πόνου χολώδεες, ξυσματώδεες, πυώδεες, καὶ στραγγουριώδεες, οὐ νεφριτικαὶ,* quarum mentionem facit *Hippocrates 1. epidem com. 2. t. 7. κακόν. Urina effuſiones bilioſæ, atque cum dolore, purulentæ, ſtrigoſæ, ardorem excitantes in urethrâ, non contingentes vitio renum, pravæ.* Notant totius corporis excrementa per *σύντηξιν καὶ ἀναστοιχείωσιν* reſoluta.

CAPUT

CAPUT XIX

præſagia ſalutis & mortis depromit à dejectionibus.

DEjectio alvi OPTIMA his delineatur verbis *à Coo libro 4. Coar. prænot.* Διαχώρημα τῆς κοιλίης βέλτιστον, μαλθακόν, συνεστηκὸς ὑπόπυῤῥον μὴ σφόδρα δυσῶδες. Διαχωρέειν δὲ τὴν εἰθισμένην ὥρην. πλῆθος δὲ, πρὸς λόγον τῶν εἰσιόντων. *Dejectio alvi eſt optima, mollis, coagmentata, ſubruffa, nec valdè graveolens. Ipſam verò transmitti oportet quâ conſuevit horâ, & eâ copiâ, quæ aſſumptis reſpondeat.* Διαχώρημα optimum.

Quo longius ab his conditionibus receſſerit, tantò deterior, quantitate, qualitate, tempore, conjunctis. *Recedit à ſtatu naturali, quantitate.*

I. QUANTITAS malè ominoſa indicatur *à Coo 3. epid. 1.* ὑγρὸν διαχώρημα, καὶ ἀθρέων, καὶ κατὰ μικρὸν. κακόν τὸ μὲν γὰρ, ἀγρυπνίην. τὸ δὲ ἔκλυσιν τάχ' ἂν ποιήσῃ. *Dejectio liquida,* non molliter coagmentata, limitibus ſuis compreſſa, *quæ multum ac ſæpè movetur, aut ſæpè ac parùm, malefica: hæc enim vigilias, illa autem virium exſolutionem fortè intulerit.*

II. QUALITAS huc etiam pertinet. Λεπτὸν ἔπαφρον διαχώρημα, ὑδατόχολον ἔχον ὑπόστασιν πονηρόν. *Tenuis valdè ſpumans dejectio, cujus eſt aquea bilioſa hypoſtaſis, prava. Coar. 3. tr. 4. c. 4.* Siccisſima & nigra non coctionem notat, ſed toſtionem. *qualitate,*

III. TEMPUS dejectionis etiam conſiderandum. Quæ critico die fit, cum conferentiâ & tolerantiâ, ſalutaris. *tempore,*

IV. CONIUNCTA. ATRÆBILIS dejectio in morbi initio, lethalis, *4. aphor. 22.* in extenuatis ſi occurrat per vulnera, vel acutos morbos, τῇ ὑστεραίῃ ἀποθνήσκουσι, *poſtridie moriuntur. 4. aph. 23.* *conjunctis.* 1.

Τὰ χολώδεα τὰ μὲν ἀγαθὰ: τὰ δὲ φλαῦρα. Bilioſarum dejectionum duplex ratio. Una quidem τῶν κρισίμων καὶ καλῶν, *benè feliciterque ductarum,* cujusmodi ſunt bilis ſubruffæ flaveſcentis, quâ multum & rarò ſine fœtore fertur alvus ſolida, mollis & ſucciplena. ALTERA eſt τῶν κατακορεστέρων μᾶλλον τοῦ καιροῦ, καὶ ἀφρωδεστέρων, *ſaturatæ nimium bilis ac ſpumantis, quæ non minus excernendo infeſta eſt, quàm ſtabulando.* 2.

3. Αἷμα λαμπρὸν διαχωρέειν κακὸν ἄλλως τε κἂν ἤ τις ὀδύνη παρῇ. *Sanguinem deiiciendo clarum emitti, malum: idque cum alias, tùm ſi quis dolor adeſt. Coa. 3. tr. 4. c. 4.*

4. Κοιλίης ἀπόληψις, μικρὰ μέλανα σπυραθώδεα πρὸς ἀνάγκην χαλῶσα. μυκτὴρ τούτοισι ῥηγνύμενος κακόν. *Cum intercepta eſt alvus, & quæ coacta, globulis parvis ducitur, atque nigris, velut caprarum pilulis, tùm malè eſt ſanguinem profundi è naribus. Coar. 3. tr. 4. c. 4.*

5. VERMES in excrementis apparentes, in augmento & ſtatu morbi, ingentes ſignificant putredines, maximè verò mortui ſi ſunt, in ægro, qui valetudinis tempore generare non ſit ſolitus, ac ſi alia mala ſigna adſunt, ſunt lethales.

6. Econtra χρήσιμον δὲ καὶ ἕλμινθας στρογγύλας ξυνξιέναι μετὰ τοῦ διαχωρήματος, πρὸς τὴν κρίσιν ἰούσης τῆς νούσου, *profuerit etiam teretes vermes unà exire cum excrementis, dum morbus ad criſin progreditur. Coar. 3. tr. 4. c. 4.*

7. Καὶ τὸ ποικίλον καταπορὲς διαχώρημα φλαῦρον. *Varia item, ſatuuitaque dejectio, prava. Coar. 3. tr. 4. c. 4.*

8. Ἐν τῇσι τῆς κοιλίης ῥύσεσιν, αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων ὠφελέουσιν, ἢν μὴ ἐς τὰ πονηρὰ μεταβάλλῃ. *In profluviis alvi mutationes excrementorum juvant, niſi mala mutatio fiat. Hipp. 2. aph. 14.*

Modo. V. MODUS EXCRETIONIS etiam præſagit. Excretio ἀπὸ ταυτομάτου ſpontanea, quæ non pendet à προαιρέσει, nonnunquam mala, nonnunquam bona. Utramque complexus eſt *Cous.*

1. MALA eſt ἡ κοιλία ταραχθεῖσα ὑπὸ πλευρίτιδος ἐχομένῳ, ἢ περιπνευμονίης, ἢ ἐμπύῳ ἐόντι. *Alvi dejectio in pleuritico, &c.*

2. BONA eſt, ἐν ὑφύδρῳ, καὶ σπληνώδει, ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος ἐχομένῳ ταραχθεῖσα ἡ κοιλίη ἰσχυρῶς, *in aquoſo, lienoſo leucophlegmatico alvus perturbata.*

3. ἀπὸ κοιλίης λεπτὰ διιέναι μὴ αἰσθανομένῳ *inquit Hipp. 1. Coar. prænot.* καὶ ἐόντι παρ' ἑωυτοῦ, κακόν. οἷον ἡπατικῷ. *Liquida ferri ex alvo, non ſentienti, injuſſa, quamvis apud ſe ſit, peſtiferum, ut hepatico.*

4. Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης, καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι, τοῖσιν αὐτομάτως γενομένοισιν, *verba ſunt Hipp. 1. aphor. 2.* ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν. *In perturbationibus,*

tionibus ventris & vomitibus ſpontaneis, quæ fiunt naturæ magiſterio, *ſi talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & leviter ferunt.*

CAPUT XX.

Præſagia mortis & ſalutis ex vomitu.

VOMITUS ſecuriſſimus, ſi periodicus ſit, arte vel naturâ inſtitutus, in quo vacuantur, qualia conferunt. *Optimus vomitus.* Ἔμετος δὲ, *teſtante Hipp. suis prænotionibus* ὠφελιμώτατος καὶ ἀλυπότατος, ὁ φλέγματος καὶ χολῆς ξυμμεμιγμένος ὡς μάλιστα καὶ μὴ παχὺς κάρτα, μήτε πολὺς ἐμείσθω. *Vomitus autem multum habet utilitatis ac ſecuritatis, qui pituitam exhibet accuratè mixtam cum bile, ſi id quod vomitur, nec valdè ſit craſſum, nec multum.*

QUANTITAS. τὰ σμικρὰ ἐμέσματα χολώδεα κακὸν ἄλλως τε κ' ἢν ἐπαγρυπνήσωσι. *Exigui vomitus bilioſi malè habent ægrotos, idque cùm aliàs, tum ſi vigilias agitaverint. Coar. 3. tr. 3. c. 1.* *quantitate peccans.*

Pauci & frequentes in acutis ſunt lethales, quia ſummum ἐρεθισμὸν *irritamentum* cauſæ morbificæ & expultricis imbecillitatem ſignificant.

QUALITAS. τὰ δὲ ἀκρητέστερα τῶν ἐμουμένων, κακίω. *Sed ea quæ vomuntur meraciora, pejora. Coar. 3.* *qualitate,* 1.

Vomitus diverſorum excrementorum in principio acutorum, cum virium robore longitudinem morbi ſignificat, aut difficilem ejus ſolutionem, cum virium debilitate autem eſt lethalis. 2.

Vomitus χολῆς ἀκρήτου, ἢ πρασοειδοῦς, ἢ μέλανος, ἢ πελίου, *bilis impermiſta aut porracea, nigra, aut livida, Coar. prænot.* πάντων χρωμάτων, *omnium colorum*, κάρτα ὀλέθριον, *valde id peſtiferum.* 3.

Atra bilis in principio morborum acutorum ἄνω ἐπελθοῦσα, θανάσιμον, *ſuperne exiens, lethalis. 4. aphor. 22.* μέλαινα χολὴ ἐν μὲν ὀξέσιν ἄνωθεν φανεῖσα, κάρτα ὀλέθριον. *Atra bilis in acutis ægritudinibus apparens, oppidò mortifera eſt.* 4.

Αἷμα ἄνω μὲν, ὁκοῖον ἂν ᾖ, κακόν, ſanguinem ferri ſuprà, qualiscunque ſit, malum. 4. aph. 25. Id præcipuè verum, ſi id fiat in febre, ſi ſine febri, minus malum. *7. aph. 38.*

ODOR.

5. ODOR κακώδης fœtidi odoris pravus.

conjunctis. CONJUNCTA. Vermium evomitio in augmento & ſtatu acutarum febrium metum infert ſiniſtri eventus.

Symptomatum ratione SYMPTOMATUM ratione. ἐν ἐμέτῳ διψώδεα ἐόντα, ἄδιψον γίνεσθαι, κακόν. *In vomitu ſitibundum, ſitis expertem fieri malum.*
1. *3. Coar. prænot.*

2. Ἐν ἀκρήτοις ἐμέσεσι λύγξ καὶ σπασμὸς κακόν. *In meris vomitibus ſingultus & convulſio malum. lib. 3. Coar.*

CAPUT XXI.

prognoſtica ſalutis & mortis ex ſudoribus.

Sudor optimus. Ἱδρὼς μὲν ἄριστος, ὁ λύων τὸν πυρετὸν ἐν ἡμέρῃ κρισίμῳ. χρήσιμος κουφίζων. *Coar. prænot. lib. 3. Optimus eſt ſudor, qui die critico febrim exſolvit; utilis autem, qui levat.*

Declinans A regulâ hâc declinans qualitate, quantitate, tempore, mala præbet præſagia.

qualitate. ὁ δὲ ψυχρὸς, καὶ μοῦνον περὶ κεφαλὴν καὶ τράχηλον γινόμενος,
1. φλαῦρος· καὶ γὰρ χρόνον καὶ κίνδυνον σημαίνει. *Frigidus, quique ſolùm circà caput exſudat, pravus.* Etenim ad diuturnitatem & ad periculum talis apparet.

2. Frigidus in febre acutâ mortem, cum mitiore autem febre longitudinem morbi ſignificat. *4. aphoriſm. 37.* Frigidus in febre non criticè apparens ſine conferentiâ cum virium imbecillitate mortem notat.

quantitate. Ἐφίδρωσις pauca ſudatio ferè ſemper mala. ἐν πυρετῷ μὴ διαλείποντι κακοήθης. *In febre non intermittente mali eſt moris.* Οἱ ἐφιδροῦντες ἐν πυρετῷ κακοήθεες. *Qui exiguo madent ſudore, cum febre in metu ſunt mortis.* Sudor κεγχρώδης καὶ δροσώδης miliaris & roſcidus in facie & cervice metum affert ſiniſtri judicii.

1. Ἐφίδρωσις duplex 1. ab imbecillitate naturæ & totius compagis cum ſuccum alibilem exſolutæ partes nequeunt retinere.
2. Talis apparuit in Pithyone, cum ille animam exhalaret. 2. A particulari redundantiâ humoris naturam turbantis, in certâ aliquâ parte, capite, cervice. Hæc prodeſt nonnunquam, illa nunquam.

Sudor

Sudor triplici fit modo : 1. excretionis 2. reſolutionis. 3. oppreſſionis. Primus modus fit κατὰ τάσιν τινά : duo poſtremi κατὰ λύσιν. τάσις locum habet in ſudoribus excretoriis criticis : λύσις in diaphoreticis & colliquativis. Prior arguit naturæ robur & ſalutem promittit : alter laxitatem & ſiniſtrum eventum. In febribus malignis vicinam mortem, in chronicis tabem notat. 3.

Ἐπὶ ἱδρῶτι φρίκη, autore Hippocrate 7. aphoriſm: 4. οὐ χρηστόν. Poſt ſudorem horror minimè bonum ſignum. 4.

CAPUT XXII.

prognoſtica ſalutis & mortis ab hæmorrhagiâ.

QUemadmodum cæteræ omnes judicatoriæ cauſæ parcę in acutis febribus ; ita etiã ſanguinis ſtillicidia EXIGUA prava, malæ fidei, inferunt ἀκρισίαν, δυσκρισίαν, malorum relapſum, imò ipſam mortem. Melius eſt naturam quieſcere, quàm aliquid fruſtrà moliri. *Pauca hæmorrhagia mala.* 1.

στάξις ἀπὸ ῥινῶν αἵματος, μυκτὴρ ἀποστάζων, ὀλέθριον. Subſtillum ſanguinis narium mortiferum, autore *Hippocrate in cois prænot.* 2.

Nullum ſtillicidium in bono ducendum : contrà δύσκριτον ἢ θανατῶδες, *aut pravi judicii, aut omninò mortiferum* exiſtit. Ac δύσκριτον quidem in qualitate bonâ ſanguinis : θανατῶδες verò in malâ ; qualis eſſe ſolet ſanguinis meracioris & nigri, ut in Philiſco & Pario ſuprà Dianæ ædem habitante, febre acutâ laborante. *3. epidem. ſect. 3. hiſtoriâ 1.*

Biſtillum ſanguinis tantò pejus : notat enim, naturam bis irrito tentari conatu. 3.

Non ita catholica eſt hæc ſententia, ut non recipiat διορισμόν, *diſtinctionem ſeu limitationem quandam.* Interdum indicatorio die στάξις apparens tantùm abeſt, ut ſit funeſta, quin potiùs ſalutarem ſeptimo vel ſexto futuram hæmorrhagiam nunciet. Id appoſitè illuſtrari poteſt exemplo Metonis *1. epid. com. 3. t. 24* Huic quartâ die apparentibus pepaſmi ſignis in urinâ, ſanguis paulatim fluxit de nare, poſteà verò affatim profluente eodem, & ſudore accedente, feliciter judicatus eſt quinto die, cum fotu capitis Hippocrates naturam admoneret. *Non eſt catholica hæc ſententia.*

LIBERALES hæmorrhagias propriam ardentium criſin eſſe docuit *Galenus*. Et *lib. 1. prognoſt. c. 35.* inflammato epate *αἱμοῤῥαγεῖν* optimum eſſe dicit. In quacunque diſpoſitione inflammatoria, συστροφικὴ δυναμίς τίς ἐστι in certâ ferociens parte. Excretio ejus ſalutaris, modò liberalis.

Κατ' ἴξιν bona. Loci ratione hæmorrhagia etiam conſideranda. Κατ' ἴξιν è directo omnis bona. τὸ ἀνάπαλιν, *ſcribit Hipp. 2. Coac. prænot.* *αἱμοῤῥαγέειν πονηρόν. οἷον ἐπὶ σπλῆνι μεγάλῳ, ἐπὶ τῶν δεξιῶν. Sanguinem è diverſo fluere, malum eſt: ut in liene magno, è dextris.*

CAPUT XXIIII.

Ex ſputo prædicitur ſalus & mors.

Sputum. PEr πτύελον, πτύσμα *ſputum* ἁπλῶς dictum intelligitur; quicquid per os excernitur ſine vomitione, 1. ſimplici ſpuitione, 2. ſcreatu, 3. tuſſi. Per excellentiam tamen nomine hoc deſignatur excrementum illud, quod è pulmonibus tuſſiendo per os excluditur, & propriè dici poteſt EXPECTORATUM.

pleuriticorum, 1. temporis ratione. EX PLEURITICORUM & PERIPNEUMONICORUM SPUTO prædictiones varias propoſuit *Hippocrates in Coïs prænotionibus.* Innuitur benè ſperandum, ratione TEMPORIS & MODI. Ἀνακάθαρσις καὶ ἀνάπτυσις cita eſſe debet, & facilis in PRINCIPIO, ἔνδον τριῶν ἡμέρων, quod trium vel quatuor dierum ſpatio circumſcribitur. In *aphoriſmis* utitur voce αὐτίκα, in *coïs prænotionibus* ἐπιτείως καὶ ταχέως.

2. qualitatis ratione, bonum flavū. QUALITATIS ratione bonum eſt ſputum, ὅταν μεμῖχθαι τὸ ξανθὸν ἰσχυρῶς τῷ πτυέλῳ, *cum miſtum eſt flavum plurimum ſputo.*

Ratio. FLAVO miſtum eſſe debet, quod exſpuitur, quia pleuriticæ inflammationes à birioſo oriuntur ſanguine, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ. Tale ſputum indicat morbifici humoris evacuationem, & inchoatam coctionem, victrice naturâ, cujus proprium munus eſt coctio atque mixtio.

probum. *Αἱ ἀναχρέμψιες ἐν τοῖσι πυρετοῖσι μὴ διαλείπουσιν πελιδναὶ, καὶ αἱματώδεες καὶ δυσώδεες κακόν. Excretiones in febribus continuis lividæ, cruentæ, fœtidæ, malum. 4. aphor. 47.*

SI M-

SIMPLICIA SPUTA, ſine inflammatione & febre, in affectibus thoracis bona ſunt, alba, levia, æqualia, modicè craſſa, nullo colore pravo infecta, μὴ ἐκτεθηλυσμένα *non effœminata*. *Bona in aliis morbis.*

CAPUT XXIV.

Prædictio ſalutis & mortis ex motibus naturæ ad cutim καὶ ἀπόστασιν, ſeu abſceſſibus decretoriis.

CUtaneæ excretiones duæ ſunt: abſceſſus & exanthemata.

I. ABSCESSUUM BONORUM conditiones propoſuit *Hippocrates 6. epid. com. 1. t. 13.* Φύματα ἔξω ἐξοιδέοντα, καὶ τὰ ἀποξέα, καὶ κορυφώδεα, καὶ τὰ ὁμαλῶς ξυμπεπαινόμενα, καὶ μὴ περισκληρέα, καὶ κατάρροπα, καὶ μὴ δίκροα ἀμείνω. *Tubercula* foris *extumeſcere debent, acuminata, in turbinem gracileſcentia, æqualiter matureſcentia, non circum dura, declivia infrà locum adfectum, & non bifida, meliora.* II. Apparentibus coctionis ſignis ſalutares demum ſunt abſceſſus. III. in die decretorio. IV. in loco κατ' ἴξιν ἢ ἀντιθυρίαν, directè oppoſito. V. in parte à foco mali remotiſſimâ, externâ, & inferiore, brachiis vel pedibus. VI. adeoq; parte ignobiliori. Hinc in articulo coxendicis tuberculum noxium. VII. colore rubro. VIII. magnitudine mediocri, quæ ſufficientem copiam evacuare queat, nec tamen majore, quàm ſuſtineri queat. IX. MODUS EGRESSUS ſubitaneus notat bonitatem, ſi fiat ἀθρόως οὐχ' ἡμιρρόπως, ἀνάξιος τῆς μεταβολῆς, *confertim, non imperfectè, condignus tantâ mutatione,* & effatu dignus. X. SUPPURATIONE terminari optimum, & evacuari. XI. MORBUM MINUERE. XII. PUS exiens debet eſſe laudabile.

Abſceſſuum bonorum conditiones. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

MALI ſunt contrario modo ſe habentes.

ΠΑΡΩΤΙΔΕΣ pertinent ad abſceſſus. De his *Coæprænotiones.* τὰ δὲ ὀδυνηρῶς παρ' οὖς ἀνιστάμενα, ὀλέθρια, *quæ dolenter ad aurem adſurgunt, peſtifera.* Exſurgunt parotides, toto corpore deponente morbificam materiam per arterias in glandulas poſt aures. Cum parvi ſunt abſceſſus, in maximis & acutiſſimis febribus, materiâ multâ peccante, naturam ſublevare non poſſunt. Si majores ſunt, quàm ut ſalvis viribus ferri poſſint, itidem lethales ſunt. *Parotides pravæ.*

Salutares. SALUTARES nonnunquam ſunt, febrium acutarum ſuccedaneæ, quamvis & ſpecie, quod ſint igneæ, rubræ, & dolorificæ, & ſuppurati expuratique vacuitate, videantur funeſtæ, ſi SALUTARIBUS CONJUNGANTUR SIGNIS, DIARRHOEÆ, & COPIOSIS URINIS &c. In Clazomenio *ægroto 10. primi epidem. comm. 3.* ad alvum converſâ materiâ, ſalutaris ſequebatur eventus.

Bubones. BUBONES ad abſceſſus pertinentes præſagi ſunt ſalutis & mortis. Irriti ſunt abſceſſus, naturam non abſolventes, ſi FIXI cum dolore fixo permaneant. Si verò MOBILES, non adeò impacti, ut ad alia loca ignobiliora peccantem materiam derivare queant, minori ſunt junctæ periculo. Sic Herophonti *1. epidem. hiſtor. 3.* doluit quidem bubo, ſed mox doloris illius fugacis materia derivata fuit ad crura, totius morbificæ materiæ capacia.

Exanthemata. EXANTHEMATA in purpuratis febribus pulicaria, petechialia, lenticularia in principio acutarum febrium apparentia nihil boni præſagiunt, cum fiant ſymptomaticè, & cum magno recurſûs ad interiora metu.

Variolæ & morbilli. VARIOLÆ & MORBILLI, ſimplices ex ſolâ ebullitione natæ, ſalutares eſſe ſolent: cum verò ſingularis malignitas iis conjuncta, vitæ intentant periculum.

CAPUT XXV

fons prædictionis ſalutis & mortis, qui aperitur à qualitatibus mutatis, quas viſus animadvertit.

VISIBILES QUALITATES oculis occurrentes meritò primum occupant locum.

Colores in toto. COLORES magni æſtimantur in toto & in partibus.

Icterus. IN TOTO. Ἴκτεροι οἷσιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐπιγίνονται πρὸ τῶν ἑπτὰ ἡμερέων, κακόν. *Quibus in febribus morbus regius ante ſeptimum diem accidit, malum. 4. aphoriſm. 62.* Poſt ſeptimum, bonum, ἢν μὴ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον σκληρὸν ᾖ, *niſi hypochondrium dextrum*

trum

rum ſit durum. Uterque aphoriſmus repetitur *1. coarum, & lib. 1. prænot. textu 127.*

Hermocrates ſexto morbi die factus ictericus, tandem obiit. *Exemplum Hermocratis.*

Ἰκτερικοὶ κατακορέες, θνήσκουσι. λευκὸν διαχώρημα τουτέοισι προσδιέρχεται. *Icterici multum fœdati pereunt. Alba dejectio iis unà ſecedit.* *Confirmatio. 1. Coar. pr.* Hoc effatum *Hippocratis* lethale in febribus ſymptoma proclamat icterum κακοπραγοῦντος τοῦ ἥπατος διὰ σκιῤῥὸν, φλεγμονὴν, καὶ ἔμφραξιν. Et tantò certior funeſtus exitus, διὰ τάχεος ἀποκτείνων, *celerius interficiens,* ἣν μὲν ἡ χροίη ὅλη σιδιοειδὴς, σφόδρα δὲ χλωροτέρη, οἷον οἱ σαῦροι οἱ χλωροὶ, παρόμοιος δὲ ὁ χρώς. καὶ τοῦ οὔρου ὑφίσταται, οἷον ὀρόβιον πυῤῥόν. *Si color univerſus ſimilis cortici mali granati, lacertis virore ſimilis. Similis enim his color.* Urinæ *hypoſtaſis eſt orobea ruffa.*

Spem tamen vitæ præbet talis icterus, quantumvis periculi plenus videatur, ſi ſpontanea critica vacuatio, διαῤῥοίας, περιῤῥοίας, καὶ αἱμοῤῥαγίας, *alvi, urinæ, aut ſanguineus narium fluxus appareat.* *Exceptio.*

Icterus colicæ ſuccedaneus, ſanabilis, factâ fecibus obſtruentibus viâ σκιῶν δίκην, *umbræ modo* corpore remoto evaneſcit. *Icterus colicus ſanabilis.*

Τὸ πελιδνὸν καὶ μέλαν, *lividus & niger color* etiam attendendi. Τὰ πελιδνὰ, *inquit Hippocrates Coarum prænot. lib. 1. textu 72.* γινόμενα ἐν πυρετῷ σύντομον θάνατον σημαίνει. *Quæ livent in febre, mortem ſignificant brevi venturam.* Τὸ πελιδνὸν γὰρ σημεῖον ἐστὶ τοῦ σβέννυσθαι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν. *Signum lividum enim eſt ſignum extincti nativi caloris.* Livido niger omninò eſt deterior: νέκρωσιν *mortificationem* enim abſolutam magnâ ex parte ſignificat. *Lividus color pravum indicium.*

Cum Hippocrates nigrorem minus malum dicit quàm livorem, intelligit nigrorem quendam criticum, ſignificans ad extima materiam morbi fomitem abſceſſiſſe. *Objectio reſolvitur.*

Ὅκου ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, καὶ ἢν τὸ σῶμα καταψύχηται ἢ αὖθις θερμαίνηται, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνεται, μῆκος νούσου σημαίνει. *Et ubi in toto corpore mutationes fiunt, & modò corpus frigeſcit, modò caleſcit, aut color alius ab alio fit, morbi longitudinem ſignificant. 4. aphor. 40.* *Mutatio coloris periculoſa.*

Convenientia πέψιος καὶ πεπασμοῦ

CONVENIUNT πέψις καὶ πεπασμὸς causâ efficiente, quæ eſt partium ſolidarum vivifica virtus, à corde manans. DISCONVENIUNT ratione modi, & materiæ. MODI ratione,

1. πέψις ἐστὶ τῶν πεπτομένων εἰς τὴν τοῦ πέπτοντος οὐσίαν ἀγωγή. ὁ δὲ πεπασμὸς πέψις τις τῶν παρὰ φύσιν. *Coctio ductus eſt ejus, quod coquitur, in ſubſtantiam ejus quod coquit: pepaſmus autem, quædam coctio eorum, quæ ſunt præter naturam.* πέψις perficitur adſimilando, πεπασμὸς alterando.

2. MATERIÆ ratione differentia eluceſcit in eo, quod πέψις ſit τῶν εἰσιόντων, προσφερομένων καὶ ἐμπροσφυτῶν, ingredientium rerum, *ciborum* nempe *naturæ conſocialium & conſentaneorum*, ὁ δὲ πεπασμὸς τῶν ἐξιόντων mitificatio *exeuntium ſeu rerum exitui præparatarum.*

Non ſufficit ſola coctio: neceſſaria etiam eſt expulſio.

Non ſufficit indicina coctionis ſola ad ſolutionem morbi, niſi I. expulſio adſit. Impediri hæc poteſt. Signum eſt hujus, quod accidentia non remittant. Aeger poteſt mori in ſtatu cum ſignis perfectæ coctionis, ſi expultrix vel languida vel impedita excernere nequeat cocta excrementa.

1. πεπασμὸς conjungi geſtit cum ἐρεθισμῷ, καὶ ἐκκρίσει. In morbis thoracis licet cocta appareant ſputa, virtus tamen animalis ſit debilis, periculum vitæ oſtenditur, cum excerni nequeant. Pus coctum in inflammationibus internis, ſi vacuari nequeat per alvum, vel urinam, mala præbet omina.

2. II. Apparentibus ſignis coctionis quibuslibet non ſtatim eſt fidendum, ſed tum demum, cum utraque materia tam antecedens quàm conjuncta eſt cocta. Mori poteſt æger conjunctâ materiâ coctâ, antecedente incoctâ. Sic parotidibus ſuppuratis nihilominus interiere ancillæ Paſtoris & Eraſtionactæ, ab Hippocrate memoratæ. Tales enim poſt aures abſceſſus aliàs

3. malæ ſunt fidei, neque tutam præſtant ſtationem.

III. In morbis à materiâ heterogeneâ productis non eſt fidendum niſi coctione perfectâ apparente. Contingit non raro unam coqui materiam, alterâ remanente crudâ. Hoc tem-

4. pore ſi ceſſet febris, metuenda recidiva.

IV. Signa cruditatis cum virium robore, diuturnitatem morbi, cum debilitate, mortem notant citam.

CAPUT

CAPUT XVIII.

præſagia excretorum ſpecialia 1. ex urina.

Magni hæc ſunt momenti. Cautela *Hippocratica libro prognoſt.* notatu digna. μὴ ἐξαπατάτω δέ σε ἢν γε ἡ κύστις νόσημα ἔχουσα, τῶν οὔρων τὰ τοιαῦτα ἀποδιδῷ, οὐ γὰρ τοῦ ὅλου σώματος σημεῖον ἐστὶν, ἀλλ' αὐτῆς καθ' ἑωυτῆς. *Neque verò tibi imponat veſica quoquo modò affecta, ſi hujusmodi urinas reddiderit. Non enim totius corporis, ſed ipſius per ſe indicium eſt.* *Cautela.*

τὰ διὰ τῆς κύστιος διαχωρέοντα, *inquit Hipp. 7. aphor. 70.* ὁρᾷν δεῖ, οἷα τοῖς ὑγιαίνουσιν ὑποχωρέεται· τὰ ἥκιστα οὖν ὅμοια τουτέοισι, ταῦτα νοσωδέστερα. τὰ δὲ ὅμοια τοῖσιν ὑγιαίνουσιν, ἥκιστα νοσερά. *Quæ per veſicam excernuntur, inſpicere oportet, an talia ſint, qualia ſanis excernuntur. Quæ igitur minimè ſimilia ſunt iis, hæc morboſiora: Quæ verò ſanis ſimilia ſunt, hæc minimè morboſa.* *Urinas inſpicienti naturalis ſtatus perpendendus.*

Repetit *Galenus 1. de criſibus, cap. 12.* ἄριστον τὸ τῆς ὑγιαινόντων ὁμοιότατον οὖρον. *Optima eſt urina ſanorum ſimilis.* Quo magis deflectit, eò pejor. *Optima ſanorum ſimilis.*

In urinâ continentur duæ partes: liquor & contenta. Utræque præſagiendi materiam præbent. *Duo in urina.*

IN LIQUORE occurrit *Liquoris quantitas,*

I. QUANTITAS EXCEDENS, niſi fiat à nimio potu, mala eſt: ſignificat enim renum calidiorem intemperiem, vel colliquationem. Copioſa & involuntaria in acutis lethalis. 1.

PAUCA urina, ſi non fiat vitio renum aut veſicæ vel potus privationis, in diuturno vel acuto morbo, mala: ſequitur enim excretricis imbecillitatem, vel calorem exurentem. 2.

Suppreſſio totalis lethalis in hydrope, quia augentur aquæ. 3.

τὰ μετὰ ῥίγεος ἐπισχόμενα οὖρα πονηρὰ καὶ σπασμώδεα. *Quæ cum rigore ſiſtuntur urinæ, pravæ. Hipp. 1. Coac. text. 26.*

II. QUALITAS. Tenues urinæ pravæ: notant enim cruditatem. *Qualitas.*

καυσώδεσι δὲ κατόχως κάκιστον οὖρος ἐστὶ τὸ ἔκλευκον. *Iis autem, quos occupat febris ardens, aut iis, qui cum febre ſunt catochi, urina eſt peſſima, multùm alba. Hipp. Coac. 3. tract. 4. c. 3. text. 23.* 1.

2. ὁκόσοισι δὲ ἐν πυρετοῖσι τὰ οὖρα ἀνατεταραγμένα οἷον ὑποζυγίου *teſte Hippo. ſ. 4. aphor. 70.* τουτέοισι κεφαλαλγίαι ἢ πάρεισιν, ἢ παρέσονται. *Quibus febricitantibus urinæ perturbata ſunt veluti jumentorum, iis dolores capitis vel adſunt, vel aderunt.*

3. ἐκ καταψύξιος, οὔρων ἀπολήψιες, κακόν. *Ex frigore, in ardentibus febribus, urinæ ſuppreſſio malum, 1. Coar. prænot. t. 5. p. 5.* Oritur enim ex intemperie febris calida. Omnis intemperies frigida, caloris vi nata, ſalutis deſperationem adfert.

Color. III. COLOR. Ὁκόσοισιν οὖρα διαφανέα λευκά, πονηρά. *Quibus urinæ perſpicua ſunt & alba, mala. Hipp. 4. Aph. 72.*

1.

2. Viridis urina in principio morbi lethalis, in ſtatu, vicinam mortem ſignificat. τὸ δ᾽ ὑπόχλωρον ἀνθὲς, λευκὴν ἔχον ὑπόστασιν καὶ ταχεῖαν. *Subviridis autem & florida, cui eſt alba hypoſtaſis, ipſam quoque citam criſin oſtendit. In Cois prænotionibus.*

IV. MODUS EXCRETIONIS etiam præſagit. INJUSSA urinæ excretio ſine voluntate prava. τὰ οὐρεύμενα μὴ ὑπομνησάντων, ὀλέθρια. *Quæ immemoribus funduntur urinæ, peſtifera.*

Contenta. CONTENTA etiam præbent ſalutem & mortem prædicendi fontem.

1. οὖρον ἐν πυρετῷ λευκὴν ἔχον καὶ λείην ὑπόστασιν ἱδρυμένην. ταχεῖαν ἄφεσιν σημαίνει. *Urina in febre, quæ albam & levem habet hypoſtaſin atque conſtantem; toto morbi tempore, citam illius dimiſſio- oſtendit. In Coiunem prænotionibus l. 3. tr. 4. c. 3. t. 1.*

2. Νεφέλαι δὲ ἐν οὔροισι, λευκαὶ μὲν καὶ κάτω, λυσιτελέες. ἐρυθραὶ δὲ καὶ μέλαιναι, καὶ πέλιαι δύσκολοι. *At verò nebulæ in urinis, alba quidem & fundum verſus, utiles: rubra autem, & nigra, lividæ item, difficiles. Coar. Prænot. l 3.*

τὸ δὲ ἀραχνῶδες, συντήξιος. *Illa verò, quæ habet velut telam araneæ, colliquamentum oſtendit. Coar. prænot. l. 3. tr. 4. c. 3.*

3. περίρροιαι μετὰ πόνου χολώδεες, ξυσματώδεες, ποιώδεες, καὶ στραγγουριώδεες, οὐ νεφριτικαὶ, quarum mentionem facit *Hippocrates 1. epidem com. 2. t. 7.* κακόν. *Urinæ effuſiones biliosæ, atque cum dolore. purulentæ, ſtrigoſæ, ardorem excitantes in urethrâ, non contingentes vitio renum, pravæ.* Notant totius corporis excrementa per σύντηξιν καὶ ἀναστοιχείωσιν reſoluta.

CAPUT

CAPUT XIX

præſagia ſalutis & mortis depromit à dejectionibus.

DEjectio alvi OPTIMA his delineatur verbis *à Coo libro 4. Coar. prænot.* Διαχώρημα τῆς κοιλίης βέλτιστον, μαλθακόν, συνεστηκὸς ὑποπύῤῥον μὴ σφόδρα δυσῶδες. Διαχωρέειν δὲ τὴν εἰθισμένην ὥρην. πλῆθος δὲ, πρὸς λόγον τῶν εἰσιόντων. *Dejectio alvi eſt optima, mollis, coagmentata, ſubruffa, nec valdè graveolens. Ipſam verò transmitti oportet quâ conſuevit horâ, & eâ copiâ, quæ aſſumptis reſpondeat.* Διαχώρημα optimum.

Quo longius ab his conditionibus receſſerit, tantò deterior, quantitate, qualitate, tempore, conjunctis. *Recedit à ſtatu naturali,*

I. QUANTITAS malè ominoſa indicatur *à Coo 3. epid. 1.* ὑγρὸν διαχώρημα, καὶ ἀθρέων, καὶ κατὰ μικρόν. κακὸν τὸ μὲν γὰρ, ἀγρυπνίην. τὸ δὲ ἔκλυσιν τάχ' ἂν ποιήσῃ. *Dejectio liquida,* non molliter coagmentata, limitibus ſuis compreſſa, *quæ multum ac ſæpè movetur, aut ſæpè ac parùm, malefica: hæc enim vigilias, illa autem virium exſolutionem fortè intulerit.* *quantitate.*

II. QUALITAS huc etiam pertinet. Λεπτὸν ἔπαφρον διαχώρημα, ὑδατόχολον ἔχον ὑπόστασιν πονηρόν. *Tenuis valdè ſpumans dejectio, cujus eſt aquea bilioſa hypoſtaſis, prava. Coar. 3. tr. 4. c. 4.* Sicciſſima & nigra non coctionem notat, ſed toſtionem. *qualitate,*

III. TEMPUS dejectionis etiam conſiderandum. Quæ critico die fit, cum conferentiâ & tolerantiâ, ſalutaris. *tempore,*

IV. CONIUNCTA. ATRÆBILIS dejectio in morbi initio, lethalis, *4. aphor. 22.* in extenuatis ſi occurrat per vulnera, vel acutos morbos, τῇ ὑστεραίῃ ἀποθνήσκουσι, *poſtridie moriuntur. 4. aph. 23.* *conjunctis.* 1.

Τὰ χολώδεα τὰ μὲν ἀγαθὰ: τὰ δὲ φλαῦρα. Bilioſarum dejectionum duplex ratio. Una quidem τῶν χρησίμων καὶ καλῶν, *benè feliciterque ductarum,* cujusmodi ſunt bilis ſubruffæ flaveſcentis, quâ multum & raró ſine fœtore fertur alvus ſolida, mollis & ſucciplena. ALTERA eſt τῶν κατακορεστέρων μᾶλλον τοῦ καιροῦ, καὶ ἀφρωδεστέρων, *ſaturata nimium bilis ac ſpumantis, quæ non minus excernendo infeſta eſt, quàm ſtabulando.* 2.

3. *Αἷμα λαμπρὸν διαχωρέειν κακὸν ἄλλως τε κἂν ἤ τις ὀδύνη παρῇ. Sanguinem dejiciendo clarum emitti, malum: idque cum alias, tùm ſi quis dolor adeſt. Coa. 3. tr. 4. c. 4.*

4. *Κοιλίης ἀπόληψις, μικρὰ μέλανα πυραθώδεα πρὸς ἀνάγκην χαλῶσα. μυκτῆρ τούτοισι ῥηγνύμενος κακόν. Cum intercepta eſt alvus, & quæ coacta, globulis parvis ducitur, atque nigris, velut caprarum pilulis, tùm malè eſt ſanguinem profundi è naribus. Coar. 3. tr. 4. c. 4.*

5. VERMES in excrementis apparentes, in augmento & ſtatu morbi, ingentes ſignificant putredines, maximè verò mortui ſi ſunt, in ægro, qui valetudinis tempore generare non ſit ſolitus, ac ſi alia mala ſigna adſunt, ſunt lethales.

6. Econtra *χρήσιμον δὲ καὶ ἑλμίνθας στρογγύλας ξυνεξιέναι μετὰ τοῦ διαχωρήματος, πρὸς τὴν κρίσιν ἰούσης τῆς νούσου, profuerit etiam teretes vermes unà exire cum excrementis, dum morbus ad criſin progreditur. Coar. 3. tr. 4. c. 4.*

7. *Καὶ τὸ ποικίλον κατακορὲς διαχώρημα φλαῦρον. Varia item, ſaturataque dejectio, prava. Coar. 3. tr 4 c. 4.*

8. *Ἐν τῇσι τῆς κοιλίης ῥύσεσιν, αἱ μεταβολαὶ τῶν διαχωρημάτων ὠφελέουσιν, ἢν μὴ ἐς τὰ πονηρὰ μεταβάλλῃ. In profluviis alvi mutationes excrementorum juvant, niſi mala mutatio fiat. Hipp. 2. aph. 14.*

Modo. V. MODUS EXCRETIONIS etiam præſagit. Excretio ἀπὸ ταυτομάτου ſpontanea, quæ non pendet à προαιρέσει, nonnunquam mala, nonnunquam bona. Utramque complexus eſt *Cous.*

1. MALA eſt *ἡ κοιλία ταραχθεῖσα ὑπὸ πλευρίτιδος ἐχομένῳ, ἢ περιπνευμονίης, ἢ ἐμπύῳ ἐόντι. Alvi dejectio in pleuritico, &c.*

2. BONA eſt, *ἐν ὑφύδρῳ, καὶ σπληνώδει, ὑπὸ λευκοῦ φλέγματος ἐχομένῳ ταραχθεῖσα ἡ κοιλίη ἰσχυρῶς, in aquoſo, lienoſo leucophlegmatico alvus perturbata.*

3. *ἀπὸ κοιλίης λεπτὰ διιέναι μὴ αἰσθανομένῳ* inquit *Hipp 1. Coar. prænot. καὶ ἑκόντι παρ᾽ ἑωυτοῦ, κακόν. οἷον ἡπατικῷ. Liquida ferri ex alvo, non ſentienti, injuſſa, quamvis apud ſe ſit, peſtiferum, ut hepatico.*

4. *Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης, καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι, τοῖσιν αὐτομάτως γενομένοισιν, verba ſunt Hipp. 1 aphor. 2. ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν. In perturbationibus,*

tionibus ventris & vomitibus ſpontaneis, quæ fiunt naturæ magiſterio, *ſi talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & leviter ferunt.*

CAPUT XX.

Præſagia mortis & ſalutis ex vomitu.

VOMITUS ſecuriſſimus, ſi periodicus ſit, arte vel naturâ inſtitutus, in quo vacuantur, qualia conferunt. *Optimus vomitus.* Ἔμετος δὲ, *teſtante Hipp. cois prænotionibus* ὠφελιμώτατος καὶ ἀλυπότατος, ὁ φλέγματος καὶ χολῆς ξυμμεμιγμένος ὡς μάλιστα καὶ μὴ παχὺς κάρτα, μήτε πολὺς ἐμείσθω. *Vomitus autem multum habet utilitatis ac ſecuritatis, qui pituitam exhibet accuratè mixtam cum bile, ſi id quod vomitur, nec valdè ſit craſſum, nec multum.*

QUANTITAS. τὰ σμικρὰ ἐμέσματα χολώδεα κακὸν ἄλλως τε κ' ἢν ἐπαγρυπνήσωσι. *Exigui vomitus biliosi malè habent ægrotos, idque cùm aliàs, tum ſi vigilias agitaverint. Coar. 3. tr. 3. c. 1.* *quantitate peccans.*

Pauci & frequentes in acutis ſunt lethales, quia ſummum ἐρεθισμὸν *irritamentum* cauſæ morbificæ & expultricis imbecillitatem ſignificant.

QUALITAS. τὰ δὲ ἀκρητέστερα τῶν ἐμουμένων, κακίω. *Sed ea quæ vomuntur meraciora, pejora. Coar. 3.* *qualitate, 1.*

2. Vomitus diverſorum excrementorum in principio acutorum, cum virium robore longitudinem morbi ſignificat, aut difficilem ejus ſolutionem, cum virium debilitate autem eſt lethalis.

3. Vomitus χολῆς ἀκρήτου, ἢ πρασοειδοῦς, ἢ μέλανος, ἢ πελίου, *bilis impermiſta aut porracea, nigra, aut livida, Coar. prænot.* πάντων χρωμάτων, *omnium colorum*, κάρτα ὀλέθριον, *valde id peſtiferum.*

4. Atra bilis in principio morborum acutorum ἄνω ἐπελθοῦσα, θανάσιμον, *ſuperne exiens, lethalis. 4. aphor. 22.* μέλαινα χολὴ ἐν μὲν ὀξέσιν ἄνωθεν φανεῖσα, κάρτα ὀλέθριον. *Atra bilis in acutis ægritudinibus apparens, oppidò mortifera eſt.*

Αἷμα ἄνω μὲν, ὁκοῖον ἂν ᾖ, κακόν, *ſanguinem ferri ſuprà, qualiscunque ſit, malum. 4. aph. 25.* Id præcipuè verum, ſi id fiat in febre, ſi ſine febri, minus malum. *7. aph. 38.*

ODOR

5. ODOR κακώδης fœtidi odoris pravus.

conjunctis. CONJUNCTA. Vermium evomitio in augmento & ſtatu acutarum febrium metum infert ſiniſtri eventus.

Symptomatum ratione SYMPTOMATUM ratione. ἐν ἐμέτῳ διψώδεα ἐόντα, ἄδιψον γίνεσθαι, κακόν. *In vomitu ſitibundum, ſitis expertem fieri malum.*
1. *3. Coar. prænot.*

2. Ἐν ἀκρήτοις ἐμέσεσι λύγξ καὶ σπασμὸς κακόν. *In meris vomitibus ſingultus & convulſio malum. lib. 3. Coar.*

CAPUT XXI.

prognoſtica ſalutis & mortis ex ſudoribus.

Sudor optimus. Ἱδρὼς μὲν ἄριστος, ὁ λύων τὸν πυρετὸν ἐν ἡμέρῃ κρισίμῳ. χρήσιμος κουφίζων. *Coar. prænot. lib. 3. Optimus eſt ſudor, qui die critico febrim exſolvit; utilis autem, qui levat.*

Declinans A regulâ hâc declinans qualitate, quantitate, tempore, mala præbet præſagia.

qualitate. ὁ δὲ ψυχρὸς, καὶ μοῦνον περὶ κεφαλὴν καὶ τράχηλον γινόμενος. 1. φλαῦρος. καὶ γὰρ χρόνον καὶ κίνδυνον σημαίνει. *Frigidus, quique ſolùm circà caput exſudat, pravus.* Etenim ad diuturnitatem & ad periculum talis apparet.

2. Frigidus in febre acutâ mortem, cum mitiore autem febre longitudinem morbi ſignificat. *4. aphoriſm. 37.* Frigidus in febre non criticè apparens ſine conferentiâ cum virium imbecillitate mortem notat.

quantitate. Ἐφίδρωσις pauca ſudatio ferè ſemper mala. ἐν πυρετῷ μὴ διαλείποντι κακοήθης. *In febre non intermittente mali eſt moris.* Οἱ ἐφιδροῦντες ἐν πυρετῷ κακοήθεες. *Qui exiguo madent ſudore, cum febre hi metu ſunt mortis.* Sudor κεγχρώδης καὶ δρωσώδης miliaris & roſcidus in facie & cervice metum affert ſiniſtri judicii.

1. Ἐφίδρωσις duplex 1. ab imbecillitate naturæ & totius compagis cum ſuccum alibilem exſolutæ partes nequeunt retinere.
2. Talis apparuit in Pithyone, cum ille animam exhalaret. 2. A particulari redundantiâ humoris naturam turbantis, in certâ aliquâ parte, capite, cervice. Hæc prodeſt nonnunquam, illa nunquam.

Sudor

Sudor triplici fit modo : 1. excretionis 2. reſolutionis. 3. 3.
oppreſſionis. Primus modus fit κατὰ πάσιν τινὰ : duo poſtremi κατὰ λύσιν. πάσις locum habet in ſudoribus excretoriis criticis : λύσις in diaphoreticis & colliquativis. Prior arguit naturæ robur & ſalutem promittit : alter laxitatem & ſiniſtrum eventum. In febribus malignis vicinam mortem, in chronicis tabem notat.

Ἐπὶ ἱδρῶτι φρίκη, *autore Hippocrate 7. aphoriſm : 4.* οὐ χρηστόν. 4.
Poſt ſudorem horror minimè bonum ſignum.

CAPUT XXII.

prognoſtica ſalutis & mortis ab hæmorrhagiâ.

QUemadmodum cæteræ omnes judicatoriæ cauſæ parcę in acutis febribus ; ita etiã ſanguinis ſtillicidia EXIGUA prava, malæ fidei, inferunt ἀκρισίαν, δυσκρισίαν, malorum relapſum, imò ipſam mortem. Melius eſt naturam quieſcere, quàm aliquid fruſtrà moliri. *Pauca hæmorrhagia mala.* 1.

στάξις ἀπὸ ῥινῶν αἵματος, μυκτὴρ ἀποστάζων, ὀλέθριον. *Subſtillum ſanguinis narium mortiferum*, autore *Hippocrate in cois prænot.* 2.

Nullum ſtillicidium in bono ducendum : contrà δύσκριτον ἢ θανατῶδες, *aut pravi judicii, aut omninò mortiferum* exiſtit. Ac δύσκριτον quidem in qualitate bonâ ſanguinis : θανατῶδες verò in malâ ; qualis eſſe ſolet ſanguinis meracioris & nigri, ut in Philiſco & Pario ſuprà Dianæ ædem habitante, febre acutâ laborante. *3. epidem. ſect. 3. hiſtoriâ 1.*

Biſtillum ſanguinis tantò pejus : notat enim, naturam bis irrito tentari conatu. 3.

Non ita catholica eſt hæc ſententia, ut non recipiat διορισμόν, *diſtinctionem ſeu limitationem quandam.* Interdum indicatorio die στάξις apparens tantùm abeſt, ut ſit funeſta, quin potiùs ſalutarem ſeptimo vel ſexto futuram hæmorrhagiam nunciet. Id appoſitè illuſtrari poteſt exemplo Metonis 1. *epid. com. 3. t. 24.* Huic quartâ die apparentibus pepaſmi ſignis in urinâ, ſanguis paulatim fluxit de nare, poſteà verò affatim profluente eodem, & ſudore accedente, feliciter judicatus eſt quinto die, cum fotu capitis Hippocrates naturam admoneret. *Non eſt catholica hæc ſententia.*

LIBERALES hæmorrhagias propriam ardentium criſin eſſe docuit *Galenus*. Et *lib. 1. prognoſt. t. 35.* inflammato epate *αἱμοῤῥαγεῖν* optimum eſſe dicit. In quacunque diſpoſitione inflammatoriâ, συστροφικὴ δυναμίς τίς ἐστι in certâ ferociens parte. Excretio ejus ſalutaris, modò liberalis.

Κατ' ἴξιν bona. Loci ratione hæmorrhagia etiam conſideranda. Κατ' ἴξιν è directo omnis bona. *τὸ ἀνάπαλιν, ſcribit Hipp. 2. Coac. prænot. αἱμοῤῥαγέειν πονηρόν. οἷον ἐπὶ σπλῆνι μεγάλῳ, ἐπὶ τῶν δεξιῶν. Sanguinem è diverſo fluere, malum eſt; ut in liene magno, è dextris.*

CAPUT XXIII.

Ex ſputo prædicitur ſalus & mors.

Sputum. PEr πτύελον, πτύσμα *ſputum* ἁπλῶς dictum intelligitur, quicquid per os excernitur ſine vomitione, 1. ſimplici ſpuitione, 2. ſcreatu, 3. tuſſi. Per excellentiam tamen nomine hoc deſignatur excrementum illud, quod è pulmonibus tuſſiendo per os excluditur, & propriè dici poteſt EXPECTORATUM.

pleuriticorum, 1. temporis ratione. EX PLEURITICORUM & PERIPNEUMONICORUM SPUTO prædictiones varias propoſuit *Hippocrates in Coïs prænotionibus.* Innuitur benè ſperandum, ratione TEMPORIS & MODI. Ἀνακάθαρσις καὶ ἀνάπτυσις cita eſſe debet, & facilis in PRINCIPIO, ἔνδον τριῶν ἡμέρων, quod trium vel quatuor dierum ſpatio circumſcribitur. In *aphoriſmis* utitur voce αὐτίκα, in *coïs prænotionibus* ἐπιπετέως καὶ ταχέως.

2. qualitatis ratione, bonum flavum. QUALITATIS ratione bonum eſt ſputum, ὅταν μεμῖχθαι τὸ ξανθὸν ἰσχυρῶς τῷ πτυέλῳ, *cum miſtum eſt flavum plurimum ſputo.*

Ratio. FLAVO miſtum eſſe debet, quod exſpuitur, quia pleuriticæ inflammationes à linioſo oriuntur ſanguine, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. Tale ſputum indicat morbifici humoris evacuationem, & inchoatam coctionem, victrice naturâ, cujus proprium munus eſt coctio atque mixtio.

Lividum. *Αἱ ἀναχρέμψιες ἐν τοῖσι πυρετοῖσι μὴ διαλείπουσιν πελιδναὶ, καὶ αἱματώδεες καὶ δυσώδεες κακόν. Excretiones in febribus continuis lividæ, cruentæ, fœtidæ, malum. 4. aphor. 47.*

SIMPLICIA SPUTA, ſine inflammatione & febre, in affectibus thoracis bona ſunt, alba, levia, æqualia, modicè craſſa, nullo colore pravo infecta, μὴ ἐκτεθηλυσμένα *non effæminata*. *Bona in aliis morbis.*

CAPUT XXIV.

Prædictio ſalutis & mortis ex motibus naturæ ad cutim καὶ ἀπόςασιν, *ſeu abſceſſibus decretoriis.*

CUtaneæ excretiones duæ ſunt: abſceſſus & exanthemata.

I. ABSCESSUUM BONORUM conditiones propoſuit *Hippocrates 6. epid. com. 1. t. 13.* Φύματα ἔξω ἐξοιδέοντα, καὶ τὰ ἀποξέα, καὶ κορυφώδεα, καὶ τὰ ὁμαλῶς ξυμπεπαινόμενα, καὶ μὴ περίσκληρα, καὶ κατάρροπα, καὶ μὴ δίκρανα ἀμείνω. *Tubercula* foris *extumeſcere debent, acuminata, in turbinem gracileſcentia, æqualiter matureſcentia, non circum dura, declivia infrà locum adfectum, & non bifida, meliora.* II. Apparentibus coctionis ſignis ſalutares demum ſunt abſceſſus. III. in die decretorio. IV. in loco κατ' ἴξιν ἢ ἀντιφυρίαν, directè oppoſito. V. in parte à foco mali remotiſſimâ, externâ, & inferiore, brachiis vel pedibus. VI. adeoq; parte ignobiliori. Hinc in articulo coxendicis tuberculum noxium. VII. colore rubro. VIII. magnitudine mediocri, quæ ſufficientem copiam evacuare queat, nec tamen majore, quàm ſuſtineri queat. IX. MODUS EGRESSUS ſubitaneus notat bonitatem, ſi fiat ἀθρόως οὐχ' ἡμιρρόπως, ἀνάξιος τῆς μεταβολῆς, *confertim, non imperfectè, condignus tantâ mutatione*, & effatu dignus. X. SUPPURATIONE terminari optimum, & evacuari. XI. MORBUM MINUERE. XII. PUS exiens debet eſſe laudabile.

Abſceſſuum bonorum conditiones.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.

MALI ſunt contrario modo ſe habentes.

ΠΑΡΩΤΙΔΕΣ pertinent ad abſceſſus. De his *Coapranotiones.* τὰ δὲ ὀδυνηρῶς παρ' οὖς ἀνιςάμενα, ὀλέθρια, *quæ dolenter ad aurem adſurgunt, peſtifera.* Exſurgunt parotides, toto corpore deponente morbificam materiam per arterias in glandulas poſt aures. Cum parvi ſunt abſceſſus, in maximis & acutiſſimis febribus, materiâ multâ peccante, naturam ſublevare non poſſunt. Si majores ſunt, quàm ut ſalvis viribus ferri poſſint, itidem lethales ſunt. *Parotides pravæ.*

rum ſit durum. Uterque aphoriſmus repetitur *1. coarum, & lib. 1. prænot. textu 127.*

Hermocrates ſexto morbi die factus ictericus, tandem obiit.

Exemplum Hermocratis.

Ἰκτερικοὶ κατακορέες, θνήσκουσι. λευκὸν διαχώρημα τουτέοισι προσδιέρχεται. *Icterici multum fœdati pereunt. Alba dejectio iis unà ſecedit.* Hoc effatum *Hippocratis* lethale in febribus ſymptoma proclamat icterum κακοπραγοῦντος τοῦ ἥπατος διὰ σκιῤῥὸν, φλεγμονὴν, καὶ ἔμφραξιν. Et tantò certior funeſtus exitus, διὰ τάχεος ἀποκτείνων, *celerius interficiens*, ἢν μὲν ἡ χροίη ὅλη σιδιοειδὴς, σφόδρα δὲ χλορωτέρη, οἷον οἱ σαῦροι οἱ χλωροὶ, παρόμοιος δὲ ὁ χρώς. καὶ τοῦ οὔρου ὑφίσταται, οἷον ὀρόβιον πυῤῥόν. *Si color univerſus ſimilis cortici mali granati, lacertis virore ſimilis. Similis enim bis color.* Urinæ *hypoſtaſis eſt orobea ruffa.*

Confirmatio. 1. Coar. pr.

Spem tamen vitæ præbet talis icterus, quantumvis periculi plenus videatur, ſi ſpontanea critica vacuatio, διαῤῥοίας, περιῤῥοίας, καὶ αἱμοῤῥαγίας, *alvi, urinæ, aut ſanguineus narium fluxus appareat.*

Exceptio.

Icterus colicæ ſuccedaneus, ſanabilis, factâ fecibus obſtruentibus viâ σκιῶν δίκην, *umbra modo* corpore remoto evaneſcit.

Icterus colicus ſanabilis.

Τὸ πελιδνὸν καὶ μέλαν, *lividus & niger color* etiam attendendi. Τὰ πελιδνὰ, *inquit Hippocrates Coarum prænot. lib. 1. textu 72.* γινόμενα ἐν πυρετῷ σύντομον θάνατον σημαίνει. *Quæ livent in febre, mortem ſignificant brevi venturam.* Τὸ πελιδνὸν γὰρ σημεῖον ἐστὶ τοῦ σβέννυσθαι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν. *Signum lividum enim eſt ſignum extincti nativi caloris.* Livido niger omninò eſt deterior: νέκρωσιν *mortificationem* enim abſolutam magnâ ex parte ſignificat.

Lividus color pravum indicium.

Cum Hippocrates nigrorem minus malum dicit quàm livorem, intelligit nigrorem quendam criticum, ſignificans ad extima materiam morbi fomitem abſceſſiſſe.

Objectio reſolvitur.

Ὅκου ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, καὶ ἢν τὸ σῶμα καταψύχηται ἢ αὖθις θερμαίνηται, ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνεται, μῆκος νούσου σημαίνει. *Et ubi in toto corpore mutationes fiunt, & modò corpus frigeſcit, modò caleſcit, aut color alius ab alio fit, morbi longitudinem ſignificant. 4. aphor. 40.*

Mutatio coloris periculoſa.

Color in parte. IN PARTE etiam color præſagit præcipuè in FACIE ad bonum & ad malum.

in facie. Τὸ πρόσωπον ἐῤῥωμένον, *facies benè valentium* ſucci plena & decora, naturalis eſt: ſui in morbo ſimilis, optima. Quo longiùs abeſt à peculiari cujusque naturâ, eò pejor, vocarique poteſt τοῦ προσώπου διαφθορὴ *faciei vitium.*

Τὸ εὔχροον faciei politicum ſimulatum. 1. Εὐχροια, *coloris ſuavitas* in facie duplex eſt. 1. NATURALIS χρῶμα κατὰ φύσιν, ex humoribus moratis exſurgit & temperatis. Bona hæc eſt. 2. POLITICA, præter naturam in purulentis & melancholicis. In ILLIS, ut & PHTHISICIS ſæpe χλώρημα λαμπρὸν, *vividus*, vegetus, quaſi viridis *color* in facie & malis apparet, præcipuè ſi ſint λευκοχρώτεροι, ob calorem auctum facti ἐξέρυθροι, ſimiles ſunt εὐχρόοις. Et jam purulentam materiam in ulcere coqui indicio eſt.

2. IN MELANCHOLICIS etiam εὐχροια occurrit, ſed μετὰ σκυθρωπότητος *cum torvâ fronte.* Utraque juncta in acutâ febre, melancholicam deſipientiam minatur. His ſi accedat ξυναγωγὴ *contractio* frontis, phrenitidem, *autore Hippocrate. 2. Coac. prænot. cap. 6.* præſagire licet.

Facies cadaveroſa. προσώπου διαφθορὴ θανάσιμον, *inquit Cous in Coïs prænotionibus lib. 2.* ἧσσον δὲ διὰ ἀγρυπνίην, ἢ κοιλίης ἐκταραξιν γένηται. Καθίσταται δὲ ἐν ἡμέρῃ καὶ νυκτὶ τὸ διὰ ταῦτα διαφθαρέν. γένοιτο δ᾽ ἂν τοιοῦτον. ὀφθαλμοὶ κοῖλοι, ῥὶς ὀξεῖα, κρόταφοι συμπεπτωκότες, ὦτα ψυχρὰ καὶ συνεσταλμένα, δέρμα σκληρὸν, χρῶμα ὠχρὸν καὶ μέλαν. πελιανόμενον δὲ τουτέοισι βλέφαρον ἢ χεῖλος ἢ ῥὶς, συντόμως θανάσιμον. *Facies cadaveroſa mortifera. Sed ea minùs tamen, quæ ob vigilias, aut veneris ſolutionem ejusmodi eſt. Atque talis corruptio his de cauſis orta uno die finitur. Fuerit autem ſanè hujusmodi facies cadaveroſa; oculi concavi, nares acutæ, collapſa tempora, frigidæ aures atque revulſæ, cutis dura, color pallidus aut niger. Quod ſi etiam livida his fuerit palpebra, aut naſus, aut album; cita inde mors venit.*

Oculorum nitor. In OCULIS multa lethalia indicia notantur *ab Hippocrate in Coïs prænotionibus.* ἡ ὀφθαλμῶν καθαρότης, *oculorum nitor optimus. 2 Coacarum prænot.*

Caligatio. Τὸ ἀχλυῶδες *caligatio* prava. κακὸν δὲ καὶ ἰλλαίνειν ὀφθαλμούς, *oculorum perverſio mala.* ibidem.

ὀμμά-

Ὀμμάτων ἀμαύρωσις, καὶ τὸ πεπηγὸς καὶ τὸ ἀχλυῶδες, *hebetu-do, concretio, caligatio*, grave malum. *Hebetudo.*

CAPUT XXVI.

Prædictio ex qualitatibus mutatis tactilibus.

EXploratio qualitatis corporum, quomodo ſe habeant in calore, conſiſtentiâ, mole, quæ ab *Hippocrate* vocatur πρὸς χεῖρα, καὶ πρὸς ἁφὴν, *ad manum & tactum*, præſagiendi fontem aperit.

IN CALORE omnia ſi ſint temperata, cutisque nec nimis mollis, nec dura; hypochondria benè habeant, omnia ſalva. *Calor.* Febricitantium CORPORA nihil ἐκδιδόναι, aut μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον συντήκεσθαι, *magis quàm ratio poſtulat, extenuari, malum. 2. aphor. 28.* *Extenuatio.* Partes ad ventrem & umbilicum attinentes πάχος ἔχειν *craſſas eſſe*, bonum. *2. aphor. 35.*

PARTES SINGULARES hîc locum habent. *In auribus.* ὦτα ψυχρὰ, καὶ διαφανέα, καὶ συνεσταλμένα, ὀλέθριον. *Frigidæ aures, pellucidæ, inverſæ, ad ultima jam ventum eſſe teſtantur.*

Ἐν τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασι ψύξις ἀκρωτηρίων, κακόν. *In morbis acutis frigiditas partium extremarum, malum eſt.* *In extremis.* 1.

Ἄκρεα ταχὺ ἐπ' ἀμφότερα μεταπίπτοντα, καὶ δίψα δὴ τοιαύτη. πονηρόν. *Extimarum partium citò in utrumque mutatio, ac ſitis hujusmodi, prava eſt. Hippocrates lib. 1. prænot. textu 53.* 2.

CAPUT XXVII

tertiam claſſem præſagii ſalutis & mortis proponit, intuitu cauſarum mediatarum proximiorum.

CUm hæ robur, vehementiam, & debilitatem morbi indicent, ſimul etiam periculum vel ſecuritatem notant.

A FLATIBUS ortæ παρεκβάσεις ſæpe periculoſæ. Ineſt *Flatus periculum portendunt.*

ſua

CAPUT XXVIII

ſecundam claſſem ſalutis & mortis præſagii ponit, intuitu cauſarum mediatarum remotiorum, 1. naturalium.

NATURALES cauſæ ſalutem prænunciant, cum ſunt affines & proportionatæ morbo facto: mortem, cum ſunt diſſimiles. Ἐν τῇσι νούσοισιν ἧσον κινδυνεύουσιν, *autore Coo 2. aphor. 34.* οἷσιν ἂν οἰκείη τῆς φύσιος ἢ νοῦσος ἦ μᾶλλον. Verus eſt aphoriſmus cæteris paribus, quæ ſpectant ad morbi magnitudinem triplicem. *Cauſæ ſimiles.*

IN RUFFIS morbos periculoſiores adnotavit *Ballonius 2. epidemiorum.* Humor, qui in iis abundat, habet aliquid virulenti. Et morbi magis formiduloſi ſunt, qui eos adoriuntur, & medici prudentiores cautioreſque eſſe debent. *Ruffi.*

CLIMACTERICIS annis ingruentes morbi periculoſi, præcipuè 63. quia duplex tum concurrit climactericus, novenarius ſeptimus, & ſeptenarius nonus, ideoque homo tunc bis mutatur, ſeu duplicem cogitur ſubire mutationem. Tantò periculoſior eſt, quo majori homo eum ingreditur metu, vitæ ſuæ timens. M. Auguſtinus Faſchius Theologus, devotâ pietate conſpicuus, nunquam non eum in oculis habitum & animo ingreſſus, inchoato eo, altero die, ſacris operatus laboribus concionatoriis, apoplexiâ correptus, paucorum dierum intervallo, paralyticus ſiniſtro latere obiit. *Climax annorum.*

Eodem anno, uſum medicamentorum & ſolemnium vere & autumno, qui admittit, ſicque therapiæ magnæ ſe ſubjicit, malè ſibi conſulere cenſetur. Ut in diebus criticis nihil movendum, ita etiam hoc anno negotium omne naturæ committendum multis perſuaſum. *Eodem anno uſum medicamentorum.*

Obſervatum tamen & hoc ſæpe, climacterici hujus difficultatem in ſequentem annum differri, vel potius extendi. Sic Lutherus poſt eundem climactericum, menſe tertio, eſt mortuus. Melanchthon poſt eundem ſupervixit dies 63. *Annus ſequens nonnunquam periculum in ſe derivat.*

ἰσχυρὰν ἀνάγκη τὴν ἀρχὴν εἶναι τῆς νόσου· τοιαύτην δὲ οὖσαν, φθαρτικὴν εἰκός ἐστιν αὐτὴν εἶναι. Quia calor, qui per hyemem intus propter corporum denſitatem coercetur, parum adiuvat; nec labor operum, qui amplius per id tempus ſuſcipitur, excrementa humorum poteſt concoquere, ideò validam eſſe mali originem neceſſe eſt: quod cum ita ſit, perniocioſum morbum urgere ratio eſt.

Διὰ τί μετὰ τὰς τροπὰς ἀμφοτέρας, μέχρι ἑκατὸν ἡμερῶν ἀποθνήσκουσι μάλιστα. Cur poſt utrumlibet ſolſtitium per centum dierum ſpacium mori maximè accidat, quærit, & reſpondet *Philoſophus ſect. 1. probl. 26. ἢ ἄχρι τοσούτου ἑκατέρα ἡ ὑπερβολὴ διέχει, ἥτε τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ; ἥτε ὑπερβολὴ τοῖς ἀσθενέσι ποιεῖ τὰς νόσους καὶ τὰς φθοράς; An quòd eatenùs utraque vehementia caloris & frigoris ſe dilatat, quæ morbos pernitiemque afferre infirmis ſolet?* *Cur poſt ſolſtitium mori contingat*

Ut aliæ cauſæ, quæ juvare debebant, ſi juvent, bonum ſalutis præbent præſagium, ita & SOMNUS. De hoc *Hipp. 2. aph. 1. ἐν ᾧ νοσήματι ὕπνος πόνον ποιέει, θανάσιμον· ἢν δὲ ὠφελέῃ, οὐ θανάσιμον. In quo morbo ſomnus laborem facit, mortale: ſi verò juvet, non mortale.* *Somni prophetia,*

USUS CIBORUM ET MEDICAMENTORUM ſi juvet, eſt SIGNUM SALUTARE: ſin minus, LETHALE. *ciborum.*

Quia verò in eorum, quæ juvare debebant, adminiſtratione contingit, ut præter expectationem multa eveniant, morbique ſæpe lateant, ſapienter monet *Hippocrates*: *τοῖσι μὴ κατὰ λόγον κουφίζουσιν οὐ δεῖ πιστεύειν, οὐδὲ φοβεῖσθαι λίην τὰ μοχθηρὰ γινόμενα παραλόγως, iis quæ non ſecundum rationem levant, non eſſe fidendum, neque nimis metuenda præter rationem contingentia.* *cautio.*

AB AFFECTIBUS ANIMI qui oriuntur morbi, vel iisdem ſucceſsêre, periculoſi *δύσκριτοι καὶ δύσλυτοι* ſunt, imò nonnunquàm lethales. Natura obedit cogitationibus, vehementibusque animi deſideriis, & affecto ſpiritu afficitur corpus, in quo ſpiritus deliteſcit. Deſperatio animi, hæſitatio credulitatis, & diffidentia ſui, interitum minatur corpori, & effectum etiam fortisſimorum experimentorum enervat. Iracundiæ, invidiæ potentisſima vis. Melancholiæ, à mœrore & ægritudine animi quâcunque, imprimis ob res in amore minus ſecundas profecta, concutit cardines œconomiæ. Aegrè hi in inte- *Morbi ſoboles affectuum periculoſi.*

grum reſtituuntur, corpusque primum robur recuperat, niſi ille affectus reſederit. Febres ab irâ natæ lethales.

CAPUT XXX

res p.n ſalutis & mortis prædicendæ fontes.

Recidivus morbus periculoſus,

Νόσος παλίνδρομος, παλίμβολος, ὑποστροφή, MORBUS RECIDIVUS, *recurrens*, RECIDIVA, duas habet conditiones: 1. ut repullulet ἐκ τῶν καταλιμπανομένων *ex reliquiis prioris morbi*, tùm ratione materiæ, tùm pravæ viscerum diſpoſitionis; 2. ut ſit ſpecie idem cum morbo radicali priori, cui in declinatione univerſali ſucceſſit. Pejor eſt ſuâ radice, ſi humor majorem acquiſiverit pravitatem, & ægri vires fuerint vehementer attritæ. Nonnunquam minoris eſt momenti, ſi τὸ ἐγκαταλιμπανόμενον *relictum* ſit paucum, viſcerum infirmitas ſit levis, ægerque aliquo pacto vires recollegerit.

Exemplum.

Exemplum memorabile recidivæ funeſtæ in ardente, & fortè etiam malignâ febre, reliquit Sereniſſimus Potentiſſimus SUECIÆ, GOTHORUM ET VANDALORUM REX, CAROLUS GUSTAVUS, auguſtiſſimæ memoriæ, cum anno M. DC. LX. ID. FEBR. horâ II. matutina, heroicis bellicis expeditionibus per Germaniam, Poloniam, Daniam, Curlandiam defunctus, Gotenburgi decumberet, melius habere viſus, mox relaberetur, & placidè exſpiraret.

Res toto genere p. n.

RES TOTO GENERE præter naturam, quà cauſas morborum notant, huc pertinent. Corpora ſolida, ut calculi veſicæ, tophi podagricorum, membrana pupillæ obtenſa, vel cryſtallinus humor concretus, ſuffuſionem parientes, indicant morbum inſanabilem, συναποθνήσκοντα *ad mortem comitantem*, niſi indicatis duobus, ἀφαιρέσει *extractioni* in primis, μεταθέσει transpoſitioni in ultimis ſatisfiat.

CAPUT XXXI

à ſimili præſagium deductum.

Ob-

OBſervat medicus duos treſve ægros malignâ febre laborantes ſingultu, & convulſivo motu ſupervenient, mundo valedicere. Si quartus eodem modò ſe habeat, idem prognoſticum propalare poteſt. *Similitudo.*

Si apoplecticus vel pleuriticus, his vel illis infeſtatus ſymptomatibus, moriatur vel evadat, ſimile judicium ferendum de aliis. *Exemplum.*

CAPUT XXXII.

De Prognoſticis longitudinis & brevitatis ſignis.

DIfficile cognitu eſt eventûs tempus, quâ ſeptimanâ, die, vel diei horâ æger liber ſit à morbo futurus, vel moriturus, cum proportio agentis ad paſſum ſeu efficacia naturæ pugnantis, & cauſæ morbificæ reſiſtentia, à quâ morbi pendet duratio, exactè vix ſciri queat. *Difficilis eſt hæc prædictio.*

Eò difficilior eſt hæc cognitio, quò terminus mortis variat magis. *Hermocrates 3. epidem. ſect. 1. ægrotus ſecundus*, cum conſueto acutorum termino, vigeſimo nempe die, deberet exſpirare, moriebatur 27.

Et ſæpe mirantur medici, quod poſt ſigna deſperationis tamdiu vita producatur. Nimirum duplex eſt moriendi modus. *Alii* moriuntur vi morborum peremti. *Alii* ſenſim exſtinctâ facultate. Illi brevius, hi tardius mori ſolent.

SIGNA morborum brevium aut longorum petuntur ab eſſentialiter inhærentibus, ſymptomatibus, & cauſis. *Fontes ſunt*

1. ESSENTIALITER INHÆRENTIA duorum ſunt generum. 1. ſpecies, 2. motus morbi: *1. Eſſentialiter inhærentia.*

I. SPECIES MORBI. CALIDI breviores frigidis. ACUTUS omnis brevis. Οἱ δὲ βραχεῖς, *autore Galeno 2. aph. 19.* βραχυχρόνιοι, alii *breves ſuâ naturâ ſimpliciter*, non acuti, ut febres diariæ, alii ſimul ὀξεῖς *acuti*, qui præter motûs celeritatem habent junctam magnitudinem, cujus cauſâ periculo non carent. *Species morbi. Variat prædictio. 1.*

Duplex prætereà, *pergit Galenus loco citato*, acutorum natura, alii cum febre ſunt, alii ſine febri. *2.*

ad cumtricem pertinentes, in facto eſſe conſtituto, difficulter curà- *pertinentes*
biles; reſpicientes verò τὴν ὑγιεινὴν, *conſervatricem*, qui ſunt ἐν *brebes.*
τῷ γίγνεσθαι, *in fieri*, quos Hoffmannus potius vult dici πάθη,
ſanatu ſunt faciliores.

2. A MOTU MORBI etiam non leve brevis aut longi du- *2.*
citur argumentum morbi. Quò ſtatus morbi longior, eò & *Altera eſ-*
morbus longior: quò vicinior, eò brevior, vicina enim eſt de- *ſentialiter*
clinatio. Febres, quæ celeriter moriuntur, ſunt breves, quæ tar- *inhærenti-*
dè, longæ. *um claſſis.*

CAPUT XXXIII.

Claſſis ſymptomatum brevitatem & longitudinem prædicentium.

ACTIONES LÆSÆ ad extremam vehementiam devenientes, ſtatum propè adeſſe notant, adeoque morbi deſignant brevitatem. Inde *Cous 1. aphor. 7.* ὅκου μὲν οὖν κάτοξυ τὸ νόσημα, αὐτίκα τοὺς ἐσχάτους πόνους ἔχει. *Cum morbus peracutus, extremos protinus habet labores.* Imprimis autem

VITALIS facultatis imbecillitas in acutis morbum ab- *Vitales.*
breviat: in chronicis producit in longitudinem. Eædem vires validæ in acutis cum ſignis cruditatis, morbi longitudinem, cum ſignis coctionis, brevitatem notant.

NATURALES etiam vires ſi langueant tàm in acutis, quàm *naturales.*
chronicis, brevem ad mortem reſpectivè finem imminere oſtendunt.

II. QUALITATES MUTATÆ perpendendæ. τὸ σῶμα τῶν *Qualitates*
πυρεσσόντων μὴ παντάπασιν ἐπιπολαίως διαμένειν, καὶ μηδὲν ἐπι- *mutatæ.*
διδόναι τὸ σῶμα ἢ καὶ συντήκεσθαι μᾶλλον τοῦ κατὰ λόγον, μοχθηρόν. τὸ μὲν γὰρ μῆκος νόσου σημαίνει: τὸ δὲ ἀσθένειαν. *Febricitantium corpus non omnino leviter ſibi conſtare, nec minui, aut etiam plus æquo colliqueſieri, malum. Illud longitudinem, hoc imbecillitatem notat.* *2.*

Huc pertinet 4. *aphoriſmorum quadrageſimus:* ὅκου ἐν ὅλῳ τῷ σώματι μεταβολαὶ, καὶ ἢν τὸ σῶμα καταψύχηται, ἢ αὖθις θερμαίνηται,

ἢ

ἢ χρῶμα ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνεται, μῆκος νόσου σημαίνει. *Cum in toto corpore mutationes accidunt, ut ſi corpus refrigeretur, & viciſſim calefiat, vel color alius ex alio oriatur, longitudinem morbi ſignificant.*

Excreta. III. EXCRETA, quatenus cruditatem & coctionem præ ſe

1\. ferunt, brevitatem & longitudinem indicant.

2\. Signa coctionis mox apparentia, brevitatem: cruditatis, diu perſeverantia, longitudinem notant.

3\. SUDORES frigidi longos ſignificant morbos. Qui calidè ſudant, citiùs liberantur. I. *de morbis.*

4\. Ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἀποστήματα μὴ λυόμενα πρὸς τὰς πρώτας κρίσιας μῆκος νόσου σημαίνει. *In febribus abſceſſus, primis qui diebus non ſolvunt, longitudinem morbi ſignificant. 4. aphor. 51.*

Examen vocis λυομένων. Vox λυόμενα activè ſumi poteſt vel paſſivè. ACTIVE melius, ut ſit ſenſus: qui abſceſſus non ſolvunt morbum, protrahunt. PASSIVE, & tum eſt ſenſus: quibus ad aures abſceſſus non ſuppurantur, αὐτέων ἀπαλλασσομένων fit relapſus, niſi ſuo modo ſolvantur & evaneſcant. Sic voces λυομένων καὶ ἀπαλλασσομένων adfine quid habent. *Ball. de urinar. hypoſtaſi p. 136.*

Coctiones privatæ indicant tempus durationis. Non ſolum in febribus, ubi fons mali in venis hæret & arteriis, ex coctionis & cruditatis ſignis, de futuro morbi exitu quid præſciri poteſt; ſed etiam ex coctionibus privatis quæ fiunt in partibus. Celeritas coctionis in ſputo in pleuritide judicationem accelerat, ſi mox appareat: ſi tardè, producit morbum, *autore Galeno 1. aphoriſm 12.*

CAPUT XXXIV.

Cauſæ mediatæ proximiores, humores & vapores, fontem prædictionis longitudinis & brevitatis aperiunt.

Breves à calidis humoribus & flatibus. BReves morbi ſecundum ſingularem humorum proprietatem ſunt, qui oriuntur ab humoribus tenuioribus, ut bilioſis; breviores à flatibus.

Longi à craſſioribus. *Longi* à craſſioribus, pituitâ & melancholiâ.

Elegans Galeni locus. *Galenus 2. aphor, 19.* longos morbos hos notat fieri διὰ χυμοὺς παχεῖς καὶ γλίσχρους, καὶ ψυχροὺς οὔτε πεφθῆναι ῥᾳδίως δυναμένους, ἐμπλάτ-

ἐμπλαττομένους τε καὶ σφηνουμένους ἐν τοῖς πεπονθόσι μορίοις. ὥστε σκιῤῥώδεις εἶναι μᾶλλον αὐτὰς ἢ φλεγμονώδεις εἶναι τὰς διαθέσεις. *Longi verò & diuturni morbi ſunt ratione humorum craſſorum, qui concoqui non facilè poſſunt, ſed impacti & incuneati in partibus affectis hærent: quò fit, ut ſcirrhi potiùs, quàm phlegmones naturam retineant eorum adfectus.*

Breviores ſunt à tenuibus excitati humoribus, longi à craſſis; illi enim alienati & διαχωρισθέντες disgregati faciliùs in redeunt amicitiam, hi lentos habent motus in generatione & unam ablatione.

Ratio, ob quam breves ſunt ob ἔξωθεν τινα πλημμέλειαν;

Ob errorem externum concitatis qui excitantur humoribus, breviores.

Longiores, ob facultatem qui producuntur læſam, viſcerumque intemperiem. Illi ceſſant remotâ materiâ, cum nulla regenerandæ occaſio. Hi perpetuò veteri repullulant ex fomite.

Longiores ob δύναμιν πεπονθυῖαν.

CAPUT XXXV.

mediatæ cauſæ remotiores naturales longitudinis & brevitatis fontem aperiunt.

TEmperamento frigido præditi longiores habent morbos, calido breviores.

Frigidi longiores patiuntur.

παχύτεροι ταχυθάνατοι craſſioris habitus brevioris ævi: cruditatibus plurimis abundant, quibus carent ſicci *ἰσχνότεροι.*

Occulta in temperamento latens cauſa ſæpe facit, quod eadem dies, imò eadem hora natalis, fatalis & emortualis. Si apoplexiâ forti decumbat, difficilique laboret reſpiratione æger circà diem nativitatis ſuæ, prædici poteſt eum eo die, eâ horâ moriturum.

Diei natalis fundamentum in prædicendâ die mortis.

αἱ δὲ συντροφοι τῶν νόσων connutriti morbi non admittunt exceptionem longi temporis.

Longi ſunt connutriti.

1\. *αἱ μὲν συγγενεῖς connati, parentales*, hæreditarii, qui ita corpus detinent & exercent; ac ſi principiis naturæ inhæſiſſent, in mancipatum æternæ poſſeſſionis veniunt. 1.

2\. Alii connutriti, qui diætæ vitio, aut excrementorum 2.

proventu in infantili, adultiori, & grandiori ætate demum invadunt, non minus moleſti ſunt longitudine. De his loquitur *lib. 2. aphoriſmus 39.* ὅσα τοῖσι πρεσβύτῃσι χρόνια νοσήματα γένηται, τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει. *Senes diuturnis morbis correpti commoriuntur.*

Longitudo morborum in pueris.

τὰ δὲ πλεῖστα τοῖσι παιδίοισι πάθεα κρίνεται, *autore Hippocrate 3. aph. 28.* τὰ μὲν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ μησὶ, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ ἔτεσι, τὰ δὲ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσιν. ὅσα δ᾽ ἂν διαμείνῃ τοῖσι παιδίοισι καὶ μὴ ἀπολυθῇ περὶ τὸ ἡβάσκειν, ἢ τῇσι θήλεσι περὶ τὰς τῶν καταμηνίων ῥήξιας, χρονίζειν εἴωθεν. *Plurimi affectus* DIUTURNI, (nam vocem χρόνιον addit Galenus in com.) PUERIS *judicantur, nonnulli in* XXXX *diebus, alii in ſeptem menſibus, aliqui in annis ſeptem, quidam cum anni inſtant puberes. Qui permanſerint, nec propè pubertatem deſierint, nec cum menſtrua inceperit purgatio,* DURARE *ac* PERSEVERARE *conſueverunt.*

Explicatio vocis χρονίζειν Leoniceni.

Leonicenus τὸ χρονίζειν vertit COMMORI. AD REM quidem APTE SATIS, ſed NON AD VERBUM, *ait Ballonius in definitionibus.* In quibusdam diu durant, in ſenibus commoriuntur.

Seniles diuturni morbi duplices:

SENILES morbi quidem omnes videntur eſſe DIUTURNI, non tamen eodem modo. Quidam ipſis commoriuntur, quidam ante obitum feliciter terminantur.

quidam commoriuntur,

PRIORUM meminit *2. aphoriſm. 39. Hippocrates*, cum οἱ πρεσβῦται τῶν νέων, *inquit*, τὰ μὲν πολλὰ νοσέουσιν ἧσσον, ὅσα δ᾽ αὐτέοισιν χρόνια νοσήματα γένηται, τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει. *Senes*, præſertim qui in primâ parte ſenectutis degunt, & diligentes ſuæ ſanitatis cuſtodes, prudentius vivunt quàm juvenes; qui ſunt intemperantes, magnâ ex parte *minus ægrotant quam juvenes; diuturnis verò morbis correpti*, SÆPIUS *commoriuntur.* Deſignat etiam *2. aphoriſm. 40.* duos frigidos morbos raucedines & gravedines, easque οὐ πεπαίνεσθαι, *non maturari* docet.

quidam ante mortem terminantur.

ALTERIUS, qui ante mortem terminantur, morborum ſenilium familiæ meminit *Hippocrates 6. epidem. comm. 5. t. 6.* σύντροφοι νοῦσοι ἐν γήρᾳ λείπουσι. *Connutriti morbi in ſenectâ relinquunt.* Morbos connutritos hos *Galenus in commento* vult eſſe calidos, qui tamen ſint valdè rari, ut calidæ cephalææ, heterocraniæ,

&

& renum calidi affectus, & articulares dolores, quicunque ex calidâ affectione oriuntur. Et recte! Hi ex intemperaturâ calidi orti morbi, ætatis flexu cum jam deferbuit calor acer, à temperamento ſenili, utpote frigidiore, temperationem moderationemque habent. Senilis ætas harum diſpoſitionum calidarum eſt tanquam medela & remedium. Hoc modo alvus humidior, *autore Coo 2. aphor. 20.* juvenibus exſiccatur in ſenio.

IN SENIBUS iidem ſpecie affectus longiores ſunt quàm in pueris juvenibusve. *Idem ſpecie affectus.*

NOBILIUM partium morbi ſunt breviores, habitô reſpectu πρὸς τὴν ὄψιν καὶ δύναμιν: IGNOBILIUM, ad quas varia excrementa ex naturæ præſcripto deponuntur, quales ſunt nares, inteſtina, anus, veſica, diuturniores ſunt curatuque difficiliores. Miſerabilis diutinæ afflictionis eſt ſtatus incontinentiæ urinæ, vel ab equitatione, vel venere, vel calculo natæ. Corpus talis ægri ſanum ſimile eſt ſpecioſo palatio, in quo latrinæ non rectè habent, nec emendari poſſunt. *Nobilium, an ignobilium partium morbi breviores?*

CAPUT XXXVI.

Non naturales durationem morbi notant.

NON NATURALES cauſæ ſi non juvent morbum, ſive ſint alimenta, ſive medicamenta per alvum, vomitum, ſudorem, excreta, retenta, animique paſſiones, morbum prolongant, ſin verò juvent & ægrum ſublevent in initio, abbreviatum iri, prædici poteſt. *Non naturales cauſæ juvantes.*

Imprimis aſtrorum viciſſitudines circa meridiem & mediam noctium HORAM lethales eventus determinare ſolent. Aegri, omnibus viribus exhauſti, auditâ duodecimâ diurnâ vel nocturnâ decedere ſolent, vel in melius mutari. *Aſtrorum viciſſitudines, &*

In maritimis locis attendere ſolent ad momenta fluxûs & refluxûs maris, decretoria judicia ab iis expectantes mutationis ad melius, vel fatalem exitum. *maris fluxus & refluxus.*

Nonnullis hora mortis coincidit cum momento nativitatis, circa diem & horam.

Rerũm præter naturam fons.

PRÆTER-NATURALES cauſæ etiam variant longitudinem & brevitatem. Morbi ſequentes τὴν ἐπίχυσιν καὶ συναθροισμὸν ſunt vehementes quidem & ſubiti, ſed non diuturni, collecto humore ſecedente ſolvuntur. Qui verò cauſam agnoſcunt τὴν γένεσιν ἢ διάθεσιν, in multum tempus producuntur. Inde fit, quod febres ejuſdem ferè notæ citius in hoc, tardiùs in illo curentur individuo. Apoplecticus paroxyſmus & totus curſus citius in hoc terminatur quàm in illo, in quo morboſus apparatus major.

CAPUT XXXVII.

De tertio prognoſios fonte, modo eventûs, ſeu exitus morbi à Galeno adſignati.

EXITUS morbi conſiſtit in quâdam mutatione. *μεταβολῶν ἐν ταῖς νόσοις διαφοραὶ, autore Galeno de criſibus cap. 1. πᾶσαι ἕξεισι.* MUTATIONUM in morbis differentiæ adnotatæ *ſex ſunt.*

Mutationum differentiæ. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

ἢ γὰρ ἐξαίφνης εἰς ὑγείαν μεταπίπτουσιν. 2. ἢ ἐξαίφνης ἀποκτείνουσιν. 3. ἢ κατὰ βραχὺ τούτων ἑκάτερον. ἢ μικτῶς γίνεται. 4. κατὰ βραχὺ μὲν ἤτοι. 5. τῆς νόσου μαρανθείσης, ἢ τῆς τοῦ κάμνοντος δυνάμεως καταλυθείσης. 6. μικτῶς δ' ἐπειδὰν ἀθρόον μέν τις ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἢ χεῖρον γένηται μεταβολὴ, τοὐνθένδε δὲ ἕως παντελοῦς λύσεως ἢ θανάτου, τὸ ὑπόλοιπον ἅπαν ἀπομαρανθῇ. *1. Vel enim ſubitò veniunt ad ſanitatem, vel 2. ſubito intereunt, vel 3. paulatim horum utrumque contingit, vel miſtim. 4. Paulatim quidem vel 5. morbo marceſcente, vel viribus diſſolutis: 6. miſtim vero, quando ſubitò quidem aliqua ad melius vel pejus commutatio facta fuerit, deinceps verò ad omnimodam ſolutionem vel mortem reliquum emarcuerit.*

Prima perfectiſſima. ἀπὸ τῆς τῆς φύσεως ἀποτελεῖται.

Ἡ πρώτη ἐξαιφνίδιος μεταβολὴ ἐς ὑγείαν πασῶν ἐστιν ἀρίστη, καὶ διὰ τοῦτο, ἐξαιρέτως ὀνομάζεται κρίσις, ὅτι τῆς φύσεως ἀκριβῶς κρατούσης. *Prima mutatio omnium optima eſt, eaque per excellentiam criſis nominatur, quum naturâ, quæ præter naturam ſunt, ſuperante exquiſitè perficitur.*

Secunda mala.

τῶν δ' ἄλλων μεταβολῶν, ἡ μὲν εἰς ὀξὺν θάνατον τελευτῶσα, κακὴ κρίσις ἐστιν. *Ex aliis permutationibus, quæ quidem ad ſubitum mortem terminantur, mala criſis eſt.*

αἱ δὲ ἀξιόλογον μὲν ἤνα ποιησάμεναι τὴν ῥοπὴν, ἐ μὴν τελείαν γε λύσιν, ἐλλιπεῖς κρίσεις ὀνομάζονται. Quæ verò aliquam effatu dignam faciunt mutationem, non tamen integram ſolutionem, imperfecta vocantur criſes. Tertia imperfecta.

ὥσπερ ἂν καὶ ὅσαι κατὰ βραχὺ μαρανθείσης, ἢ τῆς δυνάμεως ἢ τῆς νόσου γίνονται. καὶ αἱ δὲ λύσεις ἁπλῶς, ἐ κρίσεις ὀνομάζονται. Sicuti & quæ ſenſim marceſcente vel virtute vel morbo contingunt, & hæ ſimpliciter SOLUTIONES, *non criſes nominantur.* Solutiones morborum.

CAPUT XXXVIII.

Modorum eventuum genera ſumma ſunt duo: 1. Integra ſolutio. 2. Mutatio in alium morbum.

PRIMUM complectitur INTEGRAM SOLUTIONEM, eamque vel SUBITAM, & vocatur κρίσις, habetque locum in morbis calidis, acutis, præcipuè in febribus: vel LENTAM, & vocatur λύσις, habetque locum in chronicis frigidis. 1.

ALTERUM eſt mutatio in alium morbum. 2.

I. SUBITA TERMINATIO fit naturâ ſuperante cauſam morbificam, ΚΡΙΣΙΣ propriè appellata. Definitur, *autore Galeno 2. aphor. 13. ὀξύρροπος ἐν νόσῳ μεταβολὴ πρὸς ὑγείαν καὶ θάνατον, ſubita in morbo mutatio ad ſalutem & mortem.* Primum genus integræ ſolutionis per κρίσιν

DUPLEX eſt, locum habens in acutis febribus ferè ſolis: una καθ' ἔκρουν, altera καθ' ἀπόστασιν. duplex eſt:

I. Καθ' ἔκρουν per nares, ſputum, ſudores, urinam, alvum, quæ inſtituitur excretio, rurſum duplex eſt: una perfecta, altera imperfecta. 1. καθ' ἔκρουν, per exitum.

Ἡ δὲ τελεία, πιστὴ, ὀξύρροπος, *perfecta, fida,* & copioſa eſt δαψιλής τις ἔκκρισις *larga excretio*, in quâ natura certat cum morbo, & judicium liberationis ſubit. Tria hæc: judicium, excretionem, certamen notat κρίσεως vox. Tria etiam in hoc uno actu concurrunt. Excernitur autem vel ſanguis per narium, ſedis, aut uteri venas, vel ſuccus à ſanguine diverſus, fecalis per alvum, chyloſus varius per vomitum, ſeroſus per urinam, & ſudores. perfectum,

imperfectū. Ἡ δ' ἀτελὴς ἐλλειπὴς, καὶ ἡμίῤῥοπος, *imperfecta, deficiens, media ex parte à natura tentata, criſis ſemimota, ſemiflua*, non integrè liberat à febre. Pauca eſt ratione materiæ, ut στάξις τῶν ῥινῶν *ſtillicidium narium.*

2. κατ' ἀπόστασιν 2. ALTERA ſubitæ mutationis in febribus etiam locum habet ſpecies per ἀπόστασιν, ἀπόστημα vocata. *Hippocrates 2. epidem. ſect. 1.* voce abſceſſus, generaliter utitur pro voce κρίσις. ἀπόστασις καθ' ἔκρησιν, ἢ καθ' ἀπόθεσιν. *abſceſſus effluvio, vel decubitu.*

Locus varius. Fit poſt aures, ſub axillis, & in inguinibus.

Duplex eſt: Duplex rurſus eſt; ἡ μὲν ἀπόστασις οὐκ ἀφανὴς ἡ δὲ ἀτελής. Hic quidem abſceſſus perfectus, *non obſcurus, ille verò, imperfectus.*

Sine his recidiva. Ὅσα νοσήματα χωρὶς τούτων ἐῤῥαστώνησαν, ὑποτροπιάζειν φιλεῖ. *Qui morbi ſine his quieverunt, amant recidivam*, ſuperſtite morbi quâdam materiâ. Τὰ γὰρ ἐγκαταλιμπανόμενα ἐν τῇσι νούσοισιν μετὰ κρίσιν, ὑποστροφὰς ποιέειν εἴωθεν, *autore Hip. 2. aphor. 41. Quæ relinquuntur in morbis, recidivas facere conſueverunt.*

CAPUT XXXIX.

Quatuor in criſi prædicendâ adnotantur, & 1. τὸ an.

In acutis contingit febribus. MOrbi, in quibus criſis expectanda, potiſſimum ſunt febres. In ejus prædictione quatuor obſervanda monet *Galenus 1. de arte curativa ad Glauconem capite ultimo.* 1. an & in quibus exſpectanda ſit criſis vel abſceſſus. 2. quæ ſint ſigna imminentis & jam inſtantis. 3. qualis ſit futura, ſeu per quem locum. 4. an perfecta vel imperfecta. *Quatuor in eâ prædicendâ obſervanda.*

Signa futuræ criſis deſumuntur, 1. ab eſſentialiter inhærentibus. FUTURÆ CRISIS, præſagia an exſpectanda ſit, deſumuntur *ab eſſentialiter inhærentibus, cauſis & effectis.*

I. Τῶν ἐνεόντων κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, *eſſentialiter inhærentium*, & NATURÆ MORBI ratione, quæ febres ἢ διὰ τὸ ἔκρουν, ἢ διὰ τὴν ἀπόθεσιν, *per excretionem vel abſceſſum* terminari ament, explicatur à *Galeno* brevi ſententiâ, 1. Τῶν πρὸς Γλαύκωνα θεραπευτικῶν, *de arte curativâ ad Glauconem cap. 15.* Σκεπτέον οὖν μὲν τὸ

τῶν

τῶν πυρετῶν εἶδος, εἰ θερμοὶ καὶ διακαεῖς· ἐκκρίσει γὰρ οἱ τοιοῦτοι φιλοῦσι κρίνεσθαι, καθάπερ οἱ μαλακώτεροί τε καὶ οἷον σμυχόμενοι, χρονίζουσί τε καὶ εἰς ἀποστάσεις ὁρμῶσι τὰ πολλά. *Conſidera igitur ſpecies febrium, ſi calidæ ſint atque urentes: nam hæ per excretiones judicari conſueverunt, quemadmodum, quæ molliores ſunt ac veluti ſubmerſæ, diu durant, & ſæpius feruntur in abſceſſus.*

Calidiores febres terminantur per excretionem: molliores per abſceſſum.

Nonnunquam tamen & acutæ febres κατ' ἀπόθεσιν, præſente imbecillitate expultricis, humoris conſiſtentiâ, & virium ineptitudine terminantur: & chronicæ κατ' ἔκρυν: ut cum quartana nigris terminatur urinis. Νόθον καῦσον, *illegitimam ardentem febrim* terminari nonnunqam per ἀπόςημα in teſtibus, adnotavit *Com 4. de ratione victus in acutis t. 13.* αἰδοίου πελίωμα καὶ ὄρχις ἐντεταθεὶς, κριτικόν, *pudendi livor, & teſtis intenſus judicatorius.* Tales abſceſſus in malignis aliquoties obſervavimus.

Nonnunquam tamen & ardentes terminantur per abſceſſum.

II. EFFECTUS criſin præſagiunt. Si inopinatò, præter rationem gravia oriantur ſymptomata ex forti naturæ pugnâ cum morbificâ causâ, criſin imminentem colligere licet, in SYNOCHO, ARDENTE, vel *malignâ* febre. Criſis vera & ſecura non poteſt fieri absque certamine naturæ cum morbo. Naturæ & morbus ſunt *ἀντίπαλοι, concertatores. Galenus* κρίσεως vocem è foro traductum *ait.* Morbus eſt inſtar actoris: natura inſtar rei. Ut actor & reus agunt, alter tamen causâ cadit, ita natura & cauſa morbifica de ægri victoriâ & ſalute certant. Indè ἄσπονδον duellum. In ſtatu hoc gravisſimum eſt.

2. effectus.

Criſis non poteſt fieri absque certamine.

Difficilem tolerantiam criſin antecedere adnotavit *Galenus 1. de curandi ratione ad Glauconem, cap. 15.* Vehementisſima ſymptomata in morbis acutis bonas criſes interdum efficere tradidit *idem 7. aphor. 5.*

Difficilis tolerantia criſin præcedit.

Criſis duabus conſtat partibus 1. anxietate, & perturbatione. Contingunt, dum διαχωρῦνται ſecernuntur mala â bonis, & verè critica ſunt ſigna. 2 evacuatione, quæ ſequitur.

Criſis partes.

A SIGNIS COCTIONIS differunt ſigna hæc critica, quod illa nunquam mala ſint, quocunque morbi tempore appareant: hæc vero in ſtatu ſolùm ſint bona. 2. INTER SE differunt, quod alia ſint tanquam cauſæ & ſigna, ut: excrementa alvi, urinæ: quædam tantum ſigna, ut delirium, vigiliæ, ſopor.

Differentiæ ſignorum criticorum.

III. A CAU-

Febres *primariæ*, ut ſynochi, ardentes, & *ſymptomaticæ*, quæ cum inflammatione viſceris alicujus interni junctæ ſunt, ut in pleuritide, & angina, cùm ſint ex acutisſimis, ad vigorem citò perveniunt, præſertim ſi ſint legitimæ, nec ob materiæ peccantis ἐπεργγένειαν ſpuriæ.

Febres primariæ, & ſymptomaticæ citò judicantur.

MAGNÆ febres, ad vigorem properantes citò judicantur. Naturâ debili nunquam exſpectanda criſis in malignis: ita ut medicus tum materiam audacter posſit vacuare, ad illum terminum, quem indicabunt vires.

Magnæ febres citi judicii.

MOTUS etiam febris diem criſis indicat. Quæ febres paribus exacerbantur, (ut in duplicibus tertianis continuis frequenter evenit) paribus judicantur: quæ verò imparibus acceſſiones pejores habent, imparibus judicantur, *autore Coo & Pergameno, 1. epidem. com. 3. t. 13.*

Motus febris criſis etiam indicat tempus.

HORAM criſis in febribus prædicere poteſt medicus, obſervato eodem febris motu, & momento, in quod ſtatus exacerbationis incidet.

Hora criſis.

II. EFFECTUS & ſymptomata ACTIONUM LÆSARUM tempus criſis in febribus continuis deſignant. ὁκόσοισιν κρίσις γίνεται, τουτέοισιν ἡ νὺξ δύσφορος ἡ πρὸ τοῦ παροξυσμοῦ. *2. aphoriſm. 13. Quibus judicatio inſtat, iis nox, quæ acceſſionem præcedit, difficilis eſt.* Alia [illegible], præter hoc, κρίσιμα *decretoria*, quæ apparent, cum materia jam agitari incipit, enumerantur à *Galeno 1. aphoriſm. 12.*

2. Effectus.

EXCRETORUM ſymptomata, quatenus τὸν πεπασμὸν coctionem præ ſe ferunt, illamque oſtendunt in die θεωρητοῦ σημαίνοντι, ἢ ἐπιδήλῳ, *contemplatorio, ſeu indice*, præcipuè κρισίμους ἢ κρινούσας ἡμέρας, *decretorios & judices dies*, ſeu criſis tempus deſignant. Coctio ergò apparente quarto in ardente, ſeptimo criſin futuram innuit. τῶν γὰρ ἑπτὰ, *breviter Cous 2. aphor. com. 24.* ἡ τετάρτη ἐπίδηλος, *ſeptenarii quartus eſt index.* Idem illuſtrat exemplo ἐπινεφέλου in urinâ *4. aphor. 71.* ὁκόσοισιν ἑβδομαία κρίνεται, τουτέοισιν ἐπινέφελον ἴσχει τὸ οὖρον τῇ τετάρτῃ ἐρυθρὸν καὶ τ' ἄλλα κατὰ λόγον. *Quibus ſeptimo die judicatur morbus, iis quarto nubeculam habet urina rubicundam, & alia ſigna proportione.* Quodſi error contingat, viribus inſidias ſtruens, aut morbus celeriorem habeat motum, fieri poteſt, ut per accesſiones pares judicium

Excreta etiam criſis tempus indicant in febribus.

cium

cium futurum ſeptimo die antevertat ſextus, τύραννος appellatus à Galeno, ſed ad perniciem.

Coctio tempus criſis deſignat.

Coctio apparens die *non critico judiciali, propriè dicto, principe, & radicali,* ſeptenario, ſed ἡμέρα παρεμπίπτουσα, *intercidente, intercalari,* nimirum *3. 9. 13. 19.* qui inter criticos & indices intercalantur, promittunt quidem criſes, ut: quæ quinto apparet, die nono; quæ ſeptimo, die undecimo; quæ undecimo, die decimo ſeptimo, ſed imperfectas.

Coctio debet eſſe conſtans.

Coctio autem, quæ criſis tempus in febribus, & diem ſignificare dicitur, non eſt quævis, ſed conſtans per totum morbi progreſſum, ab eo tempore, quo apparuerit ad finem uſque, & indicat tempus criſis, quatenus coctio eſt, non autem quatenus illo vel illo die apparet. Ut indicatorius dies eſt terminus actionis naturæ in morbum, ob limitatam utriuſque agendi & patiendi viin:ita judicator eſt ſignum durationis illam pugnam menſurantis, non quatenus ille dies numero eſt IV. hic VII. ſed quatenus denotat certum coctionis gradum, à quo nativi caloris robur, & materiæ morbificæ diſpoſitio per ſe ſignificantur.

Indicat autem diem, non quatenus dies, ſed quà coctio eſt.

Cauſæ etiam celeriorem criſin oſtendunt.

III. CAUSÆ etiam, celerior vel tardior futura ſit criſis, necne, indicare poſſunt. Anni tempore, regione, aëris conſtitutione calida, ut æſtate, criſes celeriùs ingruunt. Lunæ aſpectus non ſunt negligendi, ad prædicendum criſis diem. Si fortes aſpectus incidant in dies judicatorios, eò certiùs exſpectanda eſt criſis. Si aſpectus ſint mali, & nativo opem non ferant calori, verendum ne aut retardetur criſis, aut mala admodumque laborioſa fiat.

CAPUT LXI

explicat tertiam claſſem ſignorum criticorum in febribus, eorum nempè, quæ locum & modum concernunt.

Tertia claſſis locum deſignat.

TERTIA à Galeno adſignata claſſis ſignorum criticorum, tangit LOCUM ET MODUM, per quem in febribus expectanda criſis fiet, tùm κατ' ἔκκρισιν, tum κατ' ἀπόστασιν.

Et

Et hæc cognitio admodùm neceſſaria éſt, tùm, ut, per quem locum motum naturæ adjuvare debeamus, perſpectum habeamus, tùm, ne intempeſtivis remediis naturæ motum inhibeamus: invenire autem modum & locum non poſſumus, niſi cognitâ diſpoſitione corporis, & materiæ peccantis: ſiquidem bilioſæ atomi tenues, facili negotio ſudoribus evacuantur: craſſæ verò ad centrum inclinant, unde expurgari ſolent vel urina, vel alvi fluxu. *Cognitio hæc neceſſaria eſt.*

Præterea æſtivo tempore ſolet fieri criſis per ſudorem: hyemali per alvi fluxum: aeris in frigiditate conſtipantur pori, humoresque intus pelluntur.

Ulterius corpora rara ſolent judicari per ſudorem, denſa verò potius per urinam & alvum. Hæc ſcitu ſunt neceſſaria, ut quo natura vergit, eò comitemur conſilio.

Materia, quæ excernitur, eſt vel *ſanguis*, & ejicitur per nares, ventriculum, hæmorrhoidas, uterum: vel *ſuccus à ſanguine diverſus*, ut *ſerum*, per ſudores & urinam: vel *alii humores* eliminantur ex ventriculo per τὰ ἄνω καὶ κάτω. *Materia, quæ excernitur, determinatur.*

Κρίσεως καὶ ἐκρεῦν LOCA deſignantur 1. *ab eſſentialiter inhærentibus* SPECIE ET NATURA FEBRIS. SYNOCHI fluxum ſanguinis è naribus, ARDENTES & hunc, & ſudorem notant. *Deſignatur locus 1. ab eſſentialiter inhærentibus.*

II. SYMPTOMATA futuræ excretionis locum deſignant, & quidem *2. Symptomata locum futuræ excretionis notant.*

1. *τοῦ αἵματος ἔκκρισιν διὰ τῶν ῥινῶν*, HÆMORRHAGIAM quidem narium, & *ἐμέτου*. VOMITUM in ardentibus *ἕν τι σημεῖον εἶναι τὴν κεφαλαλγίαν*, UNUM SIGNUM, nempe *dolorem capitis notare*, expoſuit *Galenus 1. ad Glauconem cap. 15.* Subjungit etiam plura alia ſigna 1. quando dolor capitis tale ſignum præbeat, nempe, *εἰ μὴ κατ' ἀρχὰς εὐθὺς εἰσέβαλεν, ὡς σύμπτωμά τι τοῦ νοσήματος, ἀλλ' ἐν τῇ πρὸ τῆς κρίσεως ταραχῇ*, *ſi ſtatim ab initio non invaſit, ſicut quoddam ægritudinis accidens, ſed in perturbatione, quæ ante criſin fit.* 2. *δεύτερον δ' εἶναι ἢ ὁ τράχηλος συναλγοίη, καὶ* 3. *ὑποχόνδριον ἀνασπώμενον εἴη. καὶ εἰ δύσπνοιά τις αἰφνίδιος, οἱονεὶ στενοχωρουμένου τοῦ θώρακος. εἰ γὰρ ἐπὶ τούτοις ἅπασιν ἐξαίφνης* *Hæmorrhagia narium ſigna: 1. dolor capitis, ſi non ſtatim ab initio invaſerit:*

ὀγκώμενοι οἱ σφυγμοὶ μεταπίπτοιεν εἰς μικρότητα, μὴ δ' ἀμυδροὶ γίγνοιντο, παραχρῆμα τὴν κρίσιν ἐλπίζειν, 2. ſi cervix compatiatur, & 3. hypochondrium retractum ſit, ut anhelitus difficilis repentè ſupervenerit, thorace veluti anguſtiore facto: ſi enim poſt hæc omnia pulſus in tumorem ſubitò elati non reciderint in parvitatem, neque debiles facti fuerint, ſtatim criſis expectanda.

Venarum intumeſcentia: ſplendores oculorum: delirium.

His expeditis ſigna alia futuræ criticæ per nares expurgationis *ſubjungit*: venarum in facie intumeſcentiam: arteriarum pulſum: lachrymas, & *μαρμαρυγάς, ſplendores* oculorum: ſcalptiones narium. *μὴ καὶ πλαγῆς δ' ἐν τούτοις, ἢν παραφρενοῦντα τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἀναπηδῶντα θεάσαιο, verba ſunt Galeni loco citato. καὶ γὰρ καὶ ταῦτα τῆς ἄνω φορᾶς τῶν χυμῶν γνωρίσματα. καθάπερ ἥτε δύσπνοια καὶ τὸ ὑποχόνδριον ἀνασπώμενον, ὅ, τε τράχηλος ἅμα τῇ κεφαλῇ βαρυνόμενος. Neque verò ex his perterrearis, ſi hominem deſipientem aut reſilientem inſpexeris: nam & hæc humorum repentium ad partes ſuperiores indicia ſunt, quemadmodum & anhelitus difficilis, & hypochondrium retractum, & collum ſimul cum capite aggravatum.*

Per vomitum futuram criſin oſtendit inferius labrum palpitans. Hiſtoria Galenica.

VOMITUS critici ſignum enumeratur *à Galeno 3. de criſibus cap. 11. καὶ μὴν δὴ καὶ ὡς τὸ κάτω χεῖλος σειόμενον, ἔμετον ἔσεσθαι προδηλοῖ. Ac propterea, quod labrum inferius agitatum, futurum vomitum ſignificat.*

Galenus lib. de præcognit. ad Poſthumum cap. 13. recenſet, ægrum quinto die morbi, cùm medici de V. S. conſultarent, de improviſo è lecto quaſi proſiliiſſe: rogatum cauſam, reſpondiſſe, ſe timuiſſe rubrum ſerpentem per laqueare repentem, ne ſe impeteret. Exinde collegit, criſin per hæmorrhagiam narium brevî ſequuturam. Prognoſtico magnâ adſtantium cum admiratione reſpondit eventus.

Lorum criſeos per alvum monſtrat turbatio ejuſdem. Tuſſis, ructus, difficultas ſpirandi.

DIARRHOEA critica præſagiri poteſt ab alvi turbationibus. *ποτὸν χαλεπῶς, ait Hippocr. in prænotionibus Cois, καταβρογχίζοντι πνεύματι βηχώδει ἔρευγμος ὑποστρεφόμενος, εἴσω κατειλούμενος. σημαίνει πόνον κοιλίης. Si difficulter potum haurienti, cum tuſſifero anhelitu, ructus eſt intrò referens ac revolutus; laborem alvi denunciat.* Intelliguntur tuſſis, ructus referens intrò, difficultas ſpirandi, faucibus nec reſolutis, nec inflammatis. Singula *ἐοικότα* ſunt, ſimul juncta ſunt *τεκμήρια* fluxuræ alvi.

PER

PER UTERUM criſin futuram prædicere licet ex dolore in coxam & lumbos pridie decumbente. *Uterina,*

HÆMORRHOIDALEM criticum imminere fluxum præſagit gravitas ventris, & ani pruritus in adſuetis. *hæmorrhoidalis criſis.*

SUDOREM criſeos comœdiam peracturum, oſtendit RIGOR cum ſuppreſſione urinæ, undoſo, & fluctuante pulſu, præcipuè ſi adſit halituoſi calidi vaporis è toto corpore prodeuntis ſenſus. *Locum eucaneum in ſudore prædicit rigor.*

Διὰ διέξοδον, ſpeciatim περίρροιαν dictam, *per urinam* excretionem ſequuturam præſagit enarratarum evacuationum abſentia, pudendi ardor, pubis gravitas, præſertim, ſi in die indicatore urina copioſius ſolitò fluxerit. *Urinam criticam præſagit ardor pudendi.*

Διὰ πτυαλισμὸν, *per ſputum* obſervavimus ardentem terminatam feliciſſimè, copioſum, & continuum, diurnum & nocturnum. Præſagiri poteſt, fauces copioſum ſi præcipitare viderimus phlegma. *Salivationis locus denominatur à ſputo.*

PLURIBUS EX LOCIS nonnunquam criticè evacuatur materia. In *epidemiis* Heraclio ſanguis erumpebat ex naribus, deinde fluebat alvus, & per veſicam largam excernebat urinam. Mulieri poſt copioſiſſimum menſtruorum fluxum ſudores critici erumpebant. Nonnullis *inquit Hippocrates 1. epid. com. 2. t. 68.* Simul & ſanguis è naribus, & menſes apparuerunt. Contigit hoc in Detharſis filiâ virgine. Nulla harum, ſed ſolæ prægnantes mortuæ. *Per plura loca criſis quando expectanda.*

In hac criſium imminentium complicatione locus ille potiſſimum prædicendus, ad quem natura magis inclinat.

III. CAUSÆ EFFICIENTES locum affectum deſignant. Febres BILIOSÆ à tenui humore, ſudore, vomitu, alvi fluxu, eoque vel uno, vel pluribus ſolvi expetunt. DISPONENS CAUSA, inclinatio ad ſudorem, ardentem febrim per ſudorem terminatum iri oſtendit, præſertim ſi cutis in ægro obſervetur raritas. *Cauſarum fons.*

ABSCESSUS LOCUS in longâ febre, περιεστικῶς διακειμένου, *ſalutariter decumbente* ægro, neque ob ullam evidentem aliam occaſionem, aut inflammationem, dolore correpto, ξυτέω προσδέχεσθαι ἀπόστασιν μετ' οἰδήματος καὶ ὀδύνης τῶν ἄρθρων, *Locus abſceſſus denotatur à dolore.*

θρέων, καὶ οὐχ ἧσσον ἐκ τῶν κάτω, ita cenſente Coo libro προγνωστικῶν, prænotionum propè finem, huic abſceſſus cum tumore aut dolore ad articulum aliquem exſpectandus, maximequè in inferioribus locis.

Confirmatur à Galeno. Illuſtratur hoc prognoſticum loci abſceſſus 4 *aphoriſm. 31.* κοπώδεσιν ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν, ἐς ἄρθρα καὶ παρὰ τὰς γνάθους μάλιστα αἱ ἀποστάσιες γίνονται, *in febribus, in quibus laſſitudinis ſenſus eſt, in articulis & circa maxillas potiſſimùm abſceſſus fiunt.*

Prædicentia indicia parotidum. IN CONTINUIS ardentibus & malignis rubor ſi adſit faciei, capitis gravitas, ſurditas cum ſopore, urinâ ſemicoctâ, locus criſeos per abſceſſum erit poſt aures, & prædici poſſunt παρωτίδες.

CAPUT LXII.

Quarta claſſis prædictionis concernit criſin perfectam.

Prognoſtica criſis perfectæ & imperfectæ. QUARTA à Galeno *loco citato* non memorata claſſis accidentalium in continuis acutis febribus differentiarum, quæ concernunt criſin, vel *fidam* & *perfectam*, & optimam, vel *malefidam, imperfectam*, meritò etiam expendenda. Petuntur ab iis 1. quæ *criſin fientem* comitantur. 2. quæ *factam* conſequuntur.

Petuntur ab iis, quæ 1. criſin fientem comitantur τὴν καθ' ἔκρυν. 1. qualitate excretum ſit laudabile. Et 1. FIENTES CRISES καθ' ἔκρυν in febribus ἐπίσημοι, *bona* æſtimantur, ſi id, quod excernitur, quatuor habet conditiones:

I. QUALITATE ſit laudabile: humor ſcilicet ſit ille, qui peccat. ἢν μὲν οἷα δεῖ καθαίρεσθαι, καθαίρωνται, ut *Coi 1. aphoriſmo* 2. extantia verba hic faciamus noſtra, ξυμφέρει τε καὶ εὐφόρως φέρουσιν, *ſi talia purgentur, qualia purgari oportet, confert, & leviter ferunt, ſin minus, contrà.* In bonâ criſi, bilioſa ſi peccent, purgari debent, ſin minus, infida eſt criſis. Deinde idem humor ut coctus ſit, neceſſe eſt. Sine ſignis coctionis nemo viſus ſervatus: cum illis nemo mortuus. Febris ſine πεπασμῷ non exſolvitur, niſi ſit ἐπιθεστάτη: ſecundæ omnes criſes à pepasmo. πεπασμοὶ, *autore Hipp. 1. epid. ſ. 2.* ταχυτῆτα κρίσεως, καὶ ἀσφαλίην, καὶ ὑγιείην σημαίνουσιν. ὠμὰ δὲ καὶ ἄπεπτα, καὶ ἐς κακὰς ἀποστάσιας τρεπόμενα, ἀκρισίας, ἢ πόνους, ἢ χρόνους, ἢ θανάτους, ἢ τῶν αὐτῶν ὑπο-

ἀποστροφάς. *Concoctiones indicationem brevi fore & certam ſalubritatem portendunt. Cruda verò & incocta, quaque in malos abſceſſus vertunt, aut judicationis ceſſationem, aut dolorem, aut diuturnitatem, aut mortem, aut eorundem reverſiones ſignificant.* Cum apparent non multò poſt morbi initium ſigna coctionis, & nunquam amplius evanescunt, ſed mutantur in melius ſemper, ſecundum rationem, per dies contemplatione dignos, maxima eſt ſpes, fore judicationem optimam, tutam & ſine recidivâ. Si ergò in ſynochis ſanguis è naribus emanet: in ardentibus item bilioſa cocta excernantur, nulla timenda ἀκρισία, *mala judicatio*, nulla ἀποστροφή, *recidiva*.

II. ἀπηρτισμένως, ὁλοκλήρως, ἀνελλιπῶς, ἀπαρτίως fieri debere perfectam criſin, innuit *Galenus 1. aphor. 20.* QUANTITATE COPIOSA unâ vice, bonam quod præbere expetit ſpem, excerni amat. Exigua ſuſpecta. τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα ὑποστροφώδεα. *2. aph. 12. Si quid relinquatur, mala fidei eſt, & reverſionem parit.* Nihil eorum, quæ decretoria, exiguum. ῥινῶν ῥάξις, *ſtillatio narium*, in ſynochis, ardentibus, & malignis δύσκριτος ἢ θανατώδης. δύσκριτος, *mali judicii* in qualitate bona ſanguinis: θανατώδης, *lethalis nota*, in malâ, qualis eſſe ſolet ſanguinis meracioris & nigri. *1. epidem. ſect. 3. t. 75.* στάξιες ὡς ἐλάχισαι κάκισαι, *ſubſtilla ſanguinis perexigua mala.* ἐφίδρωσις, *ſudatio pauca* in iiſdem metum adfert ſiniſtri judicii, aut conclamationis vitæ. οἱ ἐφιδροῦντες ἐν πυρετῷ κακοήθεες. *Cois in pranot. Qui exiguo ſudore madent cum febre, in metu mortis ſunt.* σμικρὰ ἐμέσματα κακά. VOMITUS *paucus naturam non ſublevat.*

2. Sufficiente excernatur quantitate. Nihil enim paucum criticum. Stillatio narium mali judicii. Ἐφίδρωσις Sudatio in febribus acutis pauca ſiniſtri ominis.

Omnia hæc complectitur *Hippocr. coarum pranot. lib. 3.* τὰ σμικρὰ ἐπιφαίνεσθαι, οἷον στάξιας, ἢ οὖρον, καὶ ἔμετον, καὶ διαχωρήματα. κακὸν μὲν παντός. κάκιστον δὲ ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντα. *Exigua quædam ſuperapparere,* cum larga evacuatio exſpectata, *velut ſanguinis ſubſtilla, urinas, ſudores, vomitus,* dejectionesque ejusmodi; *eſt quidem omnino malum: ſed eò pejus, quò frequentius reverterint.*

III. TEMPORE debito quod excernitur, criticum ſolùm eſt, nempe in ſtatu morbi univerſali, & die critico. Magna eſt malignitatis ſignificatio, intempeſtiva materiæ expulſio. ὁκόσοισιν ἐκλείπουσιν οἱ πυρετοὶ, μὴ κατὰ κρισίμους ὑποστροφικόν, *breviter & verè*

3. Debito quod excernitur tempore, criticum ſolum eſt.

verè Coæ prænotiones lib. 1. t. 85.: quibuscunque non critico die febres quieſcunt, iis revertuntur. Morbi, qui ægros diebus dimittunt non criticis, non videntur κρινόμενοι καὶ κεκριμμένοι ἀρτίως, *judicati, aut judicati integre.* Sunt autem tales ὑποστροφώδεες, ὑποτροπικοὶ, οἱ μὲν ὑποτροπιάζειν εἰώθασι, καὶ ὑποστροφὰς ποιέουσι.

Ariſtoteles.

Ariſt. 5. phyſicor. cap. 16. t. 58. morbi ſolutiones, quæ fiunt ἐν κρισίμοις ἡμέραις γίνονται κατὰ τὴν ἀλλοίωσιν φυσικήν, *diebus criticis fiunt ſecundum naturalem alterationem*: quæ verò fiunt diebus non criticis, κατὰ τὴν βιαίαν ἀλλοίωσιν, *per alterationem violentam.*

Sudores qui eveniunt tertio die, &c. boni.

ἱδρῶτες πυρεταίνουσιν ἢν ἄρξωνται, ἀγαθοὶ τριταῖοι, ἢ πεμπταῖοι, γὰρ ἑβδομαῖοι, καὶ ἐνναταῖοι. &c. οὗτοι γὰρ ἱδρῶτες νούσους κρίνουσι. οἱ δὲ μὴ οὕτως γινόμενοι, πόνον σημαίνουσι, καὶ μῆκος νούσου, καὶ ὑποτροπιασμούς. *Cous 4. aphoriſmor. 36.* Sudores *febricitantibus boni ſi evenerint tertio die, & quinto, & ſeptimo, & nono,* &c. *Ii enim judicant morbos.* Qui ſecus eveniunt, laborem ſignificant, longitudinemque morbi, & recidivam.

Hæmorrhagia quarto die contingens eſt ſymptomatica.

Ἢν ἀπὸ τῆς τετράδος, αἱματος ῥύσις γένηται. χρόνια σημαίνει. καὶ κοιλίη καταῤῥήγνυται, καὶ σκελέων οἰδήματα. *Coæ prænotiones. Si cui quartana eſt hæmorrhagia, diuturnitatem oſtendit: ac tum prorumpit alvus, ac crura intumeſcunt.*

Ante tertium nulla criſis bona.

In acutis febribus criſis bona in ſalutem ægrotantis facta, non poteſt regulariter intra tertium fieri, quia ante eum humor peccans coqui non poteſt, cum, *autore Hippocrate 1. epid. com. 3. t. 14.* decretoriorum quartus ſit primus ex paribus. Ante illum autem mors in veſtibulo. Optima excretio, quæ fit die judicatorio verô: & melior, quæ pari fit die, quàm impari.

At contradicere videtur *Hippocrates 4. aph. 61.* qui recidivas minatur febricitanti, ἢν μὴ ἐν περισσῇσιν ἀφῇ ὁ πυρετός. *R. Galenus in comm.* περὶ περισσῇσιν *imparibus, legendum eſſe* κρισίμοις.

Tutiſſimus criticus dies ſeptimus.

Tutiſſimus κρίσιμος dies eſt SEPTIMUS, quem *Galenus 1.* περὶ κρισίμων ἡμερῶν, *de diebus decretoriis cap. 4.* πρώτην vocat τοίνυν ἁπασῶν τῶν κρισίμων ἡμερῶν, *primum omnium dierum criticorum,* οὐκ ἀριθμῷ δηλονότι καὶ τάξει πρώτων, ἀλλὰ δυνάμει τε καὶ ἀξιώματι, *non numero videlicet & ordine primum, ſed potentiâ & dignitate.*

dignitate. Πάντα γὰρ ἔχει συλλαβοῦσα τὰ τῶν γνωρίσματα, *omnes enim ſummatim decretoriorum notas occupat.* Eoque ſecurior eſt ſeptimus, ſi quarto indicatore, ad ſtatum vertatur bonum. Si verò quarto, qui ἐπίδηλος, *index* ſeptimi eſt, ad pejus ægri vergant, ſexto certò moriuntur. Egregiè pergit *Galenus citato loco.* καί μοι πολλάκις, *inquiens,* ἐπῆλθε τὴν μὲν τῆς ἑβδόμης ἡμέρας φύσιν εἰκάζειν βασιλεῖ. τὴν δὲ τῆς ἕκτης, τυράννῳ. προνοεῖται γὰρ ἡ μὲν, οἷα ἀγαθός τις ἄρχων, τοῖς ὑπ' αὐτὴν κρινομένοις, ἢ τῆς κολάσεως ὑφεῖναι τὸ μέγεθος, ἢ τὴν νίκην ἐπιλαμπρῦναι. τὴν δὲ τῆς ἕκτης ἡμέραν, ἔμπαλιν εἰκάσαις ἄν, ἢ ταῖς ὀλέθροις αὐτὴν ἐπιχαίρειν, ἢ ταῖς σωτηρίαις ἄχθεσθαι, καὶ ζητεῖν, ὅπως τὸν θυμὸν ἐκπλήσῃ, καὶ κακῶς δρᾶσαι τὸν εἰς αὐτὴν ἐμπεσόντα, καὶ μακρᾷ κολάσει περιβαλοῦσα, διαχειρίσηται. *Mihi equidem frequenter in mentem venit,* SEPTIMI *diei naturam Regi aſſimilare,* SEXTI *verò Tyranno. Ille ſiquidem providet, tanquam bonus aliquis princeps, iis, quos judicat, ut vel ſupplicii partes adimat, vel illuſtret victoriam: ſextum verò diem econtrariò finxeris, vel pernicie illius, quem judicandum accepit, gaudere, vel ſalute dolere, quærereq; ubi animum expleat, & malè ægrum, qui in ipſum incidit, tractet, & longâ punitione involvens exerceat.*

Septimus criticus à Galeno comparatur regi.

Sextus dies eſt tyrannus

Hinc ὁκόσοισιν, *autore Coo. 4. aphoriſm. 62.* ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἴκτεροι ἐπιγίνονται πρὸ ἑπτὰ ἡμερέων, κακόν, *quibus in febribus morbus regius ante ſeptimum diem accidit, malum.* ὁκόσοισι δὲ, argumento 64. *aphoriſmi, libro eodem,* ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τῇ ἑβδόμῃ, ἢ τῇ ἐννάτῃ, ἢ τῇ ἑνδεκάτῃ, ἢ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἴκτεροι ἐπιγίνονται, ἀγαθόν, ἢν μὴ τὸ δεξιὸν ὑποχόνδριον σκληρὸν ᾖ, ἢν δὲ μή, οὐκ ἀγαθόν. *Quibus in febribus morbus regius ſeptimo, vel nono, vel undecimo, vel decimo quarto ſucceſſerit, bonum, niſi dextrum hypochondrium durum fuerit, ſi verò non, non bonum.*

Hinc icterus ante ſeptimum malus: ſeptimo bonus.

Contingunt tamen nonnunquam κρίσεις ἡμίρροποι *excretiones ſemimotæ aut ſemifluæ,* QUINTO vel SEXTO, ſuâ naturâ periculoſæ, ex eventu tamen in melius cedentes, ſi alia excretio ſponte ſuperveniat. Id patet ex hiſtoriâ Methonis, cui *autore Coo 1. epidem. ſect. 3. t. 24.* die quinto cum judicatus eſſet, morbo alioqui calamitoſo exiſtente, poſt κρίσιν ἡμίρροπον, *excretionem ſemifluam,* ſanguis è naribus diu profluxit. Virgo Lariſſæa, *3. epid. comm. 3. t. 83.* memorata, judicabatur ſexto. Periculum autem, quod malefida minabatur criſis, minuebat men-

Nonnunquam tamen & criſes die quinto cedunt in ſalutem.

ſium eruptio à naturâ procurata.

Eadem ratio aliorum dierum. Diurna & nocturna in paritate periculi.

Ejusdem conditionis octavus & decimus, quibus plerumque ægri moriuntur.

Ut, an diurna, an nocturna criſis facilior & tutior, determinetur, conſiderandæ circumſtantiæ à *Franciſco Valleſio lib. 10. controv. capite 11.* adnotatæ.

4. Bona criſis etiam ſit per loca conferentia

IV. excernendi modus laudabilem excretionem notat, ſi ἡ πρώτη ἔφοδος, ἀθρόως καὶ διὰ τῶν συμφερόντων χωρίων, *primus impetus confertim* fiat conturbatione prægreſſa, non ſenſim vel paulatim, & *per loca conferentia.* Nec impedit, quantumvis vacuatio ſit laborioſa. Refert *Hippocrates in epidem.* pueros exanthematibus laborantes liberatos fuiſſe ſtranguriâ laborioſâ, & diuturnâ. Quà diuturna, erat bona in ratione cauſæ, expurgabat enim corpus plenè: quà laborioſa, erat bona in rat[illegible] ſigni, expurgabat enim prava. Itaque, quòd diuturna [illegible] laborioſa, bona erat, evacuabatur enim multum & [illegible]n.

CAPUT XLIII

monſtrat conditiones boni abſceſſus.

Abſceſſus boni FIENTIS indicia petuntur 1. ex loco, in quem.

Αποστάσεως, *abſceſſus* fientis in febribus conditiones, ſi ſalutaris eſſe debeat & perfectus, etiam attendendæ, ſecundùm

1. τὸ ὅποι, *quorſum* is decumbat, ſeu ejus locum. Debet autem is eſſe infrà, procul, & capax. infra morbum requirit locum, eumque remotum à parte affectâ. *Cous 2. epidem.* αἱ δ' ἀποστάσεις αἱ κατωτάτω τῆς κοιλίης καὶ πορρωτάτω ἀπὸ τῆς νόσου καὶ κα̃ ἔκρεων. *Abſceſſus inferni, & longiſſimè infrà ventrem & remotiſſimi ſint à morbo*, ad crura. totius materiæ etiam capax eſſe debet locus abſceſſûs *1. epid. com. 3. t. 26.* ardente febri correptus, in magno pedis digito ſenſit dolorem, nocte deliravit, poſtridiè obiit. Neptis Timeni ex acuto morbo abſceſſum habebat in digito, cumque pars materiæ non eſſet capax, partes nobiliores non liberatæ, alteroq; ægra interiit die. In malignâ nobilis vir maculam lividam oſten-

oſtendebat in genu: alius gangrænam in ſcroto, alius in ſurâ, die 9. Fato paucis inde defungebantur diebus. Melior eſt abſceſſus in febribus, qui ἔξω, quam qui εἴσω vertitur.

2. ὅθεν Locus *ex quo*, qui bonum abſceſſum minatur vel malum, laudabilis eſt κατ' ἴξιν καὶ ἀπευθυσμόν. *2. locus ex quo.*

3. TEMPUS etiam conſulendum. Bonus abſceſſus fit coctâ morbificâ materiâ. Inconcocta enim & in pravos abſceſſus converſa, aut longitudinem minatur, aut mortis periculum. *3. tempus.*

4. MODUS egreſſus etiam bonitatem vel pravitatem notat. Ut excretio, ita & abſceſſus bonus in febribus fieri debet ἀθρόως, οὐχ ἠρεμαιοτρόπως· ἀνάξιος τῆς περιβολῆς, non lento ſed feſtino pede, confertim, *magnis portionibus: non condignus & effatu dignus* abſceſſus, in acutâ malignâ febre eſt parotis. In bonis naturæ rebus eſt, ſi abſceſſus non evaneſcat retrocedatve, ſed perſeveret, & ſuppuratus ad exitum deveniat. Hinc in malignis parotides, poſt aures abſceſſus, qui aliàs ſunt malæ fidei, & in peſte bubones, carbunculique evaneſcentes lethiferi. *4. modus egrediendi. Abſceſſus ſalutaris eſt magnus, non ſemiſſuus.*

CAPUT XLIV.

effectus bonam criſis & abſceſſum inſequentes.

CONSEQUENTIA utramque criſin τὴν κατ' ἔκκρισιν & κατ' ἀπόστασιν, bonam & extra ὑποστροφῆς, *recidivæ* periculum locant, ſi benè habeant. *FACTAM bonam criſin vel abſceſſum indicant conſequentia.*

ACTIONES naturales, vitales, & animales ſi laudabiles, omnia ſalva. Criſi factâ benè ingerere, digerere, egerere, bonæ criſis: econtrà ἢν ἐκ νόσου τροφὴν λαμβάνων τις μὴ ἰσχύῃ, *ſi à morbo cibum adſumens quis non corroboretur*, verba ſunt 2. *adſint aphor.* 7. cibi faſtidium, ructus acidi, oris ſiccitas, hypochondrii tenſio, ἀκρισίας, *malæ judicationis* indicium eſt. PULSUS æqualis ſi ſit, bonæ judicationis ſignum. SENSUS ſi integri ſint, ſomnus placidus, reſpiratio ἀβίαστος, non violenta, decubitus decens, res in vado. *Actionum ſequi debet integritas.*

EXCRETA poſt ἔκκρισιν ἢ ἀπόστασιν in febribus, ſi naturali ſtatui correſpondeant, in *dejectionibus, urinis, ſudoribus, & abſceſſibus*, non eſt, quod ὑποστροφὴν *reverſionem* metuamus. *Excreta etiam laudabiliter ſe habere debent.*

Qualitates benè habentes fidam in febribus notant criſin.

QUALITATES mutatæ excretiones ut ſi *in facie* & totius corporis habitu reluceant laudabiles, fidas ſignificant criſes, utraſque, tum *καθ' ἔκρουν*, tum *καθ' ἀπόστασιν*, nec eſt, quod *reverſionem* ominemur ullam.

Atque hæc ſymptomatum omnium ceſſatio eſt bonæ criſis *καθ' ἔκρουν καὶ καθ' ἀπόστασιν* in febribus acutis indicium.

CAPUT XLV

imperfectæ & malæ criſis & abſceſsûs indicia proponit.

AB his ſi ſeceſſio fiat, *ἀκρισία καὶ ἄσημος κρίσις, mala judicatio* ſuboritur, & vel *ὑποστροφή recidiva*, vel cita aut paulatina mors metuenda.

Infelicis criſis ſigna. Eſſentialiter inhærentia. Excretio humoris.

INFELICEM criſin & abſceſſum notant

I. QUALITAS humorum maligna, immorigera & refractaria, cruda & inconcocta, vel quæ non peccat. II. QUANTITAS deficiens & parca in vitio. Tentatæ crebræ & exiguæ omnes evacuationes facultatis arguunt defectum. Relicta mi-
1. nantur recidivam. III. TEMPUS minus opportunum dies non
2. criticus. *ὑποστροφικὸν τὸ τοιοῦτον, recidivum notatur malum.* VI. Si
3. motus, critico die invadens inſolentem morbum nullo pacto
4. minuat, ſed augeat, vireſque non ſublevet, imò potiùs dejiciat,
ſymptomatica falſa criſis eſt.

Abſceſſus omnes in peſtiferis circà initia apparentes, ex ſui naturâ ſemper eſſe utiles, ſtatuit *Hercules Saxon. pract. med. lib. XI. de phænigmis sect. 3. cap. 24.*

Effectus ſeu ſymptomata.

SYMPTOMATA ſi non remittant naturalium, vitalium & animalium facultatum, infida criſis, & infidus abſeſſus metuenda & prædicenda.

CAPUT XLVI.

Altera integræ terminationis ſpecies lenta, in frigidis morbis λύσις dicta.

Alterum terminationis ſpecies generaliter ſumta.

ALTERA integræ terminationis morbi ſpecies PAULATINA *λύσις* propriè vocatur. Locum habet in morbis frigidis, diuturnis, *autore Galeno 1. de criſ. cap. 1.*

In

In SPECIE ad ſalutem ſi terminetur, vocatur *λύσις*, ad mortem, *μαρασμός*. Hectica febris *κτ βραχὺ ſenſim* & quaſi ſine ſenſu, teſtudineo molli incedens pede, terminum attingit ſalutis vel mortis. SALUTIS quidem, *μαρανθείσης τῆς νόσου, καὶ τοῦ πυρετοῦ, marceſcente morbo & jugulata febre*, reſarcitis *τοῖς σαρκώδεσι καὶ ἰνώδεσι μορίοις, carnoſis & fibroſis partibus*, ad vitam longiorem. AD MORTEM terminatur eadem, *μαρασμῷ, μαρανθείσης τῆς δυνάμεως καὶ μαραινομένων τῶν σαρκωδῶν καὶ ἰνωδῶν μορίων, tabe lentâ, marceſcentibus enervatiſque fibroſis & carnoſis partibus.* Specialiter accepta.

PARALYSIS, MELANCHOLIA HYPOCHONDRIACA, SCORBUTUS, LUES VENEREA, SCIRRHUS LIENIS lentæ terminationis morbi, modò ad ſalutem, modò ad mortem.

Νοῦσοι ξύντροφοι ἐν γήραϊ, καὶ διὰ πεπασμὸν λείπουσι, καὶ διὰ λύσιν, καὶ δι' ἀραίωσιν. Hippocr. 6. epidem. ſect. 5. t. 6. Morbi connutriti, una nutriti, nobiscum educati, qui longo tempore corpus detinuerunt & exercuerunt, ac ſi principiis ipſius naturæ primis inhæſiſſent, & cum materno lacte ſucti fuiſſent, *in ſenectute, & maturatione, & ſolutione, & rarefactione deſinunt.* Connutriti morbi in ſenio.

Operoſus eſt *Galenus in commento.* Illuſtrat primam ſpeciem *τοῦ πεπασμοῦ maturationis* provenientem ex ſenectæ temperaturâ, exemplo fructuum matureſcentium. ALTERUM MODUM ambiguè dictum *λύσιν ἢ διάλυσιν* etiam admittit, fierique eam docet corporeâ aliquâ ſubſtantiâ dilabente. Sic à naturâ alieni tumores, dilabente materiâ ſenſim evaneſcunt, & diſſolvuntur, accedente tenui victûs ratione. TERTIO confirmat CORPORIS RARITATEM à medicis conſultò effectam, à ſenili ætate rarò: cum labefactatis viribus, extenuato corporis habitu, & malè nutritâ cute, laxiores meatus redduntur. Explicatio Galenica. 1. 2. 3.

CAPUT XLVII.

Generalis terminationis morborum modus, mutatio in alium morbum. Ejus prima ſpecies μετάπτωσις

Quid ἕπεσθαι. Cum morbus unus ſequitur alium, *Cous* vocat ἕπεσθαι. mutatio & conſequutio hæc duplex ſtatuitur, & illuſtratur exemplo pleuritidis & peripnevmoniæ *à Galeno 7. aphor. 11. & 12.* una eſt μετάπτωσις, altera ἐπιγένεσις. Securior eſt mutatio per μετάπτωσιν, quàm per ἐπιγένεσιν.

Μετάπτωσις duplex: ΜΕΤΑΠΤΩΣΙΣ *γίνεται, ὅταν τῆς προτέρης νόσου παυομένης ἑτέρη γίνεται, cum à quiete prioris morbi alter naſcitur,* ſeu, cum morbus prior in alterum morbum, exutâ priore pelle, *μεταπίπτει mutatur.* Μετάπτωσις hæc duobus fit modis: per διαδοχὴν vel *μετάστασιν.*

Διαδοχή. ΔΙΑΔΟΧΗ fit in ægri ſalutem, *ἐκ φαύλων εἰς ἐπιεικῆ, à pravis ad benigna,* materiâ peccante à nobili ad ignobilem translatâ locum.

Exempla διαδοχῆς. Talis *μετάπτωσις διαδοχική, ſucceſſio ex tranſitu,* quæ fit relicto priore foco, (non autem per propagationem humoris morbifici, cujus eſt perennitas generationis & affluxûs, ſuperſtite

1\. priore morbo & foco) 1. occurrit, cum apoplexia terminatur in paralyſin, materiâ ex cerebri medullâ depoſitâ in alterutram

2\. ſpinalis medullæ partem. 2. *ὅταν τὸ μὲν ἐρυσίπελας ἔσωθεν ἔξω τρέπεται, quando eryſipelas* in anginâ *ab intus forâs convertitur. χρήσιμον commodum* id vocat *Cous 2. Coarum prænot. χρήσιμον* eſt ut ſignum & ut cauſa. *Signum* eſt victricis naturæ: cauſa melioris ſpei eſt in vacuitate ſymptomatum intolerabilium, & reſtitutâ

3\. libertate ſpirandi. 3. tussis in tumorem ſcroti converſio, *autore Hippocrate 2. epid. ſect. 1. t. 11. & ſect. 2. t. 7.* bona.

4\. 4. Permutatio talis locum habet, cum nares fluentes coryzâ deſinunt ſtillare moleſtas ſtirias, hæ verò ad muliebrem ſinum, corporis totius ſentinam, convertuntur.

II. μετάστασις. ΜΕΤΑΣΤΑΣΙΣ fit ex *ἐπιεικέων ἐς μοχθηρά, à bonis ad prava,* ad pernitiem, cum materia priorem faciens morbum ab ignobili ad nobilem transfertur locum, vel ab æquè nobili ad

Ejus exempla. aliam. Talis mutationis exempla *proponit Hippocrates lib. 1. de*

1\. *morbis,* brevi, ſed nervosâ recenſione, voce generis uſus, non ſpeciei. *Μεταπίπτει τάδε ἐκ πλευρίτιδος εἰς καῦσον· καὶ ἐκ φρενίτιδος εἰς περιπνευμονίην. Hi in alios tranſeunt, morbus lateralis in ardentem, & phreneſis in pulmonum inflammationem.* Pejor eſt ardens

dens pleuritide; pulmonis inflammatio delirio phrenitico.
Cum arthritis morbus graviſſimus & doloribus terrificus, re- 2.
pellentium externorum uſu, μεταπίπτει, & deſinit in ſyncopen,
gravior eſt hæc affectio quàm prior.

Μεταστάσεως exemplum eſt ἡ μὲν ἔκπτωσις τοῦ γένους τῶν ἐφη- 3.
μέρων εἰς συνόχους, τοὺς ἐν σήψει, καὶ τοὺς ἑκτικούς, *conſequutio & mu-
tatio diariarum in ſynochos, putridas, & becticas, memorata à Galeno 9.
med. cap. 1.* & mutatio tertianæ in quartanam, intermittentis in 4.
continuam ſimplicem vel duplicem, vulgaris notitiæ ad hanc
claſſem pertinet. Μετάστασις hæc fit à bonis ad prava.

Μεταστάσεων καὶ ἀποστάσεων crebra viciſſitudo, cum omnia, *Viciſſitudo.*
quæ aliò certis ê locis emigrant, eò ſæpe remigrant, unde abi-
ere, prava utplurimum. Sic abſceſſus crurales niſi fiſtulentur,
peripnevmoniæ palindromen ſæpe inflectunt ad ipſos pulmo-
nes, ſine periculo.

Interdum eſt μετάπτωσις ἀδιάφορος *indifferens*, nec à pra- *μετάπτωσις indifferens.*
vis ad bona, nec à bonis ad prava, ſed media, vel ἐκ ἐπιεικῶν εἰς
ἐπιεικῆ, *à bonis ad bona*, ut ſi ſudor convertatur in urinam, vel mi-
ctio in ſudorem: vel ἐκ μοχθηρῶν εἰς μοχθηρά, *ex pravis ad prava*,
ut cum ex uno delirio in aliud fit tranſitus, vel una febris, quæ
deſiiſſe videbatur, mutatur in febrim aliam ejuſdem ſpeciei,
δίκην ὑποστροφῆς *per modum recidivæ.*

CAPUT XLVIII.

Altera mutationis morborum in alium morbum ſpecies, ἐπιγένεσις *dicta à Galeno.*

VErbi ἐπιγίνεσθαι ambiguum eſt τὸ σημαινόμενον. LATE *Ambiguitas vocis ἐπιγίνεσθαι.*
manſuetiore morbo reddito, & naturâ erectâ bonam
mutationem notare poteſt. STRICTE non niſi ſta-
tum notat deteriorem, & conſectarium malum affe-
ctionum gravium, τοῖς ἐχομένοις *habitis à morbo* perículoſo &
diu afflictis, ſuperveniens. Moderatæ pleuritidi ſuperveniens
diarrhoea, *autore Galeno 6. aphor. 16.* eſt in bonis: ſed à pleuri-
tide gravi habito, & diu detento ſignum ὀλέθριον.

No-

Admonitio Galenica. Notanda etiam eſt *Galeni loco citato 6. aph. 16.* admonitio, *ἐκείνου μεμνῆσθαι προσήκει, huius meminiſſe oportet*, quod veri ἐπιγεννήματος ratio in eo conſiſtat, ut adſit non ab externâ aliquâ cauſâ, ut cum fluor alvi contingit in pleuritide à cibo & potu, *ἀλλὰ τῷ λόγῳ τοῦ νοσήματος, morbi ratione. ὅσα γὰρ δι' ἄλλο τι, καὶ μὴ διὰ τὸ νόσημα γέγονεν, οὐ δύναται σημαίνειν αὐτοῦ τὸ ἦθος. οὐ γὰρ συνῆφθαι χρὴ κατά τι τὸ σημεῖον τοῦ δηλωμένου περὶ αὐτοῦ. Nam quæ aliâ ex cauſâ & non vi morbi eveniunt, ipſius ingenium & morem ſignificare non poſſunt. Nec neceſſe eſt id, quod ſignificat, aliquâ ratione conjunctum eſſe cum re ſignificatâ.*

Ἐπιγένεσις descriptio. *Ἐπιγένεσις δὲ, autore Galeno. 7. aphor. 11. ἐστιν, ὅταν διαμένοντος τοῦ προτέρου νοσήματος, προσγένηται ἕτερον. ἢ, ὅταν τοῦ προτέρου μὴ παυσαμένου ἕτερον γίνεται, cum manente priore morbo alter accedit*, ſeu: *quando priori morbo non deſinente alter adiicitur.*

Fit per συμπάθειαν. Semper fit per ſympathiam. Syntimoriæ maleficæ cauſa eſt epigeneſis, quæ par pari refert illi morbo & loco, unde propagatio ipſa fit, ipſumque cumulatè auget malis ac damnis ægrotum.

Nulla ſympathia ſeu propagatio, quam ἐπιγένεσιν vocant, levationem adfert primigenii morbi, à quo educatur & nutritur, & nunquam non terret metu ſiniſtri judicii.

Superventio omnis mala. *τῶν οὕτως ἐπιγενομένων σύστασις οὐ σμικροῖς οὐδ' ἐπιεικέσιν ἕπεται νοσήμασιν, ait Galenus in com. aphoriſmi 11. libri 7. ἀλλὰ μεγάλοις δὲ καὶ κακοήθεσι. Omnis ejuſmodi ſupervenientiũ ortus non parvos, nec faciles, ſed magnos, & malignos ſequitur morbos.*

Illuſtratur exemplis Ita *ἐπὶ πλευρίτιδι περιπνευμονίη κακὸν, à pleuritide peripneumonia, malum. 7. aph. 11.*

1\. *ἐπὶ περιπνευμονίῃ φρενῖτις, κακὸν, à peripneumoniâ phrenitis, malum. 7. aph. 12.*

2\.

3\. Cum ex tertianâ ſimplici fit ἡμιτριταῖος, aut fatalis ad mortem quartanæ jungitur hydrops, creſcente novo quotidie diluvio conficiens ægrum, medicumque terrens, ἐπιγένεσις adeſt.

GUER-

GUERNERI ROLFINCII,
PHIL. ET MED. DOCT. ET PROF. PUBLICI,
ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS COMMENTATORIÆ.

LIBER IV.

De iis, quæ ad curationem,
quæ nititur methodo indicationum curativâ, & præſidiorum materiis, pertinent, agit.

SECTIO I.
De curatione, & methodo
curativâ, quæ conſiſtit in indicationibus.

CAPUT I
curationis neceſſitas, definitio.

Τῆς αὐτῆς ξυνέσιός ἐστι, *inquit Hippocrates libro de arte*, τὸ εἰδέναι τῶν νούσων τὰ αἴτια, καὶ τὸ θεραπεύειν αὐτὰς ἐπίστασθαι πάσῃσι θεραπείῃσιν, αἳ κωλύουσι τὰ νοσήματα μεγαλύνεσθαι. *Ejuſdem prudentiæ eſt, tum morborum cauſas cognoſcere, tum omnibus præſidiis, quæ morbos augeri prohibeant, eos curare noſſe.*

Curationis definitio.

1. Θεραπεία ἐστὶ τάξις, *ait Galenus libro* περὶ ἰατρικοῦ *inſcripto*, βοηθημάτων ἀκολουθίαν ἐχόντων. ἢ καιρὸς καὶ χρόνος κατορθώματος, ἢ ἐπιτηδειότητος χρόνου, ἐν ᾧ βοηθοῦμεν κάμνουσιν. *Eſt ordo auxiliorum conſequentiam habentium : opportunitas & tempus* MUNERIS PRÆCLARE OBEUNDI: *vel temporis commoditas, in quâ opem ferimus ægrotantibus.*

2. *Aliis* hæc placet : Curatio eſt correctio ſubita morborum præſentium. Correctio dicitur, quia omnium ferè actionum medicarum commune genus eſt ἐπανόρθωσις. SUBITA dicitur, ut excludatur conſervatio per ſimilia. PRÆSENTES morbi deſignantur, ut præſervatio futurorum excludatur.

3. Plenior hæc eſt: Curatio eſt depulſio affectuum præter naturam, in humano corpore exiſtentium, facta à medico, ope curativæ methodi, remedio contrario rectè adminiſtrato, ut actiones læſæ priſtinæ ſanitati reſtituantur.

Differentia ſanationis & curationis.

A curatione differt ſanatio. οὐ δὴ ἄλλο γέ τι τὸ ὑγιάζειν, *inquit Galenus 9. meth. medendi cap. 15.* ἢ τὸ τὴν νῦν οὖσαν ἐν τῷ σώματι διάθεσιν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἄγειν. *Sanum reddere ſeu ſanare nihil aliud eſt, quàm præſentem in corpore vitioſum affectum in naturalem habitum mutare.*

Curatio magis reſpicit cauſam morbi efficientem, ſanatio ſubjectum.

CAPUT II.

Curatio debetur morbis incurabilibus.

Morbi non indigent medico.

1. 2. IN univerſum morbos non indigere medico, & curatione ſolicitâ, videtur confirmare *Hippocrates 6. epid. comm. 5. t. 1.* Νούσων, *inquiens*, φύσιες ἰητροί. *Naturæ morborum medicatrices.* Et mox, t. 2. ἀνευρίσκει ἡ φύσις ἑωυτῇ τὰς ἐφόδους, οὐκ ἐκ διανοίας. Ἀπαίδευτος ἡ φύσις ἐοῦσα καὶ οὐ μαθοῦσα φύσις ἐοῦσα τὰ δέοντα ποιέει. *Invenit ſibi natura vias, non ex intellectu. A nemine diſcens, facit, quæ debet.*

℟. Reſpondetur ex Galeno in *comm.* hanc ſententiam non tollere artem medicam, & curationem. Scopus Hippocratis ſolùm fuit obviam ire illis, qui nimis ſiniſtrè de naturâ ſentiebant

bant, nimirum eam omni arte carere. His obviam ſolùm *ait* ire. Ipſe verò *Galenus*, ἄμεινον λέγεσθαι, *ait*, καὶ ἡ φύσις ἰᾶται τὰς νόσους, ὀρθῶς δὲ καὶ ἰατρικὴ, καὶ ὁ ἰατρός. *Melius dici videtur: & naturæ morbis medetur, rectè verò & ars medica, & medicus.* Natura ut cauſa principalis, medicina & medicus ut miniſter. ὑπηρετεῖ καὶ συμπράττει τῇ φύσει ὁ ἰατρὸς, *miniſterium præſtat & cooperatur naturæ medicus.* In quibusdam omne punctum fert natura: in quibusdam natura & medicus; in quibusdam nec natura, nec medicus quicquam præſtare videntur.

INCURABILIBUS manum eſſe admovendam conteſtatur *Hippocrates 1. de morbis.* Admonens medicum, ut cognoſcat, qui poſſibiles ſint curatu, qui non: ſubjungit: καὶ θεραπεύοντα τοὺς τοιαῦτα ἔχοντας ὠφελέειν, ἀπὸ τῆς θεραπείης εἰς τὸ ἀνυστόν. *Ut dum curamus eos, qui tales ſunt, per curationem, quantum poſſibile eſt,* opituleris. *Incurabiles non deſerendos ſententia eſt Hippocratis.*

II. *Trallianus cap. 5.* dum de μαρασμῷ *tabe* incurabili, ex ſenio, quæ nullâ medicinâ tolli poteſt, ſermonem habet, hæc profert verba: ὅμως δεῖ φιλονεικεῖν διὰ φιλάνθρωπον τῆς τέχνης βοήθειαν, καὶ μὴ ἐγκαταλαμβάνειν. *Attamen propter humanum benignumquè artis auxilium contendere cum morbis oportet, & non ceu deploratos omnino relinquere.* *Trallianus.*

RATIO ſuadet, à deploratis non eſſe abſtinendum, quia ſæpe tales videntur, qui tamen tales verè non ſunt. Videntur autem tales 1. propter ignorationem naturæ particularis. 2. proter exactam virium menſuram non ſatis ponderatam. Languidæ ſæpe videntur, cùm tales tamen non ſint. Ne ergo medicus deficiat in charitate, aliquid agat. *Ratio.* 1.

II. Non facilè medicum in eam cogitationem devenire debere, ægrum eſſe relinquendum ceu deſperatum, oſtendit alia ratio, ſiquidem in ACUTIS non omninò certæ prædictiones neque ſalutis neque mortis, *autore Hippocrate 2. aphor. 19.* & ſæpe loculo vicinus erigit ſe, & aliam inſiſtit ſemitam. 2.

III. Non eſt deneganda curatio inſanabilibus, quorum morbus in tantum vires acquiſivit, ut inexpugnabilis videatur, ut præcaveamus, ne in deterius labantur ægri. Sic ſcirrhus incurabilis civiliter tractandus, ne ex eo fiat hydrops. 3.

IV. Ut affectûs vehementiam palliativâ curâ demulceamus, quod in cancris præcipit *Galenus 6. aphor. 38.*

Nihil antiquius in morbis obſtinatis, quàm τὸ πάλγειν, ea quærere, quæ morbi moleſtias levare, & querelas percrebras demulcere poſſunt. Licet malo ars fuerit victa, morbique diuturnitas eam eluſerit, tamen ab omni remedio temperare hominis maligni eſt & deſperantis. Nunquam ſola deſperatio omnis ſolatii vice debet fungi.

5. aliquid agendum.

V. Ut æger diutiùs trahat vitam, aliquid agendum. Sic in phthiſi ab ulcere pulmonis, non ſuperſedere debemus operæ, aut ulli parcere labori.

Experientia confirmat.

EXPERIENTIA & hiſtorica fides teſtatur, plurimos, qui videbantur deplorati, reſtitutos ſupervixiſſe, & deſperatam ægrotantium ſalutem multoties recuperatam.

CAPUT III.

Non eſſe attingendos deploratos confirmatur autoritatibus.

Hippocrates deſperatos non eſſe attingendos ait.

ALiter ſentire videtur *Hippocrates*, qui multis in locis τὺς ἀπεγνωσμένυς καὶ ἀνελπίζοντας τοῦ τυγχάνειν τῆς σωτηρίας, *deſperatos, recuſantes, ut loquitur Arnobius lib. 1. adverſus gentes, perpeti ſanitatem,* linquendos ſtatuit. *Libro* περὶ τέχνης *de arte*, jubet μὴ ἐγχειρέειν τοῖσι κεκρατημένοισιν ὑπὸ τῶν νοσημάτων, εἰδότας, ὅτι ταῦτα οὐ δύναται ἰητρικὴ, *non adhibere manus iis, qui à morbo victi ſunt, cùm id medicinam non poſſe præſtare probè conſtet.*

Ratio, quia in his nihil medicina præſtare poteſt.

Libro 1. de morbis t. 38. inter ea, ἃ μὲν κατὰ γνώμην οὐκ ὀρθῶς εἰσὶ, *quæ non recto mentis fiunt conſilio*, refert, τὰ δυνατὰ μὴ ἐξιῆσθαι, καὶ τὰ ἀδύνατα φάναι ἐξιήσασθαι, *ſi quæ ſanari poſſunt, non ſanes, & quæ curari impoſſibilia ſint, te curaturum recipias.*

Galenus conſentit, ſed aliam ob rationem, ne infamentur præſidia.

Galenus ejusdem eſt ſententiæ, 11. θεραπευτικῆς μεθόδου, *cap. 9.* ἐφ' οὗ, *inquit*, ἀνέλπιστος ἡ σωτηρία, μάταιον ἂν εἴη, διαβάλλειν τοῖς ἰδιώταις τὰ πολλοὺς σώζοντα βοηθήματα. *In quo deſperata ſalus, imprudentis conſilii fuerit, apud vulgum infamare præſidia, quæ multis fuêre ſaluti.*

Exempla.

Subjungit exempla eorum, qui iisdem remediis uſi fuerant in

in incurabilibus, quæ ipſe in curabilibus, non ſine artis dedecore.

ἐγὼ γοῦν οἶδά τινας ἰατροὺς ἀμεθόδους, μιμησαμένους τὰ ὑφ' ἡμῶν πραττόμενα, καὶ τοῖς αὐτοῖς χρησαμένους βοηθήμασιν, ἐπὶ τῶν πάντως τεθνηξομένων. ἀλλ' ἔτ' ἀνύσαντάς τι. καὶ τὴν εὔκαιρον αὐτῶν χρῆσιν ὕποπτόν τε, καὶ φοβερὰν ἐργασαμένους. ἀλλ' ἡμεῖς γε καιροὺς δηλονότι καὶ βοηθήματα γράφομεν ἐπὶ τῶν σωθῆναι δυναμένων. ὡς ὅσοι γε ἀνίατοι νοσούντων εἰσὶν, οὔτε καιρὸς ἐπιτήδειος, οὔτε βοήθημα τούτοις ἐστί. *Ipſe ſiquidem aliquos novi ex amethodicis iſtis medicis, qui, cum ea, quæ nos geſſimus, eſſent imitati: iiſdem quoquè præſidiis in iis, qui prorſus morituri erant, uſi: adeò nihil profecerunt, ut etiam tempeſtivum eorum uſum ſuſpectum formidoloſumquè reddiderint. Verùm nos tempora præſidiaquè iis, quos ſervari ſpes eſt, ſcribimus, quando ægris, qui inſanabiles ſunt, iis nec tempus ullum opportunum, nec præſidium eſt.* Galeni verba. 1.

ἐφ' ὧν γε θάνατος, *autore eodem* 1. *aphor.* 8. ἀκμαζόντων ἀκολουθεῖ τῷ προγνωστικῷ μέρει τέχνης προσχρώμεθα μόνῳ, προλέγοντες τὸ γενησόμενον, ὅπως ἀναίτιοι τῶν ἀποβησομένων, εἴημεν. *In quibus vigorem mors ſequitur, ſola artis præſagiendi parte utimur, ſolùm id prædicentes, quod futurum eſt, ne rei eventus poſt imputetur.* 2.

Idem 2. *aphor.* 29. οὐ χρὴ κεκρατημένοις ἐγχειρεῖν, ἀλλ' ἀφίστασθαι δηλονότι προσαγορεύσαντα μόνον, ὡς ὅτι τελευτήσει τὸ νόσημα. κατὰ δὲ τὰς ἀρχὰς ἐκείνων τῶν νοσημάτων, ἐν οἷς ἐλπίζει σωθήσεσθαι τὸν κάμνοντα, πειρᾶσθαι χρὴ τὰ μείζω βοηθήματα προσφέρειν. *Deploratorum non eſt ſuſcipienda curatio, ſed ſedere, abſiſtereque cum eâ prædictione oportet, quisnam ſit morbi tandem futurus exitus. Aliorum verò morborum, in quibus ægri ſalutis ſit ſpes aliqua, per initia danda eſt opera, ut majora adhibeantur remedia.* 3. Elegans ejuſdem confirmatio

In cholerâ cùm omnia deſperata, vomitus, ſudor perennis, ψυχρὸς δὲ καὶ πέλιος γίγνηται ὥνθρωπος, σφυγμοὶ δὲ πρὸς ἀπόσβεσιν ἔωσι καὶ ἀπηυδήκῃ, ἀγαθὸν ἐν τοῖσι τουτέοισι εὐπρεπέα ποιέεσθαι φυγήν, *frigeat laborans, & lividus fiat, pulſus etiam propè extincti ſint, & vires cadant; cùm ita inquam, ſe habuerint, inde honeſtam fugam capeſſere bonum eſt.* Aretæus confirmat.

Filius *apud Lucianum* qui abdicatus erat, quod nollet medicam novercæ adhibere manum, ait: ſe νόμον τινὰ παλαιὸν τῶν Veterum lex idem adſerit.

πρεσβυτέρων, τῆς τέχνης ἰητρῶν φυλάττειν, οἱ φασὶ, μὴ δεῖν ἐπιχειρεῖν τοῖς κεκρατημένοις, legem quandam vetuſtam ſequi eorum, qui primi artem medicam prodiderunt, qui negant, medicum debere morbos, qui jam invaluerunt, attingere.

Trallianus. Non minus nervosè *Trallianus lib. 12. cap. 5.* *τοῖς δὲ κεκρατημένοις οὐ δεῖ ἐγχειρεῖν. A morbo victis haud adhibenda manus.*

Cornelius Celſus Latinos inter ſcriptores *Cornelius Celſus lib. 5. de re medicâ cap. 26.* de vulneribus, quæ per tela inferuntur, ſermonem habens, *inquit*: In his ante omnia ſcire debet medicus, quæ vulnera inſanabilia ſint, quæ difficilem habeant curationem, quæ promptiorem. Eſt enim prudentis hominis, PRIMÙM eum, qui ſervari non poteſt, non attingere, nec ſubire ſpeciem ejus, ut occiſi, quem ſors ipſius peremit. DEINDE ubi gravis metus, ſine certâ tamen deſperatione eſt, indicare neceſſariis periclitantis, in difficili ſpem eſſe: ne ſi victa ars malo fuerit, vel ignoraſſe, vel fefelliſſe videatur. *Sed* ut hæc prudenti viro conveniunt, ſic rurſus hiſtrionis eſt, parvam rem attollere, quò plus præſtitiſſe videatur. *adjungit rationem ſpecioſam & cautionem.*

CAPUT IV.

Non eſſe deploratis manus auxiliatrices admovendas probatur rationibus.

Ratio Hippocratica. 1. STultitia eſt in arte requirere τὰ ἀδύνατα, QUÆ IN EA NON SUNT. Non eſt autem, cùm non habeat facultatem. Hanc non habet, quia pro illâ non habet idonea ac ſufficientia inſtrumenta.

2. Galenica. 2. Calumnia medicamentorum metuenda, &

3. Celſi. 3. medicorum, ne viaticum ad vitam æternam porrexiſſe videantur illi, quem ſors ipſius peremit, intereſt abſtinere.

4. popularis. 4. ægri fruſtra cruciantur adſumptione medicamentorum, vel chirurgiarum applicatione.

5. Terminus vitæ eſt fatalis. 5. Fruſtranea opera incurabilibus impenditur morbis. TERMINUS & finiendæ vitæ modus triplex à *Platone* adſignatur, & à *Servio 4. Aeneidos* adprobatur: 1. κατὰ φύσιν, 2. καθ' εἱμαρμένην, καὶ τῆς εἱμαρμένης θάνατον, 3. κατὰ τὰ ἐξ ἀνάγκης παθήματα.

NATURA-

NATURALIS terminus nec morbum habet cauſam, nec caſum violentum, ſed ſenectutem ipſam, oriturque διὰ τοῦ θερμοῦ ἔλλειψιν, *ob defectum caloris innati*, vel ob ſolutionem compaginationis, quæ conſervatur ἀπὸ τῶν τριγόνων à dorſi vertebris, quæ reſpondent τοῖς δρυόχοις in navibus circà carinam. FATALIS terminus decretum divinum agnoſcit ſpeciale. CASUS EX NECESSITATE CONSEQUENTES, βιοθανασίας, variaque violentæ mortis genera complectuntur.

QUILIBET terminus ita comparatus eſt, ut prolongari nequeat. 1. Numerus menſium, *inquit Hiobus cap. 14.* apud te: conſtituiſti terminos, qui præteriri non poſſunt. 2. ἡ τῶν ζώων ξύνοδος ἔχουσα τεταγμένους τοῦ βίου γίγνεται χρόνους, *ſcribit Plato in Timæo,* τοῦ τε γένους ξύμπαντος, καὶ καθ' αὑτὸ τὸ ζῶον εἱμαρμένον ἔχον ἕκαστον τὸν βίον φύεται, χωρὶς τῶν ἐξ ἀνάγκης παθημάτων. τὰ γὰρ τρίγωνα εὐθὺς κατ' ἀρχὰς ἑκάστων δύναμιν ἔχοντα ξυνίσταται μέχρι τινὸς χρόνου δυνατὰ ἐξαρκεῖν. οὗ βίου οὐκ ἄν ποτέ τις εἰς τὸ πέραν ἔτι βιῴη. *Sanè animalium compoſitio ab ipsô generationis exordio certis temporum curriculis terminatur: idque & genus univerſum patitur, & animal unumquodque ab ortu fatale vivendi ſpatium, exceptis neceſſariis paſſionibus continet. Etenim trianguli ab ipsô initio ſingulorum vim habentes usque ad certum tempus ſatis ad uſum vitæ cohærent, ultra id vita nemini prorogatur.* 3. *Philoſophus 2. de ortu & interitu cap. 10.* οἱ χρόνοι καὶ οἱ βίοι ἑκάστων ἀριθμὸν ἔχουσι, *tempora & vitæ ſingulorum ſuum habent numerum.* Ut lucerna oleo deſtituta ſenſim exſtinguitur, ita humore radicali dilabente homo vitam exit. Ut in machinâ ex genere τῶν αὐτομάτων, cùm axiculi, orbiculi, funiculi, & alia, quibus movetur, fatiſcere incipiunt, primò langueſcit motus, deinde etiam ceſſat, cùm laxiora ſunt facta, aut tempus exit motionis, quod ab artifice ex dimenſo acceperat. Ita etiam œconomiæ noſtræ machina finitum habet motum.

Vita terminus certus.
1.
2.
3.

CAPUT V

reſpondet ad has autoritates & rationes.

Hip-

Conciliatur Hippocrates ſibi ipſi.

Hippocrates ſe alibi aliter explicuit. Admittit incurabilium patrocinium cum clauſulâ & proteſtatione, improbat ſine clauſulâ. Proteſtationis ſumma eſt: medicum non debere curandos ſuſcipere τοὺς ἀπεγνωσμένους *deſperatos*, SPE FACTA SALUTIS REDINTEGRANDÆ. Id indicat verbis: τὰ ἀδύνατα φάναι ἐξιήσασθαι, *impoſſibilia & incurabilia promittere ſe curaturum.* Hoc οὐκ ὀρθῶς κατὰ γνώμην vocat. Non omnem ergò incurabilium curam improbat; ſed oſtentatorum ſolùm, qui vel imperitiâ vel avaritiâ id agentes, privatum quærunt lucrum.

Galenus explicatur.

Ad Galeni autoritatem, quæ ſuadebat, deſperatos non attingere, pronunciato prognoſtico relinquere, & diſcedere, reſpondetur: diffidentis hominis propoſitum, non animi magni conſilium eſſe. Honorificentius, eventu pronunciato, conſiſtere, more magnorum virorum, & magnarum rerum fiduciam habentium.

Inanis timor æſtimatur.

Inanis timor eſt, ne fruſtra tentati minuatur autoritas auxilii. Magni nominis hæc cauſa non excuſat, ſi intempeſtivâ timiditate pereat homo certò, quem ſervari potuiſſe non omninò erat improbabile.

Aretæus,

Aretæo adſentimur, cùm mors linguæ inſidet, ſpe ſalutis actâ, medicum nihil agere debere.

Trallianus,

Trallianus gravem ſuam ſententiam ipſe mitigavit, dum φιλάνθρωπον τῆς τέχνης βοήθειαν in tabe commendavit.

Celſus ad bonum ſenſum trahuntur.

Celſus Hippocraticam admittit proteſtationem, & ſic mitiùs ſentire videtur.

Rationibus obviamitur.

RATIONES dilui queunt, adductâ diſtinctione inter curationem ordinariam & palliativam: uſum medicamentorum generoſorum, & mitiorum promiſcuum ſine judicio adhibitorum: inſtitutam curationem ſine vel cum prognoſtico & proteſtatione. Hanc ſi præmiſerit, immunem ſe ab omni culpâ, fatali exitu imminente, medicus præſtabit, maximam verò, ſi inde ſublevetur æger, ſibi comparabit gloriam, præcipuè ſi medicamentis heroicis, manuumque operâ illuſtri fuerit uſus.

1.° Non poterit de eo dici, quòd promittat, quæ in artis poteſtate non ſint.

2. medi-

2. medicamentorum nulla metuenda calumnia. 2.
3. medicorum exiſtimatio manebit ſalva. 3.
4. cadet lamentatio ægrorum. 4.
5. non tendit hæc palliativa curatio ad terminum vitæ prolongandum, ſed, ne anticipetur, præcavendum. 5.

CAPUT VI.

An deſperatæ ſanationis prognoſticum medicus ægro, an ſolis adſtantibus propalare teneatur?

Galenica reſolutio.

RESolvit hanc quæſtionem *Galenus 6. epidem. comm. 2. t. 43.* diſtinguendo inter ægrotum φρόνιμον, μὴ δειλὸν, καὶ ἄφρονα, δειλὸν, *prudentem, & non timidum: & inter ſtultum & timidum.* φρόνιμον μὲν γὰρ εἰ γνωρίζοις εἶναί τὸν δέ τινα τὸν ἄνθρωπον, ἔτι τε μὴ δειλὸν· ἀληθεύειν πειραθήσῃ, μηδὲν ἀποστελλόμενον τῶν κατὰ τὴν νόσον ἐσομένων. ἄφρονα δὲ καὶ δειλὸν, ὧν ἂν ἀθυμότερος γένοιτο πάντα ταῦτα ὑπερεῖν μετὰ τοῦ μηδὲν μέγα ψεύδεσθαι. κἂν ἀναγκασθεὶς δέ ποτε διὰ δειλίας ἐσχάτην τοῦ κάμνοντος ἐπαγγέλλεσθαι σωτηρίαν αὐτοῦ βεβαίαν. ἀλλ' ἐξελθών γε τοῖς κηδομένοις αὐτοῦ τἀληθῆ φράζε. πειρῶ δὲ καὶ αὐτοῖς τοῖς κάμνουσι κἂν ἄκρως εἰσὶ δειλοὶ, μὴ καθάπερ οἱ προχείρως ψευδόμενοι τὴν σωτηρίαν ἐπαγγέλλεσθαι χωρὶς τοῦ προσθεῖναί σε τὴν ἀρχὴν ἔσεσθαι ταύτην ἅπαντα πράττοντος αὐτοῦ καλῶς, καὶ πειθομένου τοῖς προστάγμασι τῶν ἰατρῶν. οὕτω γὰρ οὔτ' ἐκεῖνος ἀθυμήσει, καὶ σὺ πολλάκις ἀληθεύσεις. τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν ἐπισφαλῶν νοσημάτων ἀνατρέπουσι τοὺς κάμνοντας ἀπειθοῦντας τοῖς ἰατροῖς. ὡς ὀλίγα πάνυ τὰ πάντων ἀναιρεθήσεται, ἐὰν μήθ' ὁ ἰατρὸς ἁμαρτάνοι, μήθ' ὁ νοσῶν, μήθ' οἱ ὑπηρέται, μήτ' ἄλλο τι τῶν ἔξωθεν ἐκ τύχης γένηται βλαβερόν. ὅσοι γὰρ ἐν σφαλεροῖς νοσήμασι πλέον ἢ προσῆκεν, τοὺς κάμνοντας εὐθύμους ποιοῦσι, πολλαπλάσια αὐτοῖς ἀθροίζουσι δυσθυμίαν ἐν ταῖς ἑξῆς ἡμέραις, ὅταν ἤτοι χεῖρον φαίνεται τὸ νόσημα γινόμενον, ἢ χρονίζοι παρὰ τὴν ἐπαγγελίαν τῶν ἰατρῶν. ἀλλὰ καὶ θαῤῥήσαντες, ὡς ἀκινδύνως νοσοῦντες, οἱ πλείους τῶν ἀνθρώπων, οὐ πάνυ κατήκοοι γίνονται τῶν ἰατρῶν. ἄμεινον μὲν οὖν ἐπίστασθαι τὸ τοῦ κάμνοντος ἦθος, ἔμπροσθεν, ὅθ' ὑγιαίνει, πεπειραμένον. *Si prudentem hominem hunc, præterea non timidum eſſe cognoveris, vera ipſi dicere conaberis, nihil eorum, quæ in morbo*

Prudenti ægro omnia aperiri poſſunt pericula: timido non. Huic ſalutis cauſa medicus mentiri poteſt, ſed non magnoperè.

futura

futura ſunt, ſubtrahens, neque diſſimulans: at ſi ſtultum atque timidum, omnia ea, quibus ipſe meliori animo futurus ſit, dicito, neque tamen MAGNOPERE MENTIARIS. *Quod ſi interdum ob extremam laborantis formidinem, ipſi certam ſalutem polliceri coactus fueris, egreſſus ſaltem, ejus curam gerentibus vera dicito. Ipſis quoque laborantibus, etſi maximè timidis, ne, ut apertè mentientes faciunt, ſalutem polliceri tentato, niſi illud addideris inprimis, ſanitatem quidem affuturam, omnia ipſo rectè agente, & medicorum preceptis obtemperante. Ita enim neque ille animum deſpondebit, & tu plerumque vera retuleris: nam plurimi periculoſi morbi ægrotos medicis morem haud gerentes necant: quandoquidem perpauci admodum prorſus mortiferi ſunt, ſi medicus neque erret neque ægrotus, neque miniſtri, neque aliud quicquam extrinſecus fortuitò noxium inciderit. Quicunque enim in periculoſis morbis, plus quàm deceat, ægrotantes hilares & bonæ ſpei plenos reddunt, in multò majorem conjiciunt triſtitiam ſequentibus diebus, cum aut in pejus morbus cecidisſe videtur, aut ultrà promiſſa medicorum producitur. Quin etiam plures homines confiſi, perinde ac ſi ſine periculo ægrotent, medicis non obtemperant. Itaque laborantis ingenium priùs, cum rectè valebat, expertos ſcire melius eſt.*

CAPUT VII

dubia contra hanc Galenicam reſolutionem proponit.

1. Επίχειρσις PRudenti ægro nimium videtur fidere. Sanius *Celſi* judicium generale *3. de re medicâ* propoſitum *cap. 5.* de febricitantium animi affectibus, & cibatione ſermonem habens. Cum ſemper ægros ſecurè agere conveniat, ut corpore tantùm, non etiam animo laborent, tum præcipuè, ubi cibum ſumpſerunt. Itaque, ſi quæ ſunt, quæ exaſpeｒatura eorum animos ſunt, optimum eſt, ea, dum ægrotant, eorum notitiæ ſubtrahere.

Quis animo quantumvis ſaturato philoſophiæ purpurâ & præceptis imbuto tàm firmus, ut audito morbi infelici exitu non conturbetur? Conducibilius ergò eſt, quocunque res cadat, non ægroto ipſi, ſed aſtantibus & familiaribus periclitantis

tis neceſſariis, cùm gravis metus eſt, cum vel ſine certâ deſperatione, indicare, in difficili rem eſſe, & confeſſione tantæ rei eos obligare, ut curioſiùs omnia obſervent, ne quod per ſe exiguum eſt, majus curantis fiat negligentiâ.

II. ALTERUM aſſertum, de τοῦ οὐκ ἀεὶ ἀληθεύειν, Galenicum, licere medico pleraque ſalutis ægri causâ fingere, diſſimulare, animum in bonam ſpem deducere, imò planè, non tamen μηδὲν μέγα ψεύδεσθαι *non valdè mentiri*, multis non placet. 2.

1. SACRÆ LITERÆ prohibent *Levit. cap. 18. Epiſt. ad Ephes. cap. 4.* Theologorum effatum contrariatur. Non ſunt facienda mala, ut inde eveniant bona. Confirmat id *Apoſtolus Rom. 3. v. 8.* 2. ETHNICI veritatis ſtudioſi mendacia averſantur. ἡ μὲν ἀλήθεια, verba ſunt *Platonis lib. 5. de legibus*, πάντων μὲν ἀγαθῶν θεοῖς ἡγεῖται, πάντων δὲ ἀνθρώποις· ὁ δὲ πιστός, ὁ δὲ ἄπιστος ᾧ φίλον ψεῦδος ἑκούσιον. *Veritas Diis & hominibus praeſt, ad omnia bona conſequenda. Fidus hic eſt: infidus eſt, qui ſponte mentitur.* Et *lib. de republicâ 2.* τὸ δὲ ψεῦδος πάντες θεοὶ καὶ ἄνθρωποι μισοῦσιν. *Mendacium omnes Dii & homines oderunt.* *Platonis ſententia.*

III. *Ariſtoteles 4. ethic. ad Nicomach. cap. 13.* τὸ μὲν ψεῦδος φαῦλον καὶ ψεκτόν, *mendacium turpe* vocat *& vituperabile.*

IV. Mendacium adverſatur humanæ ſocietati. Hæc conſervari non poteſt, cum alter animi ſui ſenſa non verè, ſed falsò verbis communicat. V. adimit autoritatem. VI. Ratio ſuadet, medicum ad finem bonum & honeſtis & licitis mediis contendere debere.

℞. Triplex eſt mendacium, officioſum, jocoſum, pernicioſum. PRIMUM majoris boni causâ quod fit, καταχρηστικῶς ſumtum, ita, ut epitheton officii notet temperamentum veritatis & prudentiæ, ut mendacium officioſum idem ſignificet, ac non dicere omne verum, vel non dicere illis, quibus non obligaris, vel non dicere ita, ſicut non obligaris, atque adeò, ſi diverſitas quædam apertæ veritatis, non autem contrarietas & pugna intelligatur, licitum eſt medico. Nec enim tenetur omne verum dicere, nec omnibus, nec quovis loco & tempore. *R. diſtinguendo.*

I. In SACRIS talia exempla obvia: Abrahæ *Geneſ 12. & 20.* obſtetricum *Exodi 2.* Rachab, *Ioſue 2.* IN PROFANIS Papyrii *apud Gellium lib. 1. cap. 33.* excellentisſimum eſt exemplum.

Plato. II. *Plato* non omne mendacium in vitio eſſe ſcribit. *2. de republicâ.* τὸ ἐν τοῖς λόγοις ψεῦδος πότε καί τῳ χρήσιμον, ὥστε μὴ ἄξιον εἶναι μίσους. *In verbis mendacium nonnunquàm utile, & non dignum odio.* Exemplo hoc probat hoſtium, & amicorum furioſorum, vel alio quopiam dementiæ genere correptorum, quorum impetum ut mitigemus, ἀποτροπῆς ἕνεκα, τὸ ψεῦδος ὡς φάρμακον χρήσιμον γίνεται, *eos à gravi facinore ut avertamus, mendacium utile ſit remedium. Idem* etiam magiſtratibus & belli ducibus mentiri licere aſſerit *pluribus in locis.*

Stobæus. Elegans *Iohannis Stobæi ſermo lib. XII.* Καλὸν μὲν οὖν οὐκ ἔστι τὰ ψευδῆ λέγειν, ὅτῳ δ' ὄλεθρον δεινὸν ἡ ἀλήθει' ἄγει, συγγνωστὸν εἰπεῖν ἐστι καὶ τὸ μὴ καλόν. *Haud quidem honeſtum eſt mendacia loqui: cui tamen diram perniciem veritas affert, huic venia danda, licet inhoneſta loquenti.* Dolus ille bonus eſt, ad ſervandam rempublicam excogitatus. Ita licet medico mentiri, & decumbentes, licet ſpei nihil reliquum, benè ſperare jubere.

III. Ariſtoteles loquitur de mendacio pernitioſo.

IV. Hoc adverſatur humanæ ſocietati & autoritati.

V. Diſtinguendum eſt inter *bonum* honeſtum, utile & jucundum, & malum turpe, noxium & moleſtum.

Suſpicioſi ſunt ægri naturâ ſuâ & formiduloſi: prudentis ideò fuerit medici, quæ metum ægro adlatura ſunt, ſimulatione tegere, & non prodere. Aliud ſentire licet, aliud loqui, ne in deſperationem adigatur æger. Oportet, *inquit Damaſcenus in aphoriſmis,* te ægro ſalutem promittere, ſemper, nec unquam à ſpe dejicere, etſi ipſe deſperes, complexio enim animi corporis affectui ſemper inhæret.

Exemplum. Ita *Hippocrates 6. epidem. ſectione 5. t. 12.* fefellit ægrum, cum lanam auri ſubditam, & effluxione ab aure manante imbutam εἰς πῦρ ἐπιβάλλειν *in ignem conjicere* juberet, ut an odoris pravi eſſet, intelligeret. Suam mentem hanc fuiſſe explicat voce adjunctâ: Ἀπάτη *deceptio.*

Mentiri etiam licere medico in ſalutem ægri ex dictis eluceſcit.

CAPUT

CAPUT VIII.

An medicus, ex annorum climactericorum obſervatione, periculum vitæ prædicere debeat.

Utius eſt non aperire ægris annorum climactericorum periculum. Imaginatio tantas turbas dare poteſt, ut fatum acceleret ante tempus. *Non eſt aperiendum periculum: ſed potius extenuandum.* 1.

Exempla non deſunt. Auguſtinus Faſchius Theologus climactericum magnum, cujus fatalitatem nunquam non metuebat, lethalem quarto ab ejus ingreſſu die expertus eſt, ſuperveniente in ſuggeſtu apoplexiâ. Monachus, devotæ vitæ admiratione conſpicuus, Patavii, inſtante ſexageſimo tertio ſcalari valoroſo, ad beatum exitum ex hâc mortalitate ſe, nullo monitore, præparabat. Eundem etiam comitem mox experiebatur. Si jam periculoſè decumbenti inſtans periculum proponatur, pejus habebit, & citiùs exſpirabit.

Eximenda potiùs ex animis ægrorum periculi climacterici admiratio, illiſque divinæ providentiæ inculcanda æſtimatio. Non rationibus ſolis, ſi obſtinati ſint, cum ipſis agetur, ſed & autoritate, obſervationibus, & exemplis. *Vanitas climacterica ægris & aliis ſibi metuentibus exaggeranda.*

Non ſi novies ſeptem monadibus ſexaginta tria complentur, *ajebat Duretus*, & abſolvuntur, ob id ætates novem ſexageſimo tertio continentur. Nec verò ſeptimus quiſque annus ætati notam imprimit ſeptenarii ratione: quia celeriùs aut ſeriùs nota imprimitur, ut ſuos progreſſus habet natura, quæ ἀεὶ φύεται, quæ ſemper naſcitur & moritur, id eſt, de ſuo aliquid fundit, amittit, & readſumit, pravâque victus ratione ita mutari poteſt extrà ſeptimum, ut ſcalaris fiat ad interitum.

Ut in numeris fundamentum non habet, ità nec curſum ſuum abſolvit vita, ἐν τῷ θείῳ conſiſtens, καὶ ἐν τῇ φύσει. 2.

Non tanta Planetis habenda reverentia, ut ſeptimæ cujusque diei horæ, aut ſingulæ ſeptimæ hebdomadæ, aut in utero fœtu hærente, primi menſis Saturno deferatur imperium, in 3.

lucem excluſo Lunæ, & ſic ſeptimo menſe iterum illud cedat Saturno, qui ſingulis ſeptẽ ferè annis, dum ad □ loci, aut ſi minus, ad contrariæ naturæ, unde digreſſus eſt, ſignum perveniat. Superſtitione Ethnicâ nitebatur, à Saturno ſibi metuentis, cum inoffenſo pede annum LXIII. exegiſſet, Cæſaris Auguſti gratulatio. Cordatior erat elapſo ſeculo Imperator Maximilianus II. qui ſupremi aulæ magiſtri de ſecundis rebus, climacterico magno exacto, gratulationem heroicâ hâc excepit declaratione: OMNES ANNI MIHI SUNT CLIMACTERICI: MEI CONSERVATIONEM ACCEPTAM FERO UNICE DIVINAE PROVIDENTIÆ: DOMINUS PROVIDEBIT.

Sereniſſimus Princeps, WILHELMUS IV. SAXONIÆ JUL. CL. MONT. Dux, ſubjectiſſimâ, exantlato climacterici decretorii metu, exceptus gratulatione, heroicè divinæ voluntati acceptum ferebat eventum ſoli.

CAPUT IX.

An medicus ex themate genethliaco auſpicatum aut ſiniſtrum morbi eventum ægro prædicere debeat?

Extenuandum eſt periculum genethliacum, autoritatibus,

VIdetur, quod neutrum conveniat, ſive æger ſit prudens maturi judicii, ſive imprudens & timidus. Quin potiùs conſcio periculi ægro aperire debet, nullo ſcientiæ fundo conceptam, ſed vagam, fuſam & arbitrariam, qualis longinqua oculorum acies eſt per intervalla media caligantium, hanc aſtrorum in corpora humana influxionem, quantumvis aliter ſentiat. Si ſiluerit, in ſuſpicionem conſenſus veniet.

1\. *Nemeſius lib. de naturâ hominis cap. 35. & 36.* docet: τὴν τῶν ἀστρων εἱμαρμένην εἶναι, μηδὲ ἀναγκαστικὴν, μηδὲ ἀναπειστήριον, *aſtrorum fatum & prædeſtinationem neque eſſe neceſſitantem, quæ cogat, neque inclinantem, quæ ſuadeat*, aut precibus noſtris flecti amet.

2\. *Ambroſius* comparat prædictiones has telis aranearum, quæ quidem muſcis & culicibus ſeipſas irretientibus captandis in-

inſerviunt, à robuſtiori autem animali facilimè diſtinguuntur.

Alii pietatis Zelo fulgentes ſcripturæ interpretes judiciariam aſtrologiam admittunt, ut exercitationem & luſum ingenii ſolùm, non ut rem ſeriam.

In jure canonico prædictiones aſtrologicæ damnantur *parte 2. decretor. cap. 26.* Et Alexander Papa III. presbyterum, qui aſtrologum conſuluit de quodam furto, in eccleſiâ ſuâ facto, in annum unum altaris miniſterio privavit.

RATIONIBUS etiam ægro ſuo titubanti medicus omnem ſpem & diffidentiam eximere debet. 1. Cœlum cum ſideribus & ſtellis eſt cauſa univerſalis, quæ particularem influxum in ſanitatem & morbum inſtillare, & effectum ſpecialem edere neſcit. Eſt causa ſolùm æquivoca. 2. Perſuaderi debet ægro, neque promiſsis aſtrorum proſperis ipſum debere lætari, neque adverſis triſtari. Aut adverſa, *ſcribit Phavorinus apud Gellium lib. 12. noct. Atticar. cap. 1.* eventura dicunt, aut proſpera prædictiones genethliacæ. Si dicunt proſpera, & fallunt, miſer fies fruſtrà expectando. Si adverſa dicunt, & mentiuntur, miſer fies fruſtrà timendo. Si verò reſpondent, eaque ſunt non proſpera, jam inde ex animô fies miſer, antequàm fies fato. Si felicia promittunt, eáque eventura ſunt, tùm planè duo erunt incommoda: & expectatio te ſpe ſuſpenſum fatigabit: & futurum gaudii fructum ſpes tibi jam præflorabit. Nullô igitur pactô utendum eſt iſtis hominibus, res futuras præſagientibus. 3. Contradictoria de influxu aſtrorum doctrina eſt ſacræ ſcripturæ, quæ teſtatur ſtellas eſſe in ſigna temporum anni, & aeris mutationum, in dies & annos ſolùm, prætereà autem nullam ipſis adſignat cauſarum poteſtatem. Vanitas extendere fines affectus & deſtinationes ſtellarum ultrà, vel præter intentionem creatoris. 4. Electiones dierum ſunt in lege Moſaicâ prohibitæ. Tales ſunt genethliacæ. 5. Doctrina hæc nititur inſomniis & figmentis Chaldæorum, qui putabant Zodiaci ſigna & planetas eſſe Deos veros, qui ſibi adjungerent alios *ἑρμηνεῖς, βȣλαίȣς, interpretes & conſiliarios*: indeque fatuum ſuum ſtabiliebant fatum. 6. Ob oculos ægro poni poteſt, genethliacæ certitudinis rationem maximè periclitari in computatione curri-

curriculi & ſubſtantiæ annorum vitæ. Incerti ſunt carceres ſeu initia illius, an nativitatis, ſeu quâ lucem videre homo incipit, hora prima, an conceptionis, cum uterus contagio virilis ſeminis inficitur, momentum?

Natalis hora. NATALIS HORA rejici poteſt. Rarò vel nunquam horologiorum curſus cum firmamenti & cœli curſu coincidit.

Influxûs cœleſtis determinati particularis efficaciam in vilipendium conjicere poteſt quàm maximè exemplum GEMELLORUM, qui eodem tempore concipiuntur, eodem ſub corde geſtantur, eodem ſanguine aluntur, eodem ferè temporis momento naſcuntur, & tamen diverſas habent inclinationes. Jacobus & Eſavus, verba habent *Pauli ad Romanos 9. v. 10. &c.* gemelli fratres fuêre ex unâ conceptione, & tamen vel in utero diſſident animis, & de primogenituræ honore certant. Hectoris & Polidamantis naſcentia in eandem noctem incidit.

Ἀλλ' ὁ μὲν ἂρ μύθοισι, ὁ δ' ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα.
Sed hic eloquentiâ, ille haſtâ plurimum valuit.

Proclus & Euriſthenes Lacedæmoniorum reges, *teſte Tullio. lib. de divinat.* gemelli fratres, eodem cœli ſtatu in lucem editi, formâ quidem, ſed nec vitæ diuturnitate, nec morum nobilitate ſibi ſimiles fuêre, quippe cùm ille hôc breviorem vitam, virtute verò rebusque geſtis longè præſtantiorem geſſerit.

Conceptio. CONCEPTIO ET ANIMATIO, condendi hominis fundamentum: naſcentia finis, manus ſumma & complementum. Veteres in *καταρχαῖς* actuum ſuorum, ſive domus fundamenta jacerent, vel navigarent, in ſingulorum exordiis aſtra conſulebant, non exodiis. At conceptionis momentum quàm incertum? animationis quàm dubium?

7. 7. Quorum propriæ cauſæ manifeſtæ & ſufficientes in viribus corporum inferiorum, in animorum diverſitate, in affectu, conſilio, &c. eorum originem quærere in ſideribus, quæ neque ſit ibi, neque etiam ſi ſit, nobis ipſa ſit ſatis cognita atque perſpecta, ſed tota prorſus abdita, perabſurdum videtur.

His omnibus & ſingulis, ſi opus, æger erigi poteſt.

CAPUT

CAPUT X.

Media, per quæ fit depulſio morborum, ſunt methodus curativa & indicationes.

ELeganter *Philoſophus 7. politicorum capite 13.* Δύο ἐστίν, ἐν οἷς γίγνεται τὸ εὖ πᾶσιν, τούτοιν δ᾽ ἐστὶν ἓν μὲν ἐν τῷ τὸν σκοπὸν κεῖσθαι, καὶ τὸ τέλος τῶν πράξεων ὀρθῶς. ἓν δὲ τὰς πρὸς τὸ τέλος φερούσας πράξεις εὑρίσκειν. *Duo ſunt, in quibus omnibus benè agendi conſiſtit emendatio: unum, ut propoſitum ac finis agendi rectè ſubjaceat: aliud, ut eas, quæ ad illum finem ferunt, actiones inveniamus.* *Ariſtotelis ſententia.*

In actionibus idem paulò poſt attendi vult, cùm docet: ἐν ταῖς τέχναις καὶ ἐπιστήμαις ταῦτα ἀμφότερα κρατεῖσθαι τὸ τέλος, καὶ τὰς εἰς τὸ τέλος πράξεις. *In artibus & ſcientiis utraque obtineri oportet, finem, & eas, quæ ad finem tendunt, actiones.* *Actiones media.*

Finem τὸ ἔργον *6. ethic: cap. 13.* obtineri *ait* à virtute & prudentiâ. ἠθικὴ ἀρετὴ τὸν σκοπὸν ποιεῖ ὀρθόν, *virtus moralis propoſitum ſcopum recta efficit,* ἡ δὲ φρόνησις, τὰ πρὸς τοῦτον, *prudentia, quæ ad ipſum tendunt.* *Finis obtinetur à virtute & prudentiâ.*

Quod Philoſophus de quocunque artifice, ejusque actionibus, earum fine & mediis ad finem ducentibus propoſuit, idem & in medicinâ locum habet. Conſiſtit & hæc in OPERIBUS ET INSTRUMENTIS: FINE ET MEDIIS ad finem ducentibus. FINIS BONUS & laudabilis obtinetur à virtute: MEDIA juſta eliguntur à prudentiâ. *Applicatio.*

OPUS ſeu FINIS eſt ſanitas. Ad hanc obtinendam alia plura opera ſunt neceſſaria, quot ſunt præter naturam res. Opera ad hæc artis auxilia & inſtrumenta proximè diriguntur. Inveſtigantur autem hæc artis auxilia per indicationes.

Inde totius curationis fundamentum conſiſtit in *methodo curativâ,* quæ eruit ἰάματα *auxilia & inſtrumenta,* per *indicationes:* & *præſidiorum* ſeu auxiliorum indicatorum & inſtrumentorum eligit ὕλην *materias:* ſeu, omnis curatio conſiſtit in methodo indicationum curativâ, & præſidiorum materiis. *Curationis fundamentum; methodus & materiæ præſidiorum.*

Initium fiet à methodo medendi, poſt materiæ medicamentorum ſubjungentur.

CAPUT XI

medendi methodum incboat à doctrinâ indicationum in genere.

Definitio. METHODUS medendi eſt ars, quâ per indicationes auxilia inveniuntur, ut deperdita hominis ſanitas reparetur.

Ratio formalis. FORMALIS ratio ars eſt, communis parti cum totâ medicinâ. Non eſt inſtrumentalis, ſed principalis habitus, non ἐπιστήμη *ſcientia*, nec φρόνησις *prudentia*, ſed τέχνη καὶ ἕξις μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητική, *ars, habitus nempe intellectus cum ratione effectivus*. Prudentiæ tamen expers haud eſt, quoad benè agendum.

Efficiens. EFFICIENS cauſa hujus habitus principalis, ſeu inſtrumentum ejus ſunt INDICATIONES.

Finalis. FINALIS cauſa ſeu finis duplex adſignatur, unus internus, alter externus. INTERNUS finis eſt inventio auxiliorum juvantium: EXTERNUS reparatio ſanitatis.

PRIMUS internus finis proponitur *à Galeno 5. meth. med. cap. 9.* & reſpicit tum rectum adminiſtrandi modum circà quid, quantum, quando, quomodo, ubi.

Duplex eſt: Duplex eſt hæc methodus: UNIVERSALIS, quæ continet univerſalia theoremata, in omnibus uſum quæ habent particularibus eximium, eſt prima: PARTICULARIS altera eſt, nempe medendi methodi per omnes corporis partes exercitatio.

Univerſalis. UNIVERSALIS nititur INDICATIONIBUS, quæ ſunt, ἐνδείξεις *oſtenſiones*, ſeu *monſtrationes*, & ceu Mercuriales in biviis aut triviis poſitæ ſtatuæ, quæ viatori, quâ eundum eſſet, monſtrabant.

Indicationis deſcriptio. Ἔνδειξίς, *inquit Galenus lib. de opt. ſectâ. cap. 11.* ἐστιν ἡ προσπίπτουσα κατάληψις τοῦ ὠφελοῦντος ἅμα τῇ τοῦ βλάπτοντος καταλήψει, ἄνευ τῆς τηρήσεως καὶ ἀναλογισμοῦ. *Eſt perceptio juvantis cum comprehenſione nocentis, citrà experientiam & analogismum.*

Indicatio ſeu juvantis apprehenſio ἐξ αὐτῆς τοῦ πράγματος

τῆς φύσεως, ἀνδ πείρας, τὸ ἀκόλουθον ἐξευρίσκει, *ut ait Galenus 2. method med. cap. 7. ex ipsá rei naturá*, ab ipsâ indicantis naturâ & eſſentiâ emanat *abſque experientiâ, juvans*, quidve eligendum, quid vitandum, quid tertiò & quartò moliendum, *invenit*: adeoque verè eſt οἷον ἔμφασις τῆς ἀκολουθείας, *ſequentis inſinuatio*, & ſyllogiſmus pertinens ad intellectum, & quidem operationem eam, quæ aliud ex alio colligit, non ratiocinatione longâ, ſed diſcurſu brevì, non minori efficaciâ, quàm in hâc collectione: *bis duo ſunt tria*.

Excluditur autem παρατήρησις καὶ ἀναλογισμὸς *obſervatio* ſeu *analogiſmus*, non quòd medicus nunquam experientiam conſulere, ſeu analogiſmo ad curationis ſcopum provehi queat: ſed ut habeatur diſtinctio inter χαρίεντα, medicum ſeu DOGMATICUM, cujus proprium indicationibus ipſis è cauſis eruti; uti, & inter ILLUM, cujus proprium experientiâ & analogiſmo ducibus tantùm, curationem aggredi. 2.

CAPUT XII

fontes indicationum deſignat, & 1. curatoriam.

Τὸ πρᾶγμα, RES, ex cujus naturâ juvans percipitur, eſt vel ſecundùm, vel præter naturam. *Res ſecundùm & præter naturam.*

Inde duo communiſſima indicantia: ſecundùm & præter naturam. SECUNDUM NATURAM ſunt tres: naturalis conſtitutio, ſeu ſanitas, cauſa, & accidentia ejusdem, ſeu operationes. PRÆTER NATURAM etiam tres ſunt: MORBUS, CAUSA MORBI ET SYMPTOMA.

Ut autem duo ſunt indicantium ſumma genera, ita etiam indicatorum: conſervatio & ablatio. CONSERVATIO debetur rebus ſecundum naturam, ABLATIO rebus præter naturam.

INDICATIO À REBUS PRÆTER NATURAM quæ deſumitur, triplex eſt: θεραπευτική, προφυλακτική, θελκτική. CURATORIA MORBO, PRÆSERVATORIA CAUSÆ, MITIGATORIA SYMPTOMATI opponitur. Maximè utilis & neceſſaria eſt indicatio, quæ ſumitur à causâ, minùs utilis, quæ ex morbo, & ſymptomate petitur. *Indicatio à rebus p. n. triplex.*

triplex etiam à rebus ſ. n.

A REBUS SECUNDUM NATURAM quæ petitur indicatio *ζωτικὴ* VITALIS dicta, itidem triplex conſtitui poteſt, juxtà ante enumeratos fontes.

Indicatio curatoria prima in tentione.

CURATORIA Indicatio proponitur *à Galeno 11. methodi medendi capite 2. ἡ γὰρ τοι πρώτη πασῶν ἔνδειξις θεραπευτικὴ, ἐξ αὐτοῦ τοῦ θεραπευομένου νοσήματος γιγνομένη τὴν ἐναντίωσιν ἐδίδαξεν. Prima omnium indicatio curatoria, ex ipſo, qui curatur, quæ accipitur morbo, contrarietatem docuit.* Sumitur à morbo FACTO.

Indicatio in morbo intemperiei.

INTEMPERIEI morbus ſimplex ſimplicem, compoſita compoſitam alterationem PER CONTRARIA indicat, non *in genere* ſolùm, ſed etiam *in ſpecie* contrarietatis. Perpendendum 1. *quousque* intemperies illa calida, frigida, ſit alteranda, & *quoto gradu*, an in primâ, ſecundâ, aut tertiâ manſione, omneſque conatus eò intendendi, ut intemperies alterantibus *æqualiter contrariis corrigatur.* 2. In alteratione hâc per contraria ſimul obſervandum, ut alterantia ſint appropriata, ſpecifica & peculiarem cum partis affectæ naturâ habeant convenientiam. Cerebrum alterandum betonicâ, roremarino, pulmones hyſſopo. 3. Occulta ſi ſit intemperies, alexiteria ſimul miſcenda. 4. Sive morbus ſit fiens, ſive factus, cum materiâ, vel *ἄνευ οὐσίας*, cùm hæc non ſit omninò ſine ſubſtantiâ, utrobique evacuandum.

CONFORMATIONIS morbi communiſſima indicatio eſt REDUCTIO partis ad naturalem compoſitionem.

SOLUTAE UNITATIS indicatum eſt UNIENS. Materia hujus auxilii eſt naturalis humiditas: agens præcipuum natura: miniſter qui removet, eſt medicus.

CAPUT XIII.

Præſervatoria indicatio inventione ſecunda, exſequutione prima, in genere conſideratur.

Præſervatoriæ indicationis dignitas.

PRAESERVATORIA indicatio confirmatur *à Galeno 11. meth. med. cap. 2.* κυριωτάτη μὲν οὖν ἐν τῷ λυθῆναι τὴν νόσον θεραπεία νοεῖται. καταχρωμένων δὲ καὶ τὸ μικτὸν γένος ἐκ τε τῆς ὄντως θεραπείας καὶ ἣν ὀνομάζουσι προφυλακήν! *Principalis qui-*

quidem in ſolvendo morbo intelligitur curatio, at per abuſionem etiam miſtum genus tum ex verâ curatione, tum præſervatione, ſibi adjunxit.

Ἐφημέρων πυρετῶν καθάπερ καὶ τῶν ἑκτικῶν ἡ ὄντως ἐστὶ θεραπεία. ὅσοι δὲ ἐπὶ χυμοῖς συνίστανται σηπομένοις, ἡ λεγομένη θεραπεία τὴν προφυλακτικὴν προσείληφεν. ἥ τίς ἐστι τὸ τὴν νόσον ἐργαζόμενον αἴτιον ἐκκόπτειν. *Diariarum & hecticarum propria eſt curatio. Earum verò, quæ ex putreſcentibus ortum habent humoribus, vocata curatio præſervationem quoque ſibi adjunxit: cujus officium eſt, cauſam qua morbum creat, adimere.* *In diariis non datur, ſed in putridis.*

Ὀνομάζεται δὲ καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ μέρος τέχνης θεραπευτικόν. ἀποκεχωρισμένον τῆς καθαρῶς τε καὶ εἰλικρινῶς προφυλακτικῆς, τῷ γένεσθαι τὴν νόσον αἰσθητῶς ὑπὸ τῆς αἰτίας ἤδη μέλλειν δ' ἔσεσθαι κατὰ τὰς προφυλακτικάς. *Nominatur verò hæc ipſa quoque artis pars* CURATRIX: *quæ utique ab eâ, quæ purè ſincerêque* PRAESERVATORIA *dicitur, in eo diſtincta eſt, quod ſub hâc jam ſenſibiliter ex ipſa causâ morbus eſt genitus, in præſervatoriâ verò eſt futurus.* *Poteſt dici curatoria.*

προφυλακή, PRAESERVATIO, præcuſtodia, eſt duplex: pura & miſta. *Præſervatio duplex.*

1. Ἡ μὲν ἁπλῆ προφυλακὴ PURA præſervatio verſatur in ablatione cauſæ, nondum facientis morbum, adeoquè accedit ad ὑγιεινὴν conſervatricem medicinæ partem.

2. Ἡ δὲ μεμιγνυμένη τῶν ἰαμάτων γένει MISTA CURATIONI dirigitur ad cauſam actu facientem morbum; cujus cauſæ ablatio, quatenus prohibet incrementum morbi, dicitur præſervatio: quatenus partem morbi jam factam ſanat, curatio per quandam analogiam dicitur. Curatoria eſt ratione morbi, præſervatoria ratione cauſæ.

Dignum memoratu eſt, quod *Galenus 2. aphoriſm. 22. refert.* διὰ τοὺς ληρώδεις, οἷοίπερ νεώτεροί εἰσι τῶν ἰατρῶν, ὑπὲρ ὀνομάτων μὲν ἐρίζοντες, οἰόμενοι δὲ περὶ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ποιεῖσθαι τοὺς λόγους. οὗτοι τοίνυν εἰσὶν οἱ λέγοντες, οὐκ εἶναι θεραπείαν τὴν ἀναίρεσιν τῶν ποιούντων τὰς νόσους αἰτίων, ἀλλὰ προφυλακὴν, οἷς πρῶτον μὲν ἐπιδεικτέον ἐστὶν, ὡς περὶ ὀνόματος ἐρίζουσιν, εἶθ' ὅτι τηδὲ περὶ τούτου καλῶς. *Propter nugaces juniores medicos, qui de nominibus altercantes inter ſe, de rebus interim ipſis ſe diſputare credunt. Quum enim* *Juniores medici objiciunt: cauſarum ſublationem pertinere ad præſervatoriam.*

 cauſarum

R. 1. ipſos de nomine rixari. 2. & male. 3. reſpondet per diſtinctionem.

cauſarum morbos efficientium ſublationem non ad curandi rationem, ſed ad præſervatoriam incommodorum pertinere dicunt, de nomine primùm eos inter ſe rixari, deinde ne id quidem rectè facere demonſtrandum eſſe videtur.

ἔνθα μὲν γὰρ οὐκ ἔστι τὸ ποιῆσαν αἴτιον τὴν νόσον, ἐνταῦθα ἴασις μόνη τῶν γεγονότων ἀπολείπεται· ἔνθα δὲ οὐδέπω ποιεῖ τὸ ἐνυπάρχον αἴτιον τῷ σώματι καθάπερ ἡ πληθώρα, τοῦ προφυλακτικοῦ μέρους τῆς τέχνης ἐστὶν ἡ τῶν τοιούτων αἰτίων ἀναίρεσις. ὁπότε δ' ἤδη ποιεῖ, μικτόν πώς ἐστι τὸ τοιοῦτον ἔκ τε προφυλακῆς καὶ θεραπείας· ὅσον γὰρ ἔμελλε ποιήσειν, ἐκωλύθη γενέσθαι, τοῦτ' ἐστὶ τοῦ προφυλακτικοῦ τῆς τέχνης. ὅσον δ' ἤδη γέγονε τῆς νόσου, δεῖται θεραπείας ἰδίας. *Ubi cauſa, quæ morbum peperit, abeſt, ibi tum ſola facti morbi & ejus ſymptomatum curatio reſtat: ubi contrà cauſa, exempli gratiâ, plethora, quæ ineſt in corpore, morbum nondum committit, ejuſmodi tum cauſæ remedio ad eam artis partem referenda eſt, quæ à providendo prophylactice Græcis dicta eſt. Quando verò morbum jam facit, id tum quodammodo ex prophylactice & therapeutice miſtum eſt: de morbo ſiquidem quantum faciendum reſtat, id ne fiat, providere oportet, atque ipſam artis præcuſtodientis munus eſt: quantum verò jam factum eſt, propriâ indiget curatione.*

Cauſa conſideratur, prout 1. morbum facit. 2. prout nondum facit.

Prior pertinet ad curatoriam: poſterior ad præſervatoriam.

Immediatæ nulla utilis indicatio.

IMMEDIATA cauſa non præbet utilem indicationem, habentem indicatum directè ſibi reſpondens, ſed mediata ſolùm.

CAPUT XIV.

Præſervatoria indicatio in ſpecie: 1. in ſolidis.

Cauſa interna ſolùm indicat

CAuſa, per ſe indicans auxilium, eſt interna, nam, *autore Galeno 4. meth. med. cap. 3.* externæ nihil indicant, niſi quatenus ſunt ſigna morbi, quem produxerunt, vel eo ſolùm indicant tempore, cùm præſentes copulantur affectui, ut acinus uvæ detentus in aſperâ arteriâ. Eſt vel ſolida vel liquida. Utraque indicat exſtirpationem.

Ab influentiis cœleſtibus, aſtrorumque figuratione nulla ſumi poteſt indicatio, aut minimi vel parvi valoris ſolùm, circà utendorum medicamentorum tempus, quin potiùs externis cauſis adnumerantur.

IN SOLIDIS locum habet *ἀφαίρεσις καὶ μετάθεσις*. Utriusque meminit *Galenus ars medicinalis inſcripto libro, cap. 87. Ὅσα τὰ περιττὰ κατ' ἀριθμὸν, inquit, ἀφαίρεσίς ἐστιν αἴτιον ὑγιεινόν. ἐπισκέπτεσθαι δὲ, ἐφ' ὧν δυνατόν. εἰ δὲ ἀδύνατον φαίνοιτο, μετατιθέναι. Quæ numero excedunt, bis* ABLATIO *cauſa ſalubris exiſtit: inſpicere verò oportet, in quibus id fieri poſſit: nam ſi impoſſibile appareat,* TRANSPONERE *eſt tentandum.* 1. *Solida. τὸ ἀφελοῦ ablatio.*

ΑΦΑΙΡΕΣΙΣ eſt ſolidorum, ut tartareæ coagmentationis, & Tranſpoſitio locum mutat calculi è veſicâ, oſſis corrupti è vulnere vel ulcere, fœtûs mortui ex utero. ΜΕΤΑΘΕΣΙΣ eſt lapilli, qui hæret in collo veſicæ. Hic cùm non ſemper extrahi queat, loco moveri, inque civitatem veſicæ retrò pelli debet. Catarrhacta cum extrahi nequeat ex oculo, loco moveri, & acu ad latera deponi, geſtit. *Ablatio exſtirpat.*

CAPUT XV.

in liquidis præſervatio fit evacuatione & alteratione.

CAUSAE LIQUIDAE morborum, ſunt HUMORES alimentales & excrementii. *Humores peccantes.*

Τῷ πόσῳ QUANTITATE ſi peccent & COPIA, vacuari deſiderant, non EX TOTO AUFERRI, ſed ad EAM MENSURAM, quæ ad naturalem pertinet humorum proportionem, minui: SIN DEFICIANT, repletionem indicant. 1. *τῷ πόσῳ.*

IN PLETHORICA conſtitutione commodè ſanguis minuitur per materias evacuantes SENSIBILITER, & quidem SEORSIM, apertâ *φλεβοτόμῳ* VENA, vel ARTERIA. *Ἐκείνου μεμνῆσθαι προσήκει, ὅτι κένωσιν, inquit Galenus 2. aphor. 17. ἁπλῶς εἴωθε λέγειν ὁ Ἱπποκράτης, ὅταν ὁμοτίμως ἅπαντες οἱ χυμοὶ κενῶνται. Illud memoria ſemper tenendum, ſolitum Hippocratem vacuationem abſolutè dicere, cùm æqualiter omnes humores vacuantur.* *πληθωρικῶς.*

SIMUL ſanguis arterioſus & venoſus evacuatur per CUCURBITULAS ſcarificatas, ſcarificationem ſimplicem, & HIRUDINES.

κακοχυμικῶς. IN CACOCHYMICA repletione indicatur minuens, & PURGANS per alvum, vomitum, urinas, ſudores, ſalivationem, nares, palatum, inediam. MATERIA indicati hujus varianda ad nutum peccantis humoris, qui eſt vel bilis, vel melancholia, vel pituita, vel ſerum.

H...

... tamen ita accipienda, quòd cacochymicus ſanguis etiam apertâ venâ demi queat, ita puro in vaſis miſtus, ut atomi ſe intimâ διαχωρήσει pervadant, & vix & non niſi *μακρῦ πεπασμῦ longæ digeſtionis* ope ſeparari queant.

Utriusque vacuationis terminus. TERMINUS UTRIUSQUE vacuationis per venam & alvum eſt STATUS NATURALIS. Inde, ſi ſanguis excedat ℔j, minuetur ad ℔j.

Modus. MODUS duplex eſt, vel *ἀθρόως*, ſimul & ſemel, cùm ferunt vires, vel per *ἐπίκρασιν, partitis vicibus.*

τῶ ποίῳ qualitate peccantes primâ. τῶ ποίῳ, QUALITATE TANGIBILI PRIMA peccantes humores morbiferi indicant alterantia contraria; calidi, frigida, frigidi ſicca, eo, quo exactè adverſantur gradu, gradui, quo à ſtatu naturali recedunt.

Secundis qualitatibus peccantes, & SECUNDIS qualitatibus, ad tactum pertinentibus, ſi peccent humores, indicant alterationem per contrarium æqualem: quatenus craſſi ſunt, attenuationem, quatenus tenues, incraſſationem, viſcidi inciſionem, lenti deterſionem. *αἱ δ' ἀκρότητες καὶ δυνάμεις τῶ ἁλμυρῦ, πικρῦ, ϛρυφνῦ, τὸ ὀξύ, eminentiæ, potentiæ ſalſi, amari, auſteri, acidi* ſusque deque non habendæ. ⊖linæ, ♀reæ, ☿iales atomi, quas paracelſici actu adeſſe ſtatuunt, ſi adeſſe deprehendantur, etiam emendandi.

Emendantur ſingulæ qualitates hæ non ſolâ alteratione, ſed cùm à materiâ dependeant, & congregatione per *πεπασμὸν coctionem* inſtituendâ.

occultis. OCCULTIS, inconſpicuis qualitatibus, quoniam hæ nec ſenſui patent, nec rationi, ſed ſolâ EXPERIENTIA innoteſcunt, peccantes humores indicant & requirunt remedium, quod eadem experientia ipſis repugnare oſtenderit. Talia ſunt alexipharmaca.

τῶ

τοῦ ποῦ SECUNDUM UBI, ſeu κινήσεως καὶ στάσεως MOTU ET QUIETE peccantes humores, pro differentiâ motûs, non uno id præſtant modo. Motus præternaturalis eſt vel *imminutus*, vel *depravatus*, vel *abolitus*, qui tamen ſimilior eſt quieti, quàm motui. 3. τοῦ ποῦ motu peccantes humores.

IMMINUTE qui moventur, indicant ADJUVANS & PROMOVENS motum, ὅκου ἂν μάλιστα ῥέπῃ διὰ τῶν ξυμφερόντων χωρίων, *quò maximè natura vergit per loca conferentia*, conſilio *Hippocratis 1. aphor. 21.* Si menſes debito tempore diminutè fluant, ad uterum ducendi. *imminutè.*

Circulatio ſanguinis naturalis certis definita periodis ſi deficiat, adjuvans indicatur, & rarefaciens. Hanc indicationem magni fecit *Carteſius*, referente *Plempio epiſtolâ inſtitutionibus affixa*, & in lethali morbo Hiſpanici vini uſui indulgebat, homo quadragenarius, bilioſæ complexionis, & macilentus. Sed quàm periculoſum huic ſatisfacere indicationi, oſtendit eventus, *ord. & meth. cognoſc. & curand. febr.* à nobis explanatus.

DEPRAVATE qui moventur, 1. *ſui ratione*, à miſtionis modo, per disgregationem, ebullitionem, & fermentationem ſeceſſionem facientes, cruditatem contraxerunt, COQUENTIA, ad priorem illam unionem, miſtionem & concordiam, à quâ deficienter ſecundùm proprias vires & qualitates agunt, reducentia, & PRÆCIPITANTIA indicant. Τὸ δὲ πεφθῆναι, *autore Hippocrate libro de priscâ medicinâ*, γίγνεται ἐκ τοῦ μιχθῆναι, κρηθῆναί τε ἀλλήλοισι, καὶ συνεψηθῆναι. *Concoquitur verò, ubi mutua fuerit permiſtio, contemperatio, & cum aliis coctio.* *depravate. 1. Sui ratione, indicant concoquens,*

2. *Termini à quo*, ſeu naturæ expellentis ratione anodyna propriè dicta, quæ ſenſum partis irritatæ vel leniunt vel obtuſum reddunt, conveniunt. *2. termini à quo.*

Chimicorum PRINCIPIA hypoſtatica, ſi ſeditioſâ diſcordiâ bello indicto, ſeceſſionem faciant ab invicem, & tali διαχωρήσεως confœderationis rumpantur leges, 1. ſimilibus demulcenda, & ut in centris ſuis retineantur, omnis lapis movendus. 2. expultrix ſopienda. *Indicationes deſumta ex hypotheſi chimicorum, &*

ACOR Helmontianus ne generetur, ſedulò procuran- *Helmontii*

 dum;

dum: ne expellatur, Archeus ventriculi ad iram commotus anodynis,& odoratis placandus.

3. termini ad quem ratione, avertens indicant.

3. *termini ad quem* ratione depravatè, qui moventur, præcipiti ὀργασμῷ δὲ quò ferri non debent, concitati raptu, indicant AVERTENS ad partem oppoſitam illi, quæ influxum ſuſtinet.

Avertens duplex:

Duplex eſt avertens, *autore Galeno 3. methodi medendi cap. 3.* revulſorium unum, alterum derivatorium. Ἀποτρέπεται, *inquit*, καὶ ἀποστρέφεται τὸ αἷμα πρὸς ἕτερα μόρια παροχετευόμενόν τε καὶ ἀντισπώμενον. καὶ γὰρ καὶ ταῦθ' Ἱπποκράτους εὑρήματα κοινὰ πάσης ἀμέτρου κενώσεως. παροχετεύεται μὲν οὖν εἰς τοὺς πλησίον τόπους, ἀντισπᾶται δὲ ἐπὶ τοὺς ἀντικειμένους. οἷον τῶν διὰ ὑπερῴας κενουμένων, διὰ ῥινῶν μὲν ἡ παροχέτευσις, κάτω δ' ἡ ἀντίσπασις. ὥσπερ γε τῶν δι' ἕδρας, διὰ μήτρας μὲν ἡ παροχέτευσις, ἄνω δὲ ἡ ἀντίσπασις. οὕτως γοῦν καὶ ἡ φύσις αὐτὴ δρᾶν πέφυκεν. *Avertitur ſanguis, atque ad alia membra convertitur, tum* DERIVATUS, *tum* REVULSUS. *Illud parocheteuſin: hoc antiſpaſin græci vocant. Nam hæc quoque Hippocratis inventa ſunt, omnis ſcilicet immodicæ vacuationis communia remedia. Derivatio ad vicina loca fit, cùm id, quod per palatum vacuatur, per nares derivatur: revulſio autem ad contraria, cùm ad inferna revellitur. Rurſus, quod per ſedem profluit, id per vulvam derivamus: ſurſum verò revellimus. Ita namque & natura ipſa facere ſolet.*

Revulſio.

ΑΝΤΙΣΠΑΣΙΣ REVULSIO eſt averſio ſeu retractio humoris, in partem aliquam fluentis, quatenus nondum attigit partem affectam, ſed adhuc eſt in viâ, vel propè terminum, à quo discesſit, vel procul.

Ejus requiſita.

CONDITIONES probæ revulſionis tres ſtatui queunt: 1. ut fiat ad contrarium. 2. locum remotiorem, 3. ſecundùm rectitudinem.

1. Contrarietas ratione ſitûs.

1. CONTRARIETAS motus humorum intelligitur & partis ratione ſitûs. Ἡ δὲ ἀντίσπασις, ἄνω μὲν ἐπὶ τοῖς κάτω πᾶσι. κάτω δ' ἐπὶ τοῖς ἄνω. καὶ μὲν δὴ κατὰ τῶν δεξιῶν ἐπὶ θάτερα. κἀξ ἐκείνων, ἐπὶ ταῦτα. κἀκ τῶν εἴσω, πρὸς τὰ ἔξω. κἀκ τούτων αὖ πάλιν, πρὸς ἐκεῖνα. *Revulſio verò in iis, quæ ſupra ſunt, omnibus, deorſum ſemper agitur: ſurſum, in iis, quæ ſunt infra. Præterea à dextris ad ſiniſtra, ſicut ab his rurſus ad illa: ſimiliter ex iis, quæ intus habentur, ad ea, quæ foris ſunt, contraque ab his ad illa.*

2. LON-

2. LONGE [DI]STANTIUM partium intelligitur contrarietas. Non intelligitur quævis remotio à parte adſectâ, nec totius corporis ratione, ſed juſta, ita ut vis revulſorii remedii fluentis materiæ motum attingere queat, aliàs non ſequeretur retractio. *2. Longitudinis,*

3. *τῆς εὐθυωρίας καὶ τοῦ κατ' ἴξιν, rectitudinis, & è regione & è directo* poſitûs partis affectæ fluxione tentatæ neceſſaria eſt contrarietas, ad revulſionem laudabilem. Illa ſi deſideretur, nihil medicorum votis reſpondet. Econtrà revulſio *ἀνάπαλιν è diverſo vel ex oppoſito* facta pravè fit. Prior convenienter naturâ duce ſuſcipitur, ergò imitanda. Altera naturâ languente ſubſequitur, ergo cavenda. *τὸ ἀνάπαλιν inquit Hippocrates 2. coar. praenot. αἱμοῤῥαγέειν πονηρὸν οἷον ἐπὶ σπληνὶ μεγάλῳ, ἐπὶ τῶν δεξιῶν. Sanguinem è diverſo fluere, malum eſt, ut in liene magno, ex dextris.* *3. εὐθυωρίας.*

Ευθυωρία duplex eſt: *ποτὲ μὲν κατὰ τὸ πλάτος, ποτὲ δὲ κατὰ τὸ μῆκος τοῦ σώματος.* Utraque, *tum ſecundùm latitudinem, tum longitudinem intelligitur.* Communiter ſecundùm longitudinem intelligitur & explicatur *à Galeno* τὸ κατ' ἴξιν Hippocraticum, idem tamen 3. *de fracturis t. 10.* etiam interpretatur ſecundùm latitudinem. Dextrâ capitis parte dolente, propè initium revulſio fiat in dextrâ parte, à ſupernis ad inferna, factâ computatione. *Εὐθυωρία duplex. 1. 2.*

MODI REVULSIONIS quatuor ſunt. I. CALORIS vi revellunt frictiones, veſicantia, rubificantia. II. DOLORIS vi, frictiones aſperiores, vincula doloroſa. III. VACUI fugâ cucurbitulæ, ſine & cum ſcarificatione. IV. A FACULTATE IRRITATA humores à purgantibus fermentati pelluntur, & ſic à laborante parte, ad quam ὀργασμώδως ruunt, revelluntur. *Modi revulſionis 4.*

DERIVATIO *παροχέτευσις* ad vicinas indicatur partes ab humoribus, qui jam in partem influxêre, nondum tamen extrà vaſa in ſpatia partis effuſi, & impacti, ſed adhuc mobilibus & fluctuantibus. Materiæ horum auxiliorum derivantium variæ ſunt: venæſectio, ſcarificatio, diuretica. *Derivatio*

TERTIUM AVERTENS auxilium eſt ἀποκρουστικὸν REPELLENS, REPERCUTIENS. Indicatur ab humoribus adhuc *Repulſio.*

 in

in partis affectæ vaſis contentis, nondum vero in inſenſibiles meatus effuſis.

Repellentia duplicia.

Duplicis ſunt ordinis: 1. Quædam prohibent, ne materia fluens recipiatur in membrum. 2. quædam repellendo vacuant partem ejus, quæ influxit.

PRIORUM duplex ordo: alia materiæ influxum non admittunt, poroſitates partis adſtringendo, alia humores influentes craſſefaciunt, ut emplaſtica.

Recta adminiſtratio 1. loci,

RECTA ADMINISTRATIO magnum habet momentum. NON CONVENIT repercuſſio omnibus fluxionibus in partes ignobiles, ut glandulas poſt aures, in inguinibus: *nec* quando tendunt in partes ignobiles, principi parti vicinas. Ab eryſipelate temporum angina, ex intempeſtivo uſu repellentium. Nec partibus in profundo ſitis, aut malignis tumoribus, & maculis apparentibus repercuſſio convenit.

2. temporis ratione.

2. TEMPORIS ratione revulſio convenit in principio. Principio ad augmentum vergente, diſcuſſoria admiſcenda, *autore Galeno 6. de comp. medic. ſecundum loca cap. 3.*

Interceptio.

INTERCEPTIO διάληψις depravatum humorum motum corrigendi & AVERTENDI auxilium quarto loco recenſetur *à nonnullis*. Indicatur à motu humorum, dum adhuc ſunt in viâ. Διαληπτικὰ *intercipientia* conveniunt cum repellentibus, ſolumque ab iis ratione loci differunt. Ut hæc adhibentur parti affectæ, ita illa viis, per quas humor defluit. DEFENSIVA vulgò dicuntur. Officium faciunt humoris fluentis tenuitatem, tùm viarum, per quas fluxio fertur, latitudinem corrigendo.

In hæmorrhagiis vulnerum, quomodo ἐπίδεσις *deligatio* per injectum vinculum ad interceptionem ſit inſtituenda, agit *Galenus 5. meth. medendi cap. 3.*

Quiete peccans materia indicat adjuvans.

QUIETE ἡσυχίᾳ καὶ στάσει PECCANS MATERIA indicat ADJUVANS MOTUM. Si quieſcat humor στάσει, ob craſſitiem indicat attenuans; ſi ob duritiem emolliens: ſi ob viſciditatem detergens: ſi ob expultricis imbecillitatem, corroborans.

Impacta indicat reſolutionem vel ſuppurationem.

Si verò loco movendi materiam nulla ſpes, ſed ita ſit impacta in poros, extrà vaſorum cavitatem elapſa, ut remeandi potenti-

tentiam ampliùs non habeat, vel *reſolutionem* indicat, vel *ſuppurationem*.

RESOLUTIO impetratur per *ἄδηλον διαπνοὴν ἢ διαφόρησιν*, adhibitis digerentibus, diſcutientibus. *Reſolutio.*

EMOLLITIO ET SUPPURATIO indicatur tandem: debetur refractariis humoribus, reſolvi neſciis. *Suppuratio.*

Hæc præſervatoriæ indicationis præcepta locum ſolùm habent in motibus SYMPTOMATICIS, quæ morbo & humorum ſegregatæ & fermentatæ debentur diſpoſitioni, non verò CRITICIS, quæ naturæ ſunt opera magnâ ex parte.

CAPUT XVI.

De ſymptomate indicante.

NOn indicare ſymptoma, quà ſymptoma, ſed tum demũ, cùm cauſæ rationem obtinet, adeòque ad præſervatoriam indicationem pertinere, conſtans eſt *Galeni* opinio. *καθόλου μὲν εἰπεῖν, inquit lib. 12. meth. med. cap. 1. οὐδὲν τῶν συμπτωμάτων, ᾗ σύμπτωμά ἐστιν, οὔτ' ἐνδείκνυται θεραπείαν, οὔθ' ὑπαλλάττει πρώτως. κατὰ συμβεβηκὸς δὲ πότε καὶ τὰ συμπτώματα τὴν θεραπείαν ἐξαλλάττει, λόγον αἰτίας ἔχοντα κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον. ἓν δὲ αὐτῶν ἐστιν ἁπάντων κεφάλαιον, ὅταν γ' ὡς αἴτια τὴν θεραπείαν ὑπαλλάττῃ. λέγω δὲ ἓν τοῦτο τὴν βλάβην, εἴτ' οὖν τῆς δυνάμεως, εἴτε τῆς διαθέσεως. ὡς ὅταν γε βλάπτῃ μηδὲν, οὐ διακόπτει τὴν ἴασιν. Ut in ſummâ dicam, nullum ſymptoma, quà ſymptoma eſt, nec curationis rationem indicat, nec primùm immutat. Ex accidenti tamen ſymptomata curandi rationem aliquando immutant,* CAUSÆ *locum eo tempore habentia. Eorum omnium, cum veluti cauſæ curationem immutant, unum caput eſt. Dico unum id* LAESIONEM, *ſive* ea ſit VIRTUTIS *ſive* AFFECTIONIS. *Quando nihil iis officiunt, curationem non interpellant.* *Non indicare ſymptoma per ſe ſententia eſt Galeni, & omnium ferè medicorum.*

RATIONIBUS, ſymptoma non indicare, probari poteſt, *Rationibus ſymptoma non indicare probatur*
1. quia non eſt ex claſſe *τῶν διαθέσεων μενόντων, diſpoſitionum permanentium,* ſed, *autore Galeno 11. methodi medendi cap. 12. ἐν τῷ γίνεσθαι τὸ εἶναι λαμβάνει, ταῖς διαθέσεσι ἑπόμενον, σκιᾶς δίκην, in fieri* 1.
eſſentiam ſuam habens, umbra ritu affectum comitans. 2. quia ad 2.

 abla-

ablationem morbi aufertur *σκιῶν δίκην, ut umbra;* remoto corpore.
3. pore. 3. quia nullâ naturali potentiâ fieri poſſe videtur, ut manente morbo removeatur ſymptoma, quod eſt ipſius accidens, ipſumque ſequitur, velut umbra.

Recentiores per ſe indicare rectè ſtatuunt.

PER SE INDICARE ſymptoma *ἐπεῖγον, cùm urget;* ut ablatione indigeat à morbi curatione diſtinctâ, & non expectare teneatur morbi illius, quem ſequitur, curationem, niſi velimus periculum, quod miñatur, in actum deduci, *recentiorum* eſt opinio.

Rationes.

RATIONES huic opinioni patrocinantur.
1. 1. Eſt res præter naturam, agens, & aliquid moliens contrà ſalutem individui.
2. 2. ſuam habens permanentiam.
3. 3. ſui indicans remotionem per propriam naturam.
4. 4. indicata habens diſtincta ab indicatis morborum.
5. 5. propria etiam habet remedia, contrà urgens ſymptoma militantia, & nullâ ratione morbum reſpicientia.

℞. *ad rationes Galenicas.*

RATIONES pro Galeno allatæ dilui poſſunt.
1. 1. PERMANENTIA non conſiſtit in puncto & in indiviſibili, ſed habet latitudinem. *Alia* notat eſſentiam perſiſtentem, etiam causâ remotâ: *alia* eſſentiam perſiſtentem, licet à causâ in eſſe & conſervari dependeat, eâque remotâ tollatur. Poſteriori modo ſymptoma res eſt permanens, & indicare poteſt.

2. 2. Tò auferri ad ablationem morbi non aufert à ſymptomate notam indicantis, non magis quàm à morbo, qui ad ablationem cauſæ tollitur.

3. 3. Causâ remotâ raRò ſubſiſtit morbus, & tamen indicantis honor ipſis non denegatur.

CAPUT XVII

quæ ſymptomata in genere indicent, & in ſpecie, quomodo dolor indicet, notat.

Actiones læſæ & excretæ ſolùm curationem ad ſe imbuunt.

CUm tria ſint ſymptomatum genera: actionum læſarum, retentorum exceſſus, aut corporum ſecundùm qualitates mutatas affectus, decernit *Galenus 12. meth. medendi capite 1.* duo priora ſolùm cauſæ rationem inducere, & curationem ad ſe trahere.

Τῶν

Τῶν δ' εἰρημένων τριῶν αἱ μὲν τῶν ἐνεργειῶν βλάβαι λυπηραὶ *Id confirmat Galenus*
γενηθεῖσαι, πρὸς ἑαυτὰς ἐπιστρέφουσι τὸν ἰατρὸν, ἀφίστασθαι τῶν διαθέσεων ἀναγκάζουσαι. καθάπερ γε καὶ αἱ τῶν ἐκκρινομένων καὶ ἐπεχομένων ἀμετρίαι. τὸ δ' ἐν ταῖς διαθέσεσι γένος τῶν συμπτωμάτων σημεῖον μὲν ἐστὶν ἑτέρας διαθέσεως, ἣν χρὴ θεραπεύειν. αὐτὸ δὲ οὐδεμίαν ἐξαίρετον ἴασιν ἔχει, παυόμενον ἅμα τῇ ποιούσῃ διαθέσει. *Ex prædictis tribus* ACTIONUM *quidem offenſæ ſi contriſtant, ſolicitudinem medici ad ſe convertunt, affectumque deſerere cogunt; idem faciunt & eorum, quæ retinentur, vel expelluntur, exceſſus. At genus ſymptomatum, quod in affectibus conſiſtit, alterius quidem, quem curare oportet, affectus eſt ſignum: ipſum tamen nullam ſeorſum curationem exigit, utpote cum affectu, unde naſcitur, unà ceſſans.*

IN SPECIE ſymptomata curationem ad ſe trahentia inter ACTIONES LAESAS deſignat I. VIGILIAS ET DOLOREM, ET IMMODICAM VACUATIONEM: καὶ τὰ μὲν τὴν δύναμιν ἀεὶ βλάπτειν, τὴν διάθεσιν δ' οὐκ ἀεὶ μὲν, ὡς τὰ πολλὰ δὲ, καὶ μάλιστα ὅταν ἄμετρα γίνηται, *& hæc vires lædere ſemper, affectui verò eadem non utique ſemper, cæterùm magnâ ex parte nocere; ac potiſſimùm, cùm fuerint immodica.* *In ſpecie illa ſunt vigiliæ, dolor, excretio.*

DOLOR ſæpe jubet medicos πρὸς τὸ σύμπτωμα στῆναι, τοῦ νοσήματος ἀμελήσαντας παρ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, *adverſus ſymptoma,* *Dolor.* 1.
quod vires enervat, *ſtare, morbo ad tempus neglecto,* quamcunque infeſtet partem, caput, oculos, aures, inteſtina, imprimis orificium ventriculi ſiniſtrum.

Ἔστι δὲ κἀνταῦθα πρόφασις διττὴ, *inquit,* τῶν πρὸς ὀδύνην ἱσταμένων ἰατρῶν. ἐνίοτε μὲν ὑπὲρ τοῦ χαρίσασθαι τῇ μαλακίᾳ τῶν 2.
καμνόντων. ἐνίοτε δὲ κατὰ τὸν τῆς τέχνης λόγον. εἰ μὲν γὰρ ἀντισχόντα ταῖς ὀδύναις διὰ τῶν ἰσχυρῶν βοηθημάτων ἡμέρᾳ μιᾷ θεραπευθῆναι, πρὸς τὴν ὀδύνην ἵσταιτο τῆς ὅλης θεραπείας ἀμελῶν, οὐ κατὰ τὸν λόγον τῆς τέχνης, ἀλλὰ τῷ κάμνοντι χαριζόμενος οὕτω πράττει. *Eſt porrò hic quoque duplex medicorum contra dolorem inſtantium ratio, altera, quâ delitiis cubantium ſubſcribunt: altera ex artis ratione. Quippe ſi licet ægrum doloribus obnitentem valentibus remediis uno die perſanari, qui totâ neglectâ curatione dolori tantùm eſt intentus, non id ex artis ratione, ſed in ægrotantis gratiam facit.*

Cum ex dolore vires reſolvuntur, & ex eo impendet periculum, 3.

culum, πραΰνειν μὲν χρὴ τὸ ἄλγημα, ῥωννύναι δὲ τὴν δύναμιν. ὅπως ἀντιχεῖν μὲν τῷ νοσήματι δυνηθῇ, πρός τε τὸν χρόνον ἐξαρκέσαι τῆς ἰάσεως. οἶδα γὰρ ἐνίους τῶν γενναίων εἶναι προσποιουμένων ἰατρῶν τε καὶ καμνόντων ἀπολλυμένους δι' αὐτὸ τοῦτο τὸ καρτερῶς τε καὶ ἀνδρείως ὁμόσε χωρεῖν ἀεὶ ταῖς ὀδύναις, οὐδὲν τῶν παρηγορικῶν ἑλομένους, ἀλλὰ ἐν τοῖς τραχέσι καὶ, ὡς ἔλεγον αὐτοί, τὴν διάθεσιν ἀνασκευάζουσι διαγιγνομένους βοηθήμασιν. οὓς ἐν χρόνῳ πλείονι θεραπεῦσαι βέλτιον ἦν, ἢ τοῦτο σπεύδοντας ἀνδρείως ἀποθανεῖν. ἰώμενος δέ τις, ὡς αὐτὸς ἐνόμιζε, γενναίως δυσεντερικοὺς, ἰσχυροτάτῳ φαρμάκῳ, πολλοὺς μὲν ἐθεράπευσεν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ, τινὰς δὲ ἀπέκτεινεν. *Si ex dolore vires reſolvuntur, atque ex eo periculum impendet, & mitigari dolor, & roborari vires debebunt: quò & morbo reſiſtere, & curationis ſpatio ſufficere valeant. Equidem novi quosdam, tum medicos, tum ægros, qui, dum animoſi videri volebant, ob id ipſum perierunt, quod fortiter ac viriliter contra dolorem ſemper ſunt renixi, nec, quod eum leniret, quicquam ceperunt, ſed in aſperis & (ut ipſi interpretabantur) affectum deſtruentibus auxiliis perſeverarunt, quos ſanè* SPATIO LONGIORE CURATOS *eſſe ſatius fuiſſet, quàm* BREVI VIRILITER MORI. *Quidam autem (ut ſibi eſt viſus) generosè dyſentericos vehementisſimo medicamento curans, multos uno ſanavit die, quosdam jugulavit.*

Errores in anodynorum uſu.

Errores medicorum in ANODYNORUM uſu, quæ ex papaveris ſucco, alterci ſemine, mandragoræ radice vel ſtyrace parantur, vel tali quopiam fiunt, allegat *Galenus 12. method. cap. 1.* οἵ τε γὰρ χαριζόμενοι τοῖς νοσοῦσι, πλεονάζουσιν ἐν τῇ χρήσει τῶν τοιούτων φαρμάκων. οἵ τ' ἀκαίρως καὶ ἀμέτρως φυγαῖοι μὴ δ' ὅλως χρώμενοι, διαφθείρουσιν ὀδύναις τοὺς κάμνοντας. ὥσπερ οὖν ἐν ἁπάσαις ταῖς καθ' ὅλον τὸν βίον ἕξεσί τε καὶ πράξεσιν, οὕτω κἀνταῦθα τὸ μηδὲν ἄγαν αἱρετέον, ὅρον ἔχοντα ὠφέλειαν τοῦ κάμνοντος. εἰ μὲν γὰρ οἷόν τε εἴη τοῖς ἰωμένοις τὸ νόσημα βοηθήμασι χρώμενον ἀνῦσαι τὸ δέον, ἀφίστασθαι χρὴ τῶν καρωτικῶν φαρμάκων, ἃ καλοῦσιν ἀνώδυνα. εἰ δὲ ὑπό τε τῶν ἀγρυπνιῶν καὶ τοῦ καταλύεσθαι τὴν δύναμιν εἰς κίνδυνον ὁ κάμνων ἥκει θανάτου, τότ' ἂν ἐν καιρῷ χρήσαιο καὶ τοῖς τοιούτοις φαρμάκοις. ἐπιστάμενος μὲν ὅτι βλάψεις τι τὴν ἕξιν τοῦ σώματος. αἱρετώτερον δὲ εἶναι νομίζων τοῦ θανάτου τὴν βλάβην. εἰ μὲν γὰρ μὴ πάνυ τις αὕτη μεγάλη γένοιτο, κἂν ἐκκόψαι μὲν αὖθις αὐτὴν ἐπὶ μακροτέρας σχολῆς, εἰ δ' οὕτως ἄμετρος, ὡς μὴ δ' ἐν χρόνῳ πολλῷ

πλέως

τελέως ἰαθῆναι, τοῦτο γοῦν αὐτὸ βέλτιον εἶναι νομίζομεν, ἢ ἀπολέσθαι τὸν ἄνθρωπον. κατὰ τοιοῦτον τὸν λογισμὸν, καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ καὶ μάλιστα πάντων ἐξιστάμενοι χρῆσθαι καρωτικοῖς φαρμάκοις, ἔσθ' ὅτε καὶ κωλικοῖς ἐδώκαμεν αὐτὰ, καὶ ὀφθαλμοὺς ὀδυνωμένοις σφοδρότατα. καὶ τοὺς ἕτερά τι μόρια κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. ἔσθ' ὅτε καὶ διὰ κατάῤῥουν λεπτὸν ἀγρυπνοῦντός τε καὶ βήττοντος, ἰσχυρῶς τοῦ κάμνοντος, ἐδώκαμεν ὀλίγον τι τοῦ τοιούτου φαρμάκου, ῥᾷστον εἶναι νομίζοντες ἐπανορθώσασθαι τὴν βλάβην τῷ χρόνῳ, εἴ τις ἅπαξ χρήσαιτο καρωτικῷ φαρμάκῳ. *Nam & qui ægris gratificantur, in eorum medicamentorum uſu modum excedunt: & intempeſtivè immodicèque ſunt animoſi, dum prorſus horum uſum refugiunt, doloribus ægros jugulant. Ergò veluti in omni totius vitæ tum habitudine tum actione, ita hîc quoque conſilium illud ſapientis, qui,* NE QUID NIMIS, *dixit, complectemur, habentes pro fine, quò tendamus, cubantis utilitatem. Quippe, ſi fas eſt iis remediis, quæ morbum ſanent, utendo, quod optamus, efficere, abſtinendum à ſopientibus medicamentis eſt, quæ vocant Anodyna. Sin ex vigiliis, & viribus reſolvendis ad mortis diſcrimen æger tendat, tum profectò tempeſtivè ejuſmodi medicamentis utare, ſcilicet non ignarus corporis habitum non nihil ex his lædendum: læſionem tamen, quàm mortem, potiùs eligendam. Nam ſi hæc admodum magna non ſit, ſaltem poſtea ſpatio longiore eam ſarcire licebit: ſin ita eſt immodica, ut nec prolixo ſpatio perſanari queat, at certè hanc ipſam eligendam potiùs remur, quàm ut homo pereat. Hâc nimirum perſuaſione ipſe quoque, tametſi omnium maximè ab uſu graviter ſopientium abhorrens, aliquando tamen ea & colicis exhibeo, & iis, qui vel oculorum, vel aurium, vel aliarum partium vehementiſſimo dolore cruciantur. Interim verò, & cùm æger ex tenui deſtillatione, vigiliis & vehementi tuſſi urgetur, pauxillulum ejuſmodi medicamenti offero, facilè noxam ejus, ſi quis ſemel ſoporifero medicamento eſt uſus, ſpatio emendatum iri ratus.*

Ανώδυνα ſunt triplicia, à *Galeno 12. methodi cap. 1.* & *5. de ſimpl. medicam. facultatibus cap. 19.* adnotata: *Anodyna triplicia.*

PROPRIE dicta primi ordinis excalfacientium, παρηγορικὰ mitigativa, ſimile habent temperamentum cum parte, eamque demulcent. *1. propriè dicta.*

IMPROPRIE dicta duplicia iterum ſunt: 1. Ιώμενα SANANTIA quæ cauſam tollendo dolorem ſedant. 2. Ναρκωτικὰ, *2. impropriè dicta.*

κὰ quæ tollunt dolorem, 1. inducendo ſomnum, 2. auferendo ſenſum.

CAPUT XVIII.

de vigiliis, excretione immodica.

Vigiliæ, VIGILIAE ſecundo loco, inter ſymptomata læſarum actionum ceu indicantia recenſentur. Cùm induunt veſtem cauſæ, indicant ſtupefaciens ſeu ſoporem inducens, ſed diverſum ab indicato ſtupefaciente in dolore, qui tactus ſenſum reſpicit potiſſimùm. Illud omnium actionum ſenſitivarum, in quarum exercitio conſiſtunt vigiliæ, torporem infert.

Evacuatio humorum duplex. EVACUATIO eſt vel humorum alimentalium, vel excrementitiorum.

De eà generalia. IN GENERE de iis tenendum: ſi motus hi rectè ſe habeant, & critici ſint, non eſſe turbandos, ſed totum negotium naturæ committendum. *τὰ κρινόμενα καὶ τὰ κεκριμένα, autore Hippocrate 1. aphor. 20. ὀρθῶς μὴ κινέειν, μηδὲ νεωτεροποιέειν, μήτε φαρμακείῃσι, μήτ᾽ ἄλλοισιν ἐρεθισμοῖσιν, ἀλλ᾽ ἐᾶν. Quæ judicantur & judicata ſunt, ſatiùs, non movere, aut innovare medicamentis, ſed ſinere.*

Helmontiana cenſura Suſquedeque habetur *Helmontiana* cenſura, quæ monet medicum criſes negligere debere, nec optandas eas eſſe, ſed anticipandas, non expectandas, ne morbum in tempore ſuperandi idonea negligatur occaſio.

Specialia. IN SPECIE, SANGUINIS EXCRETIO CRITICA perfecta ſpectatorem deſiderat, non actorem: imperfecta indicat adjuvans. SYMPTOMATICA MODERATA nihil indicat. Jubet conſiderare motum naturæ: IMMODERATA jubet copiam ſanguinis imminuere, tenuitatem incraſſare, omnemque impetum cohibere & refrenare fluentis materiæ revulſione, derivatione, incraſſatione, & in medio meatuum, per quos fluit, interceptione & adſtrictione.

Excrementorum fluxus. EXCREMENTORUM fluxus CRITICUS PERFECTUS nihil indicat. IMPERFECTUS indicat adjuvans. SYMPTOMATI-

MATICUS moderatus non ſtatim eſt ſiſtendus, ſed quadantenus mordax, demulcendus, qui tenuitate peccat, incraſſandus. IMMODERATUS nec ipſe omnimodam ſubitaneam indicat adſtrictionem, & refrenationem, ſed partim revulſionem, partim adſtrictionem lentam, obſequioſam magis, quàm imperatoriam.

Præter hæc alia ſymptomata indicant.

SOMNUS cùm excedit modum, & habet rationem replentis caput, & lethales inducentis affectiones, ut carum, lethargum, apoplexiam, indicat excitans ſenſus ſopitos, per applicationem alicujus violenti tangibilis, pungentis, urentis, cùm ſenſus tactus minus ligetur, quàm alii ſenſus externi. *Somnus.*

SYNCOPE indicat tenuiores ſanguinis partes alterantia per contrarium, & reficientia per ſimile. Conveniunt odorata naribus admota, vinum, aqua cordialis officinalis contra deliquium, magnanimitatis, virtutum. *Syncope.*

CAPUT XIX.

Vitalis tertia indicatio.

Μέγιστον μὲν οὖν ἀξίωμα τὸ τῶν δυνάμεών ἐστιν. αὐτὸ γὰρ τὸ ζῆν ἡμῖν ἐκ τῆς τούτων ὑπάρχει φυλακῆς, *inquit Galenus 9. meth. cap. 13.* ἐπειδὴ καὶ τὴν ζωὴν ἀναγκαῖον ἤτοι αὐτὰς τὰς δυνάμεις ἢ τὰς ἐνεργείας αὐτῶν, ὑπάρχειν. οὐδὲ δ' ἂν εἴη τῆς ζωῆς πρῶτον ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν, ὅτι μὴ δ' ὑγιαίνειν οἷοί τε χωρὶς τοῦ ζῆν. ἡ δύναμις οὖν ἁπάντων πρῶτον φυλακτέα τοῖς ἀνθρώποις ἐστίν. *Maxima igitur dignitas ipſarum eſt virium: quando vivere ipſum nobis ex harum cuſtodiâ conſtat, utpote cùm vitam aut ipſas eſſe vires, aut earum actiones, ſit neceſſe: at vita nihil eſſe prius in animantiu corpore poteſt, propterea, quod nec ſanos eſſe citra vitam licet. Virtus ergò omnium prima cuſtodienda hominibus eſt.* *Vitalis indicatio.*

Hanc ζωτικὴν ἔνδειξιν magni æſtimavit *Galenus*, ut ſcribere non fuerit veritus *9. methodi cap. 13.* πρῶτος μὲν οὖν ἁπάντων σκοπὸς, ὁ τῆς δυνάμεώς ἐστιν. *Prima omnium indicatio eſt, quæ ſumitur à viribus.* Inſurgit etiam *lib. 9. methodi, cap. 7.* adverſus eos, qui curandi indicationem à laborantis viribus fieri negabant. *Vitalis indicationis encomium Galenicum aliud.*

Ἔοικε, *inquit*, τοῖς ἄχρηστον εἰς θεραπείας εὕρεσιν εἶναι φαμένοις τὴν δύναμιν, οὐκ οἰκεία τοῖς ἔργοις τῆς τέχνης ἡ σκέψις, ἀλλὰ λογικωτέρα μᾶλλον, ὡς σοφισταῖς γεγονέναι. *Videtur eorum, qui inutilem virtutem eſſe ad curationem inveniendam dicunt, non propria artis diſceptatio eſſe, ſed logica potius ac ſophiſtarum.*

Quæſtio.

Interrogans ſeipſum, ἐκ τίνων οὖν φυλαχθήσεται ἡ τῆς δυνάμεως φυλακή; *Quibus ergo rationibus ſervabitur virium cuſtodia?*

reſolvitur.

Reſpondet: κατὰ μὲν πρῶτον λόγον, ἐκ τοῦ τῆς οὐσίας αὐτῆς τὸ κενούμενον ἢ ἀλλοιούμενον ἐπανορθοῦσθαι. κατὰ δὲ δεύτερον δ' ἐκ τοῦ κωλύειν ἡμᾶς τὰ κενοῦν ἢ ἀλλοιοῦν τὴν οὐσίαν αὐτῆς δυνάμενα. περιλαμβανέσθω δὲ ἐν τοῖς ἀλλοιοῦσι, βραχυλογίας ἕνεκα, καὶ τὰ τὴν συνέχειαν ἑαυτῆς διασπῶντα. *I. potiſſima ratione ex eo, quod de ſubſtantia earum vel inanitum vel alteratum eſt, corrigendo: ſecundo loco, ex prohibendis iis, quæ ipſarum ſubſtantiam vacuare alterareve poſſunt. Comprehenſa verò inter ea, quæ alterant, brevitatis cauſa ſint, & quæ earum* UNITATEM DISTRAHUNT.

Augens indicatur.

Cum valdè debilis eſt virtus, non ſolùm conſervari, ſed etiam augeri expetit.

Vitalis indicatio non eſt indiviſibilis.

οὐκ ἔστιν ἀμερὴς ἡ ζωτικὴ ἔνδειξις. *Non conſiſtit vitalis indicatio in indiviſibili*, ſed in tribus:

I. Naturalis conſtitutio conſiſtens in tribus.

I. *Naturali conſtitutione membrorum*, quæ triplex eſt: temperamentalis, conformationis, & unitatis.

TEMPERAMENTUM, indicans vitale remedium in methodo curatrice intelligitur præcipuè principalium viſcerum, ſive ſit laudabile, ſive mediocre, modò ſit intra latitudinem ſanitatis. Hanc ſi excedat, evadit indicans curatorium, poſtulatque contrarium.

SIMILE alterans auxilium indicat temperamentum. Inter ſola ſimilia non fit alteratio corruptiva. Materia eſt partim alimentum, partim medicamentum. Utrumque convenire debet qualitate cum temperamento naturali partis. Medicamenta imprimis debent eſſe appropriata, & illius tonum ſimilitudine temperamenti conſervare apta nata.

CONFORMATIO in *magnitudine* indicat vitale remedium

ſimile

ſimile, nempe alimentum : *in ſitu*, ut luxatione conſervantem materiam, faſciam, & medicamentum ſtrenuè aſtringens : *in ſuperficie*, cùm acres dyſenterici humores exaſperant inteſtinorum ſuperficiem, illa lævigatur injecto lacte aut jure pingui.

UNITAS SOLUTA, in quâcunque parte cuſtodiam ſui flagitat. *3.*

II. CAUSA NATURALIS CONSTITUTIONIS vitalem *II.*
præbet indicationem ſibi ſimilis. Cauſæ ſunt humores, ſecun- *Cauſa con-*
dùm craſſiorem & ſubtiliorem partem, quæ ſpiritus vocantur. *ſtitutionis.*
Conſideranda in parte utrâque 1. SUBSTANTIA. Hæc indicat auxilium conſervans, & reficiens, cibos ſolidiores, & liquidiores. Commendantur hic *σιτία ταχύτροφα, τρέφοντα ἀθρόως καὶ ταχέως, εὔχυμα καὶ εὔπεπτα, alimenta confertim & celeriter nutrientia, totâ ſuâ ſubſtantia in alimentum tranſeuntia, & quæ ſimul & ſemel omnibus ſui partibus vinci queunt.* VINUM *ὀλιγοφόρον* hic excellit. 2. QUANTITAS jacturæ magis vel minus reficiendum innuit. 3. QUALITAS ſimile indicat proportionatum : 4. MOTUS ſimilem ſtatum imperat.

III. ACCIDENTIA NATURALIS CONSTITUTIONIS *III.*
vitalem indicationem ſuppeditant. Duo illa ſunt: *actio*, & quod- *accidentia*
cunque *exiens* naturale. Utraque indicant *φυλακὴν καὶ τελείω-* *conſtitutio-*
σιν, cuſtodiam & perfectionem. Ad perfectionem requiritur ut *nis.*
expediantur 1. *ἱκανῶς* 2. *κατὰ τὸ χρήσιμον καὶ ἀλύπως.* 3. *ἀνεμποδίστως, integrè, utiliter & ſuaviter, conſtanter & perſeveranter.*

In hoc ſtatu conſervari amant actiones, conſervari etiam *Conſervatio*
amant excretiones naturales mucoſitatum per nares, & os, ſan- *horum.*
guinis per hæmorrhoidalia vaſa & uterum.

Conſervantur vires partium recipientium & excernentium, *Modus con-*
per ALIMENTA ORE adſumenda, vel per clyſteres injicien- *ſervationis.*
da. QUANTITAS ALIMENTORUM ea ſit, quæ non obruat vires, & facilè ſuperetur, obſervatâ normâ *ab Hippocrate 1. aphor. 14. & 15.* propoſitâ: MODO illo exhibeatur, quô à naturâ faciliùs vinci poteſt, liquido vel ſolido : TEMPORE eo, quo mutari queat & vires reficere. Præcipuè autem attendenda hora, quâ minùs natura agitatur à morbo, & ejus cauſâ, & circa alios cibos conficiendos non occupatur.

CAPUT XX.

Hactenus tradita indicationum numeroſa multitudo non evertit Galenicam & Capivaccianam & Sennertianam trigam.

Triga indicationum Galenicarum.

TRIGA Galenicarum indicationum hæc eſt: Curatoria, præſervatoria, ad quam refertur ea, quam præbet ſymptoma, cùm urget, & vitalis. Vitalis & curatoriæ meminit 9. *meth. med. cap. 1.* præſervatoriæ pluribus in locis. Omnium ſimul *2. aphor. 22.*

non evertitur.

Hanc indicationum trigam ubivis magni fecit, neque eam evertit, aut alia indicantia, aliosve fontes conſtituit, cum 9. *meth. medendi cap. 14. ſcribit*, curativam indicationem non à ſolo deſumi morbo, ſed à tribus, quæ etiam appellat prima. Οἱ θεραπευτικοὶ, παρά τε τοῦ νοσήματός εἰσι, καὶ τῆς τοῦ σώματος κράσεως, καὶ τρίτη τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος. *Medicatorii ſcopi ſeu indicationes curatoriæ ſumuntur* à TRIBUS: *morbo, temperamento, aëre.* Aëris rationem æſtimare jubet ἐκ τῆς χώρας, ὥρας καὶ καταστάσεως, *ex regione, anni tempore, & cœli ſtatu. Alibi* etiam indicatione, τὸ ξυνηθὶ *magni æſtimans, conſuetudinis facit mentionem.*

Hæc enim & alia, indicantia, & inde natæ veræ indicationes non ſunt.

Indicatio à morbo.

A ſolo morbo propriè & PER SE tantùm ſumitur indicatio curatoria: PER ACCIDENS ſolùm à reliquis jam dictis, quatenus vera indicantia manifeſtant, dum indicant receſſûs à naturali ſtatu menſuram, quâ menſurâ & gradu ignorato remedium exactè morbo contrarium adhiberi non poteſt. CONTRARIA enim illa, quæ in uſum veniunt, debent GRADU SIMILIA eſſe gradui temperamenti, quod curandum eſt.

Et hæc notitia temperamenti & reliquorum eſt notitia CONTRARII SIMILIS, quod à contrario ſimpliciter dicto omninò diſtinguendum.

Diſſenſus.

Non itaque diſſentit Galenus à ſeipſo: diſſenſus eſt in verbis, conſenſus in rebus.

Capivac-

Capivaccius Galenicæ indicationum trigæ doctrinam *in ſuo, quem methodus medendi inſcribit libro*, illuſtravit, & tenebris obrutam quaſi in lucem revocavit. Tantum apud eum hujus methodi fuit æſtimium, ut cum exterus, qui oblatô amicorum albô ipſum rogaret, ſecretum aliquod longo uſu probatum ipſi communicaret, ipſe urbanè reſponderit: LEGE MEAM METHODUM & HABES MEA SECRETA. Librorum certè, quos conſcripſit, optimus hic eſt. *Capivacciana indicationum commendatio, à Sennertò adprobata.*

Hæc Galenica & Capivacciana triga ſimul ſtare poteſt cum priori. Hæc explicatio eſt illius. Capivacciana in eo ſolo vacillat, quòd vitalem indicationem diviſionem nullam admittere doceat.

Hofmannus inſtitut: medic: lib. 6. cap. 10. theſi 11. inter ſordes Capivaccianas, Sennerto, Capivaccii clientum principi, qui hodiè regnat in campo medico, oppoſitas, refert diviſionem in indicationem curatoriam, præſervatoriam & vitalem. Ipſe autem debebat dixiſſe, *ſubjungit:* alia eſt θεραπευτῆ, alia τῆ ὑγιεινῆ, alia miſta ex utrâque. Vitalem autem vocat figmento ſimilem, niſi concedatur eandem eſſe cum therapeuticâ & ὑγιεινῆ illâ, quæ pendet à ſimili. *Hoffmanni ſententia.*

Alii, trigam hanc indicationum probatiſſimam qui ſugillant, & modò præſervatoriam, modò vitalem ſuſpectam reddere conantur, imò vitalem figmento ſimilem vocant, niſi concedatur, eandem eſſe cum therapeuticâ & ὑγιεινῆ illâ, quæ pendet à ſimili, abundent ſuo ſenſu. *Cenſura aliorum.*

Quamvis virium cuſtodia primariò ſpectet ad ſanitatis conſervationem, & *autore Galeno 9. meth. medendi cap. 13.* οὐκ ἔχοι θεραπευτικὸν σκοπὸν, cum curatione ipſi directè nullum ſit commercium, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ πότε, *autore Galeno 9. med. capite 13.* τῆς δυνάμεως ἡ ῥῶσις εἰς τὴν τῆς διαθέσεως ἴασιν ὑπάρχει χρήσιμος, *ex accidente tamen aliquando virtutis roboratio neceſſaria eſt, ad affectus rationem, cùm frequenter accidat, ut remedia à morbo & ejus causâ indicata adminiſtrari non poſſint, niſi viribus refectis, quæ alioquin dictorum præſidiorum uſu frangerentur.* *Galenus.*

CAPUT

CAPUT XXI.

Triga indicationum nititur propoſitionibus duabus. Ultima: curationem fieri per contraria, explicatur.

Propoſitionum dignitas.

PRopoſitiones illæ ſunt axiomata, dignitates, fundamenta, principia firma & immobilia, DUÆ NUMERO. I. OMNE, QUOD INDICAT, SUI INDICAT CONSERVATIONEM VEL ABLATIONEM. QUOD SECUNDUM NATURAM, CONSERVANDUM, QUOD PRÆTER NATURAM, TOLLENDUM. II. CONTRARIA CONTRARIIS CURANTUR: SIMILIA SIMILIBUS CONSERVANTUR.

PRIMUM axioma eſt indubitatæ fidei, nec indiget illuſtratione: ALTERUM *ἀξίωμα θεραπευτικὸν*, eſt immotum, & immutabile totius artis medendi fundamentum, quo, ceu compendio, univerſa medendi ars concluditur. Non Apollinis magis verum eſt, ac hoc divini ſenis effatum. Nemo DOGMATICORUM non agnoſcit hoc principium: CONTRARIA CONTRARIORUM ESSE REMEDIA.

Confirmari meretur

Quamvis autem principia in unâquâque arte concedi debeant, etiam ſine argumentis, alioqui infinita fieret ars, nullibi conſiſtens, & contra negantem principia non ſit diſputandum, ridiculumque videatur nonnullis, ad hujus ſententiæ probationem loca notare: neque enim demonſtratione indiget, ſed ſolâ interpretatione, nihilominus propter contradicentes pertinaces principium hoc probare eſt neceſſarium.

Confirmatur autem autoritate, ratione, experientiâ.

autoritate Hippocratis in genere, 1.

AUTORITATE Hippocratis ſancita eſt *lib. de flatibus in principio*, *ἢ ἐναντίωσις*. Poſtquam enim diſſeruerat, quomodo repletio curet inanitionem, fames ſitim, ſubjungit: *ἑνὶ δὲ συντόμῳ λόγῳ τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἰάματα. ἰητρικὴ γὰρ ἐστι πρόσθεσις καὶ ἀφαίρεσις, ἀφαίρεσις μὲν τῶν ὑπερβαλλόντων, πρόσθεσις δὲ τῶν ἐλλειπόντων. Uno ut dicam verbo, contraria contrariorum ſunt remedia. Medicina enim nihil eſt aliud, quàm appoſitio & ablatio:*

Ablatio

Ablatio quidem eorum, quæ excedunt: appoſitio verò eorum, quæ deficiunt.

Et libro de locis in homine. ἡ δ' ἰητρικὴ αὐτὸ νῦν καὶ αὐτίκα οὐ τὸ αὐτὸ ποιέει, καὶ ταῦτα ὑπεναντία σφίσιν ἑωυτοῖσιν. *Medicina & nunc & paulò poſt non idem facit, & in eodem contraria facit, & hæc etiam ſibi ipſis contraria.* 2.

Mox: τὰ ὑπεχωρητικὰ non ſemper alvum ſubducunt, aut alvum ſiſtentibus ſunt contraria: *tandemque ſubjungit*: ἑκατέρῳ δ' ἐστὶ φάρμακον ὑπεναντία τῷ ὑπεναντίῳ. *Utriſque remedium contrarium contrario adhibitum.* 3.

Nec longè abhinc. ὑγιαίνονταί τε αἱ ὀδύναι τοῖσιν ὑπεναντίοισιν. ἴδιον ἑκάστῳ νοσήματί ἐστι. τῇσι θερμῇσι φύσει, διὰ τὸ δὲ τὸ ψυχρὸν νοσέουσι, θερμαίνοντα, καὶ τἄλλα τοῦτον κατὰ λόγον. *Sanantur autem dolores contrariis: & ſanè contrarium unicuique morbo proprium eſt. Nam in calidis naturâ propter frigiditatem ægrotantibus, dolores calefacientibus abiguntur, & reliqua juxta hanc rationem fiunt.* 4.

IN SPECIE verò idem confirmavit 2. *aphoriſm.* 22. cum docet: ἀπὸ πλησμονῆς ὁκόσα ἂν νοσήματα γένηται, κένωσις ἰῆται. καὶ ὁκόσα ἀπὸ κενώσιος πλησμονή. καὶ τῶν ἄλλων ἡ ὑπεναντίωσις. *Qui à plenitudine morbi fiunt, vacuatione curantur: & qui ab inanitione proficiſcuntur, ſanantur plenitudine. Cæterorumque contraria ſunt remedia.* *In ſpecie.*

Galenus τὴν ὑπεναντίωσιν τοῦ ἐναντίου τὸ ἐναντίον ἄκος εἶναι, καὶ τὰ ἐναντία τὰ ἐναντία ἐκβάλλειν, *contrarium contrarii eſſe remedium, & contraria ejicere contraria*, ubique publicè confeſſus eſt, pluribuſque in locis explanavit. *Galenus* ἐναντίωσιν *ſtabilit in genere.*

II. *methodi medendi cap.* 12. οὐ μὴν διά γε τοῦτο πότε μὲν ἀληθὲς γίνεται τὸ, *inquit*, τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ὑπάρχειν ἰάματα, πότε δὲ ψεῦδος. ἀλλὰ διὰ παντὸς μένει ἀληθὲς, οὐδὲ γὰρ οἷόν τε τὰ παρὰ φύσιν ἰαθῆναι δι' ἄλλης τινὸς ἰαμάτων ἰδέας. *Præceptum illud, quo contrariorum contraria ſunt remedia, nunquam aliquando verum erit, aliquando falſum: imo id perpetuò verum eſt, quandoquidem fieri non poteſt, ut eorum, quæ præter naturam ſunt, quicquam per aliam ullam remediorum ſpeciem curetur.* 1.

Et *eodem capitulo paulò inferius, ait*: συγχεῖται ἡ θεραπευτικὴ μέθοδος ἅπασα τῷ παρορῶντι τοῦτον τὸν σκοπὸν, *omnem medendi me-* 2.

thodum confundere, quisquis hanc indicationem neglexerit.

τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα ἐστὶν, *inquit 1. de arte curativâ ad Glauconem capite 9.* κολάζοντα μὲν τὸ ὑπερβάλλον, ἀναπληροῦντα δὲ τὸ λεῖπον. *Contraria contrariorum remedia, quæ quod ſuperat, reprimant, quod autem deeſt, ſarciant.*

3\. οὐ δὴ ἄλλο γέ τι τὸ ὑγιάζειν ἐστὶ, παρὰ τὸ τὴν νῦν οὖσαν ἐν τῷ σώματι διάθεσιν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἄγειν, *inquit 9. meth. med. cap. 15.* ἐναντίων δ' οὐσῶν τῶν διαθέσεων, ἀναγκαῖον ἐστὶ δι' ἐναντίων γίγνεσθαι τὴν εἰς ἀλλήλας αὐτῶν μετάπτωσιν. καὶ οὕτως αὖ πάλιν εἷς μόνος ὁ γενικώτατος ἔσται σκοπὸς τῶν ἰαμάτων, ἡ ἐναντίωσις. *Neque aliud eſt ipſa ſanatio, quàm præſentis in corpore vitioſi affectus in naturalem habitum mutatio: cum autem contrarii hi affectus ſint, neceſſe eſt, per contraria fiat eorum alterius in alterum translatio. Atque ita rurſus una ſola erit curationum maximè generalis indicatio, nempe contrarietas.*

4\. Et *lib. de conſtit. artis cap. 12.* pluribus oſtendit, tum in intemperie, tum malæ conformationis morbis circa magnitudinem, figuram, numerum, ſitum, ſemper regreſſum ad ſanitatem fieri per contraria. χρὴ γὰρ οἷον ὁδόν τινα βαδίσαι τὸ παρὰ φύσιν ἔχον ἐν τῷ πρὸς τὴν φύσιν ἐπανέρχεσθαι αὐτὴν μὲν ἀλλ' ἔμπαλιν ὁδοιπορήσειν. εἰ δ' ἔμπαλιν ἔρχεσθαι μέλλοι, διὰ τῶν ἐναντίων ἀφίξεται τῇ παρούσῃ διαθέσει καὶ οὗτος ἂν εἴη κοινότατος τε καὶ γενικώτατος σκοπὸς ἁπάσης τῆς ἰάσεως τῶν νοσημάτων, τὸ ἐναντίον, ὥς που καὶ πρὸς Ἱπποκράτους εἴρηται. Τὰ ἐναντία, τῶν ἐναντίων ἰάματα. κατὰ μέρος δὲ τὰ κατὰ μέρος ἐναντία. *Neceſſe eſt, quod præter naturalem affectum, dum ad naturalem redit ſtatum, illam eandem quaſi viam incedere, quam prius confecerat, præterquam quod ordine contrario. Sed ſi contrario ordine, per contraria igitur præſenti affectui erit reditus. Et proinde is erit omnium curandorum morborum communiſſimus, generaliſſimusque* SCOPUS: CONTRARIUM, *ut ab Hippocrate traditum:* CONTRARIA CONTRARIIS REMEDIO ESSE, ET PARTICULARIBUS PARTICULARIA CONTRARIA.

5\. Id iterum illuſtrat; calido morbo frigidum, & frigido calidum: ita etiam ſicco quod humectat, humido quod exiccat, contrarium eſt. Et in ſimilaribus quidem res ſe habet hôc modô: in

in inſtrumentariis autem oportet in unoquoque prædictorum quatuor generum morboſæ immoderationi eouſque contrariam adhibere, donec ad moderationem naturalemque ſtatum fuerit perventum: ut ſi caro præterquàm naturæ ratio expoſcat ulceri accreverit, non id quod carnem generet, aut alat, ſed quod detrahat, imminuat, erodat, corrumpatque, adminiſtrare expedit.

in ſpecie exemplo victûs.

IN SPECIE, quod contrariæ indicationes in victu etiam locum habeant, indicat *1. aphor. 16.* cum oſtendit, Hippocratem in hoc aphoriſmo πολλὰ καὶ χρήσιμα τῶν κατὰ τὴν τέχνην ἐν βραχυτάτῳ διδάσκειν λόγῳ, *breviter multa & utilia perſtringere, quæ artis ſunt propria.* Et primò quidem, quomodo febricitantes alere conveniat: deinde, τὰς ἐνδείξεις τῶν ὑγιεινῶν διαιτημάτων ἐπὶ τῶν παρὰ φύσιν ἐναντίας. ἐπὶ δὲ τῶν κατὰ φύσιν, ὁμοίας χρὴ ποιεῖσθαι τὰς, *ſalubris victûs indicationes, in iis quidem, quæ ſunt præter naturam, contrarias: in iis verò, quæ ſecundum naturam habent, ſimiles ſumere oportere ſubjungit.*

CAPUT XXII.

ἡ ἐναντίωσις *confirmatur ratione & experientiâ.*

Ratione ex ipſis naturæ rerum viſceribus erutâ axioma probatur.

RATIO axiomatis certa eſt & indubitata. οὐκ ἐξίστησι, *inquit Philoſophus lib. 1. de generat & corrupt. cap. 7. t. 49.* ἑαυτὰ τῆς φύσεως, ὅσα μήτ' ἐναντία, μήτ' ἐξ ἐναντίων ἐστίν. *Non extrudunt ſe ipſa à naturâ, quæcunque neque contraria, neque ex contrariis ſunt.*

Morbus & remedia ſe expellunt. Ergo ſe expellunt, ut contraria. 1.

Et *t. 5.* παθητικὰ καὶ ποιητικὰ ἀλλήλων ἐστὶ τὰ ἐναντία, *activa & paſſiva ad invicem ſunt contraria.* Sed res præter naturam & remedia ſunt activa & paſſiva. Ergo ſunt contraria. τὸ ὅμοιον ὁμοίου αὐξητικόν, *ſimile ſimile auget & conſervat.* Intemperiei morbus, ad temperiem reducendus, non expectat additionem ſimilis. Tale enim additum tali facit id magis tale. Alterationem, contrariis quæ fit qualitatibus, deſiderat. 2. 3.

Curatio remediis perficitur, remedium morbum depellit, illud quod morbum depellit, vim infert: quod morbo vim in- 4.

fert, contrarium eſt. Clariſſimum ergò evadit, remedium morbo adverſari, eique ſe opponere.

4. Curatio morbi eſt ejusdem corruptio. At corruptiones fiunt à contrariis. *τὰ δ' ἐναντία φθαρτικὰ τῶν ἀλλήλων. contrariorum corruptiva eſt actio.* Contraria ſe mutuò tollunt & ponunt. Propterea agens agit, ut ſibi patiens reddat ſimile: quod ſi jam antè ſimile exſtitit, quid opus actione?

5. In omni actione movens ſive agens eſt diverſum à patiente, eique adverſum ſive contrarium. Idem enim non patitur à ſeipſo. Atqui curatio eſt actio medicamenti in morbum. Ergo curatio fit à medicamento tanquam adverſo & contrario.

6. Curatio eſt motus quidam à morbo ad ſanitatem: & motus, *autore Philoſopho*, fit ratione contrarietatis. Ideò & curatio fit per contraria.

Experimento eadem contrarietas confirmatur

EXPERIMENTO idem probatur. Luce clariùs cernimus, omnes, ut quod moleſtum eſt, auferant, ad contrarium opus confugere, non ſolùm peritos, ſed & imperitos. RUSTICI, ut ſitim ab æſtu caniculari contractam depellant, tempore meſſis, aquam frigidam aut haurire, aut eâ lavari ſolent. BELLUÆ & bruta ipſa contrario contra ſolis æſtum utuntur, locis umbroſis: ubi exhauſtæ ſunt, cibum petunt, cum repletæ, evacuare ſe conantur: ſic canis vomitu, ibis clyſtere roſtri ſe proluit. Omnes ſenſus cum naturaliter ſe habent, gaudent moderatis contrariis. Lingua naturaliter affecta delectatur dulcibus: cum ab amaris diſſolvitur, gaudet acerbis, à quibus cogitur & conſtringitur.

& ſenſu.

Naturam, cum morborum curationem tentat, & perficit, morbo & cauſæ morbi ſe opponere illisque contrariari confirmat SENSUS. Sic in febribus intermittentibus in quolibet paroxyſmo, putridum humorem & vaporem, ad cor penetrantem & vaſa, vel per *ἄδηλον διαπνοὴν*, vel per ſudores & urinam evacuat, adeoque oſtendit, ſe cum cauſâ morbificâ pacem inire non poſſe, ſed illi ſe opponere, & hujus regulæ, curandi per CONTRARIA obſervantisſimam eſſe.

CAPUT

CAPUT XXIII.

Contrarietas ratione accidentium morbi.

NOn ſufficit contrarietas generalis ratione ideæ, ſed etiam ſpecialis ratione eorum, quæ eſſentiæ accidunt, magnitudinis, moris, & motûs. Prout morbus, & cauſa, & ſymptoma ſunt magna, parva, benigna vel maligna, celeris vel tardi motûs, ita etiam contraria præſidia magna, parva, benigna, alexiteria, celeria, tarda, ſeligenda.

Contrarietas ſpecialis

CAPUT XXIV.

Proportio contrarietatis reſpectu morbi & ſimilitudinis, reſpectu ſtatus naturalis.

NOn ſufficit ad methodicam curationem contrarietas, ratione eſſentiæ & accidentium, neceſſaria etiam eſt proportio æqualitatis in gradu, quæ menſuratur ad normam morbi & temperamenti individualis.

In contrarietate neceſſariò ſpectanda proportio æqualitatis.

Omnis morbus tollitur contrariis, ſed contrarium hoc eſt duplex: UNUM SIMPLICITER DICTUM, quod morbum reſpicit, à quo reverà indicationes petuntur, ALTERUM μετ᾽ ὑπεροθήκης SIMILE, quod reſpicit temperamentum naturale ante morbum. Ab hâc petuntur indicationes, quà tales in hoc gradu, qui ſimilis ſit temperamento partis laborantis.

Contrarium, quo morbus tollitur duplex conſiderandi modus.
1.
2.

Contrarietas morbi ratione, duplex eſt: Una reſpicit
ipſum morbum, quatenus morbus. 2. altera τὸ πόσον ejusdem,
graduumque exceſſus, quo ignorato τὸ πόσον τῶν ἰαμάτων vel
quantum remediorum exactè determinari nequit. τῶν νόσων μείζονα χρὴ, *ſcribit Aretæus de curat. diut. lib. 2. cap. 13.* τὰ ἄκεα ἐς λύσιν
αὐτέων ἔμμεναι. *Morbis, quo diſſolvantur, majora remedia eſſe oportet.*

Contrarietas morbi ratione duplex:
1.
2.

Remedium non ſolùm decet eſſe contrarium & quale oportet, ſed etiam ἀνάλογον τῷ μεγέθει τῆς δυσκρασίας, *proportionale in gradu qualitatis*, magnitudini morbi, & intemperiei.

τὸ ὠφελοῦν contrarium & ἀνάλογον

Contrarietatis commenſuratio.

Non ſufficit, ut calida applicentur in frigidâ intemperie, ſed neceſſe eſt contrarietatis conſiderare menſuram.

Contrarium ἄμετρον καὶ σύμμετρον.

Datur contrarium ἄμετρον καὶ σύμμετρον. Ἄμετρον eſt vel majus vel minus, σύμμετρον eſt æquale.

MAJUS ἄμετρον, ſi frigidum ſit oppoſitum calido morbo, non ſolùm curat morbum calidum, ſed etiam frigidum introducit.

Ἄμετρον majus.

Extremis morbis extrema debentur remedia. Levis morbus non expetit generoſa heroica remedia, ſed pygmæis cedit.

Dolor capitis, phrenitis, apoplexia, ut duo, non exſpectant remedia chirurgica, pharmaceutica, diætetica, ut quatuor, ſed in gradu æqualia. Lues venerea, epilepſia, arthritis ſi curari poſſint mitioribus præſidiis, non tentanda heroicis mercurialibus medicamentis, internis & externis, exceſſui malitioſo in gradu cum quæ proportione majoris inæqualitatis, plus quam contraria. Levis exceſſus contentus eſt gradu remedii in ſecundo gradu. Non opus eſt ſuperiores ſcalarum petere gradus, cum præcipitii periculo junctos.

Ἄμετρον minus.

MINUS contrarium non ſufficit ad curationem, quia à præternaturali corporis diſpoſitione ſuperatur. Morbus calidus ut duo, non curabitur per frigidum, ut unum: ſuccumbit enim inferior hic gradus. Nec curabitur per frigidum, ut tria: ultrà enim procedens introducet morbum frigidum, ut unum. Idem judicium de aliis affectibus, antè propoſitis.

σύμμετρον contrarium.

ÆQUALE contrarium omne fert punctum. Curatio in morbo calido, ut duo, eſt facienda per frigida, ut duo. Hæc poſſunt calidum, ut duo, removere, nullumque morbum inducunt frigidum.

Poteſt quidem curari aliquis morbus intenſioribus & remiſſioribus, ob inducias, quas facultas aut morbus dant aut non dant, commodiùs tamen æqualibus, & minori cum periculo id perficitur.

Contrarietas ſimilis.

Contrarietas SIMILIS TEMPERAMENTI ratione, reſpicit idem 1. quà tale. 2. τὸ πόσον ejuſdem, quatenus ab eo indicationes petuntur, quà TALES, in hoc gradu, qui ſimilis dici poteſt, & proprius eidem partis affectæ ratione.

Non

Non ratione ſolùm, ſed etiam experientiâ apparet, *inquit Galenus 3. meth medendi cap. 7.* non omnem naturam eadem medicamenta requirere, ſed infirmiores molliores que mitiora, validiores ſicciores que validiora. Ἐν δὲ τῇ διεξόδῳ ταύτῃ τοῦ λόγου, *inquit loco citato*, κατάφωρον γίγνεται σαφῶς, ὅτι δὲ τὴν φύσιν ἐπισκεπτέον ἐστὶ τοῦ κάμνοντος. ὅτι τε καθ' ἕκαστον ἄνθρωπον, ἰδία τίς ἐστι θεραπεία. καὶ τρίτον ἐπὶ τούτοις, ὡς ἐπειδὴ τὸ τῆς ἑκάστου φύσεως ἴδιον ἄρρητόν ἐστι, καὶ πρὸς τὴν ἀκριβεστάτην ἐπιστήμην ἄληπτον. οὗτος ἂν ἄριστος ἰατρὸς εἴη τῶν κατὰ μέρος ἁπάντων, ὁ μέθοδόν τινα πορισάμενος, ἐξ ἧς διαγνωστικὸς μὲν τῶν φύσεων ἔσοιτο, στοχαστικὸς δὲ τῆς ἑκάστης ἰδίων ἰαμάτων. τὸ δ' οἴεσθαι κοινήν τινα ἁπάντων ἀνθρώπων εἶναι θεραπείαν, ἐσχάτως ἠλίθιόν ἐστιν. ὅπερ οἱ ἀναισθητότατοι νομίζουσι μεθοδικοί. καὶ διὰ ταῦτ' ἑστάναι τὰ τῆς ἰατρικῆς ἔφασαν ἅπαντα θεωρήματα, τουτέστιν ἐπιστημονικὰ καὶ βέβαια ταῖς γνώσεσιν ὑπάρχειν. εἶναί τε τὴν γνῶσιν αὐτῶν, τέχνην τινὰ κοινοτήτων, οὐκ ἰδιοτήτων. ὡς περὶ τὸν κοινὸν καὶ γενικὸν ἄνθρωπον θεραπεύοντες, οὐ τοὺς κατὰ μέρος. ὡς οὖν ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν εὐθέως κατὰ τὰς ἀρχὰς ἐσφάλησαν, οὕτω κἀν τῷδε. θεραπεύεται μὲν γὰρ, οὐχ ὁ κοινὸς καὶ γενικὸς ἄνθρωπος, ἀλλ' ἡμῶν ἕκαστος, ἄλλος ἄλλην ἔχων δηλονότι κρᾶσιν τε καὶ φύσιν. *In ejuſmodi verò ſermonis noſtri decurſu perſpicuum planè fit, tum ægri naturam eſſe conſiderandam: tum cujusque hominis propriam eſſe curationem: tum ſupra hæc illud tertium, nempe, quoniam cujusque naturæ proprietas ineffabilis eſt, nec exactiſſimâ ſcientiâ comprehenſibilis, hunc eſſe optimum cujuſque particularis ægritudinis medicum, qui jam methodum quandam comparavit, ex quâ & dignoſcere naturas poſſit, & conjecturâ conſequi, quæ ſint cujuſque propria remedia. Porrò exiſtimare communem quandam eſſe omnium hominum curationem, ſicuti ſtupidiſſimi methodici putant, extrema eſt dementia. Atqui illi ob id ſtata eſſe putant omnia medicæ artis theoremata, hoc eſt, ejuſmodi eſſe, quæ ſcientes homines faciant, firmamque ſui notitiam præſtent: ipſorumque artem, notitiam quandam eſſe communitatum, non proprietatum, tanquam communem & generalem hominem, non particulares curarent. Ergo, ſicuti in aliis omnibus ſtatim inter initia ſunt lapſi, ſic in hoc quoque. Siquidem curatur non homo communis & generalis, ſed noſtrûm quiſque, alius videlicet aliud temperamentum naturamque obtinens.*

Galeni locus.

15

Notanda αἱ κοινότητες καὶ ἰδιότητες.

2. *9. meth. medendi cap. 15.* hoc contrarium ſimile intelligit, cum πῶς δὲ εὑρεθήσεται, *quærit*, τὸ πόσον ἐν τοῖς ἐναντίοις; οὐ γὰρ ἀρκεῖ δήπου προσαγαγεῖν τὰ ψύχοντα ταῖς θερμαῖς διαθέσεσιν ἄνευ τοῦ προσήκοντος μέτρου. κίνδυνος γὰρ ἐλλείποντας μὲν, ἀπολιπεῖν τι καὶ τῆς νόσου λείψανον. ὑπερβάλλοντας δὲ, γένος ἐναντίον ἀπεργάσασθαι νοσήματος. ὁ γὰρ ἐπὶ πλέον ἢ χρὴ ψύχων τὸ θερμὸν νόσημα, τὴν ὑγιεινὴν ὑπερβὰς συμμετρίαν, ἕτερον ἐργάσεται νόσημα ψυχρόν. ὅπως οὖν τοῦτο μὴ γίγνοιτο, τὴν φύσιν ἐπίστασθαι χρὴ τοῦ θεραπευομένου σώματος, ἵνα ὁπόσον ἀφέστηκεν αὐτοῦ ἡ νόσος τῆς συμμετρίας, γνόντες, ἐπιθῶμεν τῷ ψύχοντι βοηθήματι τὸ μέτρον. *At quomodo (inquies) in contrariis invenietur modus? Non enim ſatis eſt calido affectui admoviſſe frigida, niſi id debitâ fiat menſurâ: cum alioqui metus ſit, ſi infra modum id fiat, ne morbi reliquum quippiam relinquatur: ſin modum excedas, contrarium genus morbi inducas: qui enim ſuprà, quàm par eſt, calidum morbum refrigerat, is ſanitatis mediocritate transmiſſâ, alium excitabit morbum, qui ſit frigidus. Quod quò minus accidat, naturam curandi corporis ſcias, oportet: quò, quantum morbus ab illius ſymmetriâ diſceſſerit intelligens, menſuram refrigeranti præſidio imponas.*

Moderatio contrarietatis.

In morbo cordis calido non ſtatim refrigerantia pari gradu opponenda, & una intemperies ſumma per aliam æquè extremam adorienda. Hoc dum, qui violento motu excalefacti, moliuntur, avido appetitu frigidam bibentes ſubitò exſtinguuntur. Nobilis vir, in hippodromo, æſtivis canicularibus ardoribus expoſitus, ſexto curſu poſcebat frigidam. Haurit eam avidê. Septimum curſum meditatus, deficit animo. Subita illa mutatio in pari gradu ab uno extremo ad aliud, lacteis thoracicis communicata & chylo in iis contento, cordi vim intulit.

Tale ἐναντίον ἀνάλογον καὶ σύμμετρον intelligit *Galenus arte medic. cap. 89.* cum docet: in applicatione remediorum partis affectæ habendam rationem, qualitatis, ſitus, & aliarum circumſtantiarum.

CAPUT

CAPUT XXV.

In ſymptomatum curatione locum habet contrarietas utraque, ſimilis & disſimilis.

NOn ſolùm in morbis, verùm etiam in ſymptomatibus locum habere ſanationem, & contrarietatem, docetur *11. methodi medendi cap. 12.* διττῆς δὲ, οὔσης αὐτῶν τῆς πρώτης διαφορᾶς, τὰ μὲν γὰρ ὑπάρχει καθ' ἑαυτὰ, τὰ δὲ ἐν τῷ γίνεσθαι τὸ εἶναι λαμβάνει, ταῖς διαθέσεσιν ἑπόμενα, δίκην σκιῶν. ἡ μὲν ἴασις, ἀναίρεσις ἐστὶ τῶν διαθέσεων, ἀκολουθεῖ δ' αὐτῇ ἡ τῶν συμπτωμάτων ἀναίρεσις. οἷς οὐδὲν αὐτοῖς προσάγεται πρώτως, ἀλλὰ κἀπὶ τούτων γε μένει τὸ καθόλου, τὸ, τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ὑπάρχειν ἰάματα. τὰς γὰρ διαθέσεις, αἷς ἕπεται τὰ συμπτώματα θεραπεύοντες, εἰς ἐναντίαν κατάστασιν ἄγομεν. *Cum autem eorum, quæ præter naturam ſunt, duplex ſit prima differentia, aliis per ſe ſubſiſtentibus, aliis in ipſo (ut ſic dicam) fieri, eſſentiam ſuam habentibus, ac* UMBRÆ RITU, *affectus comitantibus, ſanatio quidem affectuum ipſorum eſt ſublatio: hanc verò ſymptomatum amotio ſequitur. Quibus quanquam ipſis primâ ratione adhibetur; attamen in iis quoque perpetuum illud præceptum manet, quod contraria contrariorum ſunt remedia; quippe, cum affectus, quos ſymptomata ſequuntur, ſanamus, ſymptomata nimirum ipſa in contrarium ſtatum perducimus.* 1.

In ſymptomatum curatione locum habet contrarietas. Galenus id confirmat,

Et, *in fine capitis*, indicationem medendi per contraria ſeu oppoſita locum habere innuit, μάλιστα μὲν ἐν ταῖς διαθέσεσιν, ἤδη δὲ κἂν ἐν τοῖς συμπτώμασιν. ὧν οὔτε πρώτως ἐστὶν ἴασις, οὔτ' ἐναντίωσις. ἀλλ' ἡ μὲν ἴασις ἅμα ταῖς διαθέσεσι κατὰ συμβεβηκὸς, ἐναντίον δὲ καταχρηστικῶς ὀνομαζόντων, ἕνεκα σαφοῦς τε ἅμα καὶ συντόμου διδασκαλίας, *potiſſimùm quidem in affectibus, ſed tamen etiam in ſymptomatibus, quamvis horum nec primùm curatio ſit, nec propriè contrarietas, ſed curatio quæ ſimul cum affectibus, ex* ACCIDENTI: *contrarietas verò lucidioris ſeu brevioris doctrinæ gratiâ loquentibus* ABUSIVE. 2.

Nec ſolùm curatio per contraria debetur ſymtomati, verùm etiam per contraria ſimilia & disſimilia. Qui dolorem capitis curare animum intendit, à causâ calidâ ortum, non ſolùm caliditati contrarium medicamentum ἄμετρον, verùm etiam σύμμετρον opponere debet.

Contrarium ἄμετρον καὶ σύμμετρον etiam hic attendi debet

CAPUT XXVI

oſtendit, quod voce contrarii, non contrarietas propriè dicta, ſed diverſitas & oppoſitio, intelligenda ſit.

ὁμωνυμία expeditur. COntrarietas hîc non ſumitur ſtrictè, ſed latè, adeò ut contrarietas & oppoſitio pro eâdem re adſumatur, & *Galenus* ipſe modò *ἀντιθέσεως*, modo *ἐναντιώσεως* vocem uſurpat, modò *τοῦ ἀντιθέτου*, modò *τοῦ ἐναντίου* vocabulo utitur, nullumque inter hæc duo diſcrimen conſtituit.

Illuſtratio ex Galeno. 11. *meth. cap. 12.* ſive, *ait* contrarietatem ſive oppoſitionem nominare libet, ejus indicationis medendi, quæ ab omnibus, quæ præter naturam ſunt, præbetur, ſemper meminiſſe, eisque intentus eſſe debebis. Neque enim magnum parvo Ariſtoteles voluit eſſe contrarium, ſed in eo, quod aliquid dicitur oppoſitum, neque multum pauco, ſed nec rarum denſo, neque relaxatum contracto, neque ipſi, quod ſecundum naturam, eſt id, quod eſt p. n. contrarium. Hippocrati tamen omnia id genus habent appellationem contrariorum. *Et paulo infrà*: Intelliges id clariùs, ſi non contrariorum contraria, (ſed quemadmodum illis placet) oppoſita ſibi invicem eſſe remedia dicas, ſiquidem copiam ſanat evacuatio, defectum nutrimenta, in ſummâ quod ſuperat, ablatio, quod deficit, adjectio.

Ἀνακεφαλαίωσις. Ex his Galeni verbis eluceſcit, proximum juvantia inveniendi inſtrumentum eſſe *τὴν ἐναντίωσιν*, latiori tamen pacto acceptam, prout cum *ἀντιθέσει oppoſitione* eadem eſt. Non intelligitur contrarium ſtrictè dictum, quale eſt calidum, frigidum, ſed omne, quod eſt repugnans operatione & virtute, quoad quantitatem, ſitum, numerum, figuram, in omni genere denique, quod plurimùm diſtat, & proprie adverſum, diverſum, vel oppoſitum dicitur, Quin etiam contrarietas hæc adeò latê extenditur, ut etiam quæcunque privativa, plenum & inane, integrum & corruptum tangat.

Ad tacitam objectionem reſpondetur Nec quicquam refert, quod indicatum non ſit verè contrarium, ſed pari cum diverſo vel oppoſito ambulet paſſu.

Nam

Nam philoſophis etiam talis non diſplicet acceptio, ut cum, *autore Ariſtotele 1. phyſ. t. 42. & 47.* principia ortus & interitus omnium rerum contraria dicunt eſſe. Eadem ratio eſt operum, quibus medici ad curandum utuntur, ſunt enim aliquo pacto, non tamen verè & propriè contraria.

Complura ſunt mala, quæ non auferuntur opere contrario ullo pacto, ſed potius diverſo aut ſimili. Sic febres, quarum eſſentia conſiſtit in calore, ſemper curari deberent refrigerantibus, quæ contraria ſunt, ſæpe tamen ſanantur SANGUINIS MISSIONE, quæ calori contraria non eſt, ſed potius diverſa.

CAPUT XXVII

adducit argumenta aliter ſentientium, nempe curationem non fieri per contraria, ſed ſimilia.

NEceſſariam non eſſe veterem propoſitionem, nec de omni, nec per ſe, nec univerſalem, quæ aliter nec habere nec eſſe poſſit, nec hîc adeſſe prædicati contrarii, & temporis univerſalitatem, reſpectu ſubjecti curabilis, eſſentialemve ſeu perpetuam cum hoc ſubjecto connexionem, oſtendere videntur autoritates, rationes, & experimenta. *Curationem fieri per ſimilia, oſtenditur.*

Autoritas clariſſima eſt HIPPOCRATIS, qui *libro de locis in homine:* Διὰ τὰ ὅμοια νοῦσος γίνεται, *inquit,* καὶ διὰ τὰ ὅμοια προσφερόμενα ἐκ νοσεύντων ὑγιαίνονται. *Per ſimilia morbus fit, Et per ſimilia adhibita à morbo liberantur.* *1. autoritate Hippocratis*

Id declarat exemplo ſtranguriæ, tuſſis, febris, lavacri aquæ calidæ, vomitus, & tandem ſubjungit: καὶ εἰ μὲν οὕτως εἶχε πᾶσι, καθεστήκει ἂν οὕτω. τὰ μὲν τοῖς ὑπεναντίοισιν ἐντρεπίζεσθαι, οἷά τε ᾖ, καὶ ἀφ' ὅτου ἐγένετο τὰ δὲ τοῖσιν ὁμοίοισιν, οἷά τε ᾖ, καὶ ἀφ' ὅτου ἐγένετο. *Quod quidem ſi in omnibus eodem modo ſe haberet, ſtata ſanè ac certa artis præcepta dari poſſent, nimirum alia quidem contrariis curari, qualiacunque tandem ſint, & à quacunque causâ fiant: alia verò ſimilibus, qualiacunque ea ſint, & à quâcunque causâ fiant.* *qui id declarat exemplo ſtranguria,*

Idem, libro περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς *de veteri medicinâ* pugnat contra eos, qui ἰδιῶται ab ipſo appellantur, & τοῖς ὑπεναντίοις curare, omneſque morbos pellere volebant.

Et *6. epidem. comm. 2. t. 9.* inter τῶν θεραπειῶν τρόπους *curationum modos* recenſet eos, qui fiunt τοῖς ἐναντίοις *contrariis*: ἀραιῶσαι, στενυγρῶσαι, καὶ χυμοὺς ἐξῶσαι, τοὺς δὲ ξηρᾶναι, τοὺς δὲ ἐνθεῖναι &c. *dilatare, conſtringere: expellere hos ſuccos, illos ſiccare, illos addere. textu 9.* autem, ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον, οἷον ὀδύνῃ παύει. τὰ ἀνόμοια, εἰ ῥέπει ἄνω ἀρθέντα κάτωθεν λύειν, καὶ τὰ ἐναντία ταῦτα, οἷον κεφαλῆς κάθαρσις, φλεβοτομία, ὅτε εἰκῇ οὐκ ἀφαίρεται. *facere* SIMILE, *ut dolor dolorem ſedat*: DISSIMILIA, *ſi ſurſum vergant elata, per inferna ſolvere*: & CONTRARIA *itidem, ut capitis purgatio, venæ inciſio, quando non temerè detrahitur.*

Galenus idem ſentit *Galenus* ἐναντίωσιν deſeruit, ſicque hoc immediatum principium ipſe revocavit, 1. dum ἀντιθέσιν *oppoſitione* ſubſtituit. 2. dum in contrarietate requirit æqualitatem gradus, & contrarii ſimilis mentionem facit.

ὁμόψηφος eſt Ariſtoteles. *Ariſtoteles* generalem hanc curandi normam ſubvertere videtur ſpecioſâ ſententiâ *7. metaphys. cap. 7.* quâ oſtendit oppoſitâ ſanitate curari morbos.

Paracelſus eſt ὁμοιότροπος. *Paracelſus paragrano tractatu 1. pap. 211.* principium hoc: contraria contrariis curari, & calidum pelli frigido, falſum eſſe docet. Contrarium eſſe *ait* arcanum & morbum. Arcanum eſt ſanitas, morbus eſt ſanitati contrarius. Duo hæc ſe mutuò ponunt & tollunt.

II. Rationibus ὁμοιότης confirmatur. RATIONES, quibus ἐναντίωσις ἢ ἀντίθεσις deſtruitur, non ſunt levis armaturæ 1. Quæ naturam morborum medicatricem juvant, illa medentur morbis. Similia naturam juvant. Ergo medentur morbis. Actio naturæ in id, quod præter ipſam eſt, ſolum eſt contraria. Ab hâc illud corrumpitur, abigitur.

1.

2. 2. Quæ naturam lædunt & opprimunt, non ſunt βοηθήματα naturam juvantia & ſublevantia auxilia. Contraria & diſſimilia talia ſunt. Ergò corpus ægrum contrariis affligere qualitatibus eſt morbum irritare, naturæ internecinum indicere bellum, morbumque novum veteri addere.

3. τὰ

3. Τὰ ἀνόμοια στασιάζει. Quæ reparant vires, quas deſtruit 3.
morbus, illi debetur curatio. Similia vires reparant. E.

4. Ex quibus oriuntur morbi, illis etiam curantur. Oriun- 4.
tur autem ex disſidentium principiorum, ſeminumque ſuôrum eſſentiis, tincturis, & proprietatibus. Hæc autem ſunt ſimilia, Ergò etiam iisdem curatur.

5. Quæ à ſpiritibus morbo obſesſis expetuntur, eorumque 5.
deſiderium explent, per ea fit curatio. Sed ſpiritus morbo obſeſſi expetunt ſimilia. Ergo per ſimilia fit curatio. Minor probatur, quia ſpiritus morbo obſeſſi, expetunt in fame alimentum ſolidum, in ſiti liquidum potum, in morbis ſpiritus reficientia. Hæc autem ſunt ſimilia. Cum ſentiunt hos puros & defecatos ſibi in ſubſidium occurrere, ſpiritus congaudentes iis promtiſſimè arctisſimèque adhærent, eorum puritate ſuam infectionem emundant, ſeque in temperiem revocant, & erigunt, non ſecus ac ſemina in terræ gremio, congenere novorum ſpirituum ſatellitio ſtipata renaſcuntur, & uberrimis meſſibus luxuriant.

6. Signaturæ, & imagines plantarum internarum centrali- 6.
um conſpirationum, proprietatum, & arcanarum operandi virtutum indices, occultis quaſi verbis nobiscum colloquentes, & quales ſint, ſe explicantes, teſtantur, ſimiles ſe habere virtutes, & occultos poſſidere theſauros, qui ſimiles ſint naturæ, eidemque opem ferre paratæ. Vitalis anatome ſimilia ſimilibus conjungi, & ſecundùm naturam cujusque microcoſmo patrocinari docet. Id oſtendunt monumenta veterum & recentiorum de ſignaturis ſingulorum membrorum in lucem edita. Flos pæoniæ, nux myriſtica ſimilitudine evincunt vires ſuas cephalicas. Lapidoſa ſimilitudine calculum frangunt. Pulmonaria maculoſa ſimilis pulmoni, ejusdemque remedium.

EXPERIENTIA loquitur, medicam προσθαφαίρεσιν, πρόσθεσιν τῶν ἐλλειπόντων, καὶ ἀφαίρεσιν τῶν ὑπερβαλλόντων refectionem balſami interni, & humidi primigenii reſtaurationem, morbificarum tincturarum ablationem fieri ſimilibus. CALIDUM medicamentum, ut ſcammonium & rhabarbarum ὁμοιότητος ὅλης τῆς οὐσίας *ſimilitudinis totius ſubſtantiæ* & formæ lege fa- *III. Experientia ſuffragatur.*

 miliares

miliares ſimiles humores attrahit, evacuat, & bilioſam febrim tollit.

Galenus inflammationem gutturis ſimili medicamento excalefaciente & exſiccante curari poſſe hiſtoricâ fide teſtatus eſt *10. de ſimpl. med. facult.* Ophthalmiæ medetur δώρηξις vini meracioris uſus *6. aph. 31.* Dolor ſedatur dolore: vomitus vomitu: alvi fluxus clyſmo injecto: tetanus affuſâ aquâ frigidâ.

Exterius adhibita medicamenta ſalina, ſalinos, mercurialia mercuriales, ſulphurea oleoſos, *συμπάσχοντα ſingulos in genere ſuo* curant morbos. Ulcera arſenicalia opem implorant medicamentorum ſimilium, non contrariorum. Scorpii morſus impoſito ſcorpio, ejusque oleo ſanatur. Jecur humanum ob amicitiam jecore, lien liene curatur. Simile libenter it ad ſimile, ceu pars ad totum, aut tanquam pars ad cognatam partem, unionis appetens.

CAPUT XXVIII
reſpondet ad hæc argumenta, in genere, adhibitis diſtinctionibus Galenicorum.

Reſponſio generalis per diſtinctiones. Galenicas.

IN GENERE attendendæ quædam diſtinctiones inter contraria.

PRIMA proponitur *à Galeno 6. epidem. com. 2. t. 9.* inter contraria primò, per ſe, & per accidens. Statuit τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα ὑπάρχειν πρώτως καὶ καθ' ἑαυτά, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ καὶ φαλακρὸς ἰατρὸς φαλακρὸν ἄρρωστον, ὅμοιος ὅμοιον ἰᾶσθαι δύναται, καὶ φοξὸς φοξὸν, καὶ χωλὸς χωλόν. *Contraria contrariorum eſſe remedia,* PRIMO ET PER SE. EX ACCIDENTI *autem calvus medicus calvum ægrum, ſimilis ſimilem, curare poteſt, acuti capitis, alium oxycephalum, & claudus claudum. Frigida aqua* tetano medetur, non quà frigida, & quà refrigerat, ſed quà calorem ad interiora compulſum auget, ejus cauſam frigidam concoquit, intemperiem que frigidam calefaciendo expugnat. *Dolor* dolorem, *vomitus* vomitum curat, non primariò ſed δευτέρως, καὶ, κατὰ συμβεβηκὸς quatenus remedium, curat affectum, cui dolor & vomitus conjunctus σκιῶν δίκην, *ceu umbra corpori.*

ALTERA diſtinctio *ab* eodem proponitur περὶ τέχνης

cap.

cap. 89. inter ἐναντία δυνάμει καὶ φαντασίᾳ *contraria facultate & imaginatione.* Κατὰ δύναμιν καλῶ, *ſubjungit*, ὅπερ ὄντως τε καὶ ἀληθῶς οἷον λέγεται, κατὰ φαντασίαν δὲ τὸ τῇ προχείρῳ μὲν αἰσθήσει τοιοῦτον εἶναι φανταζόμενον, ὄντως δ' οὐκ ὂν τοιοῦτον. *Voce, ſecundum potentiam, quod reipſa verè tale exiſtit, quale eſſe dicitur: ſecundum imaginationem autem, quæ ex prompto ſenſu quidem tale eſſe imaginamur, cum tamen verè tale non ſit.* Sic calidum remedium tollit febrim calidam, non quà τῇ φαντασίᾳ calidum eſt, & proinde ſimile, ſed quâ igneam caliditatem reſolvit, & diſcutit, ſicque δυνάμει contrarium eſt.

TERTIA diſtinctio eſt inter τὰ ἐναντία ἐνεργείᾳ, καὶ ἐπωνυμίᾳ, *operatione, & denominatione.* Fieri poteſt, ut remedium ſit operatione & effectu contrarium morbo, quem expugnat, ſimile tamen denominatione. 3.

QUARTA diſtinctio eſt inter τὰ ἐναντία ἀμέσως καὶ ἐμμέσως. Omnis morbus curatur *immediatè* per contraria: *mediatè* etiam per *ſimilia.* Similia ſubſtantiam facultatum labaſcentium, & naturam roborant. Hæc, à vitioſis humoribus liberata, erecta tum demum contrà morbum pugnat, illiſque alterationibus, quæ contrà naturam ſunt, ſe opponit. 4.

CAPUT XXIX.

adferuntur diſtinctiones chimicorum.

Chimicorum diſtinctiones.

HI τὸ ἐναντιοφανὲς θεραπευτικόν τὸ δὲ molli tractant brachio, diſtinctionum priorum non magnam habentes curam, in verbis potius quàm rebus locantes diſſenſum, & facilem ſperantes conciliationem.

Joſephus Quercetanus libro de arthritide & calculo chimicorum opinionem à dogmaticorum verbo ſolùm, *ait*, differre, non re, ad unum cum vergant finem ambæ ſententiæ. Nam ſi cauſæ habeatur ratio, in ſimili remedium quæres: ſin effectum ex cauſâ reſpicias, curabis contrariis. 1.

Martini Rulandi progymnaſmat. alchimiæ quæſt. 52. conciliatio nota eſt: Curatio fit per contraria cauſæ. Calculus à ♀ & ⊖ coagulatus curatur ſale quidem, ceu ſimili, ſed reſolvente, 2.

ut

ut contrario. Arthritidi à ſalibus ♀reis acribus & corroſivis genitæ medentûr lenitiva & conſolidativa.

3. *Petræus diſp. chimicomedicâ 8.* ex mente Hippocratis docet contraria contrariis curari, propter antipathian remedii cum morbo vel causâ ejusdem: & ſimilia ſimilibus curari juxtà mentem Hermeticorum & Paracelſi, propter ſympathiam remedii cum naturâ morborum medicatrice, parte & principio affecto. Paracelſi tamen via in inveſtigatione morborum & remediorum ipſi videtur compendioſior, certior, jucundior, & ægrotantibus utilior.

4. *Aliorum* opinio præcedenti adverſatur, eorum nempe, qui putant curationem fieri per ſimilia morbo, & contraria cauſæ. Rhabarbarum curans febrim, eſt morbo calido ſimile temperamenti ratione, ſed contrarium cauſæ, quatenus evacuat bilem, quâ evacuatâ evaneſcit febris.

5. *Alii* docent: curationem fieri per contraria reſpectu extremorum, quæ ſunt ſanitas & morbus: per ſimilia reſpectu mediorum, quatenus ſanitas, quæ in morbi locum ſuccedit, requirit medicamenta ſimilia.

6. *Alii* ſimilia morbum docent curare, quatenus habent ſignaturas, proprietates, & radices, morbis, quibus medentur, ſimiles: eadem autem præſtare tanquam contraria, quatenus defectus & deſideria naturæ & partis affectæ reſarciunt.

7. *Nonnulli* ajunt, curationem fieri per remedia contraria morbo, & ſimilia naturæ.

8. *Alii* concedunt, curationem fieri per ſimilia reſpectu naturæ, per contraria, ratione artis.

CAPUT XXX.

in ſpecie ad argumenta reſpondetur.

Specialis reſponſio. 1. ad autoritatem Hippocratis,

IN SPECIE reſpondetur ad argumentum ab Hippocratis AUTORITATE ſumptum, adductâ diſtinctione contrariorum καθ' ἑαυτὸ, καὶ κατὰ συμβεβηκὸς, δυνάμει καὶ φαντασίᾳ. Eadem diſtinctio locum habet circà verba allata ex *6. epidem. comm. 3. t. 9.* ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον, οἷον ὀδύνην παύει ὀδύνην.

ὀδύνlw. Hæc verba illuſtraturus *Galenus* monet videri potuiſſe, Hippocratem in illâ fuiſſe ſententiâ, SIMILIA CURARI SIMILIBUS. Hanc ſententiam ejus non fuiſſe manifeſtum eſt. Et ne quis decipiatur, *ait*, Hippocratem in celebri illo *aphoriſmo 21. libri quinti*, cum de curatione tetani per aſperſionem aquæ frigidæ agit, addidiſſe: θερμὴ δὲ ταῦτα ῥύεται, *calor autem hæc ſanat*. Calor autem eſt cauſæ tetani frigidæ contrarius. Cum *dolor* curatur dolore minori, curatio fit per contraria πρώτως, διὰ μέσων τῶν πρώτως ἐναντίων, *per media primò contraria*. In *coxendicis* dolentis curatione per dolorem, curatio fit ab exuſtione, cui fortè dolor adjunctus. Eadem ratio *vomitus* & *alvi fluxus*. Curatio fit humorum evacuatione, & contemperatione, ceu contrariis. Fluxus non opponitur fluxui, ſed repletioni & cacochymiæ, quæ cauſa erat fluxûs. Illum dum aufert, fluxum conquieſcere facit conſequenter.

Galenus contrarietatem non deſeruit, ſed ut τοὺς ἀντιλέγοντας mitigaret, non adeò in ſtrictâ ſe voce illâ uti ſignificatione declaravit. 2. *Galeni.*

Philoſophi mens hæc non eſt, ſed *autoribus Thomâ Aquinate, & Johanne Duns Scoto in com.* oſtendere modum generationis, quæ eſt ab arte, & præcipuè, quantum ad principium effectivum. ἀπὸ τέχνης δὲ γίγνεται, ὧν τὸ εἶδος ἐν τῇ ψυχῇ, *inquit*, ἡ δ' ὑγίεια ὁ ἐν τῇ ἐπιστήμῃ. *Ab arte fiunt, quorum ſpecies in animâ. Sanitas verò eſt ratio, quæ in animâ & eſſentiâ eſt.* Non eſt ſermo de ſanitate, quæ eſt finis curationis, quaſi illa eſſet medium ad finem. Sic enim ſanitas eſſet finis, & non eſſet finis. Philoſophus loquitur de ideâ & exemplari, *ut ſit ſenſus*: morbus curatur per ſanitatem, tanquam per exemplar, & per ideam in mente artificis medici conceptam. Habet enim medicus ſpeciem ſanitatis, & architectus ſpeciem domûs in mente ſuâ, hoc diſcrimine tamen, quod, *autore eodem capite 9.* ὑγίεια γίγνεται ἀπὸ τέχνης, καὶ ἀπὸ ταὐτομάτου. οἰκία δ' οὔ. *Sanitas fiat ab arte & caſu: domus ab arte ſolâ.* 3. *Ariſtotelis.*

Paracelſus ſenſui & rationi dicam ſcribit, cum calidum pelli frigido negat. Non eſt quæſtio de contrarietate, quæ intervenit inter ſanitatem & morbum, quà ſe ponunt & tollunt, 4. *Paracelſi.*

Contrarietatis commenſuratio.

Non ſufficit, ut calida applicentur in frigidâ intemperie, ſed neceſſe eſt contrarietatis conſiderare menſuram.

Contrarium ἄμετρον καὶ σύμμετρον.

Datur contrarium *ἄμετρον καὶ σύμμετρον. Ἄμετρον* eſt vel majus vel minus, *σύμμετρον* eſt æquale.

MAJUS *ἄμετρον*, ſi frigidum ſit oppoſitum calido morbo, non ſolùm curat morbum calidum, ſed etiam frigidum introducit.

Ἄμετρον majus.

Extremis morbis extrema debentur remedia. Levis morbus non expetit generoſa heroica remedia, ſed pygmæis cedit.

Dolor capitis, phrenitis, apoplexia, ut duo; non exſpectant remedia chirurgica, pharmaceutica, diætetica, ut quatuor, ſed in gradu æqualia. Lues venerea, epilepſia, arthritis ſi curari poſſint mitioribus præſidiis, non tentanda heroicis mercurialibus medicamentis, internis & externis, exceſſui malitioſo in gradu cum quæ proportione majoris inæqualitatis, plus quam contraria. Levis exceſſus contentus eſt gradu remedii in ſecundo gradu. Non opus eſt ſuperiores ſcalarum petere gradus, cum præcipitii periculo junctos.

Ἄμετρον minus.

MINUS contrarium non ſufficit ad curationem, quia à præternaturali corporis diſpoſitione ſuperatur. Morbus calidus ut duo, non curabitur per frigidum, ut unum: ſuccumbit enim inferior hic gradus. Nec curabitur per frigidum, ut tria: ultrà enim procedens introducet morbum frigidum, ut unum. Idem judicium de aliis affectibus, antè propoſitis.

σύμμετρον contrarium.

ÆQUALE contrarium omne fert punctum. Curatio in morbo calido, ut duo, eſt facienda per frigida, ut duo. Hæc poſſunt calidum, ut duo, removere, nullumque morbum inducunt frigidum.

Poteſt quidem curari aliquis morbus intenſioribus & remiſſioribus, ob inducias, quas facultas aut morbus dant aut non dant, commodiùs tamen æqualibus, & minori cum periculo id perficitur.

Contrarietas ſimilis.

Contrarietas SIMILIS TEMPERAMENTI ratione, reſpicit idem 1. quà tale. 2. τὸ πόσον ejuſdem, quatenus ab eo indicationes petuntur, quà TALES, in hoc gradu, qui ſimilis dici poteſt, & proprius eidem partis affectæ ratione.

Non

Non ratione ſolùm, ſed etiam experientiâ apparet, *inquit Galenus 3. meth medendi cap. 7.* non omnem naturam eadem medicamenta requirere, ſed infirmiores mollioresque mitiora, validiores ſiccioresque validiora. Ἐν δὲ τῇ διεξόδῳ ταύτῃ τοῦ λόγου, *inquit loco citato,* καταφανὲς γίγνεται σαφῶς, ὅτι δὲ τὴν φύσιν ἐπισκεπτέον ἐστὶ τοῦ κάμνοντος. ὅτι τε καθ' ἕκαστον ἄνθρωπον, ἰδία τίς ἐστι θεραπεία. καὶ τρίτον ἐπὶ τούτοις, ὡς ἐπειδή τὸ τῆς ἑκάστου φύσεως ἴδιον ἄρρητόν ἐστι, καὶ πρὸς τὴν ἀκριβεστάτην ἐπιστήμην ἄληπτον. οὗτος ἂν ἄριστος ἰατρὸς εἴη τῶν κατὰ μέρος ἁπάντων, ὁ μέθοδόν τινα πορισάμενος, ἐξ ἧς διαγνωστικὸς μὲν τῶν φύσεων ἔσοιτο, στοχαστικὸς δὲ τῆς ἑκάστης ἰδίων ἰαμάτων. τὸ δ' οἴεσθαι κοινήν τινα ἁπάντων ἀνθρώπων εἶναι θεραπείαν, ἐσχάτως ἠλίθιόν ἐστιν. ὅπερ οἱ ἀναισθητότατοι νομίζουσι μεθοδικοί. καὶ διὰ ταῦτ' ἑστάναι τὰ τῆς ἰατρικῆς ἔφασαν ἅπαντα θεωρήματα, τουτέστιν ἐπιστημονικὰ καὶ βέβαια ταῖς γνώσεσιν ὑπάρχειν. εἶναί τε τὴν γνῶσιν αὐτῶν, τέχνην τινὰ κοινοτήτων, οὐκ ἰδιοτήτων. ὡς περὶ τὸν κοινὸν καὶ γενικὸν ἄνθρωπον θεραπεύοντες, οὐ τοὺς κατὰ μέρος. ὡς οὖν ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν εὐθέως κατὰ τὰς ἀρχὰς ἐσφάλησαν, οὕτω κἀν τῷδε. θεραπεύεται μὲν γὰρ, οὐχ ὁ κοινὸς καὶ γενικὸς ἄνθρωπος, ἀλλ' ἡμῶν ἕκαστος, ἄλλος ἄλλην ἔχων δηλονότι κρᾶσιν τε καὶ φύσιν. *In ejuſmodi verò ſermonis noſtri decurſu perſpicuum planè fit, tum ægri naturam eſſe conſiderandam: tum cujusque hominis propriam eſſe curationem: tum ſupra hac illud tertium, nempe, quoniam cujusque naturæ proprietas ineffabilis eſt, nec exactiſſimâ ſcientiâ comprehenſibilis, hunc eſſe optimum cujusque particularis ægritudinis medicum, qui jam methodum quandam comparavit, ex quâ & dignoſcere naturas poſſit, & conjecturâ conſequi, quæ ſint cujusque propria remedia. Porrò exiſtimare communem quandam eſſe omnium hominum curationem, ſicuti ſtupidiſſimi methodici putant, extrema eſt dementiæ. Atqui illi ob id ſtata eſſe putant omnia medicæ artis theoremata, hoc eſt, ejuſmodi eſſe, quæ ſcientes homines faciant, firmamque ſui notitiam præſtent: ipſorumque artem, notitiam quandam eſſe communitatum, non proprietatum, tanquam communem & generalem hominem, non particulares curarent. Ergo, ſicuti in aliis omnibus ſtatim inter initia ſunt lapſi, ſic in hoc quoque. Siquidem curatur non homo communis & generalis, ſed noſtrûm quiſque, alius videlicet aliud temperamentum naturamque obtinens.*

Galeni locus. 14

Notanda αἱ κοινότητες καὶ ἰδιότητες.

9. meth.

2. *9. meth. medendi cap. 15.* hoc contrarium ſimile intelligit, cum *πῶς δὲ εὑρεθήσεται, quærit, τὸ πόσον ἐν τοῖς ἐναντίοις; οὐ γὰρ ἀρκεῖ δήπου προσαγαγεῖν τὰ ψύχοντα ταῖς θερμαῖς διαθέσεσιν ἄνευ τοῦ προσήκοντος μέτρου. κίνδυνος γὰρ ἐλλείποντας μὲν, ἀπολιπεῖν τι καὶ τῆς νόσου λείψανον. ὑπερβάλλοντας δὲ, γένος ἐναντίον ἀπεργάσασθαι νοσήματος. ὁ γὰρ ἐπὶ πλέον ἢ χρὴ ψύχων τὸ θερμὸν νόσημα, τὴν ὑγιεινὴν ὑπερβὰς συμμετρίαν, ἕτερον ἐργάσεται νόσημα ψυχρόν. ὅπως ἂν τοῦτο μὴ γίγνοιτο, τὴν φύσιν ἐπίστασθαι χρὴ τοῦ θεραπευομένου σώματος, ἵνα ὁ πόσον ἀφέστηκεν αὐτοῦ ἡ νόσος τῆς συμμετρίας, γνῶντες, ἐπιθῶμεν τῷ ψύχοντι βοηθήματι τὸ μέτρον. At quomodo (inquies) in contrariis invenietur modus? Non enim ſatis eſt calido affectui admoviſſe frigida, niſi id debitâ fiat menſurâ: cum alioqui metus ſit, ſi infra modum id fiat, ne morbi reliquum quippiam relinquatur: ſin modum excedas, contrarium genus morbi inducas: qui enim ſuprà, quàm par eſt, calidum morbum refrigerat, is ſanitatis mediocritate transmiſsâ, alium excitabit morbum, qui ſit frigidus. Quod quò minus accidat, naturam curandi corporis ſcias, oportet: quò, quantum morbus ab illius ſymmetriâ diſceſſerit intelligens, menſuram refrigeranti præſidio imponas.*

Moderatio contrarietatis. In morbo cordis calido non ſtatim refrigerantia pari gradu opponenda, & una intemperies ſumma per aliam æquè extremam adorienda. Hoc dum, qui violento motu excalefacti, moliuntur, avido appetitu frigidam bibentes ſubitò exſtinguuntur. Nobilis vir, in hippodromo, æſtivis canicularibus ardoribus expoſitus, ſexto curſu poſcebat frigidam. Haurit eam avidê. Septimum curſum meditatus, deficit animo. Subita illa mutatio in pari gradu ab uno extremo ad aliud, lacteis thoracicis communicata & chylo in iis contento, cordi vim intulit.

Tale *ἐναντίον ἀνάλογον καὶ σύμμετρον* intelligit *Galenus arte medic. cap. 89.* cum docet: in applicatione remediorum partis affectæ habendam rationem, qualitatis, ſitus, & aliarum circumſtantiarum.

CAPUT

CAPUT XXV.

In ſymptomatum curatione locum habet contrarietas utraque, ſimilis & diſſimilis.

In ſymptomatum curatione locum habet contrarietas. Galenus id confirmat,

NOn ſolùm in morbis, verùm etiam in ſymptomatibus locum habere ſanationem, & contrarietatem, docetur *11. methodi medendi cap. 12.* διττῆς δὲ, οὔσης αὐτῶν τῆς πρώτης διαφορᾶς, τὰ μὲν γὰρ ὑπάρχει καθ᾽ ἑαυτὰ, τὰ δὲ ἐν τῷ γίνεσθαι τὸ εἶναι λαμβάνει, ταῖς διαθέσεσιν ἑπόμενα, δίκην σκιῶν. ἡ μὲν ἴασις, ἀναίρεσις ἐστὶ τῶν διαθέσεων, ἀκολουθεῖ δ᾽ αὐτῇ ἡ τῶν συμπτωμάτων ἀναίρεσις. οἷς οὐδὲν αὖθις προσάγεται πρώτως, ἀλλὰ κἀπὶ τούτων γε μένει τὸ καθόλου, τό, τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ὑπάρχειν ἰάματα. τὰς γὰρ διαθέσεις, αἷς ἕπεται τὰ συμπτώματα θεραπεύοντες, εἰς ἐναντίαν κατάστασιν ἄγομεν. *Cum autem eorum, quæ præter naturam ſunt, duplex ſit prima differentia, aliis per ſe ſubſiſtentibus, aliis in ipſo (ut ſic dicam) fieri, eſſentiam ſuam habentibus, ac* UMBRÆ RITU, *affectus comitantibus, ſanatio quidem affectuum ipſorum eſt ſublatio: hanc verò ſymptomatum amotio ſequitur. Quibus quanquam ipſis primâ ratione adhibetur; attamen in iis quoque perpetuum illud præceptum manet, quod contraria contrariorum ſunt remedia; quippe, cum affectus, quos ſymptomata ſequuntur, ſanamus, ſymptomata nimirum ipſa in contrarium ſtatum perducimus.* 1.

Et, *in fine capitis,* indicationem medendi per contraria ſeu oppoſita locum habere innuit, μάλιστα μὲν ἐν ταῖς διαθέσεσιν, ἤδη δὲ κἂν ἐν τοῖς συμπτώμασιν. ὧν οὔτε πρώτως ἐστὶν ἴασις, οὔτ᾽ ἐναντίωσις. ἀλλ᾽ ἡ μὲν ἴασις ἅμα ταῖς διαθέσεσι. κατὰ συμβεβηκὸς, ἐναντίον δὲ καταχρηστικῶς ὀνομαζόντων, ἕνεκα σαφοῦς τε ἅμα καὶ συντόμου διδασκαλίας, *potiſſimùm quidem in affectibus, ſed tamen etiam in ſymptomatibus, quamvis horum nec primùm curatio ſit, nec propriè contrarietas, ſed curatio quæ ſimul cum affectibus, ex* ACCIDENTI: *contrarietas verò lucidioris ſeu brevioris doctrinæ gratiâ loquentibus* ABUSIVE. 2.

Contrarium ἄμετρον καὶ σύμμετρον etiam hic attendi debet

Nec ſolùm curatio per contraria debetur ſymtomati, verùm etiam per contraria ſimilia & diſſimilia. Qui dolorem capitis curare animum intendit, à causâ calidâ ortum, non ſolùm caliditati contrarium medicamentum ἄμετρον, verùm etiam σύμμετρον opponere debet.

CAPUT XXVI

oſtendit, quod voce contrarii, non contrarietas propriè dicta, ſed diverſitas & oppoſitio, intelligenda ſit.

ὁμωνυμία expeditur.

CОntrarietas hîc non ſumitur ſtrictè, ſed latè, adeò ut contrarietas & oppoſitio pro eâdem re adſumatur, & *Galenus* ipſe modò *ἀντιθέσεως*, modo *ἐναντιώσεως* vocem uſurpat, modò *τοῦ ἀντιθέτου*, modò *τοῦ ἐναντίου* vocabulo utitur, nullumque inter hæc duo diſcrimen conſtituit.

Illuſtratio ex Galeno.

11. *meth. cap. 12.* ſive, *ait* contrarietatem ſive oppoſitionem nominare libet, ejus indicationis medendi, quæ ab omnibus, quæ præter naturam ſunt, præbetur, ſemper meminiſſe, eiſque intentus eſſe debebis. Neque enim magnum parvo Ariſtoteles voluit eſſe contrarium, ſed in eo, quod aliquid dicitur oppoſitum, neque multum pauco, ſed nec rarum denſo, neque relaxatum contracto, neque ipſi, quod ſecundum naturam, eſt id, quod eſt p. n. contrarium. Hippocrati tamen omnia id genus habent appellationem contrariorum. *Et paulo infrà*: Intelliges id clariùs, ſi non contrariorum contraria, (ſed quemadmodum illis placet) oppoſita ſibi invicem eſſe remedia dicas, ſiquidem copiam ſanat evacuatio, defectum nutrimenta, in ſummâ quod ſuperat, ablatio, quod deficit, adjectio.

Ἀνακεφαλαίωσις.

Ex his Galeni verbis eluceſcit, proximum juvantia inveniendi inſtrumentum eſſe *τὴν ἐναντίωσιν*, latiori tamen pacto acceptam, prout cum *ἀντιθέσει oppoſitione* eadem eſt. Non intelligitur contrarium ſtrictè dictum, quale eſt calidum, frigidum, ſed omne, quod eſt repugnans operatione & virtute, quoad quantitatem, ſitum, numerum, figuram, in omni genere denique, quod plurimùm diſtat, & proprie adverſum, diverſum, vel oppoſitum dicitur, Quin etiam contrarietas hæc adeò latè extenditur, ut etiam quæcunque privativa, plenum & inane, integrum & corruptum tangat.

Ad tacitam objectionem reſpondetur

Nec quicquam refert, quod indicatum non ſit verè contrarium, ſed pari cum diverſo vel oppoſito ambulet paſſu. Nam

Nam philoſophis etiam talis non diſplicet acceptio, ut cum, *autore Ariſtotele 1. phyſ. t. 42. & 47.* principia ortus & interitus omnium rerum contraria dicunt eſſe. Eadem ratio eſt operum, quibus medici ad curandum utuntur, ſunt enim aliquo pacto, non tamen verè & propriè contraria.

Complura ſunt mala, quæ non auferuntur opere contrario ullo pacto, ſed potius diverſo aut ſimili. Sic febres, quarum eſſentia conſiſtit in calore, ſemper curari deberent refrigerantibus, quæ contraria ſunt, ſæpe tamen ſanantur SANGUINIS MISSIONE, quæ calori contraria non eſt, ſed potius diverſa.

CAPUT XXVII

adducit argumenta aliter ſentientium, nempe curationem non fieri per contraria, ſed ſimilia.

NEceſſariam non eſſe veterem propoſitionem, nec de omni, nec per ſe, nec univerſalem, quæ aliter nec habere nec eſſe poſſit, nec hîc adeſſe prædicati contrarii, & temporis univerſalitatem, reſpectu ſubjecti curabilis, eſſentialemve ſeu perpetuam cum hoc ſubjecto connexionem, oſtendere videntur autoritates, rationes, & experimenta. *Curationem fieri per ſimilia, oſtenditur.*

Autoritas clariſſima eſt HIPPOCRATIS, qui *libro de locis in homine:* Διὰ τὰ ὅμοια νοῦσος γίνεται, *inquit,* καὶ διὰ τὰ ὅμοια προσφερόμενα ἐκ νοσεύντων ὑγιαίνονται. *Per ſimilia morbus fit, Et per ſimilia adhibita à morbo liberantur.* *1. autoritate Hippocratis*

Id declarat exemplo ſtranguriæ, tuſſis, febris, lavacri aquæ calidæ, vomitus, & tandem ſubjungit: καὶ εἰ μὲν οὕτως εἶχε πᾶσι, καθεστήκει ἂν οὕτω. τὰ μὲν τοῖς ὑπεναντίοισιν θεραπεύεσθαι, οἷά τ' ἐστὶ, καὶ ἀφ' ὅτου ἐγένετο, τὰ δὲ τοῖσιν ὁμοίοισιν, οἷά τ' ἐστὶ, καὶ ἀφ' ὅτου ἐγένετο. *Quod quidem ſi in omnibus eodem modo ſe haberet, ſtata ſanè ac certa artis præcepta dari poſſent, nimirum alia quidem contrariis curari, qualiacunque tandem ſint, & à quacunque causâ fiant: alia verò ſimilibus, qualiacunque ea ſint, & à quâcunque causâ fiant.* *qui id declarat exemplo ſtranguria,*

Idem, libro περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς *de veteri medicinâ* pugnat contra eos, qui ἰδιῶται ab ipſo appellantur, & τοῖς ὑπεναντίοις curare, omneſque morbos pellere volebant.

Et *6. epidem. comm. 2. t. 9.* inter τῶν θεραπειῶν τρόπους *curationum modos* recenſet eos, qui fiunt τοῖς ἐναντίοις *contrariis*: ἀραιῶσαι, στενγῶσαι, καὶ χυμοὺς ἐξῶσαι, τοὺς δὲ ξηρᾶναι, τοὺς δὲ ἐνθεῖναι &c. *dilatare, conſtringere: expellere hos ſuccos, illos ſiccare, illos addere. textu 9.* autem, ἐργάσασθαι τὸ ὅμοιον, οἷον ὀδύνην παῦσαι. τὰ ἀνόμοια, εἰ ῥέπει ἄνω ἀρθέντα κάτωθεν λύειν, καὶ τὰ ἐναντία ταῦτα, οἷον κεφαλῆς κάθαρσις, φλεβοτομία, ὅτε εἰκὸς οὐκ ἀφαίρεται. *facere* SIMILE, *ut dolor dolorem ſedat*: DISSIMILIA, *ſi ſurſum vergant elata, per inferna ſolvere*: & CONTRARIA *itidem, ut capitis purgatio, venæ inciſio, quando non temerè detrahitur.*

Galenus idem ſentit *Galenus* ἐναντίωσιν deſeruit, ſicque hoc immediatum principium ipſe revocavit, 1. dum ἀντίθεσιν *oppoſitione* ſubſtituit. 2. dum in contrarietate requirit æqualitatem gradus, & contrarii ſimilis mentionem facit.

ὁμόψηφος *eſt Ariſtoteles.* *Ariſtoteles* generalem hanc curandi normam ſubvertere videtur ſpecioſâ ſententiâ *7. metaphys. cap.* 7. quâ oſtendit oppoſitâ ſanitate curari morbos.

Paracelſus eſt ὁμοιότροπος. *Paracelſus paragrano tractatu 1. pag. 211.* principium hoc: contraria contrariis curari, & calidum pelli frigido, falſum eſſe docet. Contrarium eſſe *ait* arcanum & morbum. Arcanum eſt ſanitas, morbus eſt ſanitati contrarius. Duo hæc ſe mutuò ponunt & tollunt.

II. Rationibus ὁμοιότης *confirmatur.* RATIONES, quibus ἐναντίωσις ἢ ἀντίθεσις deſtruitur, non ſunt levis armaturæ 1. Quæ naturam morborum medicatricem juvant, illa medentur morbis. Similia naturam juvant. Ergo medentur morbis. Actio naturæ in id, quod præter ipſam eſt,

1. ſolum eſt contraria. Ab hâc illud corrumpitur, abigitur.

2. 2. Quæ naturam lædunt & opprimunt, non ſunt βοηθήματα naturam juvantia & ſublevantia auxilia. Contraria & diſſimilia talia ſunt. Ergò corpus ægrum contrariis affligere qualitatibus eſt morbum irritare, naturæ internecinum indicere bellum, morbumque novum veteri addere.

3. τὰ

3. Τὰ ἀνόμοια στασιάζει. Quæ reparant vires, quas deſtruit 3.
morbus, illi debetur curatio. Similia vires reparant. E.

4. Ex quibus oriuntur morbi, illis etiam curantur. Oriuntur autem ex disſidentium principiorum, ſeminumque ſuorum eſſentiis, tincturis, & proprietatibus. Hæc autem ſunt ſimilia, Ergò etiam iisdem curatur. 4.

5. Quæ à ſpiritibus morbo obſeſſis expetuntur, eorumque deſiderium explent, per ea fit curatio. Sed ſpiritus morbo obſeſſi expetunt ſimilia. Ergo per ſimilia fit curatio. Minor probatur, quia ſpiritus morbo obſeſſi, expetunt in fame alimentum ſolidum, in ſiti liquidum potum, in morbis ſpiritus reficientia. Hæc autem ſunt ſimilia. Cum ſentiunt hos puros & defecatos ſibi in ſubſidium occurrere, ſpiritus congaudentes iis promtiſſimè arctisſimèque adhærent, eorum puritate ſuam infectionem emundant, ſeque in temperiem revocant, & erigunt, non ſecus ac ſemina in terræ gremio, congenere novorum ſpirituum ſatellitio ſtipata renaſcuntur, & uberrimis meſſibus luxuriant. 5.

6. Signaturæ, & imagines plantarum internarum centralium conſpirationum, proprietatum, & arcanarum operandi virtutum indices, occultis quaſi verbis nobiscum colloquentes, & quales ſint, ſe explicantes, teſtantur, ſimiles ſe habere virtutes, & occultos poſſidere theſauros, qui ſimiles ſint naturæ, eidemque opem ferre paratæ. Vitalis anatome ſimilia ſimilibus conjungi, & ſecundùm naturam cujusque microcoſmo patrocinari docet. Id oſtendunt monumenta veterum & recentiorum de ſignaturis ſingulorum membrorum in lucem edita. Flos pæoniæ, nux myriſtica ſimilitudine evincunt vires ſuas cephalicas. Lapidoſa ſimilitudine calculum frangunt. Pulmonaria maculoſa ſimilis pulmoni, ejusdemque remedium. 6.

EXPERIENTIA loquitur, medicam προσαφαίρεσιν, πρόσθεσιν τῶν ἐλλειπόντων, καὶ ἀφαίρεσιν τῶν ὑπερβαλλόντων refectionem balſami interni, & humidi primigenii reſtaurationem, morbificarum tincturarum ablationem fieri ſimilibus. CALIDUM medicamentum, ut ſcammonium & rhabarbarum ὁμοιότητος ὅλης τῆς οὐσίας *ſimilitudinis totius ſubſtantiæ* & formæ lege familiares

III. Experientia ſuffragatur.

miliares ſimiles humores attrahit, evacuat, & bilioſam febrim tollit.

Galenus inflammationem gutturis ſimili medicamento excalefaciente & exſiccante curari poſſe hiſtoricâ fide teſtatus eſt *10. de ſimpl. med. facult.* Ophthalmiæ medetur θώρηξις vini meracioris uſus *6. aph. 31.* Dolor ſedatur dolore: vomitus vomitu: alvi fluxus clyſmo injecto: tetanus affuſâ aquâ frigidâ.

Exterius adhibita medicamenta ſalina, ſalinos, mercurialia mercuriales, ſulphurea oleoſos, *συμπλέκοντα ſingulos in genere ſuo* curant morbos. Ulcera arſenicalia opem implorant medicamentorum ſimilium, non contrariorum. Scorpii morſus impoſito ſcorpio, ejusque oleo ſanatur. Jecur humanum ob amicitiam jecore, lien liene curatur. Simile libenter it ad ſimile, ceu pars ad totum, aut tanquam pars ad cognatam partem, unionis appetens.

CAPUT XXVIII

reſpondet ad hæc argumenta, in genere, adhibitis diſtinctionibus Galenicorum.

Reſponſio generalis per diſtinctiones Galenicas.

In genere attendendæ quædam diſtinctiones inter contraria.

Prima proponitur *à Galeno 6. epidem. com. 2. t. 9.* inter contraria primò, per ſe, & per accidens. Statuit τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἰάματα ὑπάρχειν πρώτως καὶ καθ' ἑαυτά, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ καὶ φαλακρὸς ἰατρὸς φαλακρὸν ἄῤῥωστον, ὅμοιος ὅμοιον ἰᾶσθαι δύναται, καὶ φοξὸς φοξὸν, καὶ χωλὸς χωλόν. *Contraria contrariorum eſſe remedia,* PRIMO ET PER SE. EX ACCIDENTI *autem calvus medicus calvum ægrum, ſimilis ſimilem, curare poteſt, acuti capitis, alium oxycephalum, & claudus claudum. Frigida aqua* tetano medetur, non quà frigida, & quà refrigerat, ſed quà calorem ad interiora compulſum auget, ejus cauſam frigidam concoquit, intemperiem que frigidam calefaciendo expugnat. *Dolor* dolorem, *vomitus* vomitum curat, non primariò ſed δευτέρως, καὶ, κατὰ συμβεβηκὸς quatenus remedium, curat affectum, cui dolor & vomitus conjunctus σκιὰν δίκην, *cem umbra corpori.*

Altera diſtinctio *ab* eodem proponitur περὶ τέχνης

cap.

cap. 89. inter ἐναντία δυνάμει καὶ φαντασίᾳ *contraria facultate & imaginatione.* Κατὰ δύναμιν καλῶ, *ſubjungit,* ὅπερ ὄντως τε καὶ ἀληθῶς οἷον λέγεται, κατὰ φαντασίαν δὲ τὸ τῇ προχείρῳ μὲν αἰσθήσει τοιοῦτον εἶναι φανταζόμενον, ὄντως δ᾽ οὐκ ὂν τοιοῦτον. *Voce, ſecundum potentiam, quod re ipſa verè tale exiſtit, quale eſſe dicitur: ſecundum imaginationem autem, quæ ex prompto ſenſu quidem tale eſſe imaginamur, cum tamen verè tale non ſit.* Sic calidum remedium tollit febrim calidam, non quà τῇ φαντασίᾳ calidum eſt, & proinde ſimile, ſed quâ igneam caliditatem reſolvit, & diſcutit, ſicque δυνάμει contrarium eſt.

TERTIA diſtinctio eſt inter τὰ ἐναντία ἐνεργείᾳ, καὶ ἐπωνυμίᾳ, *operatione, & denominatione.* Fieri poteſt, ut remedium ſit operatione & effectu contrarium morbo, quem expugnat, ſimile tamen denominatione. 3.

QUARTA diſtinctio eſt inter τὰ ἐναντία ἀμέσως καὶ ἐμμέσως. Omnis morbus curatur *immediatè* per contraria: *mediatè* etiam per *ſimilia.* Similia ſubſtantiam facultatum labaſcentium, & naturam roborant. Hæc, à vitioſis humoribus liberata, erecta tum demum contrà morbum pugnat, illiſque alterationibus, quæ contrà naturam ſunt, ſe opponit. 4.

CAPUT XXIX.

adferuntur diſtinctiones chimicorum.

HI τὸ ἐναντιοφανὲς θεραπευτικὸν τὸ δὲ molli tractant brachio, diſtinctionum priorum non magnam habentes curam, in verbis potius quàm rebus locantes diſſenſum, & facilem ſperantes conciliationem. *Chimicorum diſtinctiones.*

Joſephus Quercetanus libro de arthritide & calculo chimicorum opinionem à dogmaticorum verbo ſolùm, *ait,* differre, non re, ad unum cum vergant finem ambæ ſententiæ. Nam ſi cauſæ habeatur ratio, in ſimili remedium quæres: ſin effectum ex causâ reſpicias, curabis contrariis. 1.

Martini Rulandi progymnaſmat. alchimiæ quæſt. 52. conciliatio nota eſt: Curatio fit per contraria cauſæ. Calculus à ♀ & ☽ coagulatus curatur ſale quidem, ceu ſimili, ſed reſolvente, 2.

ὀδύνην. Hæc verba illuſtraturus *Galenus* monet videri potuiſſe, Hippocratem in illâ fuiſſe ſententiâ, SIMILIA CURARI SIMILIBUS. Hanc ſententiam ejus non fuiſſe manifeſtum eſt. Et ne quis decipiatur, *ait*, Hippocratem in celebri illo *aphoriſmo 21. libri quinti*, cum de curatione tetani per aſperſionem aquæ frigidæ agit, addidiſſe : θερμὴ δὲ ταῦτα ῥύεται, *calor autem hæc ſanat*. Calor autem eſt cauſæ tetani frigidæ contrarius. Cum *dolor* curatur dolore minori, curatio fit per contraria πρώτως, διὰ μέσων τῶν πρώτως ἐναντίων, *per media primò contraria*. In *coxendicis* dolentis curatione per dolorem, curatio fit ab exuſtione, cui fortè dolor adjunctus. Eadem ratio *vomitus* & *alvi fluxus*. Curatio fit humorum evacuatione, & contemperatione, ceu contrariis. Fluxus non opponitur fluxui, ſed repletioni & cacochymiæ, quæ cauſa erat fluxûs. Illum dum aufert, fluxum conquieſcere facit conſequenter.

Galenus contrarietatem non deſeruit, ſed ut τοὺς ἀντιλέγοντας mitigaret, non adeò in ſtrictâ ſe voce illâ uti ſignificatione declaravit. 2. *Galeni.*

Philoſophi mens hæc non eſt, ſed *autoribus Thomâ Aquinate, & Johanne Duns Scoto in com.* oſtendere modum generationis, quæ eſt ab arte, & præcipuè, quantum ad principium effectivum. ἀπὸ τέχνης δὲ γίγνεται, ὧν τὸ εἶδος ἐν τῇ ψυχῇ, *inquit*, ἡ δ' ὑγίεια ὁ ἐν τῇ ἐπιστήμῃ. *Ab arte fiunt, quorum ſpecies in animâ. Sanitas verò eſt ratio, quæ in animâ & eſſentiâ eſt.* Non eſt ſermo de ſanitate, quæ eſt finis curationis, quaſi illa eſſet medium ad finem. Sic enim ſanitas eſſet finis, & non eſſet finis. Philoſophus loquitur de ideâ & exemplari, *ut ſit ſenſus* : morbus curatur per ſanitatem, tanquam per exemplar, & per ideam in mente artificis medici conceptam. Habet enim medicus ſpeciem ſanitatis, & architectus ſpeciem domûs in mente ſuâ, hoc diſcrimine tamen, quod, *autore eodem capite 9.* ὑγίεια γίγνεται ἀπὸ τέχνης, καὶ ἀπὸ ταυτομάτου. οἰκία δ' οὔ. *Sanitas fiat ab arte & caſu: domus ab arte ſolâ.* 3. *Ariſtotelis.*

Paracelſus ſenſui & rationi dicam ſcribit, cum calidum pelli frigido negat. Non eſt quæſtio de contrarietate, quæ intervenit inter ſanitatem & morbum, quà ſe ponunt & tollunt, 4. *Paracelſi.*

ſed de contrarietate, quæ intervenit remediis & rebus præter naturam.

Ad rationes reſpondetur 1. RATIONIS PRIMÆ ut mitigetur fervor, conceditur totum argumentum. Sed inde non ſequitur, ſola ſimilia juvare naturam, & nihil conferre ad curationem contraria. Contraria etiam juvant naturam, removendo cauſas, & ſic πρώτως καὶ καθ' ἑαυτὸ curationi opitulantur.

2. II. Negatur minor. Non omnia contraria naturam opprimunt. *Deinde* contraria toto genere, quæ vinci & ſuperari à calore noſtro non poſſunt, naturam opprimunt. At medicamenta, quæ ægro propinantur, non ſunt toto genere contraria: magna inter ipſa & naturam noſtram eſt cognatio.

3. III. Curatio non eſt reparatio virium, ſed pravæ diſpoſitionis in naturalem ſtatum mutatio. Negatur, ea, quæ vires reparant, per ſe curare. Curant κατ' ἄλλο per conſequutionem quandam. Morbus non eſt virium defectus, ſed hic conſequitur.

4. IV. Negatur curationes tales abſolvi principiatis, ut ſimilibus, curantur potius ut contrariis.

5. V. Major nullius eſt momenti. Spiritus quocunque modo ſumantur, non expetunt aut deſiderio afficiuntur. Nec minor firmior eſt. Si appetendi illis competeret vis, appeterent non ſola ſimilia, ſed etiam contraria. Refectio in fame appetitur per ſolida alimenta, ut contrarium indigentiæ: irrigatio in ſiti appetitur ut contrariũ exſiccationi. Ἐπωνυμία καὶ Φαντασία ſimilitudinem quandam notat, δύναμις καὶ ἐνέργεια contrarietatem. Victus frigidus & humidus in febricitantibus non indicatur, ut ſimile quid morbo, ſed ut contrarium καθ' ἑαυτὸ, δυνάμει, ἐνεργείᾳ.

6. SEXTUM argumentum à ſignaturis deductum non evincit, curationes, quæ vegetabilium ope perficiuntur, perfici ab iisdem ut ſimilibus.

Ad experimenta reſpondetur. AB EXPERIENTIA deducta argumenta dilui queunt diſtinctione ex Galeno ante allatâ, inter contraria πρώτως καὶ καθ' ἑαυτὸ, ſimilia δευτέρως καὶ κατὰ συμβεβηκός. Cum dolor curatur dolore, tetanus affuſione frigidæ aquæ, vomitus vomitu, fluxus fluxu, ſimilitudo adeſt κατ' ἐπωνυμίαν ἢ φαντασίαν, contrarietas

&

& oppoſitio κτ͂ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν. Dolor non curat dolorem, ſed medicamentum, quod cum dolore operatur, poteſt cauſam prioris doloris auferre. Dolor unius partis vehementior, alterius minorem obſcurat, diſtractâ vi ſentiente, vel abigit, diſtractâ materiâ, ut â cucurbitulâ ſcarificatâ. AQUA frigida non curat convulſionem per ſe, ſed per calorem, quem facit retrocedere. VOMITUS curat vomitum, non per ſe, ſed per vacuationem humoris, qui facit noxam.

Febres curantur calidis, καθ' ὄψιν, ſimilibus ἐνεργητικῶς contrariis. Dum igneam caliditatem reſolvunt, & cauſam foventem calidam per alvum ſubducunt, frigidam intemperiem inducunt, effectivè illa ſunt contraria. Cum ſalini, mercuriales, ſulphurei, arſenicales morbi curantur ſimilibus medicamentis, nominum admittitur ſimilitudo, non facultatum. In genere ſimilia videntur, in ſpecie contrariantur. Calculus à coagulato ſale reſolvitur ſale reſolvente. Tartarei morbi à cogulatione, curantur reſolutione. Arthritidi à ſalibus acribus medemur ſalibus lenitivis, & mitigativis. 🜍 inflammatum excitans febrim, ſiſtitur 🜍 acido, refrigerante, & ferocientes ſpiritus coagulante. Et ita 🜍 medicum expellit morbificum.

CAPUT XXXI.

Recta administratio, & indicationum, quæ curandi initium ſibi ſumunt, ordo & tempus.

INdicationes ſi conſentiant, & indicantia tria propoſita quoad inventionem & rectum uſum, coincidant, neque unum alteri repugnet, ſive omnia ſint indicantia electa, ſive unum aliquod eorum, ut virtus, parvi ſit momenti, ideoquè negligatur, uniformis eſt curatio, & protenus adhibendum, quod indicatum eſt, & à CAUSA progrediendum ad effectum, morbum, qui ab illa cauſâ fovetur, vel utriſque ſimul occurrendum.

Si diſſentiant indicationes, præferendæ ſunt urgentiores & valentiores, reliquis tamen non neglectis. Cum tam vehemens eſt unius indicantis potentia, ut inſtar tyranni totam ad ſe trahat intentionem, alterius cura ad tempus debet differri.

 Cum

Cum repugnat auxilium curativum præſervativo, aut vitale alteri eorum, vel utrique, ad *τὸ κατεπεῖγον, quod maximè urget*, reſpiciendum. Tale *κατεπεῖγον urgens eſt*, quod maximè vitæ intendit periculum, aliarum indicationum tyrannus. Tale ſi ſit ſymptoma, illi primò occurrendum, & præſervatoriæ indicationi, ut ſi corpus craſſis ſcateat humoribus, locus dandus, illiſque humoribus attenuantibus invigilandum.

Urgens ſymptoma in duplici eſt differentiâ: UNUM dat inducias, quod periculum vitæ quidem minatur, non tamen brevi temporis ſpatio mortem inferre aptum natum eſt, & tum, quod magis urget, obſervandum. ALTERUM non dat inducias, ſed præſentaneum intentat periculum, ut dolor, vigiliæ, cum pulſibus deficientibus, & ſyncope. De urgentiâ dolorum vires proſternentium egregiè *Galenus 2. meth. med. cap. 1.* Virium lapſus ſyncopticus ex oculis removet præſervatoriam indicationem, & in ardentiſſimâ febre, etiam in ſene exhibere imperat vinum, ut vires conſerventur, & ſiccitas temperetur.

In ventriculi affectibus hæc doctrina proponitur *à Gleno 7. meth. medendi cap. 12.* Locum etiam habet in aliorum affectuum præter naturam curatione. Ἐπισκέψαι γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις ἐπαλλάξεσι, *inquit*, πρῶτον μὲν, ἀφ᾽ οὗ μάλιστα κινδυνεύειν εἰκός ἐστι τὸν κάμνοντα. δεύτερον δὲ τί μὲν ἐξ αὐτῶν, ἢ τίνα λόγον αἰτίας ἔχει. τίνα δὲ ἀποτελεῖται πρὸς αὐτῶν. καὶ τρίτον, οἷς τε ἀδύνατόν ἐστιν ἰαθῆναι πρὸ τῶν ἄλλων, καὶ ὅσοις δυνατόν. ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἑλκῶν ἐδείκνυμεν τῶν ἅμα φλεγμοναῖς συνισταμένων. ἔνθα μὲν γὰρ ἀπό τινος τῶν διαθέσεων οὐ μικρὸς ὁ κίνδυνός ἐστιν, ὁ πρὸς τὸ κατεπεῖγον σκοπὸς, αἱρετός. ἔνθα δὲ τὸ μὲν, ποιοῦν ἐστι τὸ γιγνόμενον ὃ πρὸς τὸ αἴτιον. ἔνθα δὲ οὐχ οἷόν τε θεραπευθῆναι τὸ δὲ πρὸ τοῦδε, ὁ ἀπὸ τῆς τάξεως ἐν μὲν οὖν τῷ πρὸς τὸ κατεπεῖγον σκοπῷ τὸ μέγεθος τῆς διαθέσεως σκεπτέον. PRIMUM *namque in ejuſmodi complexu æſtimabis, à quo maximè diſcrimen ægro impendere videatur.* SECUNDO *loco, quid, quæve ex his cauſæ rationem obtineat, & quæ ab ipſis efficiantur.* TERTIO, *quæ ſanari ante alia posſint, & quæ non poſſint: veluti de ulceribus, quæ unà cum phlegmonis conſiſtere, oſtendimus. Ubi namque à quoquam affectuum non leve periculum inſtat, ad id quod urget, dirigi primum curantis conſilium debet. Ubi aliud efficiens eſt, aliud quod ab*

ab eo efficitur, ipſa cauſa ſpectanda. At ubi curari hoc ante illud non licet, ad id quod ordo dictat, eſt reſpiciendum. Atque in eo quidem curationis conſilio, quod ab urgente initur, affectus magnitudo perpendenda eſt.

CAPUT XXXII.

Omnia hæc citò fieri debent, tutò, & jucundè.

Aſclepiades primus horum ſcoporum autor.

ASclepiades, *autore Celſo lib. 3. de re medicâ cap. 4.* officium medici eſſe dicit, ut tutò, ut celeriter, ut jucundè curet.

Galenus tres hos deſignat ſcopos.

Galenus libro 14. ſeu ultimo methodi medendi cap. 13. tumores *quoſdam*, qui ad naturalem ſtatum nequeunt reduci, aggrediendos eſſe docet, ſecundum tres ſcopos. 1. ὁ δὲ πρῶτος σκοπὸς ἡ τοῦ χρόνου τῆς θεραπείας βραχύτης. 2. τὸ τ᾽ ἀνωδύνως αὐτὴν ἐργάσασθαι. 3. καὶ τρίτος ἐπὶ τούτοις ἡ ἀσφάλεια. καὶ αὐτῆς τῆς ἀσφαλείας, ἴδιοι σκοποὶ τρεῖς. εἷς μὲν καὶ πρῶτος, ὡς τυχεῖν τοῦ τέλους πάντως. ἕτερος δὲ, τὸ κἂν ἀποτύχωμέν ποτε τοῦ τέλους, ἀλλὰ μηδέν γε βλάψαι τὸν κάμνοντα. καὶ τρίτος, ὡς μὴ ῥαδίως ὑποτροπιάσαι τὸ νόσημα. *Primus ſcopus eſt temporis curandi brevitas: ſecundus, curatio citra dolorem: & tertius, curatio tuta. Rurſus, ut tutò cures, tria propria ſunt, quibus intentus ſis, oportet: unum, primumque, ut omninò abſolutionem operis conſequaris: alterum, ut ſicubi hunc non conſequaris, ſaltem cubantem non lædas: tertium, ut vitium non facile revertatur.*

Locum habet in externorum & internorum morborum curatione.

Locum habere, *ait*, hos tres ſcopos non ſolùm in chirurgiâ, ſed etiam internorum medicamentorum uſu.

Medicinæ toti incumbit non tutò modò ac celeriter, ſed etiam jucundè curare.

Limitatio Celſi.

Id notum eſt, *inquit Celſus loco citato*, ſed ferè periculoſa eſſe nimia feſtinatio & voluptas ſolet. Quâ verò moderatione utendum ſit, ut quantum fieri poteſt, omnia iſta contingant, prima ſemper, habitâ ſalute in ipſis partibus curationum, conſiderandum erit.

Celeritatis moderatio imperatur ab Hippocrate.

Moderandum eſſe ſtudium celeritatis, ſi prioribus inde immineat naufragium, ſecuritati nimirum & jucunditati, innuere videtur *Hippocrates, libro de arte, his verbis:* τὰ δὲ ἐκ τούτων,

καὶ

καὶ μετὰ τούτων δημιουργούμενα καὶ εὐεπανόρθωτα, ὅμως οὐ τῷ τάχει μᾶλλον, ἢ τῷ, ὡς δεῖ, δημιουργεῖται, οὐδὲ ὑπερβατῶς. *Martianus* hæc verba ex Græco idiomate ita dat Latinis: *Quæ autem ex his, fiunt*, etſi *facile tractentur, non tamen celeritati attendendum magis, quàm ut quomodo oportet, perficiantur, neque defectuosè*, aut deſultoriè.

Repetit eadem & comparatione munia ſua illa limitat.

Ὅρος δ' ἐστὶ καμνόντων, τῷ κατὰ τὸν λόγον τῆς τέχνης ἀγωνιζομένῳ γενναίως, πρὸς τὸ νόσημα, *ait Galenus 11. meth. medendi cap. 1.* τὸ τῆς ἰάσεως ἀσφαλές, ὥσπερ γε καὶ τῷ πραΰνοντι τὰς ὀδύνας, ἡ τῆς δυνάμεως φυλακή. τὸ δ' ἐπέκεινα τῶνδε, σκαιοῦ μὲν ἀνδρὸς ἔργον ἐστὶν ἅμα τῷ νοσήματι καὶ τὴν ζωὴν ἀφελέσθαι τὸν ἄνθρωπον. κόλακος δὲ, τὸ χαρίζεσθαι τῷ νοσοῦντι, σκοπὸν ὧν πράττει θέμενον ἡδονὴν, οὐχ ὑγείαν. *Eſto igitur terminus in ægrotantibus, quem non tranſibit is, qui ex arte generosè contra morbum pugnat, ut* TUTÒ *medicetur: et verô, qui dolorem mitigat, ut vires cuſtodiat. Ubi ultrà pergitur, crudelis hominis officium facit, qui uno morbo vitam quoque homini aufert: qui verò cubantis delitiis ſubſcribit, ejusque* VOLUPTATEM *non* SANITATEM *pro metâ gerendorum habet, adulatoris.*

In ſingulis locum habet generale Aretæi effatum.

Locum in ſingulis habet generale *Aretæi* effatum *de acut. cap. 5.* ἐν πᾶσι τούτοισι μήτε σμικρότερον ἦν γίνεσθαι τὸν ἰητρὸν τοῦ πάθεος, μήτε βραδύτερον. *In omnibus neque minorem, neque tardiorem ſe gerere debet medicus.*

Tuta curatio & generoſa poſſunt concurrere.

Tutæ curationis quæ præceptum non excludit remedia generoſa, etiam periculo juncta. Conteſtatur *Galenus 11. methodi medendi cap. 12.* εἶναι τῶν δυσχερεστάτων εὑρεῖν τὸ βοήθημα τοιοῦτον, ὃ μηδὲν βλάπτον, ὀνήσει μεγάλως, *difficillimum eſſe invenire remedium tale, quod citrà ullam læſionem & noxam magnificè proſit.*

Salus dubia

Dubia ſalus certâ deſperatione potior,

I.

I. IN MORBO LETHALI. Deſtituatur æger recuperandæ ſanitatis ſpe, ſine generoſo remedio, imò periculoſo, reconvaleſcere neſcius, quin potiùs CERTÒ MORITURUS, & INDUBIE: præſtabilius eſt aliquid tentare, quàm nihil.

Exemplum ex Hippocrate.

Hippocrates libro περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον *de locis in homine*, in hydropico, nullis aliis juvantibus, jubet καίειν ὡς ἐπιπολαιότατα, πέριξ τοῦ ὀμφαλοῦ κύκλον, *inurere tenuiſſimis & leviſſimis cruſtis umbilici circumferentiam*, & addit:

τῶν

τῶν νοσημάτων, ὅ, τι ἂν ἐπικινδυνότατόν ἐστιν, ἐν τούτοισι παρακινδυνεύειν χρή. ἐπιτυχὼν μὲν γὰρ ὑγιᾶ ποιήσεις. ἀτυχήσας δὲ ὅπερ καὶ ὣς ἔμελλε γίνεσθαι, τοῦτ' ἔπαθε. *Cumquè morbus inter alios maximè periculi plenus ſit, in his periclitari oportet. Nam ſi quidem ſucceſſerit, ſanum reddes, ſin verò fruſtratus fueris, nihil gravius, quàm quod eventurum erat, perpetietur.*

II. IN ANCIPITIS ET DUBII EVENTUS morbo eadem ratio. In eo etiam ſatius eſt anceps experiri conſilium, quàm nullum. Leviter ægrotantes medici leviter curare contenti, gravioribus morbis ancipites, imò periculoſas adhibere tenentur medicinas. Semel neglecta vitæ defenſio, dum cunctamur, irremeabili fati conditione, redimi ampliùs non poteſt. II.

Ignavia noſtra facit, *ait Maſſarias,* quod non curamus ullos magnos morbos, quia nunquam nos expedimus ex lenientibus. Timiditas & imperitia facit, quod in magnis morbis, pygmæis medici immorentur remediis, qui non niſi gigantæis cedunt.

Illuſtrisſimus tormentariæ rei Suecicæ præfectus generalis, Axelius Lilius, in Livoniô conflictu læditur catapultâ. Pes inferior tactus globo gangræneſcit. Amputatur decente loco, ancipiti auxilio. Evadit.

Epilepticus, arthriticus podagricus, nullis juvantibus remediis, conſentiunt in inunctionem mercurialem, admoniti, curationem nec citam fore, nec jucundam, ſed ſatis moleſtam, tutam cum eſſe intelligant, experimentis aliis in medium productis.

Κυστοτμία calculo præſente admittitur ab ægro volente, & ſciente medelam graviorem fore morbo, citam quidem, ſed doloroſam, nec etiam omni modo tutam, & ſine vitæ periculo. De his ſatis informatus conſenſit in operationem juris peritiâ & magnarum rerum laudabiliter expediendarum famâ WILHELMUS SCHRÖTERUS illuſtris, Ducalis Saxo-Gothanus conſiliarius, magnâ conſtantia & ſectionem ſuſtinebat & extractionem, mori paratus vel liberari.

CAPUT

CAPUT XXXIII

dubia quædam reſolvit.

Dubia. 1. SAtius eſt languentes mori ſinere, quàm crudelibus chirurgiis, & periculoſis medicamentis occidere: & conducibilius eſt, ſi infirmos & reſtitutionis incapaces fatum occidiſſe dicatur, quàm medicus.

2. 2. Curis gravisſimis oneratur medicus, qui difficiles & obſequii indociles tales curationes aggreditur.

3. 3. Infrà dignitatem medici eſt tortoris munus obire, & doloroſis manuum operationibus, vel violentis remediis ægros inquietos reddere.

4. 4. Melius eſt abſtinere à difficilimis curationibus, cum plus periculi eſt à medicinâ, quàm à morbo, ne malè his cedentibus, mali medici nomen & calumniam incurramus.

5. 5. Temerariæ audaciæ nomine traducuntur, qui periculoſas curationes aggrediuntur. *Θρασύτης ἀτεχνίην σημαίνει, audacia imperitiam arguit.* Generoſa remedia ſunt gladius in manu ſtulti, & enſis in manu furioſi. Calumniam ut evitent, nihil generoſi præcipiunt. Tales ſunt, qui in curatione deſperatorum morborum, nullis aliis, qui cedunt remediis vulgaribus, deterrentur à periculo, quod nullum eſt vel leve.

reſolvuntur 1. ℞. 1. Hæc judicia humilia & invidiæ plena abſcindunt viris generoſis & magnis beneficendi ampliſſimam & acquirendæ gloriæ honeſtisſimam anſam. Evertunt non privatum unius hominis bonum, ſed communem erga miſeros charitatem. Non ſuadent benefacientiam, ſed proximi negligentiam. Periculum non omne declinandum. Periculum qui amat inconſultò, peribit in eo, qui verò ſubductâ ratione ei ſe ſubmittit, ſimilis nautæ, procelloſo ſe concredens mari, & decumanis fluctibus, cum feliciter eluctatur, famam invenit deſideratam.

2. 2. Iniquus eſt medicus, qui ſuæ plus commoditati & tranquillitati ſervit, quàm ægrotorum utilitati.

3. 3. Negatur, dignitati medici inde quicquam derogari. Finis opus coronat.

4. Exiſti-

4. Æſtimationem in periculum conjicere detrimentumque 4.
honoris ſubire conducibilius, quàm humanitatem & officium in arte deſerere, & ægrum deploratæ valetudinis mortis arbitrio relinquere.

5. *ὥσπερ οὐ πᾶσα δειλία ἀδυναμίας σημαίνει, τοσαύτως* 5.
καὶ οὐ πᾶσα θρασύτης ἀπειρίαν, Quemadmodum non omnis timiditas impotentiam arguit, ita nec omnis audacia imperitiam. Audacia non inconſulta, ſed ratione duce, experientiâ comite confiſa laudem meretur. Sunt quædam auxilia, quæ temeraria primo acceſſu & difficilia videntur, ſed ſi prudens iis utatur, ſalubria deprehenduntur & tuta, *καὶ θεῶν χεῖρες & Deorum manus* ſalutari merentur.

CAPUT XXXIV

Helmontianam medendi methodum examinat.

DUplicem *autor hic* ſingulorum morborum curando- *Methodus conſiſtit in paucis.*
rum conſtituit ſcopum: concitativum ſeu eductivum
unum, alterum indignantis Archæi ſedativum, qui ſco- 1.
pus ſolo nonnunquam obtinetur odore.

Indicationem ab Archæi indignatione unicè deſumen- 2.
dam in curatione omnium morborum *alibi* innuit. Qui, *ſcribit, libro de febribus,* reſtauratione & alteritatis Archæi reſtitutione morbum conculcare intendunt, hi ſanè *ſpretâ quantitate remedii,* ſoloque fermentalis odoris olfactu ſcopum attingent. Penitus enim inſpiciendo, morbi omnes, quia ab Archæi fonte manant, cedunt vel propter appenſa amuleta, periaptaque, vel propter balnea, unguina, emplaſtra: quorum ne minima fit unitio cum corpore morboſo: ſed duntaxat odor offertur.

Alius autem, *tradit de poteſtat. medicam. pag. 474. §. 27.* gu- 3.
ſtus eſt linguæ, & alius in ſtomacho, velut Archæi extremo, nam *niſi res per ſaporem & odorem Archæo arriſerint,* non intrò admittuntur. *Imo pharmaca in primâ ſui facie inſipida,* ut ſunt turbith, ☿ius, ſtibium &c. multo larvata ſaccharo, ſi tamen iteratò ſumantur, horrorem atque abominationem faciunt. Atque hæc ad indicationes in febrium curatione neceſſarias etiam applicari queunt.

4. *Alibi* indicationem curandi febres per ſudorem unicè extollit, dum Archæus propriâ thymoſi ſeipſum accendit, calidumque ſudorem profundit, ſicque medico viam monſtrat, per quam febrilis calor expelli debeat.

R. Verùm approbari hæc non poſſunt. Tantum Archæo & duumviratûs juri in generatione & curatione morborum tribui nequit. Nec ſoli ſudori, nec ficti Archæi indicationi ejusdemque per odorata ſedationi, tam ardui imperii claves concredi queunt.

CAPUT XXXV

cauſam efficientem curationis proponit principalem naturam, & miniſtras, medicum, & præſidiorum materias in genere.

Αἴτιον κυριώτατον τῆς θεραπείας ἐστὶν ἡ φύσις· τὸ δ᾽ ὑπηρετικὸν ἔμψυχον συμβουλευτικὸν ὁ ἰατρός· ἄψυχον αἱ ὕλαι τῶν βοηθημάτων.

Cauſa principalis, miniſtra. PRINCIPALIS interna cauſa eſt Natura. αἱ δὲ φύσιες νούσων ἰατροί, *autore Hippocrate 6. epid. comm. 5. t. 1.*

MEDICUS eſt naturæ MINISTER.

Utrumque quomodo natura & medicus exſequatur, docet *Galenus in commento.*

Quædam natura præſtat, quædam ars. Quomodo ſimul & ſeorſim, imò neutrum præſtet natura & medicus, illuſtrat *Galenus libro de conſtit. artis medicæ cap. 12.* τὰ αὐτὰ πράγματα τοῖς μὲν ἀδύνατα· τοῖς δὲ δυνατὰ καθίσταται, καὶ καθ᾽ ἕτερον μὲν καιρὸν ἀδύνατα, καθ᾽ ἕτερον δυνατά. αἴτιον γοῦν ἐστι τῶν περὶ τὸ σῶμα γενομένων ἐπ᾽ ἀγαθῷ φύσις τε καὶ ἰατρός. ἀλλὰ ἔνια μὲν τῇ φύσει, τινὰ δὲ τοῖς ἰατροῖς ἐστιν ἀδύνατα. *Eadem res à nonnullis poſſunt, ab aliis nequeunt confici: atque etiam poſſunt nonnunquam, & nonnunquam nequeunt. Etenim eorum omnium, quæ corpori proſunt, in cauſâ tum ipſa eſt natura, tum medicus: quædam tamen medicus, quædam etiam natura præſtare nequit.*

Exemplum oſſis fracti, & Illuſtrat hæc exemplis oſſis, ulceris cavi, vaſorum, ligamentorum. Os nimirum ita perfractum, ut de ſuo loco partes decedant, membrumque diſtortum reddatur; haut poteſt natura

natura corrigere, & conformare, ſicut poteſt medicus: qui item poteſt luxatum reponere, quod pariter naturæ negatum eſt. Sed natura ULCUS CAVUM poteſt carne implere: medicus verò nequaquam, quemadmodum, quæ ſemicocta ſunt, aut etiam cruda, concoquere: attamen medici miniſterium naturæ poteſt ex uſu eſſe ad hæc peragenda, ſiquidem illi eſt auxilio, dum adhibitis purgantibus medicamentis, ulcus purum reddit: & illis quæ egent concoctione, ea offert, quæ moderatè calefaciant. Verùm enim verò & ipſa natura nonnulla, à ſe primùm confecta, denuò non valet reficere, utpote VENAM, ARTERIAM, LIGAMENTUM, NERVUM, & alia, quæ in eodem ſunt ordine. *Hæc Galenus.*

luxati, *ulceris,* *vaſorum.*

Portentoſum artis medicæ opus eſt *ἐμβρυουστερουλκία, extractio fœtûs mortui ex utero*: terribilis intuentibus, puerperis exoptabilis. Cum vel tranſverſim jacet fœtus, latera, dorſumve prætendens, vel pedem, vel brachium exſerens, vel nates, ſola chirurgia ſalutaris anchora. Natura ſtat poſt principia.

Exempla artis ſolius alia. 1.

In empyis, in quibus thoracis cavum dextrum vel ſiniſtrum, vel utrumq; pure repletum, exitum per os non habente, natura ſpectatrix: ars chirurgica ferri acie dividit periculoſa, & BONO ESTO ANIMO, de ſalute ægri ſolicita, accinit. 2.

Sextus digitus in manu vel pede ablationem ab arte ſolâ expectat. 3.

Diluvium microcoſmicum ſæpe natura laxatis meatibus majoribus per alvum, & minoribus per urinam ſanat: nonnunquam deficit in officio, & tum ars paracenteſi factâ dictum factum aquas ſubducit. 4.

A SOLA NATURA morbi ſuperantur parvi, medicamentis non attingendi. *τὰ νοσήματα, ὅσα μὴ μεγάλους ἔχει κινδύνους, οὐκ ἐρεθιστέον Φαρμακείαις. Verba ſunt Platonis in Timæo. Morbi, niſi perículoſiſſimi ſint, medicamentis non irritandi. τὰ νοσήματα, pergit idem, ὃ ἄν τις παρὰ τὴν εἱμαρμένην τοῦ χρόνου φθείρῃ Φαρμακείαις, ἅμα ἐκ μικρῶν μεγάλα καὶ πολλὰ ἐξ ὀλίγων Φιλεῖ γίγνεσθαι. διὸ παιδαγωγεῖν δεῖ διαίταις πάντα τὰ τοιαῦτα, καθ᾽ ὅσον ἂν ᾖ τῳ σχολή. ἀλλ᾽ οὐ Φαρμακεύοντα κακὸν δύσκολον ἐρεθιστέον. Si quis morbos citra fatalem temporis curſum pharmacis amplificare contenderit, ex parvis ingentes, ex paucis*

Quædam curationes naturæ ſoli relinquendæ.

 multi

multi evadere conſueverunt. Quapropter diligentiâ victus corrigendi & gubernandi ſunt morbi, prout cuique datur otium: neque difficile infeſtum malum pharmacis inſtigandum.

Medicamentis ſæpe irritantur morbi. Medicamentis ſæpe morbos irritari, docuit experientia, ut intempeſtivis pœnis in vitâ communi ſæpe delicta accenduntur. Sæpe pernitioſa immatura medicatio. Quot homines, *exclamat Fuchſius lib. 2. paradox. cap. 6.* fiunt ob intempeſtivas purgationes vel venæſectiones, lectularii.

Exempla. 1. Sæpe natura plus ſecernendo, & ſudorem unum excitando prodeſt, quàm medici ſuis medicamentis, quibus naturæ officium perturbatur. Duretus Galliæ Aeſculapius febri adſiduâ laborabat. Sputa erant prava. Noluit corpus medicamentis agitare, & naturæ maximam partem commiſit. Quid fit? Dum natura non revocatur ab inſtituto, die 7. 11. 14. 17. ſudor apparuit, juvans plurimum. Convaleſcit, naturâ ſibi relictâ.

2. Magnas feſtina ſanguinis per venam ſectam miſſio in pleuritide dat turbas. Cum primâ vice mittitur & viſcoſa, viridisque eſt ſuperficies, iteratò mittendum, clamant *οἱ αἱματοφῶνοι*: cum ſecundâ vice, eandem canunt cantilenam: cum tertiâ, perſtant in propoſito. Sanguis floridus ſuâ ſæpe mutatur naturâ, nec tamen omnis exhauriri geſtit. Accedunt aliæ cauſæ, ſilentio non ſupprimendæ. Chylus interdum miſcetur ſanguini in illâ oeconomiæ confuſione.

Natura & medicus concurrunt. A NATURA ET MEDICO ſimul potiſſimi morbi reſtituuntur, & cum ſic concurrit, *ὑπηρέτης συμπράττων minister* accedit, *& cooperarius.*

1. Curatio fit per ſanitatem. Ex unâ parte tum fit curatio per ſanitatem, in mente medici deſignatam, ceu ſuum contrarium, eo modo, quem notavit *Philoſophus 7. τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ cap. 7.* ἀπὸ τέχνης γίνεται, ὧν τὸ εἶδος ἐν τῇ ψυχῇ λόγος καὶ ὁ ἐν τῇ ἐπιστήμῃ. *Ab arte fiunt, quorum ſpecies in animâ. Sanitas verò eſt ratio, quæ in animâ & ſcientiâ eſt.* Sanitas febrienti reſtituta eſt ποίησις καὶ τεχνούργημα, *effectio* & artificioſum opus, cujus exemplar & idea in mente erat concepta, febri omninò contraria.

2. Ex alterâ parte natura ſuum confert ἐπιβάλλον μέρος.

Materia auxiliorum MATERIÆ PRÆSIDIORUM ſunt inanimatæ inſtumentales cauſæ.

LIBER

LIBER IV

SECTIO II

materias τῶν βοηθημάτων præſidiorum indicatorum proponit.

CAPUT I.

Materiæ dicuntur organa.

Οἷς χρώμεθα, *inquit Galenus 6. epidem. comm. 4. t. 19.* κατὰ τὴν ἰατρικὴν οὐ μόνον ἐπὶ τῶν νοσούντων, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑγιαινόντων σωμάτων, ὕλαι τῆς τέχνης εἰκότως ὀνομάζονται. καὶ γεγράπταί γε τισὶ τῶν ἰατρῶν βιβλία τὴν ἐπιγραφὴν ἔχοντα: περὶ ὕλης. *Ea, quibus ſecundum medicæ artis præcepta non ſolùm in ægris, verùm etiam in rectè valentibus corporibus utimur,* MATERIÆ ARTIS *jure vocantur, & à medicis quibusdam libri conſcripti ſunt, quibus inſcriptio hæc præpoſita eſt:* DE MATERIA. *Materiæ medicæ dicuntur illa, quibus ad medendum utimur.*

ὄργανα τῆς ἰατρικῆς, *inſtrumenta medicinæ* appellari poſſunt. πᾶν, *ſcribit Philoſophus 1. de part. animal. cap. 5.* ὄργανον ἕνεκά του, *omne inſtrumentum eſt alicujus gratiâ,* καὶ τῷ ἔργῳ *1. polit. cap. 2.* ὁρίζεται, *opere definitur.* τὸ, πᾶν καὶ ὅλον τοῦ ὀργάνου ἐστὶ τὸ χρήσιμον. *In utili conſiſtit omnis inſtrumenti conceptus.* Materiæ hæ ad opus medicum ſunt utiles. *Inſtrumenta vocari queunt.*

CAPUT II.

Inventio & adminiſtratio materierum.

Cardo curationis vertitur in duobus: ἐν τῷ ὅτι *quod:* ut materiæ hæ ritè & decente delectu inveniantur. καὶ ἐν τῷ πῶς *quomodo,* ut materiæ hæ rectè adminiſtrentur. *Cardo curationis conſiſtit in duob[us].*

INVENTIO conſiſtit in delectu fundato in naturâ & eſſentiâ τοῦ ἐνδεικνύντος καὶ ἀντενδεικνύντος *indicantis, permittentis & contraindicantis, ſeu probibentis,* καὶ καταλήψει τοῦ ὠφελοῦντος ἅμα καὶ τοῦ βλάπτοντος, ἢ τοῦ ἐνδεικνυμένου καὶ ἀντενδεικνυμένου *in præceptione juvantis &, nocentis; ſeu indicati & prohibiti, ſeu contra indicati.* *I. Inventio.*

RECTA ADMINISTRATIO, ſeu legitimus uſus & appli- *II. Recta ad[mi]niſtratio conſiſtit in*

1. catio dirigitur à conſequentibus eſſentiam, conſideratam &
2. menſuratam, 1. ratione activitatis ſeu quantitatis. 2. temporis
3. occaſione. 3. loci ſubſiſtentiâ. 4. modo paſſionis.

4. *determinatio difficilis.* I. QUANTITATIS, τοῦ πόσου determinatio, in genere indicatis omnibus communis, arduæ molitionis eſt opus.

In genere. οὐδὲν, *inquit Galenus de curandi ratione per ſang: miſſ. cap. 12.* οὕτω τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἐν ταῖς πράξεσι ἀποφαίνει στοχαστικὴν, ὡς τὸ πόσον ἑκάστου τῶν βοηθημάτων. *Nihil eſt, quod in praxi medicâ artem ita conjecturalem reddit, ac ſingulorum præſidiorum quantitas.*

In ſpecie exemplis. Illuſtrat hoc exemplis. εἰδότες, *inquit*, γοῦν ἀκριβῶς πολλάκις ὡς καιρὸς τοῦ δοῦναι τροφὴν, ἢ ποτὸν ἤτοι θερμὸν, ἢ ψυχρὸν ἐνέστηκεν, ὁπόσον χρὴ δοῦναι, βεβαίως οὐκ ἴσμεν. ὡσαύτως δὲ κἀπὶ τῶν καθαιρόντων φαρμάκων. ὅτι ἤτοι χολῆς ξανθῆς ἢ μελαίνης ἢ φλέγματος ἢ τῶν ὀρρωδῶν περιττωμάτων ἐστὶ δοτέον τῷ κάμνοντι κενωτικὸν φάρμακον ἀκριβῶς ἴσμεν ἐνίοτε, πόσον δὲ δοῦναι προσήκει, οὐκ ἐπιστάμεθα. ἀλλὰ τοιαύτη μὲν ἡ δόσις ἐπανόρθωσιν οὐδεμίαν ἔχει. τὸ γὰρ ἅπαξ εἰς τὴν γαστέρα καταποθὲν φάρμακον οὐ δύναται μὴ καταπεπωκέναι πᾶν οὐδ' ἐστιν οἷόν τε μᾶλλον ἤδη καθαιρομένου τοῦ ἀνθρώπου, μέρος ἀφελεῖν τι τοῦ προσενηνεγμένου. ἐπὶ δὲ τῆς φλεβοτομίας, ἀγαθὸν τοῦτο μέγιστον ὑπάρχει, παύειν ὁπότε βούλοιο τὴν κένωσιν εἶτ' αὖθις πάλιν ἐν ᾧπερ ἂν ἐθελήσεις καιρῷ, ῥεῖν ἐπιτρέπειν, ἄχρις ἂν ὀρθῶς ἔχειν σοι φαίνηται: διόπερ ἄμεινον ἐστὶν, ἐὰν μηδὲν ἐπείγῃ, τὴν πρώτην ἀφαίρεσιν ἐλλιπέστερον ποιησάμενον, ἐπαφαιρεῖν αὖθις. εἰ δὲ βούλοιο, καὶ τρίτον. *Etenim cum frequenter compertum habeamus tempus inſtare exhibendi, aut cibi, aut potus, ejusque aut calidi, aut frigidi: quantum tamen dandum ſit, certò haud novimus. Idem uſu venit in purgantibus medicinis. Nam quod laboranti præbendum ſit medicamen, aut bilem tum flavam, tum atram, aut pituitam, aut seroſum excrementum evacuans, exactè novimus: cæterum quantum præberi debeat, neſcimus. Atque talis exhibitio corrigi poſtea nequit. Nam quod ſemel in ventrem devoratum eſt medicamentum, quo minus omne devoratum ſit, fieri non poteſt, neque poſſibile eſt, ubi plus quàm conveniat, jam purgetur homo, partem oblati auferre. At in ſanguinis miſſione ſummum id bonum eſt, evacuationem, dum voles, poſſe ſiſtere, ac rurſum quo videatur tempore, fluere ſinere, quoadusque rectè habere appareat. Quapropter præſtat, niſi quid urgeat, priori*

Marginalia: *1. 2. purgantium medicamentorum.* — *In ſanguinis miſſione res aliter habet: ei enim modum ponere facile eſt.*

priori miſſione minus detrahere, iterumque eam repetere, imò ſi lubet, & tertiò.

τὸ πόσον, inquit alibi, τῶν βοηθημάτων στοχασμοῦ δεῖται τεχνικοῦ. στοχάζεσθαι τε τεχνικῶς ἀνδρός ἐστι ἐκμεμαθηκότος ἅπαντα κατὰ τὴν τέχνην. τοιοῦτοι δὲ ὀλίγοι παντάπασίν εἰσι: Quantitas præſidiorum conjecturâ eget artificiali. Conjicere autẽ artificialiter, hominis eſt, qui didicit omnia, quæ attinent ad artem, tales autem omninò pauci ſunt. *Quantitas præſidiorum conjecturâ eget artificiali.*

DUPLEX eſt *τὸ πόσον* ſeu quantitas: continua & diſcreta. IN CONTINUA ſpectatur menſura & doſis: IN DISCRETA an unâ vice demendus ſanguis, alvus ſubducenda, ſudor pellendus, an partitim alterantia & confortantia, cibus & potus, an unâ vice exhibenda, aër mutandus ſubitò, an paulatim vicibus diſtinctis? *Duplex quantitas exhibendi remedii: 1. continua. 2. diſcreta.*

II TEMPUS ad agendum aut quieſcendum oportunum, OCCASIONEM rectè habendi indicati præſidii materiam obſervare ſummè eſt neceſſarium. *ὀξὺς δὲ ὁ καιρὸς, καὶ ἀπλατὴς, στενώτατος, καὶ ὀλιγοχρονιώτατος. Præceps eſt occaſio, & nullam habet latitudinem. ὀξὺς δ' ἐστι, inquit Galenus in comm. διὰ τὸ τῆς ὕλης ῥευστὸν, ἣν ἡ τέχνη μεταχειρίζεται. εὐμετάβλητον γὰρ ἡμῖν τὸ σῶμα, καὶ ῥᾳδίως ἀλλοιούμενον ἐν ἀκαριαίῳ χρόνῳ, quia materia circa quam verſatur ars, fluxa eſt, corpus enim noſtrum mutationibus obnoxium, & facilè vel temporis momento alteratur.* *ὁ δὲ καιρὸς καὶ ἀκαιρία.*

IN ACUTIS cum vel ſine febri, ut apoplexiâ, fugacior eſt occaſio irrevocabilis. *τὸν δ' ἀναβαλλόμενον καὶ ἀμφισβητοῦντα πολλάκις τὸ πρᾶγμα ἐκφεύγει. Cunctatorem hæſitantem,* qui juſtæ expectationis negligit excubias, *ſæpe deſerit ſumma rei*, ſeraque manet pœnitentia, in ſingulis fontibus.

IN CHRONICIS occaſio magnæ latitudinis eſt, & amplum ſuppeditat ad deliberanda & agenda, quæ ſunt neceſſaria, ſpatium.

III. LOCUS ad rectam pertinet adminiſtrationem. Evacuandum ſi eſt, illuc, quo natura vergit, ducendus humor, *argumento lib. 1. aph. 21.* ſive plethoricus ſit ſtatus, ſive cacochymicus.

IV. MODUS, ut *ἀφόρως* fiat & *ξυμφόρως*, diligenter obſervandus.

CAPUT

CAPUT III.

fontes materierum: 1. chirurgicus in genere.

Materiæ non ſunt ☉ ☿ ☽

DEſumuntur hæ materiæ non ex ciſtis aureo & argenteo ſplendore micantibus.

οὔτε ποδάγραν ἀπαλλάττει κάλτιος χρύσεος, *autore Plutarcho* περὶ εὐθυμίας *de tranquillitate animi, mox in principio,* οὔτε δακτύλιος πολυτελὴς παρωνυχίας, οὔτε διάδημα κεφαλαλγίας. *Podagram non ſanat aureus calceus vel equeſtres ocreæ chiragram: imò ne reduviam quidem medicatur gemmatus annulus: capitis dolorem non mitigat, potius aggravat, regium diadema, vel imperialis corona.*

Idem judicium ferendum de aliis affectibus p. n.

Deſumuntur ex tribus fontibus chirurgico.

Deſumuntur materiæ ex tribus fontibus: chirurgico, pharmaceutico, & diætetico.

IN CHIRURGICO fonte locum habent omnes materiæ COMMUNES, EVACUATORIÆ, ita ut quæcunque illarum materia evacuatorii remedii appellari queat.

ὑποτύπωσις materierum chirurgicarum Evacuantes ſenſibiliter.

Evacuant ſenſibiliter vel inſenſibiliter.

SENSIBILITER quæ evacuant, vel educunt ſanguinem, vel ſuccum à ſanguine diverſum.

SANGUINEM quæ educunt, eum educunt
- vel ſolùm & ſeorſim, ut
  - venæſectio ex venis.
  - arteriotomia ex arteriis.
- vel ex venâ & arteriâ ſimul,
  - ſcarificatio cum vel ſine cucurbitulis.
  - hirudines.

SUCCUM à ſanguine diverſum educunt
- cauteria.
- veſicatoria.
- fonticuli.

inſenſibiliter.

INSENSIBILITER per διαπνοὴν *tranſpirationem* inſenſibilem quæ evacuant, communes operationes, ſunt quinque: 1. cucurbitulæ ſiccæ. 2. picationes. 3. frictiones. 4. vincula. 5. lotiones.

CAPUT

CAPUT IV.

Materiæ fontis chirurgici in ſpecie. 1. ſenſibiliter ſanguinem ex venâ educentes. Inventio venæ ſectionis. Ejus indicans.

Αἰσθηταῖς ἐκροαῖς *ſenſibilibus effluviis* quæ fit EVACUATIO ET MISSIO SANGUINIS ſeorſim, varia licet ſit, præcipua tamen eſt ΦΛΕΒΟΤΟΜΊΑ. Actum ipſum notavit *Pollux onomaſt. lib. 4. cap. 25.* χάσαι φλέβα, *laxare venam.* χάσαι hâc loquutione eſt χίσαι *ſecare, findere, pertundere.* *Senſibiliter evacuans ſanguinis V S. materia.*

In Romanâ militiâ venæſectio olim infamis, & inter militares animadverſiones & ignominias numerabatur, quoties gravius quid milites delinquerent, vel animo ſtupido & à generoſo declinare habitu deprehenderentur, ſanguis iis mittebatur, ut non tantùm pœna videretur, ſed etiam medicina. Nunc verò magno habetur in pretio. *Venæſectio nunc magni pretii.*

Occaſio prima publicata à naturâ animalium quorundam. Hippopotamus, *inquit Plinius natur. hiſtor. lib. 8. cap. 27.* in quâdam medendi parte exſtitit magiſter. Adſiduâ ſatietate obeſus exit in littus, ubi acutiſſimum videt ſtipitem arundinum recens cæſarum, ei imprimens corpus, venam quandam in crure vulnerat, profluvio ſanguinis morbidum corpus exonerat & plagam limo rurſus obducit. 2. Croatarum quidam EQUI naturali inſtinctu, dentibus aperiunt vaſa crurum. 3. In HUMANO SEXU UTROQUE ſpontaneæ hæmorrhagiæ & vomitus ſanguinis, miſſionis nobilitatem exaltant. 4. Naturæ opus in ſexu ſequiori duplex, utrumque admirabile, ὥσπερ φυσικὸν βοήθημα, *ut naturale remedium* in ſpontaneâ menſtruâ & ordinariâ poſt partum evacuatione monſtrat plenitudinem miſſione ſanguinis artificioſâ minui poſſe. Argumento hoc utitur *Galenus lib. de venæſect. adverſus Eraſiſtatum cap. 6.* *Occaſio.*

Exempla hæc imitata ars, naturæ ſimia, molitur venæ ſectionem, quæ ſive dignitatem ſpectemus, ſive uſûs frequentiam, palmam reliquis omnibus materiis præripit, ἰσχυρὸν καὶ

μέγα βοήθημά ἐστιν, οὐδενὸς ἧττον τῶν δραστικωτάτων, potens & magnum eſt auxilium, non minus efficaciſſimis remediis.

Potens eſt auxilium in actu præſervationis primo vere *à Galeno 6. aphor. 47.* commendatum. In actu curationis admiranda facit officia.

Ejus ope naturæ induſtriam in infinitis morbis abigendis humana vincit ſedulitas, ſolicitam in conſilium ſi adhibeat prudentiam, 1. in inventione, 2. legitimo inventæ uſu & adminiſtratione.

In eâ duo attendenda. INVENTIO concernit τὸ ὅτι, *an*, & petitur ab indicantis eſſentiâ, & naturâ: ADMINISTRATIO concernit τὸ πῶς, *quomodo* ea ſit adminiſtranda ſecundum conſequentia illam eſſentiam, quæ tria ſunt: quantitas, tempus, locus, quos ſcopos practici quantum, quando, & ubi vocant.

Inventio. INVENTIO in duobus poſita eſt: *ἐν καταλήψει τοῦ ὠφελοῦντος ἅμα καὶ τοῦ βλάπτοντος. ἢ τοῦ ἐνδεικνυμένου καὶ τοῦ ἀντενδεικνυμένου perceptione juvantis & nocentis, ſeu indicantis & prohibentis,*

V. S. eſt remedium, & materia remedii evacuantis. REMEDIUM eſt, quatenus juvat: MATERIA eſt hujus remedii, ſumta pro actu ſectionis, quæ fit ſcalpello.

Indicatio. INDICATUR venæ ſectio, ὡς ὠφελοῦν, non propriè loquendo, quod uni indicanti ſatisfaciat, & correſpondeat, ſed eſt MATERIA variorum. Modò confert, ut materia remedii vacuantis præſervatorii, quatenus tollit cauſam, modò curatorii, dum per accidens refrigerat. Vitium quod indicat V. S. non eſt unum, ſed varium. Inde etiam nomen mutat. Si adhibeatur gratiâ vitii ſecundum SUBSTANTIAM, vocari ſolet evacuatoria eradicans: ſi vitium QUALITATIS reſpiciat, refrigeratoria vel eventatoria: ſi vitium ſecundum UBI, retractoria in genere, in ſpecie ratione *quietis*, derivatoria tantùm, ratione motûs, revulſoria & derivatoria.

Quodcunque ſit vitium, debet eſſe MAGNUM à ſanguine *Eſt materia magni auxilij.* oriundum, quia venæ ſectio eſt *βοήθημα μέγα, magnum auxilium*, vel potiùs MATERIA MAGNI AUXILII ſeu REMEDII, ſanguinē evacuantis, quod reſpondere debet magno indicanti.

Vitium

Indicans eſt exceſſus plethora.

Vitium, ad quod tollendum V. S. oportuna eſt materia, eſt exceſſus τῆς πληθωρικῆς συνδρομῆς ἢ πληθώρας, tum ἁπλῶς, tum κατά τι dictæ, ſive locum continentem, τὰ ἀγγεῖα vaſa, ſive δύναμιν, vires & facultatem ipſam reſpiciat.

Non, audito nomine πληθώρας, ſtatim indicatur venæ ſectio. Indicatur tum demum, cum plethoræ adeſt exceſſus, & deviatio quædam metuitur in ὑγιεινῇ conſervatione, adeſt in curatione, vel ſecundum ſubſtantiam, corruptioni ſubjectam, vel quantitatem, imprimis verò ſecundùm ubi, nempe motum, nonnunquam ſeparatim, nonnunquam ſimul.

Ἡ φλεβοτομία κοινὸν βοήθημά ἐστι, inquit Galenus 2. aph. 47. τῶν πληθωρικῶν νοσημάτων. V. S. commune eſt ad plethoricos morbos auxilium.

Non dicit, plethoræ auxilium eſt venæ ſectio, ſed morborum ſanguineorum.

Sanguinis vitium triplex à Capibaccio introductum, à Claudino de ingreſſu illuſtratum.

In his ſanguis peccat, vel ut cauſa principalis, vel cauſa fovens, vel cauſa ſine quâ non.

Ut cauſa principalis peccat. 1. quantitate. 2. qualitate. 3. motu.

UT CAUSA PRINCIPALIS peccat in apoplexiâ, magnis inflammationibus, febribus ſynochis. Peccat autem multipliciter. 1. QUANTITATE demenſum ſuperat ſuum. 2. MOTU, διαχωρήσιος *ſegregationis*, ζέσιος *fermentationis*, & ὀργασμοῦ contentioſo ad partem aliquam principem raptu. His incommodis cùm medatur V. S. neque aliud auxilium plenitudinis hunc exceſſum ſeu vitioſum motum citâ operâ emendare valeat, dici poteſt, V. S. ab hâc plenitudine, ὥσπερ ἴαμα καὶ βοήθημα ἡγεμονικὸν *ut remedium & auxilium principale*, evacuatorium & revulſorium, indicari

Ut cauſa fovens in biliosis febribus.

UT CAUSA FOVENS & adjuvans peccat ſanguis, à caliditate viſcerum productus, in plethorâ bilioſâ febrim tertianam continuam excitante. Hìc venæ ſectio ſanguinem calidiorem minuens, præſervatorii, caliditatem viſcerum temperans, curatorii remedii vicem præſtat.

Ut cauſa ſine quâ non in pituitoſis

UT CAUSA, SINE quâ non peccat ſanguis, excrementitiis ſcatens impuritatibus & ſcoriis ad cachochymiam quàm proximè accedentibus, quæ minoratâ plenitudine, impediuntur in pravo διαχωρήσεως, ζέσιος, καὶ ὀργασμοῦ motu.

In triplici hoc πληθώρας ſtatu indicatur & convenit V. S. ὡς ὠφελοῦν *ut juvans*: quoad actum exſequutionis tamen, non ſemper his præſentibus ea actu adhibenda, niſi adſint permittentia, abſint prohibentia.

CAPUT V

permittentia & prohibentia V. S. res naturales producit.

GENERALIA COINDICANTIA ET PERMITTENTIA venæ ſectionem in acutis morbis propoſuit *Hippocrates 4. de rat. victûs acut. t. 19.* his verbis: τὰ δὲ ὀξέα πάθη φλεβοτμήσεις, ἢν ἰσχυρὸν φαίνεται τὸ νόσημα. καὶ οἱ ἔχοντες ἀκμάζωσι τῇ ἡλικίῃ, καὶ ῥώμη παρῇ αὐτέοισιν. *In acutis venam ſecabis ſi adſit magnus morbus, & ægri ætatis flore & virium robore polleant.*

Tertium hunc numerum approbat *Galenus in commento*, illique in fine capitis HABITUM CORPORIS addit.

VIRIUM robur permittit: MORBI MAGNITUDO jubet, RES NATURALES, in quorum numero ÆTAS, permittunt ſi benè habeant. Sin omnia ſecus habeant, contraindicant & prohibent.

PROHIBENS GENERALE EST VIRIUM IMBECILLITAS. Ut purgatio per alvum, ita & ſanguinis miſſio ex venâ ſe habet. οὐδετέρην οἴσει ἄῤῥωστος δύναμιν, *neutram fert virtus imbecilla.*

Imbecillitas virium duplex. DUPLICI MODO vires fiunt imbecilles 1. ſuffocatione à ſanguinis copiâ. & hæc tantùm abeſt, ut prohibeant, quin potiùs coindicent V. S. 2. reſolutione, & hæc prohibet.

Virtus præſens & futura. VIRTUS attendenda non eſt præſens ſolùm, verùm & futura. Hæc etiam venæſectionem prohibet.

Menſura virtutis. MENSURAM virtutis, an vires robuſtæ, an debiles ſint, vel futuræ ſint tales, & eo reſpectu, nempè virtutis, quam, qualis ſit, declarant vel permittunt, & coindicant, vel prohibent venæ ſectionem, monſtrant res naturales, non naturales, & præter naturam.

TEM-

TEMPERAMENTUM inter res NATURALES, eſt menſura & ſignum virtutis, FRIGIDUM debilem notat, & calorem nativum depauperat. CALIDIUSCULUM & fervidum, intemperiei naturalis parens, imbecillam virtutem arguit, adeòque hujus evacuationis minus capax. Medius itaque temperamenti ſtatus non ſolùm permittit, ſed etiam coindicat hoc auxilium. *Temperamentum.*

HABITUS CORPORIS εὐεκτικὸς, εὔχροια καὶ ζωτικὸν ἄνθος *faciei* promittunt ſanguinis evacuandi conſenſum, *κακόχροια* aliter ſe habet. Attamen multis habitus *καχεκτικὸς*, facies decolor, ſubviridis, & tamen ſanguis laudabilis: multis habitus bonus, color floridus, lutoſus ſanguis. Cautio ergò adhibenda. *Bonus corporis habitus.*

Η ἡλικίη ἀκμάζουσα *ætas florida* eligitur ab *Hippocrate 4. de rat. vict. acut. t. 19.* Media eſt hæc ætas inter ſenilem & puerilem. Cum Hippocrates vellet indicare V. S. validam, validiſſimam delegit, hâc cæteras omnes, quæ validæ ſunt, antiquá & aphoriſticâ complexus brevitate. *Ætas florida admittit*

ÆTATEM PUERILEM, ET SENILEM prohibere *tradit Galenus 4. de rat. vict. in acutis t. 19.* Rationem ſubjungit. *Puerilis & ſenilis ætas prohibent.*

ÆTATEM TENELLAM prohibere, ADOLESCENTEM ET JUVENILEM admittere ſanguinis per venam emiſſionem *repetit de curandi rat. per ſang. miſſionem cap. 13.* Οὐδὲ τοὺς παῖδας φλεβοτομήσεις μέχρι τεσσαρεσκαιδεκαετοῦς ἡλικίας, μετὰ δὲ ταύτην ἐὰν αἷμα πάμπολύ τι φαίνηται ποτὲ ἠθροισμένον, ἥ θ' ὥρα τοῦ ἔτους ἐαρινὴ, καὶ τὸ χωρίον εὔκρατον φύσει, καὶ ἡ τοῦ παντὸς φύσις εὔαιμος, ἀφαιρήσεις ἔτι μᾶλλον αἷμα, εἰ κίνδυνος ἐφεδρεύει, περιπνευμονίας, ἢ συνάγχης, ἢ πλευρίτιδος, ἢ τινος ἄλλου ὀξέως καὶ σφοδροῦ νοσήματος, τοῦ σφυγμοῦ σφοδροῦ παρέοντος, μετὰ ὁμαλότητος, ἐξ ἐπιμέτρου, καὶ μέγας. *Nec pueris venam tundes, usque ad XIV. ætatis annum, poſt quem ſi multus congeſtus fuerit ſanguis, tempus anni vernum fuerit, regioque temperata naturâ, & pueri natura benè ſanguinea, ſanguinem minues, multoque magis, ſi aut peripneumoniæ, aut alius acuti morbi periculum incumbat, modò vehemens fuerit pulſus cum æquabilitate, ex abundanti & magnus.* *Adoleſcens & juvenilis admittunt.*

Et *9. meth. med. c. 17.* poſtquam calida & humida corpora tum ſenſibiliter digeri, tum inſenſibili perſpiratu vacuari docuerat, ſubjungit: *In pueris prohibet Galenus,*

Quia inſitam habent naturalem à temperamento vacuationem.

ſubjungit: ἡ τοίνυν τῶν παιδίων οὐσία, ῥᾷστα διαφορεῖται καὶ σκεδάννυται. διότι πασῶν μὲν ἐστιν ὑγροτάτη. ψυχροτάτη δὲ, οὐδὲ μιᾶς. ὥστε οὐ χρῄζει κενωτικοῦ βοηθήματος, ἐξ ἑαυτῆς ἔχουσα τὸ κενοῦσθαι σύμφυτον. *Ergò puerorum ſubſtantia, omnium faciliìmè digeritur ac diſſipatur, quia eſt omnium humidiſſima: nulla verò frigidior. Quo minus vacuantis præſidii eget, cum habeat ex ſeipſâ unde naturaliter vacuetur.*

Objectio.

1\. At videtur etiam JUNIORIBUS convenire. 1. Moriuntur plerique pueri febribus ardentibus correpti, quibus V. S. opitulari potuiſſet.
2\. 2. Medicis imputatur ſiniſter eventus; & probro ac ignorantiæ vertitur, ſolemnis hujus remedii & quidem præſentisſimi omisſio.
3\. 3. Parentibus ſic fit ſatis, qui in primâ phlebotomiâ ſalutem, imò à mortuis ſuſcitationem poſitam putant.
4\. 4. Ut Pariſienſes, ita etiam plurimi noſtri climatis malunt ſuos ad apertionem venæ perſuaderi, in omnem eventum parati. Quamvis intereant, ſolantur ſe, nihil fuiſſe intermiſſum eorum, quæ fieri debebant.
5\. 5. Experimenta felicem misſionem commendant in bimis etiam & junioribus, in Galliâ Italiâ, Hiſpaniâ. Cum Galliarum REX LUDOVICUS XIV. in Lotharingiâ propè Marſaliam de ſe dicebat: VENI, VIDI, VICI, Delfinus vix biennis malè habebat. Cogitatum de V.S. tanquam ſacrâ anchorâ. Sed eam disſuaſit apparens dentitio, & inſperata reconvaleſcentia. In Braſiliâ à primâ infantiâ ad extremam uſque ſenectutem chirurgi demunt ſanguinem, citò, tutò, jucundè, non quæ ætas ſit, neque quid intus in corpore generetur, ſed quæ vires ſint, ponderantes.

Reſponſio, non convenit in noſtro climate temperatiori,

Verùm potior habenda Galenica, puerili ætati non tantum tribuens, ſententia. In hoc noſtro climate planè non convenire videtur. Tanta non eſt ſanguinis miſſionis apud nos reverentia, ut vel eam in liberis ſuis parentes admittant, multò minùs in votis habeant. Et quamvis interdum interrogentur medici, an non febrilis æſtuoſus puerorum calor hâc viâ edomari poſſit, medici disſuadere ſolent, nolentes ſe committere dubiæ fidei vado.

nec in calidiori.

Neque in exteris calidioribus regionibus ſemper benè cedit. *Victor Trincavella de rat. curandi humani corporis affectus*

lib.

lib. 2. cap. 10. refert Venetiis & Patavii medicos quoſdam teneris infantibus venam aperuiſſe, verùm ſe id nunquam probaſſe, cum præter rationem fieri id videretur, & ſæpe etiam malus eventus ſequeretur, & licet aliquando benè ſuccederet, id tamen potiùs bonæ fortunæ, quàm rationi attribuendum fuiſſe. Idem ferè judicium eſt Guilielmi *Ballonii lib. 1. epid. & ephemer.* Fortè illi quibus profuit, ſine ſectione venæ erant convalituri. Exemplo eſt filius Vandolii, cui neceſſariò ſecandam venam dicebant, in lateris dolore. Liberatus eſt ſolâ purgatione. In filiola Royſſæi concluſum erat de ſecandâ venâ. Dilata tamen eſt, & tamen convaluit, eâ prætermiſsâ.

Quantumvis ſemel atque iterum benè ceſſerit, ob robur ægrotantium, non tamen ſtatim in ordinarium exemplum trahi debet. *Cautio.*

SENILEM ætatem non prohibere V. S. ſtatuit *de curandi rat. per ſang. miſſionem Galenus cap. 13.* τὰς ἑβδομηκοντούτας φλεβοτομήσεις, ὧν εἴρηκα, σφυγμῶν παρόντων, ἐπειδὰν ἡ διάθεσις κελεύῃ. εἰσὶ γὰρ ἔτι καὶ κατὰ τὴν ἡλικίαν τὴν δὲ πολύαιμοι τινὲς, ἅμα ῥώμῃ δυνάμεως, ὥσπερ ἕτεροι ξηροὶ καὶ ὀλίγαιμοι, καὶ ῥᾳδίως μαραινόμενοι πᾶν τὸ πληγὲν μέρος. οὐ προσέξεις οὖν τῷ ἀριθμῷ μόνον, καθάπερ ἔνιοι προσέχουσιν, ἀλλὰ τῇ τοῦ σώματος ἕξει. καὶ γὰρ ἑξηκοντοῦταί τινες, οὐκέτι φέρουσι φλεβοτομίαν, ἑβδομηκοντοῦται δὲ φέρουσιν. ἀλλ' ἔλαττον ἀφαιρήσεις δηλονότι τούτων, εἰ καὶ τὴν αὐτὴν ἔχειν φαίνονται διάθεσιν ἀκμαστικῷ σώματι. *Septuagenariis, modò dicti adſint pulſus, ſi affectus jubeat, venam ſecabis: ſunt enim quidam & in hâc ætate multi ſanguinis, vireſquè habent robuſtas: ſicut alii ſicci, & pauci ſanguinis, & facilè areſcentes quâvis percuſsâ parte. Itaque non numero annorum ſolummodò animum advertes, quod quidam faciunt, ſed & corporis habitui. Nam ſunt, qui ſexageſimo ætatis anno venæſectionem non ferant, cum quidam qui ſeptuaginta nati ſunt annos, perferant. Veruntamen minus his utiquè detrahes, etiamſi eandem habere affectionem, quàm florens corpus, appareant.* *Senilis ætas decrepita prohibet: in primo limine admittit*

Reverendâ canitie, & ſeptuaginta annorum decurſu venerabili præſuli Jenenſi JOHANNI MAJORI plethorico ſalutaris erat ſanguinis per ſectam venam miſſio. Neque ingraveſcente ætate ab eâ erat alienus. Attingebat annum 89. ſenili confectus maraſmo.

Singularis proprietas. ΙΔΙΟΣΥΓΚΡΑΣΙΑ & ſingularis naturæ proprietas facit, quod nonnulli facilè quamcunque ſanguinis miſsionem, nonnulli nec largam, nec mediocrem quidem ferant, imò ad ejus vel levem mentionem expaveſcant, & animum deſpondeant, præcipuè illi; qui aliàs facilè *λειποψυχοῦνται*. Meminit horum *Galenus 1. aphor. 23.* Noti ſunt, qui in ſummâ ſanguinem mittendi neceſſitate, cum de operatione cogitabatur, tremebant artubus, neſcii quid agebant, juſſi brachium extendere, attrahebant, & contra, juſſi oculos avertere, aliter ſe gerebant, ità ut pileum faciei admovere cogerentur aſtantes, imò vix ſine animi deliquio negotium potuerit expediri.

τὸ ξυγγενὲς Ducū de Biron. Certis FAMILIIS deteſtabilis videtur ſanguinis ex venâ miſsio, ut Ducibus & Marchionibus de Biron in Galliâ.

1. Dux Bironius, Mareſchallus Galliæ, qui Chriſtianisſimo Regi Galliarum Henrico Quarto fidiſſimus aſtitit comes, ob læſæ majeſtatis crimen captivus detentus à la baſtillie, febri ardente decumbens, cum tandem perſuaſus apertionem venæ admitteret, incidit in animi deliquium, vir adſuetus bello & famoſiſſimis regiis victoriis clarisſimus.

2. Cùm anno 1663. menſe Majô quidam hujus familiæ, prope montem Falconis, Montfaucon populari idiomate dictum, equum ſuum in gyrum verteret, terræ hiatus ſub ipso apparuit, in quem cadens, ferè totus obrutus jacuit. A medicis habitum fuit ratum, ſanguinis largam miſſionem ipſi profuturam, cum præſumerent, in illâ animi conſternatione liberali rivo ſanguinem ad cor confluxiſſe, & aliquo in loco extrà ſua conceptacula elapſum in grumos coire poſſe. Noluit tamen conſentire in venæ ſectionem, utpote familiæ ſuæ abominabilem. Non tam timuit pericula præſentis mali, quàm horruit veterum terrorum recordationem.

3. *præſentis.* Nobilis *αἱμοφόβος* conſentit in ſanguinis miſſionem, familiæ ſuæ hæreditariâ ſucceſſione terrificam. Vix ſanguis videbat lucem, accedens ſyncope ſpem nullius noxæ factam à medicis eludit.

CAPUT

CAPUT VI.

Conſuetudinis & ſexûs permisſio.

CONSUETUDO alteranatura facilè imperat hoc auxilium, & obſequentes invenit ſanos & ægros. Contraindicat τὸ μὴ ξυνηθὲς, cum non adſuetus animus non conſentit, ſed potiùs contradicit. *ἐ ξυνῆθις.*

SEXUS quicunque aptus ad hanc evacuationem. Viri, conſtantiâ animi muniti, eam facilè admittere debent. MULIEBRIS ſexus magnâ fiduciâ ad hanc confugit ſacram anchoram. Non imprægnatio, non puerperium ipſum æſtimanti præponderant neceſſitati. Inanis plerumque gravidas abortûs torquet formido, non ſolùm ob vires proprias, ſed etiam alienas, fœtûs nimirum. *Γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα, inquit Hippocr. 5. aph. 30. φλεβοτομηθεῖσα, ἐκτιτρώσκει, καὶ μᾶλλον ἢ μεῖζον εἴη τὸ ἔμβρυον. Mulier utero gerens ſanguine miſſo ex venâ abortit, & præcipuè ſi fœtus grandior.* *Sexus virilis, muliebris. Graviditas an contraindicet? A.*

Sed plures gravidæ, niſi tuſa prohibeat vena, primis vel poſtremis menſibus abortire conſuevere. *Exceptio.*

Locum habet V. S. 1. in ſuffocationis fœtûs à plethorâ periculo. Exempla recenſet *Marcellus Donatus hiſt. med. mirabilis lib. 4. cap. 16.* Tutiorem V. S cenſet *Abenrhoes lib. 7. colliget. cap. 4.* purgatione. 2. Acuto afflictis morbo, anginâ, pleuritide, prægnantibus innoxiè ſuccurrit ſcalpellus. *1.* *2.*

Aphoriſmus Hippocraticus loquitur de largâ illo ævo adſuetâ ſanguinis miſſione. *Excuſatur aphoriſmi generalis loquutio.*

PUERPERÆ ex ſuppreſſis æſtuant lochiis, ſanguis demi poteſt tutò, ex ſupernis & infernis. *Puerperium non contraindicat.*

CAPUT VII.

Res non naturales.

INTER RES NON NATURALES, ANNI TEMPUS ſub virium ratione conſideratum, permittit venæ apertionem, VERNALE ET AUTUMNALE. Curationi *Anni tempus*

NULLUM NON ANNI TEMPUS aptum. Nec ardens ipſam excludit ſirius, aut glacialis hyems, magnis indicantibus officium ſuum facientibus.

Aſtrorum influxus.

ASTRORUM influxus fauſtus & auſpicatus permittit venæ ſectionem, tum enim vigent vires & ſunt ferundo. In actu præſervationis curioſitas major, quàm in actu curationis, urgente neceſſitate admittitur.

CAPUT VIII.

Res p. n. indicant & contraindicant.

Res præter naturam.

HArum magna vis in utramque partem. Quædam admittunt, quædam rejiciunt hanc ſanguinis miſſionem.

Febres ephemeræ prohibent.

FEBRES EPHEMERÆ ET HECTICÆ nomen ſuum expungunt è catalogo illarum febrium, quæ huic Deæ ſupplicant.

Continentes admittunt,

CONTINENTIUM febrium *μέγιστα βοηθήματα φλεβοτομία καὶ ψυχροῦ πόσις maxima remedia venæ ſectio & frigidæ potio.*

ut etiam ardentes.

IN ARDENTIBUS ſanguis, ut cauſa minùs principalis, peccans, venæ ſectione ſublevari geſtit.

Nonnulli abhorrent.

Abhorrent ab eâ nonnulli, quod ſanguine ſeparato, ceu laſcivientium humorum freno, bilem accipere regimen & efferari cenſeatur. Inanis metus eſt, bilioſus ſanguis alimentalis ſimul evacuatur, adeoque cicuratur.

Iis opponitur Trallianus.

Cordatior *Trallianus lib. 12. cap. 2. θεραπεύειν χρὴ τοὺς διὰ σῆψιν καὶ πλεονασμὸν αἵματος πυρετοὺς διὰ φλεβοτομίας, οὐ μὴν ἧττον καὶ τοὺς ὑπὸ χολῆς ὀχλουμένους φλεβοτομήσεις, febres, ex putredine & ſanguinis abundantiâ ortæ, venæ ſectione curari debent: non tamen minus his, qui ex bile infeſtantur, ſanguinem detrahes.*

In putridis & ſynochis admittitur.

IN PUTRIDIS ET SYNOCHIS, ſi cætera conſentiant, *Galenus 11. θεραπευτικῆς μεθόδου cap. 15.* commendat eandem. κουφισθεῖσα γὰρ ἡ διοικοῦσα τὰ σώματα ἡμῶν φύσις ἀποθεμένη τι τὸ βαρῦνον αὐτὴν, οἷον περ ἤ φορτίον ἐπικρατήσει τῶν λοιπῶν ῥᾳδίως ὥς τε καὶ πέψαι τὸ πεφθῆναι δυνάμενον ἐκκρῖναί τε τὸ δυνάμενον ἐκκριθῆναι ἀναμνησθεῖσα τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν. *Levatâ namque, quæ corpus noſtrum regit, naturâ, exoneratâque eâ, quâ velut ſarcinâ premitur,*

haud

haud ægrè quod reliquum eſt vincet. Itaque proprii muneris haud oblita & coquit, quod concoqui eſt habile, excernit quod excerni poteſt.

IN INTERMITTENTIBUS, quantumvis cacochymia alimentario ſanguini miſta, venæ apertioni locus amplus. *Intermittentes non prohibent.*

IN MALIGNIS, cum putredo vulgaris major malignitate, admittitur V. S. Cum minor, piaculum appellatur de eâ magnificè ſentire, & ſudores poſtponere. *Malignæ renuunt.*

IN PETECHIALIBUS, VARIOLIS ET MORBILLIS abhorrent multi ab eâ, pro rato habentes ſanguinis ad circumferentiam inde impediri motum. *Petechiales & variolæ*

At exteræ nationes meridionali viciniores plagæ inanem cenſent hunc metum. Innoxiè demunt ſanguinem. Et nullum dubium, in Germaniâ idem fieri poſse innoxiè. Ante ſexennium, cum ſævirent variolæ ac morbilli ſupra modum, non potui, *inquit Horſtius manuduct. ad medicin. p. 131.* puerulis aliquot ſuccurrere, ſine V. S. Venæ ſectio motum illum naturæ non inhibet, quemadmodum nec circulatio naturalis, quæ tamen â circumferentia tendit ad centrum. *in exteris regionibus admittunt.*

IN PESTE cenſetur damnoſa ægro, & medico: ſperatam ægri ſalutem, vertens in perniciem & in dedecus medici gloriam. *Peſtis quo oculo adſpiciat V. S.*

IN ACUTIS morbis omnibus, ſive cum febre ſint, ſive ſolitarii, V. S nem. commendare videtur *Hippocrates* & confirmare *Galenus 4. de ratione victûs acut. t. 19.* Nomine deſignant *t. 19.* anginam, pleuriticum malum *t. 20.* φλεγμαίνοντα hypochondria, jecinoris dolores & lienis gravitates, inflammationesque alias & ſuperiores ſepto dolores, ſyſtrophicas collectiones. *t. 21.* & venarum interceptiones *text. ſeq.* *In acutis omnibus convenit.*

Et in quibus non adfectibus V. S. non eſt anchora ſacra, & numen ἀπὸ μηχανῆς affulgens, ſalutaris liberationis arrha, ſponſor & fidejuſſor?

PROHIBENT eandem SYMPTOMATA quædam urgentia, dolor, vigiliæ, & excretio immodica. Hæ vires dejiciunt. Si tamen dolori juncta gravis inflammatio, imperatur potiùs, *autore Galeno 1. aph. 23.* Aliàs noxia eſt, ut in cardialgiâ vires proſternente, *autore eodem 1. de curandi rat. ad Glauconem cap. 14.* *Prohibentia V. S. Dolor.*

Evacuatio ſymptomatica. EVACUATIO ſymptomatica omnis immodica vires dejiciens, ut etiam critica, per nares, uterum, vel pleuritica prohibent.

1\. Parum ſubductâ ad rem benè gerendam ſunt ratione, qui videntes guttam unam vel alteram in ardentibus febribus ἀπὸ ῥινῶν στάζειν *de nare ſtillare*, trophæum ſperantes, occaſſionem phlebotomiæ adeſſe clamant. Si luculenta ſit hæmorrhagia, audaciùs hoc agunt, gravari naturam adſerentes. Eo ipſo verò criticus naturæ impeditur motus. *Epiſtaxis.*

2\. *Alii in pleuritide* videntes ſputa ſanguinea, mittendum ſanguinem urgent. Sed prohibetur eadem, *oraculo 6. epidem. comm. 3. t. 44.* publicato: *κώλυσις ἐν τῇσιν αἱματώδεα πτύουσιν πλευρίτις. Impedimentum venæ ſectionis in ſputo ſanguinis pleuritis,* quæ in aliis hæmoptyſeos ſpeciebus ſemper utilis eſt

3\. *Uterina hæmorrhagia* in pleuritide nonnullis habetur mittendi ſanguinis indicium, aliis impedimentum. In uxore Cleomenis pleuriticâ, quarto die, copioſi fluxerunt menſes *καταῤῥωπίᾳ* ſalutari, tantæ virtutis, ut ceſſârit omnis dolor, tuſſis, difficilis reſpiratio.

Diſtinctio. *Alii diſtingunt.* Si menſtrui fluxûs inſtet tempus, permittitur venæ ſectio. Si mox expectetur, interim affectus urgeat, in artubus inferioribus, & tandem in ſuperioribus inſtituenda.

CAPUT IX

Rectum venæ ſectionis uſum determinat, ratione quantitatis continuæ & diſcretæ. Ejus indicatio dependet à plethorâ.

ADminiſtratio τοῦ πῶς, modum quo determinari debeat V. S. concernens

Quantitas I. QUANTITATIS ratione, determinatu difficilis eſt, & conjecturalis. *Δύο, inquit Galenus de curandi ratione per ſanguinis miſſionem cap. 14.* ἐστὶ ταῦτα δι' ἃ μάλιστα γίγνεται στοχαστικὸν τὸ πόσον τῆς κενώσεως ἐν τούτῳ τῷ βοηθήματι, τό τε κάμνοντος ἡ φύσις, ὁποία τίς ἐστιν, ἀδυνατούντων ἡμῶν ἀκριβῶς διαγνῶναι, τό τε περιέχοντος ἡ κρᾶσις ὁποία τίς ἔσται μετὰ τὴν φλεβοτομίαν. *Duo*

ſunt,

ſunt, ob quæ maximè conjecturalis efficitur evacuationis in hoc auxilio quantitas: laborantis natura, qualis ſit, quam ad amuſſim noviſſe non liceat, & verus ſtatus poſt V. S.

QUANTITATEM in genere determinat GRADUS τῆς πληθωρικῆς συνδρομῆς: limitant permittentia & prohibentia. *Eam limitat plethoræ exceſſus.*

A PLETHORA MAGNA indicatur ἀθροωτέρα, ἀξιόλογος καὶ ἐξοχὴν ὀνομαζομένη, ἅπαξ γινομένη κένωσις, *largiſſima, effatu digna, per excellentiam dicta, unâ quæ fit vice, ſemel & effusè.*

Galeno hæc non inſueta. *Libro de curandi ratione per ſanguinis miſſionem cap. 17.* divitis cujusdam viri in ſuburbiis Romanæ urbis habitantis œconomo, cui cœcitatis imminebat periculum, circa horam quintam tres libras ſanguinis eduxit: deinde horâ nonâ aliam à quibus mirificè fuit refectus. Ita ut brevi viſum, de quâ ſpes in auguſto, recuperaverit.

In magnis repletionibus aliis idem obſervavit, conſentientibus viribus, & morbi magnitudine.

τὸ πόσον τῆς κενώσεως ἐπὶ φλεγμονῶν μεγίστων, πυρετῶν διακαεστάτων, καὶ ὀδυνῶν, *inquit 1. aphor. 23.* ἡ λειποψυχίη. *Menſura vacuationis in maximis inflammationibus, ardentiſſimis febribus, & doloribus graviſſimis eſt animi deliquium.*

In ſynochis eadem menſura habet locum.

Animi deliquium intelligitur excluſivè, non incluſivè.

Sanguinis ad animi deliquium confertim extracti commoda recenſet *Galenus de curandi rat. per ſang. miſſionem. cap. 12.* Οἶδα, *inquit*, ἐνίους γὰρ αὐτῶν καταψυχθέντας μὲν ἐξ ἀνάγκης, ἐπὶ τῇ λυποθυμίᾳ. προσγινομένων δὲ νοτίδων ἐν ὅλῳ τῷ σώματι, καὶ τῆς γαστρὸς καταῤῥαγείσης ἐν τάχει παυσαμένους τῆς νόσου. *Novi ex iis quosdam neceſſariò ex animi deliquio refrigeratos, ac toto corpore affluentibus madoribus, & alvo ruptâ, celerrimè morbo liberatos.* *Sanguinis ad animi deliquium extracti commoda.*

Dehortatur tamen ſimul à nimiâ ſecuritate: προσέχειν *inquit*, μὲν τοι καλῶς ἔχει τῇ καθαιρέσει τῶν σφυγμῶν, ἐφαπτόμενον αὐτῶν ἔτι ῥέοντος τοῦ αἵματος, ὥσπερ κἀπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων εἴωθα πράττειν τῶν φλεβοτομουμένων, ὅπως μή ποτε λάθῃς αὐτὸν, ἀντὶ λειποθυμίας θάνατον ἐργασάμενος. ὃ, περ οἶδα τρισὶν ἰατροῖς γενόμενον. ἐφλεβοτόμησεν εἷς μὲν αὐτῶν γυναῖκα πυρέττουσαν. ἑκάτερος δὲ τῶν ἄλλων, ἄνδρα, μέχρι λειποθυμίας τοσαύ- *Incommoda: animi deliquium inexcitabile, imò lethalis exitus. Id contigit tribus medicis.*

Conſilium abſtinentiæ. Eundem ſcopum attingit crebrò reiterata revulſio.

τοσαύτης, ὡς μηκέτι ἀναληφθῆναι. καὶ διὰ τοῦτ' αὐτὸ βέλτιόν ἐστι φυλάττεσθαι τὰς ἀθρόας κενώσεις, εἰ μή τις ἀνάγκη μεγάλη κελεύει. καὶ μήν τι καὶ ἡ ἀντίσπασις, οὐ μικρὸν οὖσα βοήθημα, καὶ διὰ φλεβοτομίας γιγνομένη, πολλάκις ὅσῳ περ εἰς ἀριθμὸν πλέονα τὰς κατὰ μέρος ἀφαιρέσεις αὐξήσεις, τοσοῦτον δραστικώτερον γίνεται. *Utile eſt autem pulſuum diminutionibus animum advertere tangendo eos, ſanguine etiamnum fluente, ſicut in aliis omnibus, dum ſanguis mittitur, facere conſuevi, ne videlicet, nobis nec opinantibus, pro animi deliquio mors occupet: quod ſanè tribus eveniſſe medicis novi. Venam ſecabat eorum unus mulieri febricitanti, aliorum uterque viro, ſed ad tantum animi duxere deliquium, ut vires recuperari non poſſent. Proinde ſatius eſt tam copioſis evacuationibus abſtinere, niſi magna incumbat neceſſitas. Quin & revulſionem, non leve & ipſum auxilium, quodque ſæpe ſecta adhibetur vena, quantò majorem in numerum particulares detractiones, tantò efficaciorem effeceris.*

Alius terminus evacuationis plethoricæ, non naturæ tolerantia.

πλεονασμοῦ tollendi menſuram *Hippocrates* proponit 1. *aphor.3.* ægri tolerentiam, exemplo athletarum. In his, licet ad ſummum habitus ipſorum devenerit, vetat τὰς ξυμπτώσιας ἐς τὸ ἔσχατον ἄγειν (σφαλερὸν γὰρ συνίζησις τῶν φλεβῶν,) ἀλλ' ὁκοίη ἂν ἡ φύσις ἡ τοῦ μέλλοντος ὑπομένειν, *eo uſque vacuando pergere, ut vaſa in ſe* SUBSIDANT, *hoc enim tutum non eſt, ſed quatenus feret natura, eouſque progredi oportet.*

Ἀθρόα κένωσις *conferta, ſubita, & copioſa evacuatio*, ſimpliciter indicatur ὡς ὠφελοῦν, & convenit, in quibus plethoræ exceſſus minor, & ſanguis peccat, ut cauſa fovens, vel ſine quâ non, morbusque non adeò magnus.

Diſcretæ quantitatis ratio.

Ἡ μεριζομένη κένωσις, *non ſimul & ſemel*, ſed duobus, tribus, aut pluribus vicibus inſtituta & *repetita vacuatio* indicatur, & locum habet 1. cum permitentia largioris evacuationis non adſunt, viresque non perferunt unâ vice factam largam evacuationem. Ut illa generoſior, ita hæc tutior.

Partitæ hujus miſſionis ſanguinis indicatio & uſus eſt ἐν ἀντισπάσει *revulſione*, non quod vires copioſam non ferant, ſed quod iteratò & in paucâ quantitate dum fit, rectius ſanguis priorem dediſcat motum.

CAPUT

CAPUT X

permittentia & prohibentia quantitatem largiorem venæſectionis virtutem, temperamentum, habitum, recenſet.

MEnſura QUANTITATIS mittendi ſanguinis in omnibus morbis præcellens eſt 1. *ἡ ῥώμη καὶ δύναμις τοῦ κάμνοντος robur & virtus ægrotantis.* *Menſura quantitatis eſt*

1. *Ἰσχυρὰ δύναμις τῶν διοικητικῶν, integræ vires, ſummum virium robur,* in benè habitis admittunt *ἀφαίρεσιν* largiorem, etiam *μέχρι λειποψυχίας*, in ſynochis & ardentibus, pleuriticis, arthriticis. *Virtus valida.*

2. *Ἡ ῥώμη τῆς δυνάμεως ἐνδέουσα κατά τι, virtus mediocris ſecundum quid* à ſupremo, *deficiens* ordine, *ἐπαφαίρεσιν ταμιευομένην, ſubtractionem partitim factam* imperat. *βέλτιον μὴ ἰσχυρᾶς ὑπαρχούσης δυνάμεως καὶ τῆς ἡλικίας συγχωρούσης, ἀφελεῖν μὲν, ὅσον ἂν ἱκανὸν εἶναι, ἐπαφαιρεῖν δ' αὖθις, ὅσον ἐνδέοι. Præſtat non conſentiente virtute & ætate cum primâ vice detraxeris, quantum ſatis eſſe videbitur, rurſum auferre, quantum deſideratur.* *mediocris,*

3. *ἄρρωστος δύναμις tertia ſpecies* eſt *roboris imbecillis* admodum, & proſtrata virtus, & hæc levem admittit ſanguinis per venam emiſſionem. Id innuit Galenus ſequentibus verbis: *χρὴ γὰρ δηλονότι κατὰ τὰς ἐναντιώσεις τῶν ἐνδείξεων κατὰ βραχὺ μὲν ἐκκενοῦν τὸ μοχθηρὸν, oportet manifeſtè in iis repugnantiis indicationum* (morbi ſcilicet phlebotomiam vel catharſin indicantis, & virium infirmitatis neutram ferentis) *ſenſim* vacuare, *quod eſt vitioſum.* *infirma,*

4. *ἐσχάτως ἄρρωστος δύναμις, extremè debilis virtus,* & victæ vires nullam vacuationem, ſolùm per alimenta reſtaurationem admittunt. Idem innuit Galenus his verbis: *εἰ γὰρ ἡ διάθεσις, ἣν θεραπεύειν προαιρούμεθα, χρήζοι κενώσεως, ἄρρωστος δὲ ἡ δύναμις ἐσχάτως ὑπάρχοι, τὴν τὴν διάθεσιν ἰωμένων οὐδὲν τῷ κάμνοντι προσαξώμεν ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ πάντι καθ' ὅσον ἀνατρέφομεν τὴν δύναμιν, ὅταν δ' εἰς τοσοῦτον ἰσχύος ἥκειν αὐτὴν ὑπολάβωμεν. Nam ſi affectus, quem curandum ſuſcepimus, indigeat vacuatione, vires* *extremè debilis.*

autem

autem ſint extremè imbecilles, nullum eorum remediorum, quæ affectui profligando ſuam dicarunt operam, adhibebimus toto illo tempore, quo viribus per alimenta refocillandis operam navamus. Cum verò eò roboris vires deveniſſe deprehendemus, quò nihil vel parum noxæ ſint ab evacuatione incurſuræ, tunc ad affectus curationem nos accingemus.

Menſura virtutis temperamentum.

INTER RES NATURALES naturam virtutis monſtrantes & quantitatem V. S. utramque continuam & diſcretam deſignantes

I. TEMPERAMENTUM primo occurrit loco. CALIDUM ET HUMIDUM largiores: calidum & ſiccum parciores fert ſanguinis miſſiones.

Habitus corporis.

II. HABITUS corporis attendendus. FLORIDUS uberiorem proventum & largiorem videtur ſuadere evacuationem. ὑπόχλωρος ſecus habet. πλατύφλεβοι, μεγαλόφλεβοι ἐπίφλεβοι *venas latas, magnas, conſpicuas, ſanguine plenas* habentes largas expetunt & tolerant evacuationes.

Calido & humido præditi temperamento, carnoſum & denſum habitum præ ſe ferentes, largiores tolerant venæſectiones, quàm qui frigidum, molle & rarum.

Inſpectio ſanguinis.

III. SANGUINIS ipſius inſpectio, dum effluit, menſuram ſuppeditat quantitatis. Τὴν μεταβολὴν τοῦ αἵματος ἔν τε τῇ χροιᾷ καὶ τῇ συστάσει, *mutationem ſanguinis in colore & conſiſtentiâ* expectandam eſſe in inflammationibus pleuræ & aliis, *ait Galenus de curandi rat. per ſang. miſſ. cap. 14.* Limitat tamen rurſum hanc quantitatem, & ceſſandum eſſe, *addit*. antequam MUTATIO illa appareat, 1. ob virtutis lapſum 2. phlegmones malignitatem, 3. ſanguinis conſtrictionem.

Indicatio quantitatis ab impuritate.

Medici tribus vaſculis excipere ſolent ſanguinem, cum in ultimo decoloratiorem advertunt, impurioremque, & ob deliquii periculum, mutationem coloris, uſque quo purus egrediatur, expectare non audent, pronunciant iteratâ ſectione non unâ ſed trinâ & quaternâ detractioni invigilandum eſſe. Confirmantur in hâc opinione, cum intuentur glutinoſam ſuperficiem in ſcutellâ, viſcidam & tenacem ſui.

Verùm

Verùm hæc menſura fallax eſt. Sanguis ille decoloratior habetur pro ſanguine miſto cum chylo. Superficies glutinoſa chyloſa eſt. *Menſura hæc fallax.*

AETATES mediæ largiores faciliùs ferunt, quàm extremæ. Senes reſolutum, pueri reſolubilem habent calorem & virtutem. *Aetas.*

SEXUS ſequior difficili humero portat largiores, præcipuè *αἱ μὲν κυοῦσαι, prægnantes*, etiamſi magnum adſit indicans. *Sexus.*

CAPUT XI

regionis indultum & contraindicationem largæ venæ ſectionis perpendit.

QUi quantitatem ſanguinis emittendi determinare habet in animo, regionem ceu ſignum virtutis & plenitudinis corporis conſiderare tenetur. *Regio.*

IN CALIDIS meridiei vicinis minus æquiori animo fertur V. S. larga, quàm in mediis climatibus. *Calida.*

Galli, imprimis Pariſienſes in febribus acutis largiſſimas habent in uſu. Licentioſam hanc profuſionem defendit *Riolanus lib. de circulatione ſanguinis cap. 20.* IN MORBIS à PLETHORA & febribus CONTINUIS ACUTIS putridis ARDENTIBUS non eſſe parcendum ſtatuit, ſed ſpacio XIV. dierum demi poſſe dimidium. Non poſſum, *inquit*, absque commiſeratione ægrorum & medici deteſtatione legere *in obſervationibus Plateri*, hiſtorias ægrorum, qui febribus ardentibus torrefacti fuêre, absque venæ ſectione. Cenſet etiam eos, qui evaſere, ſanitatem recuperaſſe non ope medici, ſed fati beneficio. *Addit* in CACOCHYMIA ſanguinis miſſionem convenire, ſi ſit modica, liberaliorem: ſi intenſior, liberalem; ſi verò impuritas ſit magna, ab eâ abſtinendum. *Gallorum.*

In VARIOLIS, quæ cutim fœdant puſtulis, morbillis, ſeu rubiolis, & purpuratæ febris exanthematibus, quæ cutim fœdant maculis, non exiſtimant venæſectionem retardare iſtam excretionem, vel impedire, aut planè aver- *In variolis an locum habeat V. S.?*

 tere.

tere. Venæſectio, *inquiunt*, à centro trahit humores ad circumferentiam: deinde licet non trahat, non tamen poteſt impedire vitioſorum humorum affectatam ad habitum corporis, & cutim, viam & exitum, vacuatio ſanguinis facta niſi fuerit magna. Initio ergò educunt ſanguinem liberaliter, ſed aliis ſequentibus phlebotomiis parcius, niſi præfocatio pulmonum, vel cerebri oppreſſio, vel fluor alvi bilioſus periculum intentare videantur. Inde etiam factum eſt, quod Chriſtianiſſimo Regi LUDOVICO XIV. vix pubertatis annos ingreſſo, malignis & peſtilentibus variolis laboranti, Regiorum archiatrorum comes, Franciſcus Vautier, conſentientibus omnium ſuffragiis, ſanguinem ter pro ſymptomatum urgentium neceſſitate, ex venâ mitti imperarit, quod cum feliciſſimo fuerit factum ſucceſſu, ſervati regis, regniquè conſervati & venæſectioni & hujus autori medico accepta fertur gloria.

Ob facinus hoc egregium ſoteria deberi autori venæſectionis prædicat *Andreas Thevart, medicus Pariſienſis, dedicatione* præfixâ tomo *tertio conſil. medicinal. Ballonii*, non querceam ſolùm coronam, quæ conferebatur illi, qui civem in prælio ſervaverat, ſed auream, qualis ab Athenienſibus Hippocrati fuit decreta.

4. Cum regina Galliarum, Infans Hiſpaniarum anno 1663. Maji 15. & 16. levi rigore corriperetur, vena aperta fuit binis vicibus. 19 morbilli apparuêre, cum febre. Salva tamen brevi evaſit.

5. Hiſpani Archiatri in largam venæſectionem proni, ſuo Regi Infanti variolis laboranti, non unam, ſed plures ſecuerunt venas.

In aliis morbis.

In aliis morbis τῶν κοιλῶν καὶ τῶν ἄρθρων, iisque gravioribus metûs & periculi plenis, ut apoplexiâ, inflammationibus membranarum cerebri, pleuræ, arthritidis, podagræ, &c. animoſi ſunt utrique in ſanguinis miſſiones heroicas.

Frigidioribus in regionibus non convenit larga V. S.

FRIGIDIORES regiones, ſeptentrioni viciniores, tàm largas ſanguinis depletiones æquo ferre non videntur animo, ſive FEBRES ſint continuæ, acutæ, ſeu intermittentes. Chronicæ reſpuunt ἀθρωοτέρας, amplectuntur ἀθρόας, imprimis autem

autem τὰς ταμιδ͂ομένας. In PRIMARIIS, ardentibus, malignis, SYMPTOMATICIS, variolis morbillis & petechialibus, ſi plethora adſit, moderatiores, aut nullæ imperantur τοῦ αἵματος ἀφαιρέσεις.

Docuit experientia, conſilio Gallorum medicorum, cum illuſtrisſimi, Dux LONGEVILLIUS, regii Gallici, & PANNER regii Suecici exercitûs generales, anno M DC XL æſtate mediâ, caſtra metarentur ad Salfeldiæ in Thuringiâ Urbem, à Cæſareanæ militiæ generaliſſimo, ſereniſſimo LEOPOLDO WILHELMO Auſtriæ Archiduce, & generali campi magiſtro Piccolhominio, Comite de Amalfi occupatam, largas in illuſtribus perſonis imperatas venæſectiones non reſpondiſſe ex voto. *Experientia.*

Mitiganda rigoroſa veterum decreta, & exterorum exempla ponderanda, non imitanda. Fallax eſt menſura λειποψυχίας. Nonnulli unâ vel alterâ effusâ prorſus labaſcunt unciâ: multi viſo ſaltem ſcalpello: ſunt alii ſtantes animo, etiamſi plus auferatur juſtô.

Quamvis largæ miſſiones ſanguinis confirmari queant, in noſtris oris, portentoſis exemplis ſpontanearum hæmorrhagiarum: uno, ad ℔x. unius diei curriculo adnotato *à Rulando*, altero ad ℔xv. in puero x annorum, tertianâ duplici laborante, intra ſpacium menſis unius, conſignato *à Thaddæo Duno miſcell. medic. cap. 11.* & noſtrâ memoriâ in illuſtri perſonâ ad ℔L. hæmorrhoidali fluxu laborante, in quibus tamen nullus funeſtus exitus: tutius tamen eſt iisdem non fidere, & in medio conſiſtere. *Exceptio diluitur.*

Si debitam continuam quantitatem, & à morbi quanto deſignatam virium imbecillitas non permittat, DISCRETA quantitas attendenda, & per διάκρισιν inſtituenda eſt vacuatio, hoc modo: Si evacuatio unius libræ indicetur, & vires ſint debiles, ut unicâ vice hanc ſanguinis evacuationem non permittant, dividatur evacuatio & fiat per vices. Et ſi gratiâ evacuationis ſectione quis utatur, eodem die repetatur vacuatio. Ne autem conſtringatur foramen, petia cum oleo illinatur, & mox apponatur faſcia. Si verò revulſionis gratiâ V. S. adhibeatur, *Diſcreta quantitas.*

 tunc

tunc ſatius interpoſito die lectionem repetere vel ejusdem vel alterius.

CAPUT XII

tempus, ad rectum venæ ſectionis pertinens uſum, exponit.

In actu præſervationis. IN PRÆSERVATIONIS actu VERNUM tempus commodum, *autore Hippocrate 6. aphorism. 47.* Confirmat *Galenus in comm.* de præſervationis actu loqui Hippocratem addens. Illuſtrat exemplo. Multos annos, *ſcribit*, ſe podagram & arthritidem incipientem hujus ope in conſuetis prohibuiſſe, & ſanguinis exſcreationes, epilepſiam, melancholiam, apoplexiam & alios diuturnos morbos ſuſtuliſſe. Repetit *de curandi rat. per. ſ. miſ. capite 7.*

HORA commoda cenſetur matutina: tum enim coctiones abſolutæ & vires conſtant.

Curationis. IN ACTU CURATIONIS quodlibet anni tempus, etiam quod ſiriis caloribus vicinum, & qualibet hora apta, ſive inſultent capitis, ſeu thoracis & imi ventris articulorumve affectus.

In acutis. IN ACUTIS, ſive febres ipſi ſint, ſive febribus juncti, tempus ad rectum pertinens uſum, duplex eſt: univerſale & particulare.

UNIVERSALE tempus. UNIVRESALE determinavit *Cous 2. aphor. 29.* ἀρχομένων τῶν νούσων, ἤν τι δοκέῃ κινέειν, κίνει. ἀκμαζουσῶν δὲ ἡσυχίην ἔχειν βέλτιόν ἐστιν. *Cum morbi inchoant, ſi quid videtur movendum, move: cum verò conſiſtunt ac vigent, melius eſt quietem habere. Galenus in com.* duo μέγιστα ἰάματα *maxima remedia* nominat, φλεβοτομίαν καὶ κάθαρσιν: & ſubjungit: ὧν οὐδέτερον ἐν τῇ ἀκμῇ χρὴ παραλαμβάνειν, *quorum neutrum in ſtatu venit uſurpandum.*

Εἰδικῶς aphoriſmus loquitur de ὑποκαθάρσεως *purgatione*, γενικῶς tamen venæſectioni etiam accommodari poteſt.

Rationem *ſubſequens 30* ſuppeditat *aphoriſmus*, nam περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ τέλη πάντα ἀσθενέστερα, περὶ δὲ τὰς ἀκμὰς ἰσχυρότερα, *circa initia & fines omnia ſymptomata, ut in febribus, deliria, vigiliæ imbecilliora, circa ſtatum verò fortiora.* Veren-

Verendum eſt, ne ſi procraſtinetur, vires à morbo dejiciantur, & ſic occaſio elabatur è manibus.

Differendam ſuadet nonnunquam primarum viarum impuritas vel leniente vel clyſtere eluenda.

Venæ ſectio eſt *ἡγεμονικὸν βοήθημα princeps præſidium* abſoluto ſenſu, quo dicitur princeps, quo nihil præſtantius, *πολλῶν ἀντάξιον ἄλλων, omnibus præferendum aliis*, ratione dignitatis & temporis. *V. S. eſt ἡγεμονικὸν præſidium. 1. abſolutè. 2. reſpectivè.*

Eſt etiam ἡγεμονικὸν habito ad purgationem reſpectu. In quibus morbis tùm venæ ſectione tum purgatione opus, *φλεβοτομία ἡγεμονικὸν, venæ ſectio principatum obtinet*, & *præcedere debet.*

Εἰ ἀμφοῖν ἄνθρωπος δέοιτο τῶν βοηθημάτων, inquit Hippocrates 6. epid. com. 1. t. 6. δῆλόν ἐστιν, ὡς ἀπὸ φλεβοτομίας ἀρκτέον ἐστίν. Si contingat unum aliquem hominem indigere utroque auxilio, notum eſt eſſe ordiendum à venæ ſectione. *Confirmatur autoritate.*

Serius adminiſtrata poſt purgationem inutile & fallacis ſpei eſſe præſidium, fidi Hippocratis cenſent ſectatores, hâc tamen conditione, ut poſt ſanguinis miſſionem, debilitatus æger, non ſtatim ſecundo aut tertio die purgetur, ſed priùs vires reficiantur, præcipuè in acutis morbis.

Deſignat tales morbos *Hippocrates de rat. vict. acut. comm. 4. t. 21. Φλεγμαίνοντα, inquiens, ὑποχόνδρια μὴ πνευμάτων ἀπολήψει, φρενῶν ἐντάσιες, ἢ πνευμάτων περιτάσιες. ὀρθοπνόοις ξηρῆς, οἷσι μὴ πύον ὑπεισιν. ἀλλὰ ὑπὸ πνευμάτων ἀπολύψιος τὰ παθήματα ταῦτα ἐπιγίνεται. μάλιστα δὲ καὶ ἥπατος περιοδυνίαι, καὶ σπληνὸς βάρεα, καὶ ἄλλαι φλεγμασίαι τε καὶ ὑπερφρενῶν περιωδυνίαι τε, καὶ συστροφαὶ νοσημάτων, οὐ δύνανται λύεσθαι, ἢν τις πρότερον ἐπιχειρέῃ φαρμακεύειν, ἀλλὰ φλεβοτομὴ τῶν τοιῶνδε, ἡγεμονικόν ἐστιν. ἔπειτα δὲ ἐπὶ κλυσμῶν, ἢν μὴ μέγα, καὶ ἰσχυρὸν τὸ νόσημα ᾖ. εἰ δὲ μὴ, ὕστερον φαρμακείης δεῖ. δέεται δὲ καὶ ἀσφαλείης καὶ μετελέπτος μετὰ φλεβοτομίην φαρμακίη. Hippochondria inflammata, non ſpirituum interceptione, ſepti transverſi intenſio, vel ſpirituum protenſiones, quibus orthopnoea ſicca pus non ſubit: ſed à ſpirituum interceptione pathemata hæc ſuperveniunt. Potiſſimùm verò & iecinoris dolores, & lienis gravitates, atque inflammationes aliæ, & ſu-* *Nomine deſignantur illi morbi.*

periores ſepto dolores, morborumque collectiones, ſolvi non poſſunt, ſi quis prius medicari aggreſſus fuerit. Nam venæſectio in his præferenda venit: deinde clyſmis eſt opus, ſi vehemens & magnus fuerit morbus: ſi verò non, & poſtea medicamento opus ſit, ſanè id poſt ſanguinis miſſionem ſecurè & mediocriter porrigendum.

Illuſtratio à noxâ. Ὁκόσοι, pergit, τὰ φλεγμαίνοντα ἐν ἀρχῇ τῶν νούσων εὐθέως ἐπιχειρέουσι λύειν φαρμακείῃ τοῦ μὲν ξυντεταμένου, καὶ φλεγμαίνοντος οὐδὲν ἀφαιρέουσιν, τὰ δ' ἀντέχοντα τῷ νοσήματι, καὶ ὑγιεινὰ συντήκουσιν. ἀσθενέος δὲ τοῦ σώματος γιγνομένου τὸ νόσημα ἐπικρατέῃ. *Quicunque ea quæ inflammantur, ſtatim inter initia ſolvere volunt purgante* medicamento, *ii non ſolùm ab inflammatâ parte nihil demunt, ſed & quæ ſana ſunt, morboque reſiſtunt, colliquant, & debilitatâ parte affectâ morbum faciunt inſanabilem.*

In quibusdam quidem partibus remotioribus licet purgare, in enumeratis autem non item. Ita *Galenus 13. meth. med. cap. 11.*

Rationibus prærogativa venæ ſectionis confirmatur. Univerſalia præcedunt particularia. Vacuatio per venam ſectam eſt univerſalis. Ergò præcedere debet evacuationem particularem, qualis eſt purgatio per alvum, quæ conceditur à medicis, cum tam diligenter conſiderant humorem evacuandum, ſitne, vel bilis, pituita, vel melancholia, vel ſeroſi humores purganda.

Illuſtratio per exempla, acutorum morborum. In ſynocho imputri V. S. eſt ἡγεμονικὸν præſidium, quod præcedere debet purgationem.

1. In *acutis* morbis *cum febre*, ut inflammationibus phreniticis & pleuriticis, principium eligendum.

2. In *acutis ſine febri*, ut apoplexiâ, quocunque temporis ſecari poteſt vena.

In CHRONICIS intermittentibus lenitione vel purgatione peractâ commodius inſtituitur. In *intermittentibus* tertianis & quartanis in ſtatu mitti poteſt, & quidem commodius, quàm in principio, quia ſanguis adhuc eſt crudus.

In ſtatu quid agendum. In ſummo febris acutæ impetu ſanguinē mittere eſt ægrum jugulare, *dicebat ille.* Conſilium eſt particulare, non præceptum univerſale. In ſummo ardore febris, cum permittentia adſunt, periculum impendet vel cerebro in vigiliis, doloribus, deliriis,

interdum

interdum non eſt non neceſſarium ſanguinem demere, ob flabellationem & refrigerium ſanguinis, ſæpius per perſpirabiles redeuntis & remeantis venas. Ardentes implacabili furore ſævientes, & graviora minantes exleges tum ſunt, & vel in ſtatu admittunt. Periculum effreni plenitudine, illud, quod ex intempeſtivâ evacuatione, ſupergreditur.

PARTICULARE tempus ordinariæ evacuationis eligendum, in quo natura minus affligitur. In continuis febribus, cum paroxyſmus minus affligit; in intermittentibus, cum ἀπυρεξίας διάλειμμα eſt præ foribus. *Particulare tempus horæ minoris adflictionis.*

IN CONTINENTIBUS, cum febris æqualiter toto decurſu affligat, mittendus ſanguis eâ horâ, quæ mitior videtur. *In continentibus.*

Nec hîc nimis religioſè obſervandus Planetarum aſpectus, aut inde procraſtinandum, ſed magno remedio ſtatim ſuccurrendum. In præſervatione tamen, cum nullum in morâ periculum, locum habet, præcipuè majorum luminarium. *Aſpectus planetarum obſervatio.*

CAPUT XIII

locum V. S. ejusque delectum meditatur in genere.

HIppocrates, Galenus, nec non eorum ſectatores *Arabes*, *Ægyptii*, & *Turcæ*, confirmante *Proſpero Alpino*, *libro de medicinâ Ægyptiorum* curioſum venarum delectum magni fecere.

Hippocrates pro diverſis partibus affectis, τὰς φλέβας ἀπὸ τῶν ἰγνύων καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν τάμνειν, *venas poplitis & crurum ab intrà & extrà ſecare jubet.* In pleuriticis & peripneumonicis affectibus, *lib. de vict. rat. in acutis*, ταμνειν χρὴ, *inquit*, τὴν ἐν τῷ βραχίονι φλέβα τὴν ἔσω, πότε δὲ τὴν ἔξω, πότε δὲ τὴν κατ' ἀγκῶνα καὶ τὴν ἐν ἀγκῶνι. *Secare oportet*, inquit, *venam brachii internam, quandoque etiam externam, nonnunquam in, nonnunquam prope cubitum.* *Hippocratis ſententia.*

Conſtans fuit *hujus oraculi* ſententia, ab interprete cordatiſſimo *Martiano* promulgata; Sanguis ut duplici intentione *confirmata ab interpretibus.*

mittitur

mittitur, ita etiam locum variandum. *Ad præſentium morborum curationem* eligenda vena, *καθ' ἴξιν καὶ ἰθυωρίαν ſecundùm rectitudinem oppoſita*, proxima tamen ſimul: dextris partibus dextræ, ſiniſtris ſiniſtræ: ſi morbus corporis partes obſideat ſuperiores, ſuperiores, in brachiis, ſi inferiores, inferiores in cruribus. Si verò nulla certa particula in morbo afficiatur, eligatur vena quæ plenitudinem tollit, ut brachii dextri interna vena. *Præſervationis intentione*, nullo præſente morbo ſecari poteſt quælibet vena, & quàm longiſſimè à parte affectâ.

Galenus.

Galenus librum ſuum de curandi rat. per ſanguinis miſſ. his Hippocraticis ſtatutis mirè exornat, & *cap. 16.* delectum non ſolùm, ſed etiam *τὸ καθ' ἴξιν, oppoſitionem è directo partis laborantis*, operosè illuſtrat.

In delectu loci conſiderandæ indicatio.

In delectu loci nihil ſtabile, quod in utilitatem ægrotantis cedit, cenſent *recentiores* determinari, niſi conſideretur uſus V. S. qui eſt vel evacuare, revellere, derivare. Pro diverſa intentione diverſus eſt eligendus locus.

1. evacuationis.

AD EVACUANDAM πληθώραν locus commodisſimus eſt *Baſilica* brachii dextri, ſi hepar adfectum: ſiniſtri, ſi lien malè habeat. *Salvatellæ* apertio etiam commendatur. REVULSIONIS gratiâ, ſi partes ſupra jecur laborent, ſecentur inferiores: ſi infra jecur, ſuperiores. DERIVATIONIS ſcopum exſequitur venæ parti affectæ proxima, vel continua.

2. revulſionis.

3. derivationis.

Impedimenta ſunt evacuationes conſuetæ.

Generali huic indicationi obex nonnunquam impedimento eſſe, & compedes injicere ſolent evacuationes conſuetæ, in viris *per hæmorrhoidas*, in mulieribus *per uterum*, & tum locus apertionis variandus. In viris pedales, in mulieribus ſaphena aperiendæ. *In utero gerentibus* per inferiores venas ſanguinem eduxit tota antiquitas. *Lazarus Riverius* tamen innoxiam inferiorum eſſe apertionem didicit ab experientiâ.

CAPUT XIV

de loco V. S. agit in ſpecie.

Vena frontis.

Ἡ δὲ ἐν μεσώπῳ ὀρθὴ φλὲψ τμηθεῖσα τῷ ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς ὀδυνωμένῳ, *autore Coo 5. 68.* ὠφελεῖ. *E parte capitis poſteriore labo-*

laborantii recta in frontem excurrens vena inciſa prodeſt, ut plurimum ſimul tunditur arteria. A *Galeno* cephalæam, *à Tralliano* phrenitidem, *à Foreſto* oculorum & linguæ affectus, *à Baiero* ruborem faciei & guttam roſaceam emendaſſe ſcribitur.

occipitis, Η δ' ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς τμηθεῖσα *puppis vena* ſecta ob communionem cum craſſæ meningis ductibus, cerebri noxas, & *autore Galeno 5. aphor. 69.* diuturnas oculorum fluxiones ſublevat.

Η δὲ τῦ ἰνίυ φλὲψ inter cervicem & occiput quæ occurrit, ſublevat alias noxas.

temporum. TEMPORUM, & in poſteriori aurium lacunâ obſervari ſolitæ venæ mitigare cenſentur hemicraniam, ſurditatem, œdemata, ſeu fluxiones à capite ad crura deſcendentes, & iſchiadem.

in cavo auris. IN CAVO auris antitragum quæ perreptat venula ſecta odontalgiis mederi ſingulis menſibus reiterata, præſervare creditur.

in angulis oculorum. IN ANGULIS oculorum, cum periculo læſionis carunculæ lachrymalis, ad mitigandos eorum maculas, nebulas, & dolores inſtituitur *à nonnullis*.

Narium. NARIUM venis externis & internis multâ cum ceremoniâ plurimum tribuitur ad faciei externas in guttâ roſaceâ, ictero & cerebri internas partes deplendas, in phrenitide, ut oſtendit *Zacutus Luſitanus lib. 1. obſerv. 11.*

Labiorum. LABIORUM venæ apertæ doloribus gingivarum medentur.

Linguæ. HYPOGLOTTIDUM ſectio anginæ, ardentibusque febribus ſuccurrit, & apoplexiæ.

τῶν ἔξω jugularium apertio. τῶν σφαγιτίδων φλεβῶν, *jugularium venarum externarum* apertio digiti diſtantiâ infrà angulum maxillæ infernæ tuta proclamatur *à Mercato, Rondeletio, Severino lib. de efficaci medicinâ*, confirmatur ab experientiâ. Prodeſt in apoplexiâ, anginâ, anhelitûs difficultate.

Thoracis, IN THORACE occurrentes venæ STERNI ET MAMMARIÆ in rubore faciei, partium ſpiritualium inflammatione, phthiſi commendantur.

dorſi, IN DORSO, circà primam thoracis vertebram conſpicua

Digitized by Google

elata vena, per ſummum vertebrarum ſpinæ usque ad os ſacrum perrepens deorſum, & in ſpinam ſe inſinuans ſecta commendatur à Rondeletio *methodo curandi morbos cap. 37. Mercato lib. 1. de intern. morb. curat. cap. 15. Severino chir. effic. lib. 1. parte 2. cap. 17.* in tetano, aliisque colli convulſionibus.

abdominis, IN ABDOMINE SCROTI VENÆ renes, PRÆPUTII ſectæ tumores & inflammationes teſtium ſublevare viſæ.

ſedis HÆMORRHOIDALES venæ ferro non attingendæ, licet à multis periculi expers teneatur chirurgia. Prodeſſent aliàs in variis primarum viarum affectibus.

brachiorum IN BRACHIIS CEPHALICÆ ſectio tuta, imò παντελῶς

1\. ἄφοβος *omni metu vacans ab Aegineta lib. 6. cap. 40.* appellata, cum neque nervum nec tendinem vicinum habeat fructuosè ſecatur in affectibus ſuprà jugulum, infeſtantibus caput & oculos. Fundamentum ſectionis communio cum jugulari externâ ab *Aquapendente* & *Riolano anthropogr.* propugnata rejicitur à *Julio Cæſare Arantio observat. 32.*

2\. BASILICA à ſitu *interior, à colore nigra,* in dextro brachio HEPATICA, in ſiniſtro LIENARIS dicta, commendatur in jecoris & totius plenitudine, thoracis etiam affectu decantatisſimo pleuritico, propter thoracicæ communionem, hujusque cum venæ injugis ramulis ἀναστόμωσιν.

3\. MEDIANA ſeu COMMUNIS, utriusque cum recipiat ſanguinem, utriusque vices ſuſtinere poteſt. Rarò ſecatur, quia ſitus ejus genuinus tribus digitis infrà flexum cubiti paucis notus, pro medianâ autem ramus baſilicæ ſecatur. Medianam incidere vere intrante, omnibus æqualiter utilisſimum judicat *Oribaſius Sardianus Juliani archiater in compendio medicinæ ad Euſtatium filium.* Prodeſt in omnibus à plethorâ morbis.

4\. IN MANU SALVATELLA quaſi ſalvat illa, أُسَيْلِم *Arabibus* dicta à cephalica producta, & juncta cum aliis medianæ ramulis, inter minimum & annularem digitum conſpiciendam ſe exhibens, utiliſſima habita fuit in affectibus lienis, ut pluribus oſtendit *methodus anatomica ſynthetica, lib. 5. cap. 39.*

CEPHA-

CEPHALICA MANUS *Spigeliana*, Salvatella *Mundini* altera manûs ſtrictè dictæ, nuncupata, inter pollicem & indicem ſita, commendatur in affectibus capitis. *Utilitas lectionis cephalicæ,*

IN INFERIORIBUS ARTUBUS POPLITÆAM incidere jubet *Hippocrates 6. epid. ſect. 1. t. 5.* in dolore renum gravi, excitato à calculo. Commendatur in ulceribus ſcorbuticorum crurum. Sed noſtro ſeculo non eſt in uſu. *poplitææ*

SAPHENÆ ramulus prope malleolum internum, in domeſticâ parte, tuto quæ ſecatur, quia non habet comitem arteriam de propinquo, nervus etiam ab eo ſatis eſt remotus, utiliter inciditur in affectibus capitis epilepticis, *autore Rhaze in mirabilibus auſcultationibus. Zacutus* ſectione ſaphenæ ſingulis menſibus inſtitutâ ſæpiſſimè epilepſiam profligavit. In uteri affectibus eximiam operam præſtat in actu præſervationis & curationis. *Saphenæ.*

IN POLLICE PEDIS vena quæ ſecatur, à ſaphenâ producta, ejus, ſi lateat, ſupplet viçes. *pollicaris,*

ISCHIADICA popliteæ eſt propago, ſita in externâ parte pedis propè talum. Aperta iſchiadicos ſublevat, *autore Zecchio conſult. 43.* *iſchiadica,*

SALVATELLA pedis inter minimum & ſequentem pedis digitum prodeſt in podagrico & iſchiadico dolore. *ſalvatella.*

CAPUT XV.

delectus venarum parvi æſtimatur à circulationis Harvæanæ admiratoribus.

NOvorum *decretorum* ſi conſulatur norma, venarum delectum circulatorius ſanguinis tollit motus. Nulla hic ordinis prærogativa. Communi omnes venæ fruuntur fato. Sanguis per truncum venæ cavæ ſemper adſcendit, apertiſque venis brachii vel pedis curſum ſuum non immutat, ſed qui detrahitur, manat ab illâ ſectæ venæ parte, quæ eſt infrà vulnus inflictum, illiusque venæ ſurculi in extremitatibus manûs & pedis, ſanguinem arterioſum iterum recipiunt. Non deplentur ergò partes adſectæ directè. *Nova decreta tollunt delectum.*

 Nullus

Adplicatio ad certas venas.

Nullus fructus directè ſperari poteſt ex apertione venæ brachii, vel manûs cephalicæ in affectibus capitis, quantumvis illa conjungatur ſurculo ſingulari cum jugulari externâ. Nullus uſus apertionis baſilicæ in adfectibus thoracis, ut pleuritide, quantumvis jungatur thoracicæ, ſub axillis.

CAPUT XVI.

Modus adminiſtrationis ante, in, & poſt operationem, perpenditur.

Juſculum V. ſectioni præmittere jubet Hippocrates.

ANTE V.S. horæ mediæ intervallo, adſumendum juſculum. Hoc conſilium eſt *Hippocratis, lib. de ulceribus circa finem.* ἠρεμηκότα δὲ χρὴ πλέον ἢ ἐλάττον, καὶ πεπωκότα φλεβοτομέειν, καὶ ἀποτεθερμασμένον, καὶ ἡμέρης θερμοτέρης ἢ ψυχροτέρης. *Liberalius autem aut parcius pranſo & poto vena ſecanda, & leviter calefacto, calidiore potius die, quàm frigidiore.*

Arabes

Arabes quidam volunt os ventriculi pauco cibo muniendum, ac roborandum, præcipuè in iis, qui ſtomachum debilem vel os ſenſus acutioris obtinent, aliàsque ſunt imbecilles. Reſolvitur ab exhauſto ſanguine calor innatus, & bilioſi ſucci dempto freno efferantur, unde deliquia imminent.

& Aegyptii.

Ægyptii nonnulli aliquid cibi, nonnulli aliquid potûs exhibent iis, quibus ſanguinem demere volunt. CIBUS eſt liquidior & tenerior, aut gallinacea caro, aut panis intinctus in vino aut ſucco granatorum. POTUS eſt vel ▽ *ſimplex cum ſaccharo & ſucco citri, vel limonum,* SARBET ab ipſis appellata: vel Julepus *ex ▽ deſtillata nenupharis, ſonchi, endiviæ, cum ſirupo refrigerante violar. nenuph. roſat. limon. citri:* vel Aqua *infuſionis berber. & tamarindorum pulpa cum ſaccharo.* Conveniunt hæc auxilia ex calidâ intemperie imbecilli ventriculo, vel acutioris ſenſûs, aut picrocholo, ad præcavendum deliquium. Nonnulli AQUAE FRIGIDAE hauſtum præbibunt, & ſic à deliquio, ad quod ob celeres animi motus ſunt proclives, ſe præſervant.

Diſſentit Galenus,

DISSENTIRE videtur *Galenus in comm. libri de ulceribus. 9. meth. med. cap. 5. lib. de cur. rat. per ſanguinis miſſ.* tanto tempore differre

differre ſectionem ſuadens, quantum ſufficere videtur ad ciborum coctionem, & ut excrementa alvi deſcendant.

Rhazes lib. de vena ſ. cucurb. quoties in ſtomacho cibarium, *inquit*, fuerit, non digeſtum, aut per inteſtina excretum, ſponte aut per clyſterem, nulla fiat minutio. *Rationem addit:* Horribilis eſt minutio ante digeſtionem cibi, qui eſt in ſtomacho, & meſaraicâ, quoniam factâ evacuatione attrahitur aliquid de eo, quod in venis & ſtomacho eſt, ad epar & meatus ejus, crudum adhuc. *Rhazes*

Alii incommodum CIBORUM uſum adſerunt, negantes urgere argumentum à virium jacturâ deſumtum. Non debilitantur omnia à ſanguinis depletione ægrotantium corpora, vel reſolvuntur. Sublevantur ſub plenitudinis vel cacochymiæ pondere gravata. AQUÆ etiam potum rejiciunt ante V. S. cum *Avicenna* doceat, in eo, qui phlebotomatur, ſuprà vel poſt potum aquæ frigidæ, timeri hydropem propter raptum aquæ in venas. *Alii.*

Veritas ſuadere videtur ſtare à partibus commendatorum juſculorum. Reficere naturam poſſunt in actu præſervationis & curationis. Stationem horum defendere poſſunt Julapia, propoſitaque infuſa. Hauſtulus aquæ vel cereviſiæ ſolus, vel poſt ovum ſorbile, nullius noxæ ferax eſt. *Ex. ingen.*

Ad rationes allatas reſpondetur, 1. non tam levem eſſe virium jacturam in non adſuetis & infirmis. 2. Parcior uſus juſculorum, juleporum, buccellæ panis vino imbutæ, vel aquæ frigidæ, aut cereviſiæ nullum infert cruditatis periculum. *Avicenna* loquitur de immoderato aquæ hauſtu. *Rſ. ad rationes.*

IN ADMINISTRATIONE ſedente ægro vel decumbente, obſervanda DELIGATIO. Faſcia ſup à cubitum injicienda. Venâ punctâ vel cæſâ faſcia auferenda, ut arterioſi ſanguinis impulſus vacuâ dominetur in aulâ. Interim animus addendus ægro, omniſque avertendus terror. *In adminiſtratione quæ agenda*

Si vires videantur languere, reficiendus internis, &, quæ ſpiritus reparant, externis, vel ſupinus inclinandus. Sanguis tribus excipiatur pelvibus, ut & varius calor, & promiſcua obſervari queat mutatio. Sæpe primus qui educitur, floridior, ſæpe decoloratior. *Sanguis tribus excipiatur pelvibus*

Aquæ calidæ adminiculum.

SI CRASSIOR ſanguis in putridis, ut quartanâ, *ex parvis venis* manus vel pedis educendus, fovenda primùm pars aquâ calidâ: *ſi ex magnis*, foramen *amplum* faciendum: ſi melancholicus, mediocre: ſi pituitoſus, minus ſufficit foramen, ſi biliosus fuerit & qui facilè fluit, tenuis.

Digiti applicatio.

SI PARTITIS vicibus educi oporteat ſanguinem, digito ſolùm claudendum foramen, eoque remoto iterum aperiendum. Si longo intervallo poſt, oleum cum petiâ imponendum.

Poſt eductum ſanguinem vulnus claudendum: Confortans exhibendum:

POST eductum ſanguinem vulnus claudendum, exſerto cubito, linteolum triplicatum, ſanguine deterſo, imponendum, faſciâ linteâ conſtringendum, brachiumque in media figurâ detinendum.

Modico abinde intervallo porrigenda confortans & mundificans potiuncula, quæ eſſe poteſt *tinctura violarum vel roſarum, cum aquis epaticis & cordialibus parata*, ſaccharo edulcata, & modico ſpir. 🜍. vel ⊕. acidulata.

Demùm ante vel poſt prandium ſi inclinet æger, SOMNUS permitti poteſt, aſtantibus ſedulam, ne faſcia laxetur, gerentibus curam, &, ſi placet, ſomno indulgendum. Non ſtatim ſomnus excipiat V. S. cum trahat à cute ad circumferentiam; ſomnus autem à circumferentiâ ad centrum. Ex diverſo iſto humorum confluxu & agitatione tenuis aliquis humor accendi poſſet. Verùm non eſt prohibendus eodem die, imò Galenus poſt tres horas à miſſo ſanguine ſomnum aliquando promittit bono cum ſucceſſu.

Galenus ſomno non interdixit.

SOMNO, poſt ſectam venam, in continente febri non interdixit *Galenus*. μετὰ δύο τῆς φλεβοτομίας ὥρας, *inquit*, θεραπευτικῆς μεθόδου *libro 9. c. 4.* βραχύ τι προσδοὺς τροφῆς τῷ κάμνοντι. καὶ κελεύσας ἡσυχάζειν, ἀπηλλαττόμην, ἀφικόμενος δὲ πέμπτης ὥρας τῆς ἡμέρας, οὕτω βαθέως ὑπνοῦντα κατέλαβον. ὡς ἁπτομένου μὴ δ' ὅλως αἰσθάνεσθαι, ἀφικόμενος δ' αὖθις ὥρας δεκάτης, εὗρον ἔτι καὶ τότε κοιμώμενον αὐτόν, *Poſt duas à ſanguinis miſſione horas, paululum nutrimenti dato, ac juſſo quieſcere diſceſſi. Quintâ verò horâ reverſus tàm alto ſomno detentum inveni, ut tangentem me prorsùs non ſentiret. Decimâ horâ, itidem dormientem inveni*, ἐξελθὼν δὲ πάλιν ἐπ' ἄλλους ἀρρώστους, ἐπανῆλθον ὥρας πρώτης νυκτός, οὐκέτι

μετὰ

μετὰ σιωπῆς, ἀλλ' ἐξεπίτηδες μέγα φθεγγόμενος, ὅπως ὁ κάμνων διεγερθείη τοῦ ὕπνου, egreſſus autem iterum ad alios viſendos ægros, horâ noctis primâ, non tamen, ut antè, tacens, ſed voce de induſtriâ ſublatâ, quo ægrum à ſomno excitarem.

CAPUT XVII.

venæ ſectio habuit perſequutores multos, ſeculis antiquis.

Nihil ferè eſt in rerum naturâ, de quo ætas aliqua non dubitarit, nihil ferè adeò certum, in quo labefactando ingenia hominum non deſudarint. Idem fatum experitur V. S. Quot ejus dantur admiratores, αἱμάφιλοι, αἱματοχύται qui appellari queunt, tot ſunt perſequutores, αἱματόφοβοι, αἱμοφόβοι qui vocari queunt.

Eraſiſtratus primus videtur fuiſſe αἱμοφόβος. Illum, cum cætera, quæ ad artem ſpectant, abundè ſatis pertractaret adeò, ut olerum coquendorum rationem doceret, adeòque levem rem operosè ageret, venæſectionis tamen nullam mentionem niſi ſemel, & quidem obiter tantùm feciſſe, miratur *Galenus lib. de venæ ſectione adverſus Eraſiſtratum cap. 1.* *Eraſiſtratus.*

Apœmantes autem & Strato primi fuêre, qui venæ ſectionem RATIONIBUS impugnarunt. *Apœmantes & Strato.*

Hæ recenſentur *à Galeno, loco citato cap. 2.* *Rationes eorum recenſentur.*

Prima difficile docet eſſe, venam ſecare, quia vaſa non poſſunt probè diſcerni, & ſi arteria incidatur, magnum inde imminere periculum. *I.*

2. Non nemo præ timore mortuus: alius ante vaſis ſectionem, alius verò eo jam ſecto refici nunquam potuit: quidam irreparabili ſanguinis fluxu defecit. *II.*

3. Difficillimum, evacuandi ſanguinis menſuram conjecturâ aſſequi. Aut enim defectu aut exceſſu peccabitur: ſi illud, nihil venæſectio conducet; ſi hoc, in vitæ periculum ægri ducentur. *III.* Τί γὰρ αὖ διαφέρει φασὶ σφαγῆς ἄμετρος φλεβοτομία. *Quid, inquiunt, differt venæ ſectio modum exſuperans à cæde?* Venis evacuatis παρέμπτωσις τοῦ πνεύματος, *tranſultus ſpiritûs* ex arteriis in venas fit.

4. Alii

IV. 4. Alii etiam affirmant, venarum apertionem inflammationis actu jam in arteriis conſtituto planè ſupervacaneam eſſe.

CAPUT XVIII

reſpondet ad argumenta Apœmantis & Stratonis.

R. I. ERrandum eſt, ſæpe contigiſſe imperitis, ut arteriam pro venâ ſecuerint aut ferierint. Id ipſum ſuo teſtimonio comprobat *Galenus* 5. *meth. med cap.* 7. imprudentis parumque rei anatomicæ periti chirurgi hiſtoriam recenſens, qui, cum venam ferire vellet, prominentem brachio ligato arteriam intrepidus diviſit, cujus generis exemplum etiam relatum eſt *à Paulo Offredo epiſt. ad Fabr. Hild. cent.* 4. Nihilominus tamen arteriam facili negotio diſtinguet, qui arteriam pulſu adeoque motu ſyſtoles & diaſtoles præditam eſſe, venam motu carere memoriâ tenuerit, quem motum nullo negotio vel digito explorare atque tactûs ſenſu venam ita ab arteriâ diſtinguere licet.

II. Non magni momenti etiam eſt SECUNDUM argumentum. Nam quamquam *hæmorrhagiâ* aut maximâ, ultra quàm vires ferunt, profuſione ſanguinis aliquis mortuus eſt, nemo tamē ſanæ mentis in venæ ſectionem culpam transferet ſimpliciter, ſed in im̄oderatam. Quod verò præ *timore* non nemo obierit, ex accidenti evenit, neque tales meticuloſi hoc præſidio ſunt turbandi.

III. TERTIA Eraſiſtratæorum ratio plus fortè negotii faciet. Quî enim poterit de juſtâ ſanguinis quantitate conſtare? Et tamen, ſiquidem ægro conferre debet, neque in exceſſu neque defectu eſt peccandum.

In ſolvendo hoc dubio prolixus Galenus. 1. Perſpexit ſine dubio hanc difficultatem curioſiſſimus GALENUS, proinde in ſolvendo hoc, non vulgari æſtimato, dubio prolixè *cap. toto* occupatus eſt, oſtenditque, ſiquidem propterea nunquam adminiſtranda eſſet venæ ſectio, quod ſanguinis *μέτρον & quantitas ad pondus* ſciri nequeat; nullum omnino in arte auxiliorum genus eſſe, quod tutò adminiſtrari poſſit:

neque

neque clyſter; neque purgantium ullum, neque diureticum, nec cibus potusve: cum tamen in his & aliis Chryſippicis Eraſiſtratus *τολμηρὸς ἱκανῶς valdè audax* ſit, nihilque ipſum prorſus neque momentum occaſionis, neque menſuræ difficilis conjectura, neque affectûs periculum perterrefaciat, ſed ſe menſuræ rationem exactè tradidiſſe putet. Verùm cum ex veteribus medicis aliquem ob rerum inventa laudare opus habet, illic undique tergiverſatur.

Ipſe autem declarat, quod menſura in venæſectione multò faciliùs deprehendatur, quàm in cæteris quibusvis auxiliis, argumento petito. 1. ἀπὸ τῆς χρόας μεταβολῆς *à coloris mutatione*, tam in ſanguine ipſo fluente, quàm in ægro. 2. ἡ λειποθυμία ἐπὶ πολλῶν παθῶν ὅρος τῆς κενώσεως, *animi deliquium in multis affectibus terminus eſt vacuationis*, & qui illud præcedunt, ὁ τόνος τῆς ῥύσεως τοῦ αἵματος ὀκλάζων, καὶ οἱ σφυγμοὶ τρεπόμενοι, *ſanguinis fluentis vigor labaſcens & pulsûs mutati*. 3. Subjungit, quod μόνης ταύτης κενώσεως αὐτοκρατόρα ἐξουσίαν ἔχει ἰατρὸς παύειν, ὅτε βούλοιτο, τῶν δὲ ἄλλων οὐδεμιᾶς. Ἀλλ' εἴτε ὑπήλατον φάρμακον δώσεις, εἴτε ἐμετήριον, εἴτε οὔρων κενωτικὸν, εἴτε θώρακος, εἴτε κεφαλῆς καθαρτικὸν, πρώτη δόσις ἐπὶ σοί. Τὰ δὲ ἐφεξῆς ἡ τύχη βραβεύει. *Solius hujus vacuationis liberam habet facultatem medicus ſiſtendæ, aliarum verò nullius. Nam ubi dandum eſt dejectorium, vomitorium, urinæ vacuatorium, aut thoracis aut capitis purgatorium*, HORUM OMNIUM PRIMA DOSIS IN TE, IN CAETERA AUTEM FORTUNA DOMINABITUR.

Ingens præterea periculum eſt in uſu purgantium, cùm 2.
vel non moventur, vel non excernuntur, à torminibus, animi deliquiis, vel cùm hypercatharſin, quam *κακῶν ἔσχατον* malorum ultimum vocat, inducunt.. Neque enim ut venæ inciſæ fluxum, quem ſuperimpoſito digito mox ſiſtes, ſic profluvium alvi ſiſtere licebit. Nemo tamen ex medicis, ſupervenientium ſymptomatum metu perculſus, à propinatione pharmacorum abſtinet, ſed poſtquam errorem commiſerit, tum demum cavendum ab illorum uſu ſibi proponit.

Et quid opus in fortioribus his medicamentis adeò occu- 3.
pari, cum & CIBI cujusque in MENSURA ERRATUM maxima

 adferat

adferat nocumenta, in extenuatis. Anne & propterea à cibi exhibitione abſtinendum? Eâ ratione à medendi provinciâ penitus abſtinebit. Nihil enim in medicâ arte reperias, quod niſi certâ menſurâ uſurpatum prodeſſe poſſit.

4. QUARTUM argumentum haud eſt negligendum: Nam ſanguine effluente ſpirituum profuſionem fieri, nullum dubium. Quantum itaque de ſpirituum, quorum miniſterio in pellendis morbis utitur natura, conſervatione in morbis ſollicitus eſſe debet medicus, tantum etiam de ſanguinis conſervatione cogitandum eſt. Sed ſimili ferè hic reſpondendi ratione utendum videtur. Si enim propterea vena aperienda non eſt, quòd cum ſpirituum profuſione venæſectio eſt conjuncta, quidni etiam aliorum auxiliorum ceſſaturus ſit uſus, quorum adminiſtratione non minus ſpirituum abſumitur copia, quæ tamen ab Eraſiſtratæis admittuntur? Quanta fiat in purgatione eorum inanitio, ex virium defectu & aliis ſymptomatibus, quæ nimiam evacuationem comitantur, manifeſtum eſt. Quis tamen medicorum propterea purgationem è medio tollit? Quòd ſpiritus profundantur apertâ venâ, ex accidenti fit, neque tanti eſt habendum hoc incommodum, cum majori longè cum COMMODO ET BONO ſit conjunctum. Fiant omnia juſto tempore, & non conclamatâ rerum ſummâ.

CAPUT XIX.

Noſtro ſeculo Helmontius ſanguinis miſſionem per V.S. vilipendit.

L*ibro de febribus cap.* 4. venæſectionem à febrium curatione excludit, ob rationes, quarum quædam etiam ad alios morbos applicari queunt.

1. 1. Quicquid non eſt neceſſarium, eſt inutile. V. S. non eſt neceſſaria. Ergo V.S. eſt inutilis.

MAJOR probatur ex abundanti: quia media ſunt propter finem. Ubi igitur finis non indicat neceſſitatem mediorum, hæc etiam fruſtra attenduntur.

MINOR confirmatur, quia conſenſu medicorum plethora

thora indicatrix eſt phlebotomiæ. At in febribus nulla adeſt plethora. Cacochymia potius adeſt, quàm plethora. Hoc patet ex vomitibus & dejectionibus.

II. In febribus & aliis morbis mox plethora abſumitur in nutrimentum, & ab ipsâ febre reſolvitur. Plus ſanguinis diſflatur in febribus, quàm denuò poſſit generari, dum cætera membra non modò non ceſſant nutriri conſueto ſanguine, ſed etiã hic à calore febrili conſumitur. Si benè valenti quotidie fiant ℥viij. ſanguinis, neceſſe eſt totidem quoque indies in alimentum abſumi, aliâs homo mox in immenſam molem protuberaret. Et ſi benè valenti quotidiè decedant ℥viij cruoris, certè magis conſumet febris. Parco victu ſanguinis commodiùs demitur, quod ſuperfluum eſt, quàm eductione ſanguinis. 2.

III. A cibo non reſarcitur defectus, nullus enim adeſt appetitus, præterea nulla aut pauca in febribus ſit dejectio & ſanguificatio. Neceſſariò quoquè mox binis diebus plethora, ſi qua ſit initio, deficiet, & ceſſabit ejus indicatio pro ſanguinis miſſione in febriente. 3.

IV. Non adeſſe in febribus & aliis morbis plethoram patet ex eo, quod excitati fonticuli exſiccentur. 4.

V. Ut vires, ita nec ſanguis unquam nimis abundare queunt. 5.

VI. In venis ceu in proprio conceptaculo non poteſt ſanguis contrahere vitium. Si autem contrahat, & putreſcat, deſinit eſſe ſanguis, tum ſtatus eſt cacochymicus, & purgationem indicat, quæ non totum exhaurit ſanguinem, ſed cum delectu, quod impurum eſt, ſegregat. 6.

VII. Per venam in cubito ſectam eductus ſanguis cordis viciniam mundat, relinquitur autem impurus, à quo febris, & alii morbi foventur, hicque ſimul ad cor trahitur. 7.

VIII. VENTILATIONIS & refrigerationis uſus exploditur. 8.
1. quia non aliâ ratione refrigerare poteſt, quàm ſuffurando calidum nativum, privativè nimirum, non poſitivè. Id autem ſine noxa fieri nequit. V. S. ſuffuratur ſpiritum vitalem plus, quàm morbus ipſe, quia etſi morbus vires directè quoque impugnet, tamen id non efficit affatim, ſed ſenſim, adeò vires 1.

potius atterit, quàm quod verè exhauriat. Ideo facilior virium à morbo reſtitutio, quàm exhauſtarum à V. S. Nam quia debilitantur, in morbis plerumque deſtituuntur criſi, & ſi à morbo non reſurgant, ſunt valetudinarii, qui verò morbo decumbunt absque V. S. facilè reſtituuntur & priſtinum attingunt ſtatum. Totus calor in febri eſt ipſe ſpiritus vitalis. Ergò
1. refrigeratio per V. S. eſt mera ſpiritus vitalis exhauſtio. 2. Si
3. refrigerat, cur non in hecticâ commendatur? 3. Alius commodior modus refrigerandi in febribus & ventilandi adeſt. Nempe febricitantes exponi poſſunt ad occurſum frigidorũ. Ergo V.S.
4. non eſt neceſſaria. 4. Si febris eſt calor p. n. etiam requiritur frigefactio p. n. quia contraria contrariis curantur. Sed verum eſt prius. E. & poſterius. Et per conſequens V. S. non eſt
5. neceſſaria. 5. Prius refrigeratio ægrum extinguit evacuando, quàm febrim tollit. Probatur exemplo Cardinalis Toletani, in cujus cadavere nullus ferè ſanguis, febris tamen ad extremum usque duravit halitum.

9. IX. Ab autoritate Hippocratis in exemplo athletarum, quibus copioſa commendatur ſanguinis miſſio, ductum argumentum eludi poteſt, quod non ſit imperata ad deplendam plethoram, ſed ne vaſa rumpantur.

10. X. Vita & robur vitale eſt in ſanguine. Ergò ſine noxâ hic depleri & profundi nequit. Conſilium v. ſ. eſt contra quintum præceptum.

11. XI. Quod motum ſanguinis introrſum pellit, illud in febribus non admittendum. De V. S. verum prius. E. Major probatur quia motus naturæ, ad ſanationem febrium requiſitus, procedit viſceribus ad cutem. Minor probatur à nobilioribus, quia replet vaſa cruore deſtituta. Febres curantur optimè per ſudores.

12. XII. Nullo tempore morbi convenit V. S. nec in principio, nec augmento, quia calor tum nondum viget, nec ſtatu, quia impeditur criſis, natura à laudabili motu avertitur, nec declinatione.

13. XIII. In febribus non convenire V. S. probatur, quia ſi *bonus* eſt ſanguis, debet detineri. *Malus* eſſe nequit, & corruptus, quamdiu vivitur, corruptus ſi eſſet gangræna eſſet in venis. In neutro ſtatu utilis haud eſt.

XIV. Nul-

XIV. Nullius uſus eſt v. ſ. nec in febribus, nec menſtruorum 14.
ſuppreſſione, nec pleuritide. Pleuritici multi reſtituuntur ſine v. ſ. cum v. ſ. plures moriantur, vel ſtatim, vel lentâ tabe, vel ſi evadant, quotannis recidivam experiuntur. Commendatur ab eodem ruſtici cujusdam medicamentum, qui ſtercus jumenti, pro viro in potu: & caballi pro muliere diluebat in cereviſiâ, ac colaturam expreſſam propinabat.

XV. Si materia morboſa ſæpè non latet in venis, ſed vaſis in- 15.
tus adhæret, frivola eſt V.S. propter revulſionem inſtituta. Sed verum prius. Minor probatur, quia V. S. eſt indiſtincta ſanguinis depletio, ſine præcognitione finis, & absque electione agit.

CAPUT XX.

Reſpondetur ad argumenta Helmontii.

NEgatur in febribus non adeſſe plethoram. Poteſt adeſſe 1.
utraque *κτ᾽ δύναμιν καὶ καθ᾽ ἀγγεῖα, ad vires & vaſa.* Cruditates eſſe poſſunt in ventriculo & primis viis, dominante plethorâ in reliquo corpore.

II. Plethora non tam citò binis ſtatim diebus ab ardore fe- 2.
brili abſumi poteſt. Supputatio Helmontiana non ferit ſcopum. *Harveio de gener. animal.* monitore, non omnis ſanguis aptus natus eſt, ut in nutrimentum partium abeat, ſed ſanguis nutrit ſolùm alias partes, eâ parte, quæ nuperrimè è chylo fuit elaborata, quâ tamen & ipſe ſimul nutritur. Quemadmodum habitus carnoſus non uno vel altero die ſtatim à febre evaneſcit, ita nec ſanguis abundantiam ſuam tam citò amittere poteſt. Parcus victus, & jejunium minuunt quidem plethoram, ſed non ſubitò, ut v. ſ. Si jejunium continuari deberet, eâ intentione, ut ſanguis abſumeretur, interim temporis actum eſſet de ſalute ægri.

III. Non omnis cadit appetitus, ſolidorum æqualis ſemper 3.
manet: potu etiam defectus reſarcitur largiori in acutis & febribus. In intermittentibus febribus appetitus ſæpe ſatis vegetus. Nullum inde dubium in progreſſu horum morborum, indicationem evacuandi ſubſiſtere poſſe.

IV. Diſſimile exemplum eſt fonticulorum. Non pari faci- 4.

 litate

litate plethora exſiccatur, quâ ſeroſum excrementum à calore abſumitur in fonticulis.

5. V. Diverſa ratio virium & ſanguinis. Vires vegetæ nunquam in vitio: ſanguis copioſus ſæpe. A ſanguine peccante ſubſtantiâ, quantitate, qualitate, *κινήσει καὶ στάσει, motu & quiete,* viribus ſæpe imminet naufragium.

6. VI. Contrahere labem in vaſis ſanguinem, teſtatur ſanguis venâ ſectâ emiſſus. Exceſſus hic ſi magnus, indicat purgationem. Si æqualis ſuccorum abundantia, v. ſ.

7. VII. Evacuatur & propinquus & remotus copiâ peccans.

8. VIII. Ventilatio in dubium vocari nequit. Non refrigeratur poſitivè, ſed privativè, detrahendo intemperiei calidæ præter naturam. Salvum manet calidum, vitalis lampadis flammula. 2. In hecticâ non omni modo rejicitur. 3. Non ſufficit externa frigoris occurſatio, interior neceſſaria eſt flabellatio. 4. Negatur conſequentia. Dum calori febrili detrahitur, nativo ſuccurritur. 5. Deſperatum exemplum exhauſtis viribus nihil probat. Conſilio omnia moderanda & prudentiâ, & cavendum, ne naturæ vis inferatur.

9. IX. Hippocrates in exemplo athletarum reſpicit ſimul ad plethoram, ejusque noxam.

10. X. Negatur conſequens. Non eſt vita in ſanguine, ceu in centro, nec ceu in radice, ſed vel, *ad mentem Philoſophi,* propriè in eô non eſt, vel *Harvei, & aliorum,* eſt ceu in comparte. Non derogat toti, ſi pars periclitetur.

11. XI. Non ſoli ſudores ſunt ſacra anchora. Natura ſponte ſuâ in *acutis* ardentibus criſes molitur per hæmorrhagiam in *chronicis* quartanariis ſolutionem meditatur per hæmorrhoidas.

12. XII. In continuis febribus conceditur non convenire in *ſtatu, cum inſtat ἔφοδος ad criſin.* At quid impediat in principio, non liquet. Non in omni *principio* debilis nativus calor, excellit autem febrilis. Huic ſubtrahendus fomes. In intermittentibus nullo non tempore convenit.

13. XIII. Malus eſt ſanguinis in febribus ſtatus. *Ἐκπυρωθεὶς ſupercalefactus* deſciſcit à naturali ſuâ perfectione. Non tamen ſtatim omnem exuit ſanguinis veſtem, nec omnem abjicit formam.

ἡ δὲ

ἡ δὲ σῆψις τοῦ αἵματος οὐκ ὁδοὶ καθ᾽ ὅλον, ἀλλὰ κατὰ μέρος, *putredo ſanguinis adeſt non totalis*, ad interitum quæ eſt via, *ſed partialis.*

XIV. Argumentum hocglorioſum eſt, at vanum. Eâdem facilitate rejicitur. Digni ſunt Helmontius & ruſticus Xenocrate medico. 14.

XV. Non urgetur ulla electio. 15.

CAPUT XXI.

Aliorum contra v. ſ. argumenta.

SAnguis in microcoſmo omnia per omnia gubernat, & 1.
hæc & illa, nunquam quieſcens. In eo habitat anima, mens, prudentia, valetudo & ipſa vita. Huic noſtræ res ſecundæ, quamdiu oeconomia corporis vitali hoc nectare jucundè afficitur, & manes, cum injucundè & minus blandè, debentur. נֶפֶשׁ הַבָּשָׂר בַּדָּם הִיא: *anima carnis eſt in ſanguine. Levitico cap. 17. v. 11. adſerente.* Quis ergo detractione huic vitæ ſedi & balſamo vim inferre vellet?

II. In ſanguine habitare mentem, eumque plurimam pru- 2.
dentiæ partem conferre homini, teſtatur *Hipp. lib. de flat.* ἡγέομαι δὲ, *ſcribit*, ἔμπροσθεν μηδὲν εἶναι μᾶλλον τῶν ἐν τῷ σώματι ξυμβαλλομένων ἐς φρόνησιν, ἢν ἢ τὸ αἷμα. τοῦτο δὲ ὅταν ἐν τῷ καθεστηκότι σχήματι μένῃ, καὶ ἡ φρόνησις. ἐξαλλάσσοντος δὲ τοῦ αἵματος καὶ τὸ φρόνημα. *Primum illud ſentio, inter omnia ea, quæ in corpore ſunt, nihil magis ad prudentiam conferre, quàm ſanguinem. Hic ergò cùm in conſtanti habitu permanet, prudentia quoque conſtat: ſanguine verò permutato, ſimul cadit & prudentia. Hoc Marſilius Ficinus de ſanitate tuendâ lib. 1. cap. 2.* brevius complexus eſt: ſanguis ſpiritui inſervit, ſpiritus ſenſibus, ſenſus rationi. Eſt ſanguinis ea vis, & in humano corpore facultas, præſertim ubi ætatis progreſſu, ſpiritu vitali magis perfunditur, ut expeditam mentis agitationem, celeresquè diſcurſus ac ſolertiam pariat, quæ quotidiano uſu & exercitatione, prudentiam multarumque rerum cognitionem comparat. Quis ergò tam amens eſſet, ut id, quod prudentiæ fontem exhaurit, animoque ægritudinem infert, præſtantiſſimum æſtimaret medicamentum?

III. Va-

3\. III. Valetudinem ut ſanguinis ἔκλαμψις conſervat, ita ſubtractio infirmat.

4\. IV. Ejus eductio neque SANIS neque ÆGRIS ſatis tuta. Dejicit vires, præmaturam ſenectutem accelerat, *τὸ αἷμα μάλιστα οἰκεῖον τῇ φύσει, ſanguinem maximè natura amplectitur.*

5\. V. Allegant præterea nullam ÆTATEM hanc facilè ferre. DE PUERILI ET SENILI confirmat *Galenus lib. 9. meth. med. cap. 5. οὔτε γὰρ παῖς, οὐδὲ γέρων φέρουσι τὴν φλεβοτομίαν: εἴτ' αὖ μέγα νόσημα νοσοῦσιν. Et paulo inferius: ἀλλ' οἵτε παῖδες ἰσχυροὶ τὴν ζωτικὴν δύναμιν ὄντες ὅμως οὐδ' αὐτοὶ τὴν φλεβοτομίαν ἀνέχονται. Neque puer neque ſenex ſanguinis ſuſtinet detractionem, etiamſi morbus, quô ipſi laboraverint, ſit magnus. Et certè pueri, quamvis vitali facultate valeant, tamen neque hi ſanguinis miſſionem ſuſtinent.* Rationem ſubjungit, quoniam rarioris habitus ſunt, & ad digerendos ſuccos naturâ propenſi. Et *Rodericus Fonſeca tract. de febr.* in Luſitanorum & Hiſpanorum audaciam invehitur, qui, tanquam infenſi humani generis hoſtes, in teneram etiam ætatem crudeli manu ſævire non dubitant, & eidem liberrime ſanguinem demunt. Imò MEDIA AETAS rebus ſuis conſuleret melius; ſi ab eâ abſtineret.

6\. VI. Sanguis eſt frenum bilis, & omnium ferocientium humorum capiſtrum. Hoc ſubtracto, illi dominatum exercent.

7\. VII. Sanguis, *autore Harveio*, eſt punctum illud ſaliens, quod in ovo primùm vivere conſpicitur, ſanguis eſt ipſum calidum, eſt ipſum primogenium humidum, eſt ſpiritus inſitus & influens. Omnia rerum in eo ſunt momenta. Non adſiſtit ipſi anima, ut gubernator navi nauclerus, ſed ut forma informat eundem. Eſt pars corporis haut imi ſubſellii.

Fons hic vitæ non admittit jocos, non deprædationes. Pars hæc mitiora, medentum noſtri ſeculi, ſibi promittit judicia & ſuffragia, ut tandem eripiatur naufragiis injuſtè de eo ſentientium barbitonſorum & balneatorum.

IIX. Natura omnium rerum certiſſima dux nullum pharmacum ordinavit, ſanguini educendo idoneum. Non defuiſſet huic neceſſitati, ſi utile judicaſſet ſanguinem ſubtrahere.

CAPUT

CAPUT XXII

reſpondet ad ſex prima argumenta.

MAgnam eſſe ſanguinis dignitatem conceditur. Cavendum verò, τὸ μηδὲν ἄγαν ne nimis ſecurè *locus Levitici*, qui eminentiam animationis ſtabilire cenſetur, allegetur. Variat phraſis ſacra in locis parallelis. *Geneſeos 9. verſ. 5.* vocatur דִּמְכֶם נַפְשֹׁתֵיכֶם *veſtrarum ſanguis animarum. Levitici 17. v.* 10. v. 14. repetuntur hæc verba; נֶפֶשׁ כָּל־הַבָּשָׂר בְּדָמוֹ *anima omnis carnis in ſanguine eſt. Deuteronomii 12. v.* 23. prohibetur ſanguinis eſus, כִּי הַדָּם הוּא הַנָּפֶשׁ וְלֹא תֹאכַל הַנֶּפֶשׁ עִם הַבָּשָׂר *ſanguis enim eorum (intelliguntur bruta) pro animâ eſt* : & idcirco *non debes comedere animam cum carnibus.* 1.

Cautio adhibenda in explicatione locorum ſcripturæ.

Nulla harum phraſium oſtendit animam eſſe in ſanguine, eo quo αἱματοφόβοι intendunt modo & ſcopo, nimirum, ut probent ὅτι τὸ αἷμα δύναμις τοῦ ἀνθρώπου καὶ ζωή ἐστι. *Quod ſanguis ſit virtus hominis & vita* : & quod ſine detrimento vitæ ſanguis mitti nequeat.

Interdicto ceremoniali hoc aliud præcipitur; abſtinentia ab eſu ſanguinis vel carnis cum ſanguine; inſinuatur autem aliud. Nempe terrorem incutere voluit Spiritus ſanctus animis ſui populi, ut abſtinerent à cædibus, neque truculentæ ſanguinis profuſioni, eſu ſanguinis aut carnis in ſanguine adſueſcerent, & hâc ſolâ utendum eſſe pro expiatione, cum anima reddenda eſſet pro animâ.

Interdictum ceremoniale aliud intendit.

Verba hæc non poſſunt nec debent intelligi tanquam conſtitutio perpetuæ obligationis de non edendo ſanguine, ſed de homicidio vitando, de quo lex immediatè ſubjecta eſt.

II. Medicam ſanguinis detractionem nihil prudentiæ & aliis mentis functionibus detrahere, res ipſa loquitur. 2.

III. Ad valetudinis firmitatem conducere confirmat eadem. 3.

IV. In SANIS ad præſervationem, in ÆGRIS ad noxiarum partium eductionem facit. 4.

5. V. Quamcunque ÆTATEM eam ferre docet experientia; quantumvis eam formident *αἱματοφόβοι*, quorum aliqui audito nomine ſanguinis mittendi, in deliquium animi incidunt.

6. VI. Cum ſanguine puro etiam extrahitur bilioſus ſuccus in venis ſanguini miſtus.

CAPUT XXIII

reſpondet ad ſeptimam objectionem.

Ἀ*πογενὴς primogenius* ſanguis, ſalientis inſtar puncti primùm micans plures habet dotes, quàm poſtgenius. Ille quis ſit & cujus indolis, an mater cordis? an aliud quid, ipſumve cor? nondum liquet. Poſterior ex chylo generatur ceu ex materiâ, & ex eodem conſervatur, ceu benigno fomite, tutelam ſubminiſtrante τοῦ θερμοῦ ἑςία *caloris arulâ* corde. Hoc pater eſt poſtgeniti ſanguinis, qui illi omnem ſuum acceptum fert vigorem, & ſine vitæ periculo demi poteſt.

Anima non eſt in ſanguine. Non omnia rerum in ſanguine ſunt momenta. Non ineſt ipſi anima, ullo modorum octo, *οἷς μὲν, autore Philoſopho 4. phyſic. capite 3. ἄλλο ἐν ἄλλῳ γίνεται, quibus aliud eſt in alio.* 1. μηδὲ ἔνεςι ὥσπερ τὸ μέρος ἐν τῷ ὅλῳ· καὶ δάκτυλος ἐν χειρὶ, 2. μηδὲ ὡς τὸ ὅλον ἐν τοῖς μέρεσιν, 3. οὐδὲ ὡς εἶδος ἐν γένει, 4. οὐδὲ ὥσπερ τὸ γένος ἐν τῷ εἴδει, 5. οὐδὲ ὥσπερ τὸ εἶδος ἐν τῇ ὕλῃ, 6. μηδὲ ὥσπερ ἐν τῷ πρώτῳ κινητικῷ, 7. μηδὲ ὡς ἐν τέλει, 8. μηδὲ ὡς ἐν ἀγγείῳ. *Non ut pars in totô, aut digitus in manu, nec ut totum in partibus, nec ut ſpecies in genere, nec ut genus in ſpecie, nec ut forma in materiâ, nec ut in primo movente & efficiente, nec ut in fine, nec ceu in vaſe aut locô.*

Modus ineſſendi animæ exponitur. Ἡ ψυχὴ ἐν τῇ τοῦ αἵματος οὐσίᾳ. *anima eſt in ſanguine* ceu inſtrumento, non formaliter per informationem, aut præſentiam, ſed per *ἐντελέχειαν, δυνάμιν, potentiam, virtutem,* & operationem. Non eſt anima in ſanguine *περιχωρισικῶς circumſcriptivè,* ſubjectivè ceu in ſubjecto, ſed operativè ſolùm.

Motus duorum generum ſtatuuntur. Motus in animali duo ſunt: corporis & animi. In illis, ut ambulatione & apprehenſione, animæ opera manifeſta ſanguinis obſcura: in his, ut affectibus animi, gaudio, mœrore, præcipuè autem pudore, ſanguinis opera clariſſima, animæ obſcura.

obſcura. Videtur ſanguis ſolus has operationes edere. Ut anima percipit, ita ſanguis movetur, velut anima corporalis & manifeſta; exprimens veram animam, quæ per ſe eſt cognoſcibilis. Præſtat tamen omnes hos affectus ſanguis non inſitâ virtute, ſed ad imperium animæ in corde ſtabulantis, & virtute cordis moti ſanguinem ad hunc motum impellentis. In verecundiâ, pudore, rubore non movetur ſanguis ad genas motu proprio. Non tamen raptum ad genas appetitus ſenſitivus quolibet poteſt in effectum dare tempore, ſed tum demum, cum ſingularis occurrit perturbatio.

Quamvis *Ariſtoteles 3. hiſt. animal. cap. 19.* ſtatuere videatur, ſanguinem, quamdiu vita ſervatur, animari & fervere, ſciendum tamen, ejus mentem hanc non eſſe. Τὸ *animatum eſſe*, imprudenter à *Gazâ* additum fuit. Textus ita habet. Καὶ ἔςι ἢ τῶν ὑγρῶν μόνον καθ᾽ ἅπαν τὸ σῶμα τοῖς ζώοις, καὶ ἀιεὶ, ἕως ἂν ζῆ, τὸ αἷμα μόνον. *Solus ex humoribus perpetuatur in toto corpore animantium ſanguis, quamdiu* vitam vivunt. Nulla hîc mentio animæ. Decepit *Theodorum*, in præcedente textu, (*addit Scaliger in comm. t. 212.*) 6. Φύζει τὸ αἷμα ἐν ταῖς φλεψὶν, *fluctuat ſanguis in venis*, ut à motu *adderet* animam. Sed non quodcunque movetur, à ſe movetur: ut calamus quo ſcribimus. Non movetur ſanguis propriâ ad movendum potentiâ, ſed partim cordis, partim muſculorum in carnoſis extimisque partibus contractione, & propulſione, partim venæ cavæ carneis propè cor adauctæ fibris & aliarum venarum pulſatione & contractione.

Explicatio loci Ariſtotelici.

Non patrocinatur huic ſententiæ, probatio à priori deſumta, quod ſanguis ſit inſtrumentum animæ. Non neceſſarium eſt, inſtrumenta eſſe naturæ ejus, cujus id, quod inſtrumento utitur. Calor inſtrumentum eſt multarum operationum. Quis animatum eſſe dicere auderet?

Conceditur, ſanguinem eſſe inſtrumentum animæ, non tamen animatus eſt.

Non ſolùm inanimis eſt ſanguis, ſed nec pars propriè dicta, quia partium eſt alimentum, iisque non continuus eſt, ſed contiguus tantùm, præterea deficit & augetur. Incongruum eſt, ſanguinem dicere partem corporis, & non partem. συμπληρωτικὸν δὲ μόριον τοῦ ὅλου, *pars eſt totum complens*, ſed non propriè dicta, animæ ſedes amica.

Non eſt pars propriè dicta.

Cedit in alimentum.

Dum cedit in aliarum partium alimentum, dignitatem partis amittit. Ordo naturæ eſt ſuaviter gubernantis, ut ſanguis nutriat, ne aliæ partes pereant, aut aliæ ex aliis nutriantur, fiatque quod in republicâ malè ordinatâ, in quâ potentiores trahunt à debilioribus.

Ex Ariſtotele confirmatur,

τὸ αἷμα, autore Philoſopho 2. de part. animal. cap. 3. ἡ τελευταία τροφὴ τοῖς ζώοις τοῖς ἐναίμοις ἐστί. οὐδ' αἴσθησιν ποιεῖ. οὐ γὰρ συνεχές ἐστι τὸ αἷμα τῇ σαρκὶ, οὐδὲ συμπεφυκός. ἀλλ' οἷον ἐν ἀγγείῳ τυγχάνει κείμενον ἔν τε τῇ καρδίᾳ καὶ τοῖς φλεψίν. Sanguis ultimum alimentum animalibus eſt ſanguineis: neque ſenſum habet, neque enim ſanguis continuus eſt carni, neque cognatus, ſed in corde ac venis quaſi vaſis continetur.

Sanguis non eſt continuus.

Exinde quod non ut cæteræ partes conjunctus ſit & continuatus, & ex aliâ causâ, quâ abundat & deficit, pars dici, non mereri cenſetur.

Argumentum,

Quid prohibet, *ajunt nonnulli*, idem eſſe partem corporis, & ejus nutrimentum?

diluitur.

℞. Prohibet contradictio, quam involvit τὸ nutrire. Nutrimentum eſt δυνάμει id quod exinde refici & reſtaurari debet. Sic ſanguis eſt potentiâ caro, vena, nervus. Sic ſanguis δυνάμει eſt pars quælibet. Erit ergo ſanguis pars corporis actu, & non eſt pars corporis actu, quia eſt ſaltem δυνάμει pars, quod eſt contradictorium. Actu eſſe, & non eſſe actu, ἀντιλέγοντα ſunt. Non convenit, unam corporis partem eſſe alterius nutrimentum, & alteram redire & tranſire in alterius ſubſtantiam.

Poſito, ſed non conceſſo ex abundanti, ſanguinem eſſe animatum, non ſequitur tamen, eundem non poſſe auferri.

Quantumvis concedatur, ſanguinem eſſe partem, vel compartem, vel etiam animatam, tanti tamen roboris haud eſt objectio, ut veritatem de ponte dejiciat. Sit anima in ſanguine, conſequentia: ergo hic non detrahendus, laborat morbo qui appellatur: NON VALET CONSEQUENTIA. Sanguis eſt ſubjectum partiale. Id ſequitur ſolùm: quoddam, quod informavit anima, per venam ſectam, fuit ablatum: ſeu pars ſanguinis, quam anima actuavit, fuit detracta. Solidæ partes gangrænâ infeſtatæ amputantur, ſalvâ vitæ incolumitate. Sanguis vertitur

in

in alimentum, & tamen inde animæ nihil decedit, neque vitæ, ſed hæc potius inde conſervatur.

Minimè ergo ſequitur, venam non eſſe aperiendam valetudinis causâ, cum ſaltem abundans, nec ſolus bonus & laudabilis, verùm etiam vitioſus emittatur. *Oſtenditur vitium, τῆς πολυαιμίας.*

Non ſemper deſtinata ſua ſanguis obit munia: ὅταν τηκομένη σάρξ, *inquit Plato in Timæo*, ἀνάπαλιν εἰς τὰς φλέβας τὴν τηκεδόνα ἐξίῃ, τότε μετὰ πνεύματος αἷμα πολύ τε καὶ παντοδαπὸν ἐν ταῖς φλεψὶ χρώμασι καὶ πυκνότησι ποικιλλόμενον, ἔτι δὲ ὀξείαις καὶ ἁλμυραῖς δυνάμεσι, χολὰς καὶ ἰχῶρας καὶ φλέγματα ἴσχει παντοῖα. *Quoties contabeſcit caro, tabemque viciſſim derivat in venas, tunc verò ſanguis unà cum ſpiritu copioſus & multiplex in coloris & amaritudinis diverſas formas variegatus, acidis ſalſisq; infectus ſaporibus, bilem, cruorem, pituitamque gignit quamplurimam.* *Peccat ſanguis.*

Sæpe eget emendatione, in quanto, quali, & motu. Evacuatio & ventilatio hæc tenorem rerum benè gerendarum potius conſervat, quàm turbat, nec animam exhaurit. *Sæpe eget emendatione.*

CAPUT XXIV

reſpondet ad octavam objectionem.

NOn conſultum judicaſſe naturam tale medicamentum, quod ſanguinē per alvum, vomitum, ſudorem, urinam, purgat, ordinare, conceditur. Nimirum ſanguinem tanquam amicum humorem ſtudioſè cuſtodit. Nullum pharmacum, *ſcribit Meſue*, facultatem habet per ſe hæmagogam, ut ſanguinem vacuet, quem natura usque ad poſtremum retinet, neque trahi permittit niſi coacta vi, medicamenti immoderatione. *Non placuit naturæ medicamentum condere hæmagogum.*

Natura ſemper intendit illud quod melius eſt, niſi impediatur. Commodiores depurandi ſanguinem vias eligit, per ſudorem, urinam. Lien craſſiores allicit partes, veſica fellis calidiores, ſicciores, bilioſiores. Ars ſuperat hoc in paſſu naturam aliquot paraſangis, & præſtat, quod illa adſequi non ſemper potis eſt. Salutares tamen ſæpe molitur excretiones ſanguinis ſuperflui, in ardentibus febribus, poſt debitam coctionem, ju- *Commoda adſunt ſanguinem depurandi via.*

ſto die, per nares: in chronicis etiam nonnunquam ex hæmorrhoidibus, naribus. Hæ evacuationes utique inſtituuntur à naturâ pro purgatione & emendatione ſanguinis. Quod verò natura non deſtinarit medicamentum αἱμαγώγον, dignitati aut neceſſitati venæ ſectionis nihil derogat.

CAPUT XXV.

Contra largiorem ſanguinis miſſionem alia argumenta adducuntur.

De largis v. ſ. ſiniſtrè ſentiunt multi: NOnnulli venæ ſectionem, ceu utilem chirurgicam materiam, in πληθώρᾳ, ubi æqualiter humores abundant, quidem admittunt, verùm LARGIS & iteratis venæ ſectionibus, ceu publicis & licentioſis vitæ humanæ deprædationibus, maledicunt, cum ſæpe ἀτροφίας, hecticam, hydropem, omnium partium imbecillitatem, alioſque graviſſimos morbos ſibi ipſis ſuiſque clientibus afferant; & quod dolendum eſt, plurimos in ipſo ætatis flore, & dubiâ adhuc ſalute præſentiſſimæ morti ante tempus objiciant.

Ariſtoteles 3. hiſt. animal. cap. 19. ſi multum ſanguinis effluat, *inquit*, anima deficit: ſi nimium, vita interit. Larga ergo venæ ſectio, ſive moderata fiet ſive nimia, nunquam tuta.

Galenus. *Galenus* refert *12. method. med. cap. 1.* medicum quinquagenarium, cum per noctes aliquot graviſſimo capitis dolore laboraſſet, neque amicorum adventum expectaſſet, ſibi ipſi venam aperuiſſe, quo facto quidem dolor conquievit, ipſe autem mutato colore, atrophiam maximam effugere haut potuit.

Aben-Rhoes *Aben-Rhoes 7. colliget. cap. 8.* largam ſanguinis eductionem in ardentibus febribus, *ait*, non eſſe artificialem ſeu arti congruam, ſed erroneam, adductis aliquot rationibus. Hæ contra liberales in aliis morbis ſanguinis detractiones uſurpari queunt.

1. 1. Ipſam rerum naturam in teſtimonium vocat, quam ars imitari debet. Jam verò illa in criſibus laudabilibus nunquam, ad tantam vacuationem, ad ſyncopen perducentem, accedit, imò hæc provenit à criſibus malis, in quibus virtus expulſiva, plùs quam conveniens eſt, expellit.

2. In-

2. Intentio evacuationis, in quantum eſt evacuatio, removere ſuperfluum ſanguinem quantitate peccantem, & conſervare naturalem quantitatem. Cum ergo, ad ſyncopen evacuatio fieri non poſſit, niſi cum detrimento ſanguinis naturalis, neque corpus refrigerari queat, niſi vi illatâ calori naturali, melius eſt, ut de calore extraneo aliquid maneat, quam calor naturalis diminuatur. 2.

3. Si tantum ſubtrahis de calore naturali, corrumpetur humor, quia ob virtutem diminutam, quæ non erit ſufficiens digeſtioni, coctio & correctio humoris peccantis, qui remanet, fieri non poteſt. Conſidera ergo, quæ in hoc loco eminent pericula. *Hæc Averrhoes.* 3.

Helmontius tract. de febribus cap. 4. t. 16. de iteratis & largis ſectionibus ſiniſtrè ſentit. Anno, *inquit*, 1641. Novemb. 5. diſſectum fuit corpus principis Ferdinandi, Hiſpaniarum regis fratris, Cardinalis Toletani, qui 89. diebus febri continua agitatus obiit, ætatis 32. annorum. Etenim ſublatis corde, epate, pulmone, adeoque diſſectis venis & arteriis, vix cochlear cruoris in cavum thoracis confluxit. Planè nimirum oſtendit epar exangue, cor verò inſtar crumenæ flaccidum. Biduum ante mortem plus ediſſet, ſi ipſi conceſſum fuiſſet. Fuit nempe per venæ lectiones, purgationes, hirudines, ita exhauſtus, non deſinebat tamen tertiana typum ſervare. Quid ergo tanta ſanguinis evacuatio profuit, quidve refrigeratio iſta, palam fecit, niſi quod vana eſſent ejusmodi evacuantia. *Helmontius* 1.

Qui ſanguinem demere ægrotis non deſinunt, ingraveſcente morbo in febribus putridis, ardentibus, *inquit*, ſimiles ſunt iis, qui fervente in aliquo vaſe liquore, ne propter tumorem ampullarum erumpat, extra detrahunt aliquid liquoris: Iterumque elato ob fervorem liquore aliam partem demunt, deinde aliam. Sic enim agendo, abſumitur, non tamen ignis extinguitur, nec fervori detrahitur. Sanguinem enim incaleſcentem, vaſa diſtendentem, & plenitudinem in iis facientem, tollit quidem venæſectio moderata, & perſpirationem facilitat: at ſi perſeveremus demendo, dum iterum incaleſcat, aut vires ſuccumbant, ſubſtantiâ calidi innati abſumptâ, aut cum 2.

de

deſederit fervor, adeò paucus remanebit ſanguis, ut reſarciri impoſterum nequeat.

Satius ergo videtur demta multitudine ſi opus ſit, fervorem compeſcere potionibus alterantibus & refrigerantibus.

Experientia noxam confirmat. 1. *Experientia* de multis docet, quod copioſè detracto ſanguine exhauſtis ſpiritibus, à morbo quidem liberentur, ſed graviores morbi ſuccedant, ipſique inſtar mortuorum decolores, tabidi inter vivos obambulent.

2. Vir magni nominis Pariſiis facie erat decolore & extenuatâ, ut quaſi è ſepulchro protractus, tanquam cadaver inter vivos ambulare videretur. Amici cauſam rogati reſponſum dedere, eum, cum febre aliquando laboraret, vicies repetita ſanguinis miſſione ita exhauſtum, ut omnem coloris faciei gratiam amiſerit.

3. Alii febre tertianâ decumbenti, medicorum conſilio vicies ſepties vena fuit aperta, quâ ſanguinis profuſione cum mortem acceleraſſent, aperto cadavere, ne guttam quidem ſanguinis inventam fuiſſe, publica tulit fama.

4. Immodicam profuſionem eſſe periculoſam teſtantur illi, qui ſic animam exhalarunt: qui verò in vitâ ſervati, naturalibus functionibus labefactatis in hydropem inciderunt. Sanguis omnium alimentum, omnium calor, omnium color.

CAPUT XXVI.

Diluuntur argumenta.

R. Ad argumenta, generaliter. DIſtinguitur inter ſanguinis emiſſionem moderatam, & immoderatam. Singulæ neceſſariæ. Neceſſaria nonnunquam eſt ad λειποψυχίαν. Non ſemper deliquia ſequuntur ab emiſſo ſanguine puro, verùm etiam impuro. Aquam in hydrope, & pus in empyemate confertim educta, ſequitur animi defectus. In bona criſi nonnunquam animi ſuboritur deliquium, & tamen illa propterea non amittit ſuam dignitatem. Pacatè ergo ſentiendum, & circumſpectè.

Ariſto-

Ariſtotelicus textus à *Gazâ* malè Latinitati redditus eſt. Verba ita habent: *στερισκομένου τοῦ αἵματος καὶ ἀφαιρουμένου ἔξω, πλείονος μὲν, οὐ θνήσκουσι. πολλοῦ δ' ἄγαν, ἀποθνήσκουσι. Si pluſculum exeat ſanguinis, quo animalia eo privantur, non intereunt: Si multum nimis, obeunt.* *Gaza* de ſuo addit: ANIMA DEFICIT. Omittit autem: τὸ NON MORIUNTUR. Verſio hæc menti Ariſtotelis minus congrua multis errandi præbuit occaſionem, ut animam in ſanguine eſſe ſtatuerint, à quâ tamen ſententiâ adeô fuit alienus, ut ne quidem in numero partium tolerare voluerit. Nonnunquam *μηδὲ πλείονος μηδὲ πλείστου αἵματος ἀφαιρουμένου ἔξω, neque multo neque nimio ſanguine detracto* anima deficit. Exempla largarum ſanguinis miſſionum, tùm naturæ motu ſpontaneo in criticâ, tùm in arte factis venæ apertionibus ſalvâ vitâ, ſunt obvia *capite 11. pregreſſo.* *In ſpecie reſpondetur ad Ariſtotelis locum,*

Veterum *Galeni & Abenrhois*, ut etiam recentiorum *Helmontii* aliorumque ſuffragia exceſſum notant ſolùm, non legitimum uſum. *& aliorum autoritates.*

CAPUT XXVII

novis arietibus crebra v. ſ. impetitur

IMpingit in præceptum politicum, quod prohibet ſecundâ valetudine adverſæ præſidia conſumere. Crebra, ſæpe ſine neceſſitate iterata vires exſolvit, corpus ſiccat, & maturam ſenectutem accelerat. Arbor, quæ ſæpe inſitionem patitur, *διὰ τὴν ἕλκωσιν per vulnerationem*, minus ferax. Ita & corpus ſcalpello ſæpe apertum, exhauſto nutritio ſucco languet, & φιλοφλεβοτόμοι incogitantes filum vitæ, cujus amœna fruitio, præcidunt. 1.

Prætereà, non ſolùm crebritati & magnæ fiduciæ, verùm & dignitati v. ſ. detrahit, quod olim infamiæ nota & macula ipſi fuerit adſperſa. Scribit *Hali Medicus Arabs*, primum phlebotomiæ inventorem oculis velatis mortis ſupplicio affectum. Et *Gellius* inter ignominias militares, quibus ſeverâ animadverſione coërcebantur milites, fuiſſe ſanguinis miſſionem, memoriæ prodidit. 2.

Rx. Hæc argumenta tanti non facienda. Primum impugnat crebriorem ſine neceſſitate inſtitutam venæ ſectionem Alterum nihil derogat dignitati. Dubium eſt, an in ſolatium & medicinam, an pœnam injuncta fuerit.

LIBRI IV
SECTIO III
Materia fontis Chirurgici
ſenſibiliter ſeorſim ſanguinem evacuans ex arteriâ.

CAPUT I.

Quodnam indicans & permittens.

EAdem indicantium & permittentium, contraindicantium & prohibentium ferè ratio, quæ in v. ſ.

An aperienda. Negabat Eraſiſtratus. Affirmat Galenus.

Ad arteriotomiam, vigente Eraſiſtratæorum, qui nihil præter ſpiritum in arteriis contineri putabant, ſecta, nemo accedere audebat.

Exercitati ingenii vir Galenus, poſtquam erroneam Eraſiſtratæorum ex hominum animis exterminatam optabat opinionem.

1. Oculari non ſolùm ſpiritum, ſed & ſanguinem in arteriis naturaliter contineri, neque tantùm in mactatis animalibus, ſpiritu evaneſcente, ſanguinem violento motu illas intrare, evicit experimento.

2. Omnes ſuas cogitationes eò direxit, ut eas aperiendi uſum introduceret. Hic labor ingens prima occupabat limina.

Exempla piarum fraudum. 1.

Infiltrata erat animis ſequior opinio. Ideo non humanis, ſed divinis conſiliis rem aggrediendam decernebat.

Multum autoritatis & nominis Minois Cretenſis & Licurgi Lacedæmonii acceſſit ſancitis, quod fama eſſet, *referente Dionyſio Halicarnaſſeo* ἀρχαιολογίας ῥωμαικῆς *lib. 2. p. 122.* illum Minoem, dictante Jove, hunc autem ex Appollinis

linis præſcripto Delphos profectum accepiſſe *τὴν νομοθεσίαν leges condendi peritiam.*

Hos imitatum *refert* Numam Pompilium, qui ut imperitæ multitudini Deorum metum injiceret, ſeque deſcendere ad animos plebis ſine aliquo miraculi commento non poſſe videret, ſimulavit, ſibi cum Deâ Egeriâ nocturnos congreſſus eſſe, quæ ipſum *βασιλικὴν σοφίαν* regiam ejusque monitu, ſe quæ acceptiſſima ſapientiam doceret, Diis eſſent ſacra, inſtituere. Scopum habuit laudatiſſimùm, non ut rudem deciperet plebem, ſed ut induceret ad ea, quæ neceſſitas poſtulabat, facienda. 2.

Ita etiam *Galenus*, ut autoritatem quandam arteriotomiæ conciliaret, Deorum reſponſa ſimulavit, eorum religione, non alia viâ ad eam ægros cogendos, imbecillitatibus incredulorum medelam adhibiturus judicabat.

Προτραπεὶς, inquit lib. de curandi ratione per venam ſectam, capite 23. ὑπὸ τινῶν ὀνειράτων δυοῖν ἐναργῶς μοι γινομένων, ἧκον ἐπὶ τὴν ἐν τῷ μεταξὺ λιχανοῦ τε καὶ μεγάλου δακτύλου τῆς δεξιᾶς χειρὸς ἀρτηρίαν, ἐπέτρεψά τε ῥεῖν, ἄχρις ἂν αὐτομάτως παύσηται τὸ αἷμα. κελεύσαντος, οὕτω τοῦ ὀνείρατος. ἐρρύη μὲν οὖν οὐδ᾽ ὅλη λίτρα. παραχρῆμα δ᾽ ἐπαύσατο χρόνιον ἄλγημα καὶ ἐκεῖνο μάλιστα τὸ μέρος ἐρεῖδον, ἔνθα συμβάλλει τῷ διαφράγματι τὸ ἧπαρ. ἐμοὶ μὲν οὖν τούτῳ συνέβη νέῳ τὴν ἡλικίαν ὄντι. θεραπευτὴς δὲ τοῦ Θεοῦ ἐν Περγάμῳ χρονίου πλευρᾶς ἀλγήματος ἀπηλλάγη δι᾽ ἀρτηριοτομίας ἐν ἄκρᾳ τῇ χειρὶ γενομένης, ἐξ ὀνείρατος ἐπὶ τοῦτο ἐλθὼν καὶ αὐτός. *Monitus per quadam inſomnia, quorum duo perſpicua mihi viſa ſunt, acceſſi ad dextra manûs arteriam, inter indicem & pollicem ſitam, ſivique fluere, donec ſpontè ſanguis reſiſteret, nam ita ſomnium præceperat: effluxit autem non tota libra ſubitò. Itaque diuturnus extinctus dolor eſt in illâ maximè parte fixus, quâ jecur ſepto transverſo committitur. Mihi quidem hâc ætate juvenili evenit. At miniſter Dei Pergami, diutino lateris cruciatu laborans, liberatus eſt, arteriâ in ſummâ manu inciſâ, aggreſſus & ipſe illud inſomnii monitu.* *Somnium prætendit.*

 CAPUT

CAPUT II.

Particularium arteriarum ſectio.

Frontalis arteriæ ſectio. FRONTALIS mediam findens frontem, ſuperiùs utplurimùm bifurcata, in medio unico trunco conſpicua, frequenter ſecatur ab Aegyptiis in cephalalgia diuturna.

Occipitalis, OCCIPITALIS ſeu Puppis arteria, priori ad lambdoideam oppoſita, in iisdem aperitur affectibus.

Temporum, 1. TEMPORUM arteriæ tutiſſimè inciduntur in variis capitis ægritudinibus. Implacabilem dolorem in ſiniſtrâ parte capitis, noſtrum conſilium ſuſtulit harum inciſione, decumbente ægro factâ.

2. Dolorem capitis intolerabilem immanem & diuturnum, ſe apertione arteriæ temporalis ſuſtuliſſe, tradit *Riverius centur. 2. obſerv. 56.*

poſt aures. ὄπισθεν τῶν ὤτων *poſt aures* apertionis arteriarum meminēre *Galenus de curandi ratione per ſanguinis miſſionem cap. 22. & Paulus Aegineta lib. 6. cap. 4.*

Uſus notatur à Galeno. Uſum hujus ſanguinis miſſionis *Galenus loco citato* comendat ἐν τοῖς σκοτωματικοῖς καὶ ῥευματικοῖς *in vertiginoſis & qui oculorum fluxionibus laborant.*

Aegineta. *Aegineta* ἐπί τε ῥεύμασιν ὀφθαλμῶν χρονίοις, ἐπί τε τοῖς σκοτωματικοῖς πάθει, *in diuturnis oculorum fluxionibus & vertigine extollit.*

inter pollicem & indicem. INTER POLLICEM ET INDICEM digitum quæ excurrit, laudibus Galeni celebris, prodeſt in dolore hypochondriorum, quà jecur ſepto committitur. In palpitatione cordis ſaluberrimum præſidium vocat *Septalius lib. 6. animad. 171. & 172.* Aegyptios hâc apertione omnes internorum viſcerum dolores ſanare teſtatur *Alpinus de medic. Aegypt. lib. 2. cap. 12.*

Malleolaris MALLEOLI in confinio arteria ſecta prodeſſe creditur in iſchiade.

Cubitalis arteriæ apertio in [illegible] AD CUBITUM datâ operâ ſecare arterias, nemo facilè audebit. Quamvis enim caſu fortuito, dum venam in cubito aperire

aperire tentaret chirurgus, arteria inciſa, *Galeni 5. methodi medendi cap. 7.* conſilio conſolidata fuerit, *idem* tamen *libro de curandi ratione per V. S. cap. 23.* periculoſam talem apertionem judicat duas ob cauſas: ob gangrænam, & aneurisma. καὶ μὲν τι καὶ ἀποθανόντας τινὰς ἴσμεν ἐκ τῆς ὑποκειμένης ἀρτηρίας, τῇ κατ' ἀγκῶνα φλεβὶ τῇ ἔνδον. ἐνίους μὲν ἐν τῷ παραχρῆμα διὰ τὸν περιβληθέντα βρόχον. σφαλησάντων τι τῶν ἰατρῶν, ὡς τὴν αἱμορραγίαν, εἰς γάγγραιναν ἐλθεῖν. Ενίους δ' ὕστερον ἐν τῇ τῶν ἀνευρυσμάτων χειρουργίᾳ διαφθαρέντος. ἀναγκαῖον γὰρ ἐνταῦθα, βρόχῳ διαλαμβάνεσθαι τὸ ἀγγεῖον. τὰς μὲν οὖν ἀξιολόγους κατὰ τὸ μέγεθος ἀρτηρίας διὰ ταῦτα φεύγουσιν οἱ ἰατροί, τὰς δὲ μικρὰς ὡς οὐδὲν μέγα δυναμένας ἀνύσαι. καὶ τοι, καὶ αὗται πολλάκις ἡμῖν ὤφθησαν οὐ μικρὰν ὠφέλειαν ἐπιφέρουσαι μετὰ καὶ τοῦ συνελθεῖν χωρὶς ἀνευρίσματος. *Quin & interiiſſe quosdam novi ab arteria interiori in cubito venæ ſubjectâ, nonnullos quidem protinus ob vinculum circumpoſitum, volentibus medicis ſiſtere ſanguinis eruptionem, in gangrænam incidentes: alios poſtea in aneuriſmate manu curando defunctos, neceſſe enim hic eſt laqueo vaſculum conſtringere. Itaque majuſculas proinde arterias medici refugiunt, parvas autem tanquam haud ita multum profuturas: quanquam & ipſæ quoque nonnunquam haud parvum attuliſſe commodum viſæ ſunt, cum hoc quod & citra aneuriſma cicatrice claudantur.*

CAPUT III.

arteriotomiam impugnantia argumenta.

GALENUS *de curandi ratione per ſanguinis miſſionem cap. 22.* duas allegat rationes, ob quas medici reformidant arteriarum ſectionem: difficilem vulneris clauſionem, & aneurisma. διὰ τὸ δυσεπίσχετον τῆς ἀρτηρίης οὐ τολμῶσιν οἱ ἰατροὶ διαιρεῖν τὰς ἀρτηρίας. ὅπου γε καὶ φλεβοτομοῦντες τινὲς, ὅταν ἀρτηρίαν τρώσωσιν ἐν τῷ παραχρῆμα, δυσχερῶς ἰσῶσι τὴν αἱμορραγίαν, καὶ ὅταν τὰ βέλτιστα πράξωσιν, εἰς οὐλὴν τῆς διαιρέσεως ἰούσης ἀνεύρισμα γίνηται. *Propter difficilem eruptionis ſanguinis compreſſionem, arterias medici incidere metuunt: quippe cum, ſi quis forte ſecandâ venâ aberrando arteriam vulneravit, ægrè ſtatim ſanguinis eruptionem compeſcat: ac ubi res optimè cadat ad cicatricem perductâ diviſione, tamen aneuriſma fiat.*

Pericula arteriotomia juncta ex Galeno.

2. Repetit pericula arteriotomiæ *lib. 5.* θεραπευτικῆς μεθόδου *cap. 7.* argumentisque aliorum confirmat deductis ab experientia & ratione. ἐπ' ἀρτηρίης μὲν τοι τρωθήσεις ἐνίοις τῶν ἰατρῶν ἡ σύμφυσις ἀδύνατος εἶναι δοκεῖ. καὶ λέγουσι τοῦτο τινὲς μὲν ἀρκεῖσθαι φάσκοντες μόνῃ τῇ πείρᾳ. τινὲς δὲ καὶ λόγῳ χρώμενοι τοιῷδε. σκληρὸν καὶ χονδρώδη φασὶν εἶναι τὸν ἕτερον τῶν χιτώνων τῆς ἀρτηρίας. οὐδὲν δὲ τῶν τοιούτων συμφῦναι δύνασθαι. μόνων γὰρ τῶν μαλακῶν σωμάτων ἰδίαν ὑπάρχειν τὴν σύμφυσιν, ὡς ἐπί τε τῶν ἐκτὸς ἔνεστι θεάσασθαι, μήτε λίθου πρὸς λίθον ἑνωθέντος ποτὲ μήτε ὀστράκου πρὸς ὄστρακον ἐπί τε τῶν ἐν ἡμῖν, μήτε χόνδρου χόνδρῳ συμφύντος, οὔτ' ὀστοῦ πρὸς ὀστοῦν ἑνωθέντος. οὐδὲ γὰρ τὰ κατάγματα διὰ συμφύσεως, ἀλλὰ διὰ πώρου τὴν κόλλησιν ἴσχειν. *De arteria autem vulnerata jam dictum eſt nonnullis medicorum videri non poſſe fieri, ut coëat. Atque id aſſerunt aliqui quidem ſolâ experientiâ ſe contentos profeſſi: alii verò etiam ratione uſi ejuſmodi. Siquidem duram eſſe ac cartilagineam ajunt alteram arteriæ tunicam, talium verò nihil poſſe in unum coire, cùm ſit mollium tantùm corporum in unum coëundi habilitas: ut cùm in externis videre licet, nullo nec lapide cum lapide, nec teſta cum teſta, unquam coëunte: tum verò in nobis ipſis, quando nec cartilago cum cartilagine, nec os cum oſſe coaleſcat. Non enim fracta oſſa per unitionem cohærent: ſed per callum eum, quem* πῶρον *Græci vocant, ceu glutino junguntur.*

3. *Idem* limitat utilitatem arteriotomiæ, quod locum habeat ſolum in affectibus capitis externis, non internis. ὅτι δὲ, *inquit 3. de locis affectis cap. 8.* οὐ πάντες ὑπὸ τοῦ βοηθήματος τοῦδε θεραπεύονται, δηλόν ἐστιν. ἕτεραι γὰρ ἀρτηρίαι τούτων πολὺ μείζους ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον ἀνέρχονται. κατὰ τὴν βάσιν αὐτοῦ διὰ τοῦ καλουμένου δικτυοειδοῦς πλέγματος, ὑφ' ὧν γίνεσθαι τὸ πάθος εὔλογόν ἐστιν, ἀτμώδους καὶ θερμοῦ πνεύματος δι' αὐτῶν ἀναφερομένου καὶ πληροῦντος τὸν ἐγκέφαλον. ἐγχωρεῖ δὲ καὶ κατ' αὐτὸν τὸν ἐγκέφαλον ἀνώμαλόν τινα δυσκρασίαν γενέσθαι τοιούτου πνεύματος γεννητικήν. *Conſtat non omnes hujus auxilii beneficio fuiſſe curatos: etenim aliæ arteriæ iis majores ad cerebrum ex ipſius baſi per retiformem plexum adſcendunt, per quas hujuſmodi affectionem fieri, rationi conſentaneum eſt, elato per ipſas vaporoſo calidoque ſpiritu, atque implente cerebrum: atque fieri etiam poteſt, ut inæqualis cerebri intemperies hujuſmodi ſpiritum producat.*

Corne-

Cornelius Celſus libro 2. cap. 10. itidem arteriam inciſam neque coire, neque ſaneſcere ſuâ autoritate confirmat. *Celſus diſſuadet arteriotomiam.*

Horatius Angenius lib. 9. de ſanguinis miſſione ſuo pericula hæc ſtabilit ſuffragio. *Horatii Angenii argumentum.*

CAPUT IV

reſpondet ad allata argumenta.

QUam fragile ſit horum argumentorum robur, *Galenus* oſtendit ipſe *libro de ſanguinis miſſione citato cap. 23.* Diſtinguit inter arterias majuſculas, & has medicos vitare, ob dicta pericula, quæ in minuſculis non metuenda: ad has tamen rarò confugere, ceu parùm profuturas. Ipſe autem de PARVIS etiam magnificè ſentit. καί τι μὲν καὶ αὗται πολλάκις ἡμῖν ὤφθησαν οὐ μικρὰν ὠφέλειαν ἐπιφέρουσαι μετὰ τοῦ καὶ συνουλοῦσθαι χωρὶς ἀνευρίσματος. *Et ipſæ quoque haud parvum attuliſſe commodum viſæ ſunt, cum hoc, quod & citra aneuriſma cicatrice claudantur.* *1. Galenus diſtinguit.*

DE MAJORI etiam ſubjungit, καὶ αὐτὴ χωρὶς ἀνευρίσματος συνουλοῦται πᾶσι. καὶ πολλάκις τοῦτο αὐτὸ τὸν ἐκ τῆς αἱμορραγίας κίνδυνον ἰάσατο. φαίνεται γὰρ σαφῶς ὅθ' ὅλη δι' ὅλης ἑαυτῆς ἐγκαρσίως διακοπῇ, τῶν μερῶν ἑκατέρων ἀνασπωμένων ἑκατέρωθε, τὸ μὲν ἄνω τοῦ μορίου, τὸ δὲ, κάτω. τοῦτο μὲν γε καὶ ταῖς φλεψὶν ὑπάρχει. ταῖς δ' ἀρτηρίαις, ἀεὶ μᾶλλον τῶν φλεβῶν. *Et ipſa quoque citra aneuriſma cicatrice occludi poteſt, tota nimirùm diſſecta: idque ipſum ſæpenumerò imminens ex ſanguinis profluvio diſcrimen ſuſtulit: clarè enim apparet, cùm tota transverſim per ſe totam diſcinditur, revulſis utrinque partibus ambabus, unam ſurſum, alteram deorſum concedere. Atque id quidem & venis verum moderatè uſu venit, ſed arteriis ſemper plus, quàm venis.*

Ad EXPERIENTIAM etiam & rationem medicorum dubitantium, in eandem ſententiam, reſpondet 5. θεραπευτικῆς μεθόδου *cap. 7. citato,* ſuam EXPERIENTIAM opponens, & ocularam inſpectionem. Ἐθεασάμεθα γὰρ ἐπὶ μὲν γυναικῶν καὶ παιδίων, ἀρτηρίας κολληθείσας, τε καὶ σαρκωθείσας ἐν μετώπῳ καὶ σφυρῷ καὶ καρπῷ. Νεανίσκῳ δ' ἀγρείκῳ ποτὲ καὶ τοιοῦτόν τι συνέπεσε φλέ- *2. Reſpondet argumentis dubitantium medicorum. 1. Experi-*

entiam experientia opponens.

φλέβα τμηθῆναι βουληθέντι κατὰ τὴν ἐαρινὴν ὥραν. ἐν ἔθει δέ μάλιστα τοῦτ' ἐστι τοῖς παρ' ἡμῖν ἀνθρώποις. δήσαντος τὸν βραχίονα τοῦ μέλλοντος αὐτὸν φλεβοτομεῖν ἰατροῦ, συνέβη κυρτωθῆναι τὴν ἀρτηρίαν. ὥστε καὶ διεῖλον αὐτὴν ὁ ἰατρὸς ἀντὶ φλεβός. *Vidimus enim in mulieribus & pueris tùm conglutinatas arterias, tùm carne undique circumdatas, idque in fronte, malleolo & articulo brachii ſummaque manus medio. Simile quiddam aliquando & agreſti contigit juveni, dùm ſanguinem ſibi mittendum veris tempore curaret, quod noſtratibus maximè eſt in uſu. Cùm enim medicus, qui venam inciſurus erat, brachium hominis deligaſſet, contigit attolli velut in gibbum arteria, itaque hanc pro venâ diviſit medicus,* ut erat junior & operum artis imperitus, putans ſe venam ſecuiſſe. Hunc ægrum Galenus reſtituit, conſolidatâ arteriâ impoſito emplaſtro καὶ ἐναίμῳ φαρμάκῳ, quod *ſanguinem ſupprimit*, ſuper arteriæ diviſæ labia benè conjuncta, & ſpongiam mollisſimam deſuper imponendo. Atque ita percurata eſt hujus hominis inciſa arteria, sola omnium, quas in cubito inciſas vidi. Nam reliquis omnibus ἀνεύρυσμα, aliis majus, aliis minus *ſupervenit.*

2. allatam rationem diluendo.

Deinde ad rationem allatam etiam reſpondet: ἡ φύσις ἡ τῆς ἀρτηρίας, ὄντως ἐνδείκνυται τὸ δυσσύμφυτον, οὐ τὸ παντάπασιν ἀσύμφυτον τοῦ σκληροῦ τῶν ἐν αὐτῇ χιτώνων. οὐ γὰρ οὕτως ἐστὶ ξηρὸς καὶ σκληρὸς, ὡς ὀστοῦν, ἢ χόνδρος, ἀλλὰ πολὺ μαλακώτερος τούτων καὶ σαρκοδέστερος. οὔκουν εὐλόγως ἄν τις ἀπογινώσκῃ συμφῦναι τὴν διαίρεσιν, ὅταν αὐτή τε γένηται μικρὰ, καὶ τὸ σῶμα τ' ἀνθρώπου μαλακὸν ὑπάρχῃ φύσει: *Arteriæ natura difficultatem quidem durioris tunicæ conglutinandæ prorſus indicat, non tamen ejuſmodi, quæ evinci omninò nequeat: neque enim ita eſt ſicca duraque, ut os vel cartilago, imò longè his mollior, ac magis carnoſa. Quo utique minus de uniendâ ſectione ejus eſt deſperandum, ubi tùm ipſa ſit parva, tùm hominis corpus naturâ molle.*

Celſi tela retunduntur.

Celſi pronunciatum, non coaleſcere arteriam inciſam, verum de arteriis magnis amplam cavitatem habentibus; falſum de minoribus. Facilè hæ & indubiè coeunt. Magnarum impoſſibilis, exilium facilis curatio.

Horatius Augenius refellitur.

Ad *Horatii Augenii* rationes reſpondere facile eſt.

LIBER

LIBRI IV.
SECTIO IV,
De materiis chirurgicis ſenſibiliter evacuantibus ſanguinem ex arteriâ & venâ ſimul.

CAPUT I.
De ſcarificatione cum cucurbitulâ.

TRibus modis ex arteriâ & venâ ſimul ſanguis ſenſibiliter educitur 1. per ſcarificationem cum cucurbitulâ. 2. ſine cucurbitulâ. 3. per hirudines. *Tribus modis ſanguis demitur ex arteriâ & venâ ſimul.*

SCARIFICATIO Græcis NOMINATUR κατασχασμὸς à χάω, σχάζω *ſcarifico, ſcalpro aperio.* ἐγχάραξις, *cutis conciſio* etiam dicitur. *Nomen ſcarificationis.*

SCARIFICATIONIS præſidium ab ipsâ naturâ ad imitationem indicatum & monſtratum hominibus eſſe exiſtimant, qui rubicundas, quæ frequenter in cute apparent, maculas à pravis humoribus, ab internis visceribus ad cutim extremumque corporis ambitum propulſis ortas intuentur.

Ipſa ſcarificatio eſt profunda, vel ſuperficialis, *deinde* κατὰ πληγὴν ἢ κατὰ συρμὸν, *cæſim fit aut tractione.* *Differentia*

CUM CUCURBITULA quæ fit, antiquis fuit nota. *Cum cucurbitulâ quæ fit ſcarificatio.*

NOMEN cucurbitulę medicę ſine dubio inditū à figurâ, quod cucurbitæ, fructûs notiſſimi formam referat. Olim planè fiebant ex cucurbitâ, unde communi σικύων nomine græcis, & vegetabilis nunc ad diſtinctionem cucurbitulæ, medica appellatur.

QUANTITATIS continuæ ratione, magna eſt vel parva: MATERIÆ ratione vitrea, ænea cucurbita & argentea, cornea: FIGURÆ ratione ventricoſa eſt ſupernâ parte clauſa, infernâ aperta: oblonga & incurva. Utrâque parte aperta eſt cornea Ægyptiorum. *Differentiæ.*

USUS ſcarificatarum cucurbitularum eſt EVACUATO- *Uſus.*

RIUS, REVULSORIUS, & tunc remotioribus locis obſervatâ rectitudine, DERIVATORIUS, & tunc proximioribus applicandæ, ATTRACTORIUS uſus ſimpliciter ultimum locum obtinet.

Evacuatorius, generalis

EVACUATORIUS GENERALIS à nonnullis ſtatuitur venæſectionis vicarius, ad depletionem plethoræ totius corporis comparatus.

Vocatur in dubium à Celſo.

Sed vix hic admitti poteſt. AUTORITATI *Celſi lib. 2. de re medicâ* meritò adſurgendum. Uſus cucurbitulæ eſt, *inquit*, ubi non in toto corpore, ſed in parte aliquâ vitium eſt, quam exhauriri ad confirmandam valetudinem ſatius eſt. *Hæc ille.* Et tunc cucurbitula non eſt alteri parti, quàm quæ liberanda eſt, imponenda.

Galeno.

Galenus libro de hirudinibus, revulſ. cucurb. ſcarific. σικύαι, *inquit*, προκενωθέντων χρήσιμοι. πληθωρικῶν γὰρ ὑπαρχόντων οὐ χρηστέμεθα ταύταις. *Cucurbitulæ vacuatis corporibus utiles ſunt. Non utimur illis in plethoricis.* De ſiccis & ſcarificatis vera eſt ſententia.

Ægyptiis.

Ægyptii generalem ſcarificatarum cucurbitularum pro plethorâ & totius corporis plenitudine, rectè & tutò in morborum principiis tollendô, haud admittunt, firmiter tenentes, hanc venâ ſectâ, vel crurum tractoriâ ſectione ſolas edomari, neque harum vicarias illas eſſe poſſe. Itaque non niſi generali vacuatione, per venam ſectam, vel malleorum ſcarificationem, præmiſsâ, has applicant. Idem evincitur

Idem rationibus ſtabilitur.

RATIONIBUS. 1. Minimæ venarum & arteriarum extremitates κατὰ πληγὴν ſcarificatæ, univerſali vacuationi non ſatisfaciunt. 2. tenuiorem ſanguinem evacuant relicto craſſo.

PARTICULARES USUS ab omnibus recipiuntur

Particulares uſus. in capitis doloribus,

IN CAPITIS DOLORIBUS, gravitatibus, inflammationibus, incipientibus & vigentibus à plenitudine ſubortis applicata cucurbitula ſcarificata occipiti prodeſt.

cephalæâ.

IN CEPHALÆA capillis novaculâ detractis *Aretæus de curat. diuturn. lib. 1. cap. 2.* jubet προσβάλλειν σικύην τῇ κορυφῇ, καὶ χαράζειν ἀφειδέως ἔς τε πλῆθος ὁλκῆς, καὶ ἐς τὴν τοῦ βάθεος ἐντομήν, *cucurbitulam vertici applicare, & eam, quæ in vertice eſt fixa, liberius ſcarificare, quò ſanguis uberius attrahatur, & partes profundiores incidantur.*

APOPLEXIA laborantem Hamechum regem cucurbitulâ collo appoſitâ ſanitati reſtituit *Rhaſes lib. 3. aphor.* *in apoplexiâ,*

MEMORIÆ excitandæ ſcopo capiti applicatæ cucurbitulæ *à Galeno 3. de locis affectis cap. 4.* *memoriâ læſa,*

AD SOMNUM inducendum proſunt cucurbitulæ, commendantur modicè in occipitio ſcarificatæ. *vigiliis,*

SUB MENTO locatæ cucurbitulæ proſunt dentibus, faciei, & gutturi, caputque mundant & mandibulas. *ruboribus faciei.*

PLEURITICOS impoſitis ante cucurbitulis altè ſcarificant Armeni, notante *Laurentio Jouberto tractatu de pleuritide*, magno cum ſucceſſu. Pluribus hæc exponit *Severinus de effic. med. lib. 1. part. 2. cap. 4.* *pleuriticis.*

LUMBORUM impoſitæ regioni & ſcarificatæ medentur ῥευματι arthritico & podagrico. *fluxionibus.*

In menſtruorum ſuppreſſione nihil præſentius cucurbitulis, REVULSIONIS gratiâ cruribus affixis, qui plus ſæpè auxilii largâ venæſectione præſtare ſolent. Vidua menſium ſuppreſſione laborans appoſitâ ad domeſticam cruris partem cucurbitulâ, obortis menſibus ſanata eſt. *menſtruo ſanguine reſtagnante.*

In MALIGNIS PETECHIALIBUS *nonnulli*, ad deplendam ſaburram plethoricam, huic evacuationi cum vel ſine ſcarificatione, variis in corporis partibus cucurbitulis applicitis & à centro ad circumferentiam attractioni à naturâ viam monſtrari cenſent. Naturæ motui auxiliatrix ſic ſuccurrit ars, imitari naturam, cum rectè operatur, parata. *in febribus 1.*

Experientia teſtatur chirurgica hæc præſidia uſui fuiſſe in malignis pulicaribus & peſtilentibus febribus, præcipuè in apparitione exanthematum, ſive illa fuerint critica, ſive ſymptomatica. Id pluribus explicat *Proſper Alpinus de medicinâ Ægypt. lib. 2. cap. 16.* *2.*

Ægyptii conſtantes ſunt in ea opinione, cucurbitulas ſcarificatas eſſe auxilia partis ſeu particularia, quæ ſequi debent totius corporis vacuationem. 2. neque etiam convenire variis partibus applicitas poſt univerſalia, inæqualiter enim humores attrahunt, tenuiorem ſanguinem exhauriunt, relictis craſſioribus, quæ obſtructiones in ha- *Diverſum ſentiunt Ægyptii. 1. 2.*

3. bitu corporis gignere poſſunt. 3. educto ſanguine externæ partes refrigerantur.
4. 4. Præcipuè autem eas reformidant in dorſo, cum hæ primò in venas cordi vicinas attrahant noxios ſuccos, inde ſtrangulatus major, neque illi per tam exiles ſciſſuras κατὰ πλήγην factas expurgari queunt.
5. 5. Naturæ motum hîc ars imitari non poteſt, in hâc exanthematum expulſione. Natura pellit exanthemata ſenſim, circà quartam paulatim & pedetentim, modicum humoris crudi coquendo, & illud modicum expellendo, iterum coquendo & expellendo aliquot dierum curriculo, ſuccos enim maleficos habet inæqualiter concoctos. At cucurbitulæ attrahunt & evacuant non ſolùm concoctum, ſed etiam crudum humorem nondum expulſioni aptum, qui cum nequeat per vaſa egredi, reſtitat, & obſtructiones parit.

V. His rationibus poſthabitis, priori ſententiæ meritò ſubſcribendum.
1. 1. commendantur cucurbitulæ, ut præſidia particularia. In multis particularibus locis, quò vergit natura, eò ducitur peccans materia. Sublevata pondere reliquum faciliùs vincit.
2. 2. Nullæ timendæ obſtructiones, adhibentur corpore evacuato per venam ſectam.
3. 3. Refrigeratio extremarum partium facilè emendari poteſt.
4. 4. Non eſt timenda attractio in cordis regionem. In pulmonis inflammatione cucurbitulam tutò applicari poſſe ſtatuit *Galenus 11. meth. medendi cap. 17.* corpore evacuato per venæ ſectionem. ἕλκειν γὰρ ἔξω μᾶλλον ἢ ἀποκρούεσθαι προσήκει. διὰ καὶ αἱ σικύαι προκενωθέντων, χρήσιμοι. πληθωρικῶν δὲ ὑπαρχόντων, οὐ μᾶλλον ἐκ πνεύμονος εἰς θώρακα μεθίστασι τι τῶν περιττωμάτων, ἢ ἐξ ὅλου τοῦ σώματος ἕλκουσιν εἰς ἀμφότερα. *Quippe foràs trahere potiùs, quàm reprimere in eo debemus. Itaquè etiam cucurbitula utiliter iis, qui ſic laborant, ſi priùs ſint vacuati, applicabitur: Si verò abundantia ſuccorum (quam vocant plethoram) in his ſit, non magis ex pulmone in pectus aliquid excrementi transferet, quàm ex toto corpore attrahet in utrumque.*

5. A magnis venis amoliri humorem adhuc crudum tutius eſt, quàm cum damno totius œconomiæ coctionem exſpectare.

CAPUT

CAPUT II.

De materiâ chirurgicâ ſenſibiliter vacuante ſanguinem ex arteriâ & venâ ſimul, ſecundâ ſcilicet ſcarificatione ſine cucurbitulâ.

NOMEN generis retinet, & κατασχασμὸς ſcarificatio dicitur. *Nomen.*

DIFFERENTIÆ duæ ſunt: Una reſpicit ſanguinem, altera ſuccum à ſanguine diverſum. *Species.*

SANGUINEM quæ reſpicit, à veteribus, præcipuè Ægyptiis, magni fuit æſtimata. *Sanguine à ſcarificatio.*

Αἱ δ' ἀμυγμαὶ incisiones fiunt ſcalpellis acutiſsimis κατὰ συρμὸν οὐ κατὰ πληγὴν, *trahendo* ab inferioribus partibus ſurſum verſùs, ne incidendæ ſanguine obfuſcentur partes non percutiendo. Noſtro ſeculo κατὰ πληγὴν interdum infiguntur, in partibus tenerioribus, ut auribus.

DIFFERENTIÆ ſunt multæ. *Differentiæ*

1. PROFUNDITATIS ſeu altitudinis ratione, meminit *Galenus 2. τῶν πρὸς Γλαύκωνα θεραπευτικῶν cap. 7.* ſcarificationum triplicis ordinis: αἱ μὲν εἰσὶ χάσιες πολλαῖς ἐπιπολαίαις ἀμυχαῖς. καὶ πάνυ λεπταῖς αἱ δ' διὰ βάθους μεγάλαι. καὶ τρίτον ἄλλο γένος μεταξὺ τῶν εἰρημένων ἐν μήκει τε καὶ βάθει. αἱ μὲν οὖν ἐπιπολῆς ἀσθενῆ τὴν βοήθειαν εἶχον, αἱ δὲ βαθεῖαι καὶ μακραὶ πλεῖστον μὲν ἐκένουν τοῦ αἵματος εἰς ἐγγὺς ἀφικνεῖσθαι τῆς λειποθυμίας. αὗται δὲ πάλιν ἰδίας ἐδέοντο θεραπείας, ὥσπερ τραύματα. ταῖς διὰ μέσου δ' αὐτῶν ἀμφοτέρων, ἔξω τῶν εἰρημένων ἀτόπων καθεστηκυίαις, ἐχρώμην ἀεί, καὶ διὰ τοῦτο χρῆσθαι μᾶλλον εἰλόμην αὐταῖς πρὸ τῶν ἄλλων. *Quædam ſcarificationes ſunt ſuperficiales, multis lacerationibus adornatæ, & tenues. Quædam profundiores magnæ. Tertiæ medium tenent in longitudine & profunditate. Quæ in ſuperficie, debile auxilium adferebant. Quæ verò longæ ac profundæ, plurimum quidem ſanguinis exhauriebant, adeò, ut ferè animi defectum adferrent, rurſum verò ipſæ propriam curationem exigebant, veluti vulnera.* *1. Ratione profunditatis.*

Quæ autem earum ambarum medium tenebant, ſemper inveni ab inconvenientibus dictis eſſe ſemotas. Atque ita in uſu cenſui eſſe præferendas.

2. *Situs.* II. SITUS ratione, quælibet, tam ſuperficialis, quàm profunda & media eſt vel ÆQUALIS, in quâ *αἱ ἀμυγμαὶ incisiones* eodem ſe habent modo, vel inæquales.

Locus. LOCUS varius eſt, pro tumorum, inflammationum & apoſtematum ſitu, in ſcroto, ventre, præcipuus tamen triplex: malleolus, ſuræ, & dorſum.

Galenus 2. aphor. κατὰ σφυρὰ malleolum, qui notat patem tendinoſiorem excarnem, ſcarificare jubet. *Ægyptii* crura ſeu ſuram, partem carnoſiorem. Non diſſentiunt. Intelligitur illa pars ſuræ infrà protuberantiam carnoſam mediam, malleolo conterminam. Malleolus per excellentiam dicitur locus, quia ſcarificatio ab infrà inchoatur.

Braſiliani, *autore Gulielmo Piſone de medicinâ Braſilienſium lib. 1. cap. 1.* eas inſtituunt non in malleolis, ad veterum normam, ſed in femoribus, ſuris, brachiis, & omnibus muſculoſis poroſis partibus, vulneraque aquâ calidâ irrorant. DORSUM in malignis febribus eligunt Neapolitani.

CAPUT III.

Utilitas generalis, totius depletio.

MAgni antiquitus æſtimatus fuit præſidii hujus uſus, tum prophylacticus, tum therapeuticus, imò etiamnum apud Arabes, Turcas, Italos & Gallos, imò in toto regno Neapolitano maximi fit.

Generalis eſt totius corporis evacuatio. I. TOTIUS EVACUATIONI inſerviunt. Innuit id *Galenus*, cum *libro de hirudinibus, revulſione, cuc. ſcarif. cap. 4.* venæ ſectionis vicariam, ſtatuit totius depletricem. Τὸ μὲν γὰρ φλέβα διελεῖν πολλάκις τοῦ ἔτους οὐκ ἐπιτήδειον ἐνόμισα. ἅμα γὰρ αἵματι πολλῷ συνεκκρίνεται τὸ ζωτικὸν πνεῦμα. τούτου δ᾽ ἀναλισκομένου πυκνότερον ὅ τε ὅλος ὄγκος καταψύχεται, καὶ πάντα τὰ ψυχικὰ ἔργα χεῖρον γίνεται. διὰ τοῦτο ἀπὸ τῶν ἀκροτέρων, οἷον σκελῶν τὴν ἀφαίρεσιν δεῖ ποιεῖσθαι. *Eodem anno venam frequenter incidere, minimè quidem*

quidem rationi conſentaneum arbitramur, quandoquidem cum largâ ſanguinis copiâ ſpiritus quoque vitalis emittitur: quo ſanè abſumto crebrius quidem moles univerſa frigeſcit, tum animales functiones omnes deteriores redduntur. Quamobrem ab ignobilioribus membris, utpote cruribus, ſanguis educendus eſt.

Eundem uſum confirmat *Galenus 2. aphor. 17.* cum ad venæſectionem proximè accedere docet malleolorum ſcarificationem. *κένωσις inquit, δι' ὁμοίμως ἁπάντων τῶν χυμῶν, ἡ μὲν ἀκριβεστάτη διὰ φλεβοτομίας ἐστίν. ἐγγὺς δ' αὐτῆς, ἥ τε ἀποσχαζομένων τῶν σφυρῶν, ὥσπερ ἡμῖν εἴθισται. Æquabilis fit humorum deplexio venæ ſectione. Proxima huic, ſcarificatis quæ fit malleolis, nobis promt in uſu eſt.* Confirmatur à 1. Galeno.

Eadem repetit *Ætius tetrabiblo 1. ſermone 3. cap. 21.* 2. Aetio.

Hanc viam, totius ſanguineæ maſſæ deplendæ causâ, ingreſſus videtur *Amatus Luſitanus, cent. 1. curat. 18 in ſcholio*, in Dominici Mariæ à Bala, mercatoris Bononienſis filiolo, quem ægrotantem duobus diebus reſtituit. 3. Amato Luſitano.

CAPUT IV.

Particulares utilitates in ſanguineis affectibus.

EXponit has *Galenus de hirud. revulſione, cucurb. ſcarif. cap. 4.* dum docet: *ὠφελεῖ δὲ ἡ ἐγχάραξις καὶ ὀφθαλμοὺς χρονίως ῥευματιζομένους, καὶ κεφαλῆς διαθέσεις, καὶ τὰ περὶ θώρακα καὶ μετάφρενα, καὶ συνάγχας καὶ σφηνώσεις. Utilis eſt quoque ſcarificatio, oculorum fluxione tentatis, tum capitis vitiis, pectoris dorſove vicinis partibus, compactaque cuicunque materiæ & angine.* Particulares utilitates in affectibus capitis. 1.

REVULSIONIS à capite gratiâ etiam commendantur ibidem. *τὰ σκέλη καταχάζομεν, κεφαλῆς πεπονθυίας, crura ſcarificamus affecto capite*, deducitur enim ſic materia peccans ab uno loco in alium, à nobili ad ignobiliorem. 2.

Oribaſius lib. de cucurb. ſcarif. &c. cap. 20 capitis dolores moderatos, tonſillarum inflammationes, dolores circa latera recentes tollere ſcribit crurum ſcarificationes. Diuturniora ejusmodi ſymptomata LOCALIBUS adjunctis faciliùs cedunt. 3.

IN

8\. IN CEREBRI affectibus, cephalæâ, vertigine prodeſt hic ſcarificatus. In apoplexia & memoriæ debilitate cutem propè cervicem ſcarificat *Rulandus curat empir. 100.*

Prodeſt OCULIS lippitudine, DENTIBUS dolore infeſtatis, ſcarificatus ſcapularum, gingivarum.

CAPUT V.

utilitates ſcarificationum in auribus inſtitutarum, veteribus ignotarum imò inauditarum.

Veteribus ignota fuere.

A veteribus, neque *Hippocrate*, neque *Polybo*, qui tamen aures dolentes calidâ lavat & fomento fovet, neque *Cœlio Aureliano*, qui in aurium doloribus, hirudines & ſcarificatas cucurbitulas infernæ poſteriorique auris regioni affigit, neque ab *Avicenna, aliisque* antiquorum, nulla harum in auribus ſcarificationum facta mentio. Cauſa latet. Fortè, quod cicatricum veriti ſunt veſtigia.

Recentiorum ſunt inventum.

Ea ſolùm in literas referemus, quæ ab iis ſunt prætermiſſa: imitati veteres, qui publicæ *columnæ inſculpebant, quæ noviter pro humanâ ſanitate vel recuperandâ vel conſervandâ* inveniebantur.

Uſus in ebrioſis.

Scarificatum hunc aurium adſerit *Joh. Thomas Minadous diſputatione quartâ de cucurbitulis, corneis, uſtione, & aurium ſcarificatu, circà finem*, additque, delectari illos, qui multo ſe impleverunt vino, unde in mentis alienationem feruntur: ſimiliter & eos, quorum caput aliquâ de cauſâ gravatum eſt, auribus priùs tepidâ perfrictis, blandè, abſque ullâ aſperitate, eorum extrema ſcarificare, extrinſecus ſcilicet, quà illarum continent orificia, non quidem profundis multum áut fœdis ſcarificationibus, ſed levioribus, ſic tamen, ut inde ſanguinem ad unciam, aut ad majorem etiam menſuram educere poſſint. Quo quidem remedio non tantùm ob eam, quam facit evacuationem, quantum ob partis dolentis conſenſum cum capite dolor capitis remittit, cum aut tenuioris ſanguinis eſt ſoboles, aut à calidâ ex halatione ortum trahit. Hoc remedii hujus emolumentum omnes ait ipſe morum illarum regionum periciſſimus confir-

confirmare ARABES, CRETENSES, GRÆCOS, qui ſe vino hodie etiam excaleſacere conſueverunt.

In DENTIUM DOLORIBUS acutiſſimis aurium ſcarificatus multum affert auxilii; imò venæſectionis locum, ſi iteretur, ſuſtinere poteſt.

Quàm frequenter in hiſce Germaniæ locis ob conciliandam FORMÆ GRATIAM noſtræ ineptulæ aures ſcarificari ſinant, nemini ignotum: neſcio an convenienter: dum enim faciem ſubtracto ſanguine dealbari volunt, fœda ſcarificationum factarum veſtigia cicatricesque non delendas auribus recipiunt. *In faciei rubore.*

CAPUT VI.

Utilitas in thoracis affectibus.

IN PLEURITIDE auſi ſunt veteres locum lateris dolentem, corpore vacuato, ſtricturis per ſcalpellos incidere, cucurbitasque, ſi copia ſuccorum exegerit, inſuper affigere, ut exponit eleganter Severinus *lib. de effic. medic. 1. part. 2. cap. 4.* Recentiores multi imitantur. 1.

IN CORDIS præſervatione à peſte *Oribaſius libro de cucurbit. ſcarificatione,* &c. multum ipſis tribuendum, ſuo docet exemplo. Et ſanè, *inquit*, dum peſtilentia vehemens Aſiam multosque perdidiſſet, meque etiam morbus attigiſſet, ſecundo morbi die, remiſſione febris factâ, crus ſcarificavi, duasque ferè ſanguinis libras detraxi, ſicque periculum vitavi. Plerique igitur etiam alii, hoc præſidio uſi, ſuperſtites evaſêre, aderant enim plenitudinis ſigna: illique præcipuè ſervabantur, qui ſanguinem copioſum exhauriebant. 2.

IN PUTRIDIS febribus prodeſt. Puer Baſſanenſis X annorum, duplici tertianâ correptus, cruribus ambobus ſcarificatis, educto ſanguine convaluit. 3.

IN MALIGNIS FEBRIBUS in regno Neapolitano frequens maximè. Excurrunt per totam dorſi longitudinem, aliquot ſtricturis, ratione profunditatis, longitudinis, & diſtantiæ æqualibus. 4.

CAPUT VII.

Utilitas in mulierum affectibus.

1\. IN his maxima hujus auxilii efficacia commendatur ab *Oribaſio lib. de cucurbitulis ſcarificat.* &c. *cap. 20. 1.* cùm purgatio proſperè non ſuccedit. Nam quod illic ad debitam purgationem deeſt, id hâc viâ evacuatur. 2. Quibusdã mulieribus, ut de more purgationes menſtruæ redirent, hoc auxiliũ maximè contulit: nam continua in inferiores partes ſanguinis eductio inclinationem viamq; ipſi monſtrat. 3. Ego, *addit*, ætate provectas, quibus jam pridem nihil menſtrui ferebatur, ubi aliquâ corporeâ mole conflictabantur, hâc curatione ſublevo. Hæc enim mulierum propria eſt, multumque habet efficaciæ: quippe quæ naturalis evacuationis modum imitatur.

2\. Duæ puellæ virgines in valle Stagna decumbentes, peſtilenti febre correptæ, à ſuppreſſis menſtruis, ſcarificatione carnoſarum ſurarum ſanitatem ſat citò recuperarunt. Septimâ critico motu apparuêre menſes in utrâque.

CAPUT VIII.

Utilitas ſcarificationum in tumoribus ſanguineis.

Confirmatur à Galeno,

INdigitat hanc *Galenus libello de hirudinibus, revulſione,* &c. *cap. 4.* ἐγχαράσσομεν μέρη τοῦ σώματος, ἤτοι φλεγμαίνοντα, ἢ σκιῤῥούμενα, ἢ τεταμένα, ἢ ἐπωδύνως ἔχοντα, ἢ ῥευματισθέντα, ἤδη στάσιν εἰληφότος τοῦ ῥευματισμοῦ. *Corporis partes ſcarificandæ ſunt, quæ phlegmone vel duritie urgentur, quæ vel tenſæ fuerint, vel dolore aliquo affliguntur, quæque fluxionibus vexantur, ubi fluxiones ipſæ deſierint.*

Uſus in inflammationibus, & gangrænis.

Convenit hæc chirurgia in tumoribus inflammatoriis ferè omnibus, antequàm ad ſuppurationem perveniunt: IN SPECIE verò crudis duris, ſcirrheſcentibus, & gangrænam minantibus.

Anguſtis

Anguſtis gangrænarum cancellis potiſſimùm noſtro hoc circumſcribitur ſeculo. Non aliis in caſibus, *inquit Severinus de medicinâ efficaci*, quàm in privatâ cucurbitularum applicatione, & gangrænarum curatione, imperiti & inertes eas admittimus, atque ut doctus quidam vir ait, omnia tuta timentes &c. Et quidem attractionis metu.

Hos refellit *Proſper Alpinus* eventu, qui felix & vacuus ferè eſſe ſolet novæ refuſionis.

Fit interdum κατ' πληγὴν *verberatum*, interdum κατ' συρμὸν *tractum*. *Modus.*

Nobilis vir ſubitaneo conſternatus terrore, conqueritur de dolore, tumore, & rubore ſcroti. Nullis hic emolliri poteſt mediis. Gangrænæ ſuſpicio. Inſtituitur ſcarificatio cutis, κατ' πληγὴν, aliquot dierum ſpacio, per intervalla, interdum ſemel, interdum bis in die. Sanguis effluit floridus, haud expers aduſtionis. Mox gangræna latens fit aperta. Moritur æger. Tuta eſt tamen curandi via, expers novæ attractionis periculi. Subſequitur quidem ſanguis, ſed tamen mox ſiſtitur. *Exemplum. 1.*

Nobilis malignâ laborans febre notatur maculâ lividâ in medio femore interno, cui correſpondebat alia macula in externo. Scarificatione profundâ κατ' συρμὸν inſtitutâ, ſanguis exivit, ſed craſſus. Non neglectis alexipharmacis evaſit. *2.*

CAPUT IX.

Utilitas ſcarificationis in tumoribus aquoſis, ſeroſis, à ſanguinis naturâ alienis.

IN hydrope hanc commendat *Cous libro de internis affectionibus p. 105.* ἢν δὲ τὸ οἴδημα καθεστήκῃ ἐν τῇ ὄσχῃ, καὶ τοῖσι μηροῖσι, καὶ τῇσι κνήμῃσι καταχαράξαι χρὴ ὀξυτάτῳ μαχαιρίῳ πολλὰ πυκνά. Ταῦτα ἢν ποιέῃς, ταχὺ ὑγιέα ποιήσεις. *Quod ſi in ſcroto ac femoribus, ac tibiis tumor laxus exortus fuerit, peracuto ſcalpello multis & crebris vulnuſculis pertundito. Hæc ſi feceris, cito ſanum reddes.*

Crurum oedemate, 1. in febribus. Poſt longas naturæ cum febribus dimicationes pedum tumores oriri ſolent, argumento haud dubio naturam humores, quos reſolvendo ſuperare non poteſt, ad ignobiliſſimas partes, pedes depoſuiſſe. Tutiſſimum igitur erit ſcarificatio pedum auxilium ad imitationem naturæ factum.

2. hydropicis. Nobiliſſimo à Milich, dynaſtæ in Buckerda & Rauſchwiz, IN HYDROPE aſcite vero, punctione ſcroti & gangræna ſubſequente feliciter liberato, cùm pedes perpetuò tumerent, crura ſcarificata ſine gangrænæ periculo aquoſum humorem copioſiſſimum reddiderunt & extenuata ſunt. Hoc auxilium cùm ſuaſu noſtro in femore mulieris hydropicæ eſſet adminiſtratum, oborti quidem graviſſimi dolores ſunt, ipſa autem meliùs habuit, ſeroſique humoris ſarciná liberata eſt.

In gravidis, Juvamenti præſentiſſimi in GRAVIDA octimeſtri aut nonimeſtri exemplum habet *Zacutus Luſit. libro 1. comm. in hiſt. princip. med. obſ. 28.* PSEUDOHYDROPE laborantis, tumentibus cruribus inflatisque ſinus muliebris labris, crurum ſcarificatione ſanatæ.

In oedemate labiorum vulvæ. Nonnullæ mulieres raro affectu laborantes, quibus nimirum vulvæ labia AQUOSO HUMORE portentosè tument, ut commodè incedere non poſſent, ſcarificato loco affecto eductoque humore reſtituuntur.

Horatius Augenius lib. 10. de miſſione ſanguinis c. ult. 25. ubi de variis, quos ſcarificatio ſanat, affectibus, ad antiqua ulcera inprimis ſcarificationem hanc commendat. Ratione non caret conſilium. Vetuſta enim hæc ulcera renovata ſcarificatione & inciſuris hiſce vulnera redduntur ſanabiliora. Recentia enim vulnera facilè coeunt, ubi antiqua inſanabilia fuiſſent.

CAPUT X.

De materiâ chirurgicâ ſenſibiliter evacuante ſanguinem ex arteriâ & venâ ſimul, tertiâ per hirudines. Veteribus ignotus fuit uſus. Hic duplex.

UTILITAS

Digitized by Google

Uſus latuit antiquitus.

UTILITAS evacuationis hujus magni æſtimatur. Ut olim noxâ hirudines erant celebres, & exoſæ: ita nullâ remedii gloriâ erant illuſtres.

latuit in tenebris.

In tenebris latuiſſe antiquitus teſtatur omnis antiquitatis conſcius *Hieronymus Mercurialis comm. in epidemia Hippocratis hiſtoriâ 2.* uſum earundem, in extractione ſanguinis, veteribus aut ignotum aut minimè probatum.

Hippocrati ignoratur.

Hippocrates nullam ejus fecit mentionem.

Antylli lib.

Galeni, ſeu potiùs qui ei adſcribitur *liber, de, quæ hirudinibus fit, revulſione, eſt* potiùs Antylli, qui poſterior fuit Galeno, ut cenſet *Auguſtinus Gadaldinus Mutinenſis*, vel Oribaſii, ut cenſet *Mercurialis loco citato.*

Qui meminerint hujus auxilii.

Primi fortè hujus auxilii meminerunt *Coelius Aurelianus & Plinius: ille* in acutis *lib. 3. cap. 3.* in ſynanches curatione, cùm ſi ab ægro formidetur culpis ferri, ſanguiſugam adponi jubet: *hic* verò *lib. 32. natur. hiſt. cap. 10.* eundem præſtare hirudines uſum ſcribit, quem cucurbitulæ.

Generalis uſus.

GENERALIS uſus eſt attrahere & extrahere ſanguinem. Poſt univerſalia celebrata præſidia ad hirudines interdum confugimus ceu ad ſacram anchoram.

Specialis.

SPECIALIS uſus reſpicit totum vel partem certam.

1. cutim reſpiciens.

CUTANEAS partes ſolùm evacuare credebatur antiquitus. *γινώσκειν δὲ χρὴ, ſcribit Galenus de hirudinibus, revulſione cucurb. cap. 1. ὡς αἱ βδέλλαι οὐ τὸ ἐν τῷ βάθει μόνον, ἀλλ' αὐτὸ τὸ πρόσκείμενον τῇ σαρκὶ εἰσμύζουσι. χρώμεθα δ' αὐταῖς ἀντὶ σικύων. Illud compertum habere oportet, quod hirudines attrahant ſanguinem, qui* CARNI ADJUNCTUS EST, *non qui in* IMO CORPORE CONTINETUR. *Utimur enim iis loco cucurbitularum.*

2. ulterius ſe extendens. teſtimonio Avicennæ,

Alia tamen videtur *Avicennæ* eſſe ſententia, cum *lib. canonis 4. fen 1. doctr. 5. cap. 22.* Extractio ſanguinis à ſanguiſugis facta profundior eſt extractione, quæ fit, *inquit*, cum ventoſis. Inde infertur, quòd non ſolum ſanguinem cutaneum extrahant.

aliorum.

Idem teſtantur *viri graviſſimi.* Quibus ſuſpecta eſt phlebotomia, & qui ſcarificatum minimè tolerant, in iis, *inquit Joubertus in iſagoge meth. therapeut. cap. 3.* hirudines ſunt præſidium

dium convenientiſſimum. Non ſolùm enim ſanguinem cutaneum, ſed & interiorem è diſtantibus partibus: nec ſolùm craſſum movent & limoſum, ſed etiam tenuiorem exſugunt ſanguinem.

RATIONIBUS etiam evincitur, ex imis majoribus vaſis ſanguinem illarum ope evocari.

3. *Totum corpus evacuant.* TOTIUS CORPORIS DEPLETIONI, non ſolius ſanguinis, qui carni adjunctus eſt, evacuationi inſervire veriſimile eſt. Tantus nonnunquam poſt earum applicationem ſanguinis oritur fluxus, ut ægri animo linquant.

Galenus. *Galenus lib. de hirud. revul. ſcarif. cucurb. cap. 1.* refert, magnam poſt earum affixionem ſuboriri hæmorrhagiam, ut emplaſticis & linteolis aceto madefactis fuerit opus.

Gesnerus 1. *Geſnerus 4. de hiſt. animal. cap. de hirudinibus* tres recenſet hiſtorias. Ego, *inquit*, unam cùm aliquando appoſuiſſem manibus, experiundi gratiâ, & mox ſale inſperſo removiſſem, per horam unam pòſt ſanguis effluxit. ALTERI ægroto ex crure tumido & ulceroſo hirudines aliquot applicuit, craſſo, corpulento & multi ſanguinis homini. Fluxit poſt per biduum ſanguis é vulnuſculis, & benè tulit. *Idem* tertium de muliere addit exemplum. Illa ex hoc fluxu in maximam incidit imbecillitatem & periculum.

2. Ex toto corpore hirudines evacuare ſanguinem teſtatur exemplum, quod ex *3. dialogorum medicinalium Mundellæ p. 509.* notat *Geſnerus*. Juvenis, quem poſt amotas & ſuâ ſponte cadentes ab hæmorrhoidibus hirudines, miniſtri in ſolium vaporoſum impoſuerant, medico in conſilium non adhibito, ſuperveniente contumaci ſanguinis fluxu, ferè fuit exanimatus.

Internæ narium regioni applicata ſanguiſuga, ſurſum repebat, arterias & venas aperiens, cùm extrahi non poſſet, ut inde ferè lethalis ſequeretur hæmorrhagia.

Succedaneus uſus venæ ſectionis. SUCCEDANEUS inde eluceſcit uſus, quod ſcarificationis veterum non ſolùm, ſed etiam venæ ſectionis vicaria eſſe poſſit hæc evacuatio: Quibus ſuſpecta eſt phlebotomia, & qui ſcarificatum non admittunt, in iis, *ſcribit Laur. Joubertus in iſagoge meth. therapeuticæ cap. 3.* hirudines ſunt præſidium convenien-

nientisſimum. Non ſolùm enim externum cutaneum, ſed etiam interiorem ex viſceribus hauriunt.

CAPUT XI.

PARTICULARES uſus recenſentur.

VArii illi ſunt pro diverſitate partium, quibus in diverſis partibus applicantur.

IN CAPITIS DOLORIBUS 12. hirudines circulariter temporum regioni admotæ, extracto multo craſſo ſanguine ægros liberatos vidit *Zacutus*. *Prodeſt in capitis doloribus.*

In LETHARGO, MANIA, MELANCHOLIA, aliiſque morbis quidam eas admovent venis retrò aures, item ad venas cutaneas, ſuper oſſe coronali, quæ loco raſo & confricato apparent. Hippocrates cucurbitulas oſſi CORONALI admoveri jubet. Aliqui ſanguiſugas poſt AURES ad exhauriendum ſanguinem collocari docuêre, quæ omnem ferè morborum cauſam levant. *in lethargo.*

AD RUBOREM FACIEI puſtuloſum, poſt aures utrinque, commendantur ſanguiſugæ. *rubore faciei,*

ORIS AFFECTUS tolluntur hâc applicatione, ut: portentoſi linguæ tumores, anginæ. In anginâ efficaciam hirudinum ſine dubio notam habuit *Aben-Rhois, 7 collig. cap. 21.* cùm in omni anginâ hirudinum uſum commendat. Periculoſisſima anginæ ſpecies, CANINA dicta, quòd cum oris apertione & linguæ exſertione canibus familiaris ſit, conjuncta hirudinum ſub linguâ applicatione ſublevatur. *oris affectibus.*

PLEURITICA inflammatio harum ſuctione mitigata, *obſervante Zacuto Luſitano.* *pleuritidi,*

IN JECORIS INDURATIONE, circa initium, Archigenes *apud Aetium* ſi cataplasmatis, *inquit*, & malagmatis idoneis nihil proficias, hirudines admovendæ, plurimùm enim momenti habet ad curationem ſanguis earum beneficio extractus. *jecoris indurationi,*

SPLENETICIS, qui ex liene malè affecto laborant, hirudines utiliter apponi tradunt *Serenus, Garsopontus.* *ſpleneticis.*

CAPUT

CAPUT XII

de apertione hæmorrhoidum.

1. *Magnum hujus apertionis commodum.*

SEdis extremæ ora, quæ appellatur ὁ δακτύλιος, ὥσπερ τοῦ ἀποδεδυσμένου τέλος, ὁδὸς δ' ἐκ τῆς κοιλίας περιττῶν *anus, recti inteſtini extremitas, eorum, quæ in alvo ſuperfluunt, meatus*, in orbem circumpoſitas ſanguiſugas admittit, magno ſpleneticorum, & hypochondriacorum beneficio.

Menſtruum fluxum accelerare confirmat *Aquapendentienſis*, & hiſtoria nobilis mulieris, quæ cùm diu ſterilis ſanguinem menſtruum non vidiſſet, tandem apertis hęmorrhoidibus, iterū flores ſuos vidit & concepit, quatuor liberorum facta mater.

Antiquitati cognitum hoc remedium.

Antiquitati cognitum remedium. *Actuarius* inter Græcos non ultimi ſubſellii *3. meth. cap. 3.* recto inteſtino applicatas ſuo tempore ſanguiſugas ſcribit.

Reſpicit ſanguinem craſſum è venis,

Vetuſtas craſſo ſanguini è venis ſedalibus extrahendo, ad cacochymiæ ſplenicæ & meſentericæ depletionem hirudines deſtinavit.

Tam pertinaciter adhæret *Joh. Bapt. Theodoſius epiſt. medicinali 27.* huic opinioni, ut ſi rubeus appareat ſanguis & ſubtilis, evenire cenſeat id ex inſcitiâ chirurgi, qui ad ora venarum eas non applicuerit, ſed potiùs in ani circuitu ad ejus circulum.

Subtilem ex arteriis.

Aquapendens etiam è venæ cavæ propaginibus exſuctionem fieri, & totius corporis plenitudini in malignis auxiliari docuit.

Recentiorum adſenſus.

Recentiores arterioſo ſanguini deplendo auxiliari tradunt, ſicque variorum morborum tùm à plethorâ, tùm cacochymiâ oriundorum, curationi & præſervationi prodeſſe.

Riolanæa inſtructio.

Riolanus anthropogr. lib. 2. cap. 17. cùm propagines venæ portæ & cavæ adeò ſint vicinæ, oſtendit modum, quo diſtinctim aperiri queant. Si, *inquit*, craſſum ſanguinem deplere cupis ex portâ, applica verſus coccygem & magis verſùs partes internas: ſi cavam, lateribus podicis, versùs peritonæum & ſuperficietenus ſanguiſugas affige.

Ex ingens.

Curioſitas *Theodoſiana* & *Riolanæa* videtur de nimiâ, quæ non ſemper, utilis, participare diligentiâ.

CAPUT

CAPUT XIII.

Utilitas hirudinum aliis in locis applicatarum.

MUlier poſt partum aliquot ſeptimanarum ſpacio, ex menſium ſuppreſſione, primò incidit in FEBRIM, poſt in DELIRIUM. Hirudinibus internæ vulvæ admotis ſanata fuit, teſte *Zacuto lib. 1. obſerv. 5.*

In labiis vel muliebribus.

In SATYRIASI *Aretæus lib. 2. de curat. acut. cap. ult.* καὶ σικύας κατ' ἰσχίου ἢ ἦτρου, *cucurbitulas in coxà aut abdomine applicat.* ἄρισται καὶ βδέλλαι, νέρθεν ἑλκύσαι αἷμα. καὶ ἐπὶ τοῖσι τρώμασι ἐπίπλασμα, αἱ ψίχες σὺν ἀλθαίῃ. *Optime ſunt hirudines ad ſanguinem deorſum attrahendum. Super vulnuſcula applicatur mica panis cum althea.*

In coxâ aut hypogaſtrio.

PODAGRÆ proficuas eſſe cenſuêre *Plinius & Q. Serenus:* *ſunt, inquit, quibus appoſitâ ſiccatur hirudine ſanguis.*

podagricis articulis,

In omni arthritico dolore hirudines applicitas prodeſſe teſtatur *Cælius Aurelianus lib. 5. tard. paſſ. cap. 15.*

artubus aliis.

VENIS SECTIS, ſanguis ſi liberaliter non fluat, hirudinem applicat *Amatus Luſitanus cent. 1. curat. 10.* Feliciter id ceſſiſſe refert in puellâ ſeptem annos natâ obeſulâ, & naturâ ſanguineâ.

Artuum ſectis venis etiam applicantur 1.

Non ſectis venis, ſed adhuc integris applicita ſanguiſuga facit officium. Evacuat ex medianâ. Vulnuſculum etiam ablatâ eâ ſtillat ſanguine per aliquot horas. Tandem ſponte ceſſat evacuatio.

2.

Cavendum ab hâc operatione, niſi ſumma exigat neceſſitas, & cùm ſanguinis miſſio aliàs ægrè ob animi admittitur deliquium. Vir ſectâ venâ, dum fluebat ſanguis, periclitabatur de eodem, cum tamen ſanguinis miſſionis adeſſet indicans, commendabantur ſanguiſugæ medianæ applicatæ, factâ ſpe, ex voto omnia ſucceſſura. Conſilium pejus remedio. Cum periculum adſit majoris mali, ob lentam & ſucceſſivam ſanguinis evacuationem, diſſuadebatur ab aliis. Non ſemper anceps remedium experiri melius, quàm nullum.

Cautio.

LIBRI IV
SECTIO V.
De materiis chirurgicis ſenſibiliter evacuantibus ſuccum à ſanguine diverſum: cauteriis & veſicantibus.

PARS PRIMA
De cauteriis, parti ægræ applicari ſolitis.

CAPUT I.
Differentiæ & materia.

Cauterium duplex. CAuterium duplex eſt: unum applicatur parti ægræ, alterum ſanæ, cum paratur fonticulus.

Acceptum fertur igni. CAUTERIA acceptum feruntur igni, quem ſuperſtitioſiſſimam Perſarum gentem pro Deo habuiſſe, notum eſt ex *Herodoto Halicarnaſſæo, libro 3. Thalia* inſcripto.

Duplex eſt. Duplex autem cum ſit ignis, actualis & potentialis, utrique quidem conveniunt hæc elogia, imprimis tamen actuali.

Actualis … & poteſt… Ejus in agendo vis eſt celer. Sincerus, integer, & atomorum ſiccarum & calidarum cohæſu valentiſſimus cum ſit, citò curat, & ſic etiam minori cum dolore.

Nomen. NOMEN: Actum ignis actualis admotio ſeu aduſtio, Barbaris cauteriſatio.

Inventio. INVENTIO concernit τὸ ὅτι an, & petitur à præſentiâ indicantis materiam remedii continuo tractu humorem in certo loco impactum evacuantis, diſcutientis, reſolventis.

Permittentia. PERMITTITUR à virium præſentiâ, ætate floridâ, maturi judicii & conſtantiæ. Sæpe tamen etiam infantilis & puerilis ætas magnum ab ignito ferro expectat & impetrat auxilium.

MATERIA

MATERIA varia eſt. Aurum præfertur ab *Avicenna lib. 1. fen. 4. doctr. 5. cap. 29.* fortè quod paucis ſcateat excrementis. *Materia aurum.*

ÆRI primas deferunt alii, *Ariſtotelis* innixi autoritate *ſect. 1. probl. 35.* ὅτι μὲν τὰ δὲ καύματα θᾶττον ὑγιάζεται, *quod ambuſta talia celeriùs ſaneſcant.* *æs,*

FERRAMENTORUM ET FUNGORUM meminit *Hippocrates lib.* περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν *de internis affectibus*, in curatione hydropis à liene. καῦσαι μύκησι τὰς κεφαλὰς ἀπολαβών, ἢ σιδηρίοισι, *capitibus apprehenſis fungis adurito aut ferramentis.* Per fungos intelliguntur ad excipiendum ignem ſilices, vel etiam fungi lucernarum. *ferramenta & fungi,*

Ὠμολίνου LINI CRUDI cauſtici *idem eodem libro* facit mentionem. In curatione morbi articularis, cùm in digito remanet dolor, venas in digito paulum ſuprà articuli nodum jubet inurere. καίειν, *inquit,* δὲ ὠμολίνῳ. *Uſtio fiat per linum crudum.* MODUM applicandi (adeò vulgaris erat illis temporibus, ut eum aperire non cenſeret operæ precium,) non addit. Addunt *Proſper Martianus in commentario, & Proſper Alpinus lib. 3. de medic. Ægyptiorum cap. 12.* *linum crudum,*

PILÆ CRYSTALLINÆ meminere *alii* ſolis radiis expoſitæ. *pila cryſtallina.*

ψυχροκαυτῆρος *frigidi cauterii* mentionem facit Aegineta. *Cauterium frigidum.*

Optimum, omnibus aliis palmam præripiens cauterium eſt FERRUM IGNITUM CANDENS. *Eximium.*

CAPUT II.

utilitates & beneficia cauterii generalia.

POtiſſimum, quod pyrotechnica auxilia commendata reddit, illud eſt, quod inopum propriè ſuccurrant indigentiæ. Ignem omni tempore, Ethnicorum lege, gratis datum, eſt notisſimum. *1. pauperum eſt medicina.*

Beneficia alia deſignat *Hipp.* in ſpuriis aphoriſmis eleganti hâc ſententia: ὁκόσα φάρμακα οὐκ ἰῆται, σίδηρος ἰῆται, ὅσα σίδηρος οὐκ ἰῆται, πῦρ ἰῆται, ὅσα πῦρ οὐκ ἰῆται, ταῦτα χρὴ νομίζειν ἀνίατα. *2. variarum curationum eſt complementum.*

Quæ medicamenta non ſanant, ferrum ſanat, quæ ferrum non ſanat, ignis ſanat: quæ ignis non ſanat, ea incurabilia cenſere oportet.

Corruptionem interni prohibet partibus. Cauterium, eſt medicamentum utile ad PROHIBENDUM, ne corruptio ſpargatur: ad CONFORTANDUM membrum, cujus complexionem volumus rectificare: ad RESOLVENDUM materias corruptas in membro retentas: ad RESTINGUENDUM ſanguinis nimium, in fluxu qui eſt, motum.

Nullius eſt noxa. Reliquis medicamentis alvum purgantibus, ſudoremque moventibus, corporis firmitas infringitur, ab IGNE verò cauſæ morbum facienti detrahitur, partibus laborantibus afflatur robur, vicinis autem nulla communicatur noxa.

Confert in omni temperamento. Et quidem utilitas hæc ſe exſerit in OMNI TEMPERAMENTO, ET OMNI ANNI TEMPORE. Utrumq; confirmavit *Albucaſis parte 1. chirurg. c. 1.* Cauterium, *inquit*, confert univerſaliter omni complexioni, quæ eſt cum materiâ & abſque materiâ, exceptis duabus complexionibus, quæ ſunt complexio calida abſque materiâ, & complexio ſicca abſque materiâ. Et quamvis diſſenſus occurrat de complexione calidâ & ſiccâ, eò tamen inclinat, itidem & hîc prodeſſe, quia facta comparatione hominis ad ignem, corpus hominis invenitur frigidum, ſed probatum & exercitatum hîc requirit chirurgum, qui complexiones diſcernere ſciat. In reliquis autem complexionibus ut nullum periculum, ita & nullus timor.

CAPUT III

Speciales cauteriorum utilitates deſignat.

Recenſentur utilitates ab autore introductorii. AUtor *introductorii*, quibusnam particulatim utilis ſit uſtio deſignat: nominat autem præcipuè ea mala, quæ depaſcunt. Utilem eſſe *addit* in oculorum fluxionibus, coxis tabidis, lienoſis, brachiisque, quæ in alam excidere conſueverunt, in ægylope, inque ſanguinis profluviis.

Albucaſi. *Albucaſis chirurg. part. 1.* in uſu ignis medico omnibus anteferendus, eandem uſtionem ſeu cauteriſationem viginti & octo capitibus proſequutus, inſtrumenta idonea ad vivum delineata exhibet, initio facto à modo cauteriſandi caput in

futurâ

Digitized by Google

ſuturâ coronali, cauterio olivari, ſingulas per partes & affectus procedit, & tandem in modo cauteriſandi in fluxu ſanguinis ex arteriâ finit.

Marcus Aurelius de efficaci medicina pyrotechniam dividit in partes duas: In *primâ* exhibet ἐνδοπυρίαν, ſeu modum curandorum morborum internorum, per ignis efficaciam: in parte *ſecundâ* ἐξοπυρίαν ſeu modum curandi partes externas per ignem magno cum apparatu & incredibili ἀκριβείᾳ explanat. *Severinus.*

INITIUM ab ἐνδοπυρία fiet, modusque, quo interni morbi cauteriorum ope in priſtinum ſtatum redigi queant, oſtendetur. *Ενδοπυρίας commoda.*

Et 1. IN CEREBRI AFFECTIBUS in genere ferè omnibus inuſtiones in ſincipite, & occipite prodeſſe ſtatuitur. Caput eſt inſtar camini, vel tecti, trunco ſeu domui ſuperpoſiti: locus ſuturæ coronalis eſt tanquam camini foramen, ad quod vapores omnes rectà feruntur, & quidem promptiùs, quàm humores. *In affectibus capitis.*

DOLOREM CAPITIS quemcunque, ſive ſit ἡμικρανία, ſive κεφαλαῖα, ſive κεφαλαλγία, à cauteriis ſublevari oſtendit experientia. *dolore.*

Lazarus Riverius obſervat. communic. 31. CEPHALÆAM diuturnam in noſocomio curatam fuiſſe refert, admoto cauſtico potentiali ſuper arteriam temporalem. Sine dubio idem & ab actuali expectari poteſt. *cephalalg.*

In affectibus CAPITIS ferè omnibus, VERTIGINE, MELANCHOLIA, præſentiſſimo fuit remedio capitis inuſtio ferro candente facta. Juvenis 24. annorum hâc imaginationis depravatione laborabat, formicas in cerebro ſuo ſaltare, cantare. Tentatæ curationes ſimulatæ, & veræ, nihil conferebant auxilii. Cauteriis aliquot ignito ferro cuti capitis, diverſis in locis, excitatis, ad ſanam redibat mentem. *Vertigine, &c.*

In MANIA ET PHRENITIDE cauteria actualia à multis tam veteribus, quàm recentioribus commendantur, neque à ſuturâ coronali abhorrent, vapores enim ferventes & accenſos aduſtâ cute verticis, ex capite exhalatione diſſipari perſuaſum ſibi habent. *mania, &c.*

2\. *Gordonius* experientiam prætendit in maniaco, qui dum vulnus capitis apertum gereret, à furore liber, vulnere verò ſanato in eundem iterum incidit.

3\. *Gariopontius lib.1. curat. morb. c. 10.* utrasque occipitii partes cauteriſare jubet.

4\. *Dodonæus in medicis obſervationibus*, cauterio in nuchâ poſito maniacum vidit ſanatum.

5\. Magna eſt autoritas *Severini lib. de effic. medic.* Hic quandoque quinque, quandoque ſeptem cauteria furioſis felici ſucceſſu admovit.

Dubitatio Sed non levem dubitandi anſam præbet fervor ille igneus, quem in capite, aliàs igneo ſpiritu, cum fervore, æſtuante excitare poſſent.

reſolvitur ab Epiphanio. Hunc SCRUPULUM eximit *Epiphanius Ferdinandus hiſt. medicinal.* provocans ad experientiam. Mirum eſt, *ait*, quàm his cauteriis refrigeretur cerebrum, & pravi tetrique vapores diſſipentur. Quamvis primis diebus aliquem caloris gradum concitare valeamus, magis tamen inde emergit emolumentum, quàm puſillum ex impreſſo igne ortum damnum.

1\. *aliis locis inuſta.* Nec ſolùm capiti, ſed & aliis locis inuſta cauteria maniacis prodeſſe, *Mercurialis* exemplo nobilis Patavini docet, qui aliis remediis nihil proficientibus, tandem uſu quatuor cauteriorum in brachiis & cruribus ad mentem rediit.

in epilepſiâ, In Epilepſiâ, Apoplexiâ, Paralyſi, Lethargo, Memoriæ detrimento, catarrho, magni æſtimantur. Lybiæ populi pueris quadrimis verticem lanâ ſuccidâ adurebant, ut eos ab epilepſiæ inſultibus præſervarent. In florentiſſimâ magni Hetruriæ Ducis urbe occiput pueris inurunt.

oculorum affectibus. Bauhini teſtimonium. In OCULORUM affectibus veteres dorſi urebant venas: hodie in ophthalmiâ cervicem urere, & emiſſaria ſetone parare, nihil vulgarius. *Bauhinus theatro anatomico* juvare oſtendit cauteria occipiti in fixa in oculorum affectibus, quia nervorum opticorum in occipitio penè origo.

in aurium affectibus. AURIS inuſtionem in trago vel antitrago dolores dentium ſedare experientia notat. Celebre eſt & aliud in aure cauterium: LOBUM AURIS forcipe exactè coæquante apprehen-

prehendimus, & quo ſenſus fiat obtuſior, eum valde conſtringimus, deinde acum candentem per foramen forcipis medium transmittimus. Eſcharâ excidente inditur fibra radicis hellebori nigri vel tithymali. Sic apertum ſervatur ucus, ac oculorum auriumque infirmitate laborantibus magno præſidio.

In DENTIUM dolore, linguæ paralyſi, ἀφωνία, polypo, ſtrumis. *in dentium dolore, in aſthmate.*

In aſthmate, phthiſi, pleuritide, peripneumonia.

In EMPYIS uſtio & ſectio commendantur *ab Hippocrate 7. aph 44. & Galeno in comment.* Empyematum voce comprehendunt, non ſolùm, quæ intra thoracem tantùm, ſed etiam aliâ corporis parte ſunt tubercula. Empyicos autem in thorace ſanare uſtiones confirmat autoritate Platonis comici, qui in Cinenâ dicit, Evagoræ filium ex pleuritide ſceletum aridum & exſuccum, pure vacantem, arundinacea gerentem crura, tabi prænuntium, plurimas ab Euriphonte inuſtas eſcharas habuiſſe in corpore. *Hippocrates & Galenus 6. aph. 27.* hanc uſtionem empyicorum confirmant. *In empyis.*

In ABDOMINE, magnam veteres igneorum præſidiorum agnoverunt neceſſitatem. *in affectibus abdominis.*

De Pyrrho Epirotarum rege hiſtoriæ narrant, eum LIENOSOS manu admotâ ſanaſſe. Hæc regia dona nos cauterio admoto impetrare poſſemus. Fonticulum, ſetonem aut uſtionem in ipſa lienis regione commendat *Mercatus lib. 1. de morb. intern. c. 17. in fin. & lib. 2. de morb. mul. cap. 4.* *lienoſis,*

In calidis HEPATIS morbis, & ortis ab his cutis fœditatibus maculæ in variis corporis partibus oriuntur. Hæ intemperies & maculæ delentur uſtione hypochondrii dextri, & fonticulis cruribus appoſitis. *hepaticis,*

In HYDROPE Hippocrates medium uſtionis *6 aph. 27.* ſed Galenus παρακεντήσεις uſitatiores quàm uſtiones ſubjungit. *hydrope,*

In ISCHIADICIS DOLORIBUS ab influxu humorum pituitoſorum & muci pituitoſi abundantia, à quo imbuta & permadeſcentia articulationis vincula laxiora redduntur, atque adeò articulus facilè ſuâ cavitate excidit & recidit, cauteriorum potentiam agnovit *Hippocrates 6. aphoriſm. 60. ubi,* ſi *iſchiadicis doloribus.*

uiantur

urantur, femoris tabem & claudicationem præcaveri docet: τουτέοισι τήκεται τὸ σκέλος καὶ χωλεῦνται, ἢν μὴ καυθῶσιν, *femur contabeſcit, & claudicant, niſi urantur.* Uſtione enim illâ mucoſa & lenta humiditas exſiccatur, & cutis laxitas, in quam articulus elabebatur, per aduſtionem firmata & contenta, ipſum arctat & loco moveri prohibet.

coxendicis dolore, Polybus medicus vetuſtiſſimus, quem Galenus autorem librorum de affectionibus exiſtimat, ipſe uſtionem Lino crudo in COXENDICIS DOLORE faciendam eſſe, apertis verbis profitetur.

uteri adfectibus. In UTERI, quem omnium mulicbrium morborum cauſam eſſe dixit Hippocrates, vitiis, efficaciſſimum remedium teſtatur *Rod. à Caſtro.*

Ex his apparet, univerſum ferè terrarum orbem in uſum cauteriorum horum conſpirare, illa in actu curationis & præſervationis magnifacere, & ad internos morbos commendare.

In externorum morborum curatione, ut ulcerum, Sed non minor in EXTERNORUM MORBORUM CURATIONE cauteriorum potentia à Severino pluribus illuſtrata.

In ULCERIBUS FISTULOSIS diſruptis cum oſſe corrupto, cancroſis cum carne ſuperfluâ, herpeticis, malignis, venenatis dyſepulotis.

tumorum, In variis tumoribus, calidis, frigidis, flatulentis.

cancrorum, In nervis & ligamentis præciſis. Cancris variarum partium, palpebrarum, naſi, labiorum, linguæ, faucium; hydrocephalo.

polypo, In polypo, naſo verrucoſo, linguæ vinculo, laxatâ columellâ, tonſillis adauctis, ſtrumis, paronychiâ, exomphalo, bubonocele inteſtinali & omentali, aquoſâ, carnoſâ, tophaceâ, bubone, callis extirpandis, carunculâ in fiſtulâ urinariâ.

fiſtulis, In fiſtulis uteri, ani, hæmorrhoidibus, varicibus, clavis & callis pedum, pernionibus, pterygiis digitorum, laxatione humeri, iſchiade, prolapſu patellæ.

exoſtoſi prodeſt. In gummi & exoſtoſi calvariæ, in ægylopes exuſtione, in dentibus nutantibus, in fiſtulâ gingivæ, in carne metacarpi.

Hæc pluribus explanat Severinus, clariſſimèque ob oculos ponit, eo nitore, qui & legentium animos inſtruere & manum informare queat,

Digitized by Google

ἡ δὲ καῦσις ἀνυσιμώτατον ἐπὶ τῶν ἰοβόλων ἐστὶ βοηθημάτων. Aduſtio, contra alia, quæ venenum ictu aut morſu relinquunt, omnium remediorum efficaciſſimum proclamatur à *Dioſcoride lib.6. cap. 38.* Inde factum, quod *autore Dicte Cretenſe in hiſtoriâ Trojanâ* percuſſi ab anguibus mitterentur in inſulam Lemnum, ad Vulcani ſacerdotes. quorum ſub tutelâ ignis ſanandorum talium ictuum remedium.

Aduſtio remedium eſt venenatorum ictuum.

CAPUT IV.

Siniſtra de cauteriis judicia.

Infrequentia in uſum cauteriorum.

QUod igni apud antiquos, illud cauteriis noſtro accidit ſeculo. Quo majori in precio ignis in animis Chaldæorum habebatur, eò minoris æſtimabatur ab Ægyptiis. Illi, ut Deum ſuum, IGNEM, Solis Planetarum principis particulas eſſe credentes, omnibus Diis præſtantiorem eſſe reipsâ oſtenderent, omnes Deorum ſtatuas igne comburebant, totum terrarum pervagati orbem. Hi certamine inito, uter eſſet præſtantior, IGNIS AN NILUS, Nili ſtatuam concavam fatiſcentibus rimis cerâ oblitis, aquâ repletam opponebant, & liquefactâ cerâ ignem exſtinguebant. Ideo & multi inuſtiones candente ferro factas non amplectuntur, nec æſtimant, quin potiùs illæ in deſuetudinem abiere, resque tota ad fonticulos eſt devoluta, aliquam tantùm cauteriorum partem.

Sed, ut uſus ignis vitæ & ſocietati hominum ſervandæ commodus, ita ad amiſſam valetudinem recuperandam maximè neceſſarius eſt. Nullum vitium tam ferreum & impenetrabile, quod ignis vi nequeat domari. Tanti à Romanis ſapientioribus ignis uſus æſtimatus, ut non niſi mortis ſupplicio reis aquâ interdicerent & igni. Parili modo, multis gravis periculi invaſio timenda, qui hujus præſidii commodo haud fruuntur.

LIBRI IV.
SECT. VI.
PARS ALTERA
De cauteriis parti ſanæ applicari ſolitis, nempe fonticulis.

CAPUT I.

De fonticulis in genere, eorum origine, nomine, differentiis, & 1. naturali.

Origo fonticulorum. UT venarum in plethorico corpore ſponte ſuâ dehiſcentium apertura venæ ſectioni ORIGINEM dedit, ſanguiniſque detractionem ſpontanea ejuſdem profluvia ſuaſerunt, ita fonticuli, ſuo marte emergentes in extremis partibus, prima excitandæ fontanellæ occaſio exſtitere.

Inventio. Indicans. INVENTIO concernit τὸ ὅτι ἀν, & petitur à præſentiâ indicantis materiam remedii, continuo tractu humorem ad motum in procinctu ſtantem evacuantis.

Cum nullum adeſt PROHIBENS, tantò magis neceſſaria judicatur hæc evacuatio.

Permittentia. CONSENTIT TEMPERAMENTUM calidum & humidum, HABITUS corporis plenior. ÆTAS florida & ſenilis hoc præſidium admittit. Puerilis non videtur apta. Neceſſitas tamen ſæpe frangit legem commoditatis. SEXÛS utriuſque adeſt permiſſio, licet fœminina mollities averſetur.

TEMPUS ANNI quodcunque aptum eſt. VER, quo aliàs humores moventur, commodiſſimum, DIES clarus & ſerenus commodus. HORA matutina eligi ſolet.

Materia. MATERIA ACTUALI cauterio excitari fonticulus poteſt, & potentiali. ACTUALE eſt ferrum ignitum apertum vel occultum. In κρυψιπυρετῷ vaſculo. POTENTIALE commodiſſimum duplex: SIMPLICISSIMUM, capitellum dictum, quod ex lixiviô calcis vivæ, ex quo ſapo conficitur, concinnatur,

cinnatur & duorum venenatorum Draconum ſpuma.

EXTEMPORANEI fonticulos excitandi arcani modi ſuum facere ſolent officium. *Extemporanei fonticuli.*

CAPUT II

tempus adminiſtrationis.

UNIVERSALE eſt quodlibet anni tempus. Nocumentum ſi quod accedit à tempore, ſubmergitur in juvamento. *Univerſale.*

SPECIALE ſequitur univerſalem corporis evacuationem. *Speciale.* Si adſit cacochymia vel plethora, illis purgatione & ſanguinis miſſione occurrendum. Cùm, *autore Guidone tract. 7. cap. 3.* ignis ſit ultimum medicinæ inſtrumentum, non ultimitate finis, ſeu terminationis, ſed ordinis, evidens eſt, quod poſt diætam, pharmaciam & phlebotomiam demùm fieri debeat.

CAPUT III

uſus fonticulorum generalis maximè ex veterum ſententiâ.

MAximus hic eſt. Veteres nihil memoratu dignum geſturos ſe arbitrabantur, niſi vim belli alio transferrent. Conſilia hæc imitantur medici, dum humorum noxiorum impetum ad ignobiliora loca per fonticulos derivant. Olitores currentem ſuo tramite rivum, quò ſuadet uſus irrigationis, inflectunt. Ita & medici, cum non licet ab afflictâ parte peccantem in ea vacuare materiam, ad proxima divertunt loca. *Utilitas generalis exemplis illuſtratur.* 1.

Refert *Plinius*, priscos, cùm aliquo noxæ genere laborarent olivæ, ad harum caudicem unum vel plures hiatus terebrâ vel ſecuri facere conſuetos. Idem & hodie vulgò faciunt agrorum cultores. In Italiâ non in olivæ ſolùm, ſed etiam in vitariis, id eſt vitium maritis arboribus, ulmo, platano, populo, ſalice, & cæteris omnibus, quæ ramo, taleâ, clavâ, ſurculo, propagine non ſeruntur. Quod in arboribus evenit feliciter, idem & in homine, qui inverſa eſt planta, benè ſuccedit. Per hæc emiſſaria, quicquid in homine noxium, ſenſim exſtillat. 2.

Specialis utilitas evacuatoria.

Comparata omnis fonticuli intentio eſt ad EVACUATIONEM materiæ alicujus peccantis ſenſim factam: ad ALTERATIONEM non niſi confert ex accidente. Succedit illa evacuatâ materiâ, quæ intemperiei erat cauſa.

revulſoria, derivatoria interceptione gaudens.

Non SOLAM autem intendit evacuationem, ſed ſimul etiam REVULSIONEM, vitioſos humores affluxuros evocando in partem affectæ contrariam: DERIVATIONEM, deducendo in ipsâ viâ, ad partem affectam tendentes.

Locum habet potiſſimùm in acutis.

PAULATINA hæc cum ſit operatio, non poteſt officium facere in ACUTIS, cum mature facto opus eſt, ſed in CHRONICIS ſolùm evacuatio illa cum ab exiguo ulcere ſit exigua, ideo non niſi ſenſim utilitatem præſtare poteſt.

Materia quæ evacuatur nonnullorum judicio eſt.

MATERIA, quæ ſucceſſivâ & paulatinâ hâc evacuatione, alvinæ & per venæ ſectionem evacuationis vicariâ, ceu perpetuum per emiſſarium tollitur, & quaſi per ναυσίωσιν evomitur, ex vicinis arteriarum & venarum oſcillis, eſt omne humoris vitium, non ſolùm humores cenſentur, verùm etiam vapores.

1. Vapor.

VAPORES agnoſcit *Jul. Cæſar Claudinus reſp. 43.* Quod vapor, *inquit*, per cauterium excernatur, omnes fatentur, & experientia docet, mala ex vaporibus orta cauteriis compeſci & emendari, quod manifeſtiſsimè in morbis à jecore & utero ex vapore ortis obſervare licet, nam inuſto cauterio in femoribus retrahitur vapor, adſcendens ad caput, ſicut inuſtò cauterio in ſincipite, vapor, qui jam caput occupavit, reſolvitur.

2. Humor.

HUMORES autem præcipuè evacuantur ſeroſi & fluxiles liquidi, EXCREMENTITII TERTIÆ COCTIONIS præcipuè, *autore Ludovico Mercato lib. 1. de recto præſidiorum artis medicæ uſu, cap. 10.* Ejusdem coctionis excrementa confirmat *Claudinus loco citato.* Adhibitâ tamen diſtinctione :- Duarum primæ & ſecundæ coctionis inſtrumenta ſunt originetenus, quatenus ex utrâque officium non faciente generantur, tertiæ verò ſecundùm perfectionem. Vel ſunt excrementa duarum primarum materialiter, tertiæ formaliter.

Eriguntur. 4.

Veram inſiſtunt viam, qui utrumque, & ſeroſos humores & tertiæ coctionis ſuperfluitates fonticulis educi putant. Id materia manifeſtum reddit. Cum ſit tenuis, acris, ſalſa, humida,

ad

ad ichorum rationem quàm proximè accedit, & ſine dubio è majoribus vaſis per capillares arteriolas & venas mediante circulatione, in ambitum defertur.

Dubio marte in campum producuntur vapores. His plus tribuit antiquitas, quàm reverâ in iis eſt. Quantumvis aperto fonticulo aliqui vapores exhalent, ab his tamen naturam ſublevari veriſimile non eſt.

CAPUT IV.

Particulares utilitates, ex veterum ſententiâ.

Circâ ſuturam coronalem.

IN REGIONE ſuturæ coronalis, & ſagittalis concurſûs, cauteriis actualibus, vel potentialibus excitati fonticuli, & attrahentibus emplaſtris vigorati, cenſentur eſſe EMISSARIA peccantium in cerebro humorum & vaporum, præcipuè autem vaporum. Natura talem videtur monſtrare viam. In infantibus ibi advertitur hiatus: in adultis mira hîc oſſis tenuitas. Concurſus ſuturarum transpirationem promovet. Demum decurrens per univerſam calvariæ longitudinem tertius craſſæ meningis ſinus copioſam fonticulo præbet materiam, ut nullo faciliùs loco capitis ſeroſitates evacuari queant.

HUMORES naturâ ſuâ graves quomodo adſcendant, rogati reſpondent: adſcendere non ut graves, ſed ut attenuati, & à calore nativo in vaporem verſi. Non adſcendunt naturali inclinatione ſuâ, ſed ignis & medicamenti virtute attracti.

Succedanea hujus fonticuli emiſſaria.

SUCCEDANEA cauteriorum horum poſſunt eſſe leves cutis inuſtiones, poſt aures duæ, & in occipitio duæ.

In humidâ & frigidâ cerebri conſtitutione laborantibus, commendatur cochlear argenteum, carbonibus ignitis repletum, ad ductum ſuturæ coronalis & ſagittalis, chartâ bibulâ ſubſtratâ huc illuc trahendum.

Setaci uſus in vertice.

Duplicis fonticuli, ſetis equinis intortis & complicatis olim, ex ſerico rubro nunc, mutatâ in ſericum ſetâ qui paratur, uſus commendatur in affectibus capitis plurimis, dolore, apoplexiâ, epilepſiâ adultorum & puerorum. In incipiente ſuffuſione profuiſſe experientia fuit teſtata.

Poſt aures, POST AURES in foveâ, quæ articulatione maxillæ eſt illuſtris, excitatum, in defluxione à capite ad oculos & ſubjectas partes maximè ex uſu futurum cenſet Severinus.

in ſcroto, IN SCROTO ſetaceum locatum idem aquâ diſtentum ſublevat, cum dirus hydrops propenſum ſesquipede exſtantem oſtendit aqualiculum.

in articulis. IN ARTICULIS excitati fonticuli plurimum ſeroſi humoris ex ambitu corporis educunt. Quoniam in continuo ferè motu manus ſunt & pedes, inde fit, quod citiùs fluere incipiant fonticuli his in locis poſiti, quàm qui in locis quieſcentibus ſunt excitati. Prodeſſe cenſentur in variis affectibus.

CAPUT V

cenſores & antagoniſtæ fonticulorum producuntur. Martiani argumenta.

Proſperi Martiani primum argumentum.

HOrum anteſignanus eſt *Proſper Martianus in comm. lib. Hippocratis de tumoribus verſu 193.* Fonticulos, quibus nunc ferè totum genus humanum eſt infectum, *inquit*, nullâ aliâ, quàm abſceſſus ratione prodeſſe conſtituit. Cenſet autem Hippocrates, quum abſceſſus aliquis ab alio morbo præſervare debet, duas conditiones requiri: altera eſt, ut naturæ inſtituto alias ſit conſuetum, hunc abſceſſum ſupervenientem illum alterius partis morbum tollere: altera conditio eſt, ut communio & conſortium inter abſceſſum & morbum intercedat, quoad eorum ſcilicet partes. Cùm ergò neutrum illis fonticulis competat, & nunquam obſervatum, quempiam deſtillatione à capite vexatum, abſceſſu brachii ſponte excitato ſanatum; neque ab arte excitato abſceſſu ullum levamen aut præſervationem exſpectandam. Quamvis etiam videatur eſſe aliqua communio capitis & brachii, OB VENAM CEPHALICAM, locum tamen non eſſe capacem & nimis diſtantem. Ideò concludit, cum natura non ſoleat fonticulos excitare in affectibus capitis ſponte ſuâ, perperam etiam agere medicos, qui eos excitant arte.

RESPON-

RESPONDETUR I. Argumentum non tangit generalem R.
fonticulorum uſum, hujusve abrogationem, ſed eorum tan- 1.
tùm, qui in capitis adfectibus ad brachium alterutrum excitantur.

2. Quamvis largiamur, fonticulos abſceſſus ratione tan- 2.
tùm prodeſſe, ob id tamen non eſt de neceſſitate, ut adſint omnino requiſita iſta duo, ea enim duntaxat concernunt eos abſceſſus, quos natura excitat CRITICE, non qui fiunt arte.

Naturæ miniſter quidem eſt medicus, eamque ut magi- 3.
ſtram ſagaciſſimam haud immeritò ſequitur, in quibus nimirum & quantum licet: veruntamen, an nihil eidem liceat agere & movere, niſi quod ipſa antehac egit & movit, nullibi peccantibus humoribus viam facere, niſi quam ipſa antea ſponte fecit, id quidem adhuc dubium. Sanè ſi hæc ratio aliquid concludit, non applicanda iis locis medicamenta, ubi natura viam antea ſponte non fecit: omnis venæſectio, cucurbitulæ, ſcarificationes, quæ aliàs in affectibus capitis ex humoribus, revulſionis gratiâ, ex ſententiâ omnium ferè medicorum adhibentur, ſimul unâ opera ex agro medico eliminari deberent.

Quod communionem brachii & capitis attinet, eam 4.
magnam eſſe *Martianus* fatetur. Brachium autem cur non ſit capax abſceſsûs, nulla omninò apparet ratio. Tanta muſculoſæ carnis moles cur exile aliquod ulcus non ſuſtineret? Imò manifeſtè hoc experientiæ repugnat. Quot anthraces ſeu carbunculi in brachiis fiunt? Si his igitur ſufficiens eſt brachium, quidnî levioribus ulceribus aut fluxionibus ſuſcipiendis ſit idoneum? Imò in fonticulis cum porta, per quam, quicquid ſucci vitioſi adfluit, expellitur, maximè aptum id redditur.

Diſtantia brachii, quæ prætenditur, nihil obtinet. Fortis 5.
ſi natura eſt, ad diſtantia loca propellit. Imò inter præcepta circa revulſionem obſervanda, illud ipſum eſt, ut ad locum fiat diſtantem.

II. ALTERUM Martiani argumentum, ad quod prioris argumenti occaſione progreditur, hoc eſt: Si errant, inquit, qui in

Alterum Martiani argumentum.

in capitis morbis ad brachium fonticulum ponunt, quantò magis errabunt, qui in parte loco affecto oppoſitâ id faciunt? Ex Hippocratis enim ſententiâ nulla inter dextrum & ſiniſtrum intercedit communio.

[illegible] Hoc nihil facit contra uſum fonticulorum, ſed circa locum eorum aliquem ſolummodò verſatur, an ſcilicet, qui in latere oppoſito fiunt, conferant, quod negat. Calculum hîc noſtrum ipſi facilè addimus, cum utplurimùm nulla ſit lateris dextri vaſis cum vaſis lateris ſiniſtri communio. Neque etiam fortè reperietur quiſpiam, qui iſtiusmodi fonticulum ſit imperaturus, quin potiùs omnes rectitudinem vaſorum partiumque, & quò materia vergat, ſedulò obſervandum monent.

III. argumentum, III. Scribit porrò: Ulcerum iſtâ purgatione augmentum corpori ſubtrahi, maciem induci, ſenibus vitam breviorem reddi, mulieribus menſtrua ſupprimi, ſterilitatem aliaque uteri mala induci.

Imprimis ab experientiâ petitum. EXPERIENTIAM domeſticam in menſtruâ ſuppreſſione adducit, noxamque hanc propriâ obſervatione aliquoties ſe notaſſe ſcribit. RATIONEM inſuper hanc addit: Si paucum ſanguinis, quod primis menſibus in nutrimentum fœtus cedit, eſt cauſa ſuppreſſionis, quantò magis illud, quod copiosè indies in fonticulo ſuppuratur? Sine conferentiâ eſt hæc evacuatio, & non evacuatur peccans, ſed amicus humor. Sanguis in ulceratâ parte bonus in pus convertitur. Sæpe graviſſimorum morborum cauſa ſunt: excrementa enim, quæ per conſuetas vias laudabiliter evacuantur, divertuntur, ulcerum horum occaſione viæ à naturâ deſtinatæ occœcantur, ut earum immemor fiat natura. Hinc in venas reaſſumti vitioſi humores, febres incurabilesque morbos, aut circa partem affectam inflammationes gangrænasque excitant. Hoc non advertentes ægri patienter geſtant, cùm quotidiè ſaniem emanantem vident, eâ ſuppreſsâ majora timentes pericula.

Refutatur. Verùm EXPERIENTIA ejus nobis meritò ſuſpecta videtur, & alias fortè evenit ob cauſas, quæ pro circumſtantiarum varietate diligentiùs fuiſſent perpendendæ: cum innumera alia exempla diverſum probent, fonticulos videlicet

geſtan-

geſtantibus fœminis, menſes juſto tempore quoque fluere.

RATIO ejus hoc præſupponit, quod negamus, *ſanguinem ſcilicet in fonticulis in pus verti*, & illud ipſum eſſe, quod expurgatur, *non humores excrementitios aliunde eo propulſos*. Hoc autem ita ſe non habere, his oſtenditur rationibus. *R. ad rationem.*

1. Conceditur, cum pus generatur à calore præternaturali: talis autem calor in fonticulis jam formatis rarò reperitur. 1.

2. Si ſanguis in fonticulis corrumpitur & putreſcit ſemper, ſequitur, partem illam non nutriri unquam. Et quamvis forte acciderit, partem illã, ubi fuit fonticulus, emaciari, non tamen ſemper hoc, ſed rariſſimè contingit, neque ideo, quia ſanguis in pus fuit converſus, ſed aliæ haud dubiè cauſæ conſpirarunt: non enim tantam ſanguinis copiam poſſe in tam paucum puris, quod excernitur, converti, veroſimile eſt. 2.

3. Sequetur etiam partem illam totam tandem corrumpi oportere. Sanguis enim, qui putrefit, haud dubiè eſt extravaſatus, iſte verò per omnem membri iſtius ambitum ſparſus: itaque ſi in loco uno putrefactus eſt, reliquum ſimul inficiet, putredo quippe latius ſerpit ſemper in eâdem materiâ, quam ſemel corripit, & hac ratione per omnem muſculoſam brachii carnem ſanguinem ſuppurari conſequens erit. 3.

4. Si nil niſi ſanguis corruptus & putrefactus excernitur, quomodo unquam proderit? Teſtatur autem experientia, in affectibus chronicis graviſſimis à redundante materiâ vitioſâ oriundis fonticulos levamentum utplurimum attuliſſe. Unde colligere licet, materiam illam per eos fuiſſe imminutam & expulſam. Concluditur itaque, per fonticulos non pus, ſed humores peccantes educi, ideoque Martiani rationem, & quod ei ſuperſtructum eſt, corruere. 4.

INSTAT autem, & notum eſſe, *ait*, in ulceratâ parte etiam optimum ſanguinem ſtatim in pus verti. *Inſtantia alia.*

Reſpondetur, verum eſſe de parte ulceratâ, in quâ calor adeſt præternaturalis, & ubi ſanguis effuſus reſtagnat. Talem ulceratam partem eſſe fonticulum, negatur: neque enim calor adeſt præternaturalis; neque ſanguis effuſus ibi reſtagnat, ſed itũ ſuo reditũque per corpus continuè circulatur, eo ſolùm excepto, qui pro partis nutrimento abſumitur. R.

Quartum argumentum. IV. Graviter invehitur in eos, qui sanis fonticulos pro præſervatione conſulunt, eosque dignos magis judicat, qui civitate expellantur, quàm refutentur: eos enim, dum novos ductus fabricant, tacitè ſummo corporis noſtri architecto Deo exprobrare, quòd neſciverit ejus excrementa, aut nequiverit pro iſtis ductus decentes accommodare.

R. At verò & hoc minùs validum videtur. 1. Etenim, nemo credo, eſt, qui ſanis medicinam faciat & fonticulos excitet. Illi autem, quibus ad προφύλαξιν fonticuli excitantur, jam non ſunt exactè ſani, ſed corpus habent νοσερὸν, pravisque p. n. humoribus infarctum, aut ad minimum ad generationem humorum iſtorum diſpoſitum, ut ordinarii ductus iis educendis non ſint ſuffecturi. Ne itaque ab illorum retentione morbus aliquis gravis producatur, nova iſta porta pro eorum expurgatione aperitur. 2. Quodſi verò blaſphemi ſint in Deum, qui pro humoribus excrementitiis educendis, ubi ordinarii meatus non ſufficientes ſunt, alias arte parant: profectò omnes illi, qui venæſectionem, cucurbitulas, paracenteſes abdominis in hydrope, thoracis in empyemate, aliaque ſimilia ſuadent, infandi hujus ſceleris fient rei, civitate expellendi, ſicque vix ullus medicorum ab eo erit immunis, ne ipſe quidem Martianus.

Quintum argumentum. V. Poſtremò hoc adducit, occaſione ulceris hujus ſeu fonticuli, vias à naturâ deſtinatas obcœcari, ut earum immemor natura fiat: inde, ſi fortè oppreſſio illius contingat, varia oriri mala, quia ſc. natura oblita viarum veterum excrementa non expellit.

R. *1.* Veruntamen 1. vias obcœcari, quotidiana quidem experientia non comprobat. Manent alvus, veſica urinaria, ductûs ad nares, cutis pori, aliaque, quæ ſunt ſordium emunctoria, aperta.

2. Conceditur, non in omni morbo, non, cum natura per loca conferentia humores vitioſos evacuat laudabiliter, fonticulos excitandos. Econtra in morbis fluxione tentatis, cum in partem nobilem, ſed debilem, ut oculos, aures, pulmones, vitioſi humores decumbunt, eosque inflammant, tum ſacræ anchoræ vicem præbent.

3. Ex

3. Ex ſuppreſſione fonticulorum intempeſtivâ graves morbos oriri, non negatur, eos autem ideò oriri, quia viæ ſunt obcæcatæ, & natura earum immemor, negatur. Fit autem ob copiam excrementorum, quæ major eſt, quàm ut per ductus naturales poſſit expelli; aut quia naturaliter viæ non bene comparatæ ſunt; aut quia ſingularitas humoribus obſtat, ob quam per vias illas expurgari ſe non patitur. Quin imò, ſi maximè hinc periculum aliquod metuendum foret, quod tamen non eſt: illud facili operâ declinari poſſet, ſi ſerventur fonticuli aperti, quod fieri etiam debere, nemo non fatetur. *Ri*

VI Colligit tamen *ex textu Hippocratico*, pro morborum curatione & præſervatione aliquando ulcera perpetua in convenientibus locis excitare medicis licere. Non tamen in quolibet morbo excitanda, & ſi per aliquod tempus geſtata non proſint, ut perinitioſa iterum claudenda eſſe, magno verborum apparatu ſubjungit. Quæ cum circa cauteriorum noſtri temporis uſum non obſerventur, ideo fit, ut rarò ægrotantes finem conſequantur, qui ſæpe ut ab uno morbo liberentur, duos incurrunt, & plerumque plus incommodi ex remedio, quàm ex ipſo morbo percipiunt. *VI. Concludit Martianus.*

℞. nimia curioſitas hic eluceſcit in quibusdam: in aliis nimiæ limitationis rigor. Attendenda omnia, & minores fient difficultates omnes. ℞.

Si quis ad apoplecticos inſultus proclivis, ſomnos habeat turbatos, vertiginoſas patiatur circumgyrationes, ſtupeát, & ſenſibus vacillet, præſervationis loco geſtare poteſt fonticulum in brachio, uno vel utroque, per annum bienniumve. Sublatis his accidentibus cogitare poteſt de ablatione ejusdem: eo animo, ut de nullo ſibi timeat periculo. Vertiginoſus per annum geſtato fonticulo, ab hoc malo liberatus, maturo medici conſilio, remoto globulo, ſponte concidere emiſſarium paſſus nihil patitur mali. Ulcus circà malleolum qui geſtabat, fonticulo in ſilveſtri tibiæ parte excitato, brevi convaluit, & ſine noxâ clauſo eodem vitam ad multam transegit annos.

CAPUT VI.

Helmontii contra fonticulos invectiva.

Helmontianæ opinionis compendium. L *ibro, cauterium inſcripto*, in catarrhis inutilem cenſet cauterii applicationem *t. 14. & alibi*, cum quod effluit, non effluat aliunde, ſed in parte ſit generatum, Archæus enim proportionaliter tantum cruoris diſpenſat partibus, quanto pro ſui nutritione opus habent. Pus eſt cruor vitiatus in illâ parte, quâ vulnus eſt, effectusque ibidem vitiatæ eſt digeſtionis. Non verò catarrhi materia per vulnus exit, aut partibus debilibus ullum inde promittendum juvamentum.

Illuſtratio. In catarrhis alicubi juvare fonticulos, oſtendit *idem lib. aſthma & tuſſis, inſcripto, t. 74.* non ſanè, quòd deſcendentem catarrhi materiam evacuent, aliò divertant, diducant, aut trahant: ſed quatenus totalem maſſam minuunt tàm laticis, quàm cruoris alimentarii. Nihil de errore membrorum morboque ibidem caracterizato, detrahunt, aut cogitant.

IV. Militant hæc argumenta contra fonticulorum uſum in genere. Dum conceditur, ſanguinis maſſam depurare, ſatis eſt, quantumvis nihil evacuent de errore membrorum, morboque ibidem characterizato. Et hanc operam valdè utilem eſſe, teſtatur experientia. Quamprimùm fonticuli in brachio excitati, fluere incepere, oculi à lippitudine & ophthalmiâ liberati apparuere, argumento evidenti, pus, quod effluit, non omne eſſe nutritionis in ulcere excrementum, ſed humores, quales ad oculos fluere conſueverant.

CAPUT VII.

Aliorum contrà fonticulos argumenta.

1. SUſpectum hoc præſidium nonnulli reddere conantur 1. nomine novitatis, quod nec Hippocrati, nec ulli veterum ſcriptorum innotuerit, ſed ſit recentiorum inventum.

2. 2. Quod ſit inutile. Inutile eſſe judicant, quod neque vacuare, nec derivare aut revellere quicquam poſſit, cum per vaſa

maiora,

majora, quæ cum ipſo non communicant, nihil educere valeat. Minores etiam fibrulæ nihil ſubtrahere queunt.

3. Declaratio modi, quo per cauteria fiat evacuatio, nempe ob debilitatem partis, non meretur recipi. Nam ſi affectus eſt primigenius, potius pars in eô primario læſa ſatis debilitata retinebit materiam peccantem. Si eſt per conſenſum, fomes etjam retinebit cauſam morbificam. Debilitas ergo in parte ulceratâ fluxionem non divertet. 3.

4. Sterilitatem inducere plures fonticulos ſimul geſtatos videntur teſtari nonnulli. 4.

5. Detrimentoſus & noxius fonticulorum uſus arguitur inde, quod partes, in quibus fonticuli excitantur, temporis progreſſu debilitari, & ἀτροφίᾳ laborare advertantur. Ratio eſt, quod per eos non evacuetur humor vitioſus, catarrhi materia, ſed in eo illud in pus & ichorem convertatur, quod parti excavatæ ceſſiſſet in nutrimentum. 5.

6. Periculoſa fonticulorum geſtatio, quod nonnunquam ſuperveniat inflammatio & gangræna. Cotingit hoc infortunium Sereniſs. & glorioſiſſimo Heroi, Dn. Wilhelmo Duci Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, Montium, Domino noſtro clementiſſimo, in ſylveſtri tibiæ ſiniſtræ parte fonticulum geſtanti. Contigit idem Generoſo & Strenuo Dn. Dn. Johanni Henrico Werthero Dn. in Wihe, Frondorf. &c. Dn. noſtro gratioſo, fonticulum in brachio ſiniſtro gerenti. 6.

7. Ingens incommodum eſt, quod neceſſitatem perpetuæ geſtationis, & inde natæ ſummæ moleſtiæ, imponat illis, qui ſemel amplexati ſunt illius uſum. 7.

℞. 1. Novitas nihil derogat dignitati. Artes naſcentes rudes ſunt: cum ætate earum ſubtilitas creſcit. Fortè ad cauteria referri queunt. ℞. 1.

2. Quamvis id, quod quotidie excernitur, exiguum videatur, quia tamen continuatur, temporis progreſſu multum juvat. 2.

3. Evacuatio per fontem hunc artificialem, non eſt materiæ continentis, ſed antecedentis, qui in partem primariò affectam tendere ſolebat. 3.

4. 4. Adſcribitur ſterilitatis incommodum fonticulis, *nullo autore*. *Sennerto* patrocinium hujus opinionis tribuitur. Sed non ex ſuâ, verùm aliorum ſententiâ *lib. 3. pract. part. 9. ſect. 2. cap. 1. quæſt. 1.*

5. 5. Ἀτροφίας magis excitat deligatio fortior compreſſoria vaſorum, quàm evacuatio.

6. 6. Neutro ſymptomate terreri debemus. Defenſiva in conſilium adhiberi debent. Gangrænæ illæ non ſunt adeò infauſtæ, male-ominoſæ, cordive infeſtæ. Excidunt aliquot dierum ſpacio, & ulcus non invitum ſaneſcit.

7. 7. Si conferant juvamentum, nemo non illos geſtat avidè. Ad aliquod tempus ſi non proſint, tutò claudi queunt, neque natura ulteriùs illis oneranda. Cùm officium fecêre, impetrato ſcopo, & illis manumiſſio indulgeri poteſt.

CAPUT VIII

particulares fonticulorum utilitates ventilantur.

Argumenta 1. SUTURÆ coronalis fonticulorum locus difficilis à nonnullis judicatur inventû. 2. moleſta ejusdem eſt geſtatio. 3. Noxia eſt inuſtio, ſive cauterium ſit actuale, ſeu potentiale: quod pars debilis magis de ſuo tono deturbetur, & fluxionibus obnoxia reddatur: debilis eſt ob cutis tenuiatem, pericranii læſionem, oſſium tenuitatem. 4. Juvamenti vanitas clara eſt. Ulcuſculum inſtar ervi aut numuli, cerebri tantam molem, quæ frigidâ & ſiccâ laborat intemperie, exſiccare non valet. Quod in extremâ cute, excitato ulcere excrementa effluant, nullum dubium, at internum ſub calvaria humorem evacuari, qui in mentem alicui venire queat, multi non vident. 5. In cervice applicatum ſetaceum idem præſtat, & multò ſecuriùs, cum in ſyncipite ſint partes magis ſentientes, unde convulſio metui poſſit.

IV. Obviam itur à patronis his arietibus. 1. Conſenſêre proceres artis in certas inveniendi ἐγχειρήσεις, quæ ſi obſerventur, difficultas levior fit. 2. Firmari optimè poſſunt globuli, emplaſtra,

plaſtra, faſciæ, plumaceoli & ſplenia, in loco plano. 3. Debilitas illa partis facit ad liberaliorem receptionem ſuperfluitatum. Per ic. anium fortes violentasque impreſſiones tolerat. 3
4. Gutta cavat lapidem non vi, ſed ſæpe cadendo. Continuationis beneficium ſupplet impreſſionis lentitudinem. 5. Reſpondent, diverſam eſſe rationem: in ſincipite revellere & evacuare ſimul; in cervice intercipere & derivare. Diverſæ indicationis ratio diverſum requirit remedium. 4 5

LOCUS IN BRACHIO excitandi fonticuli etiamnum incertus. Nonnullis commodior cenſetur ſitus inter deltoidem & bicipitem: alii præferunt inter brachiæos. IN PEDIBUS ab aliis præfertur pars ſilveſtris, in aliis interna: ab aliis ſuprà, ab aliis infra genu eligitur. USUS DETERMINATUS nullo nititur fundamento. *Contrà fonticulum in brachio & pedibus.*

℞. Diſſenſus ille rem ambiguam reddit, ſed non tollit. Uterque locus admitti poteſt. Uſus evacuatorius eſt generalis, non determinatus: humoribus magis dicatus, quàm vaporibus.

LIBRI IV
SECT. VII.
PARS III.
De veſicantibus, ſenſibiliter
ſuccum à ſanguine diverſum evacuantibus.

CAPUT SINGULARE.

De nomine, materiâ, & uſu eorundem.

NOMINANTUR veſicantia ab effectu, parvis nimirum puſtulis, veluti bullis ſuprà cutim eminentibus. A *Dioſcoride lib. 3. cap. 63.* appellantur Διὰ κανθαρίδων ἐκδόρια, per cantharidas cutim excoriantia, urendique pote- *Nomen veſicantium.* 1. 2.

poteſtate aliquam partem auferentia, ἀπὸ τοῦ ἐκδέρεσθαι, quod in animalibus eſt *excoriare*, in arboribus *decorticare*.

Veſicantium materia.

Parantur noſtro ſeculo ex CANTARIDIBUS, quibus adſcribitur ſingularis noxa *à Dioſcoride*, quod illis qui uſi interius, δυσουρίαι. πολλάκις δ' αἷμα προΐενται δι' οὔρων. *urinæ moleſtias patiantur, ſæpiuſque ſanguinem cum iiſdem emittant.* Nec hujus moleſtiæ tædio liberos eſſe volunt, qui easdem exteriùs geſtant, aut corpori loco veſicatorii applicari permittunt. Addunt ergò *manuductore Dioſcoride*, corrigentium primatum quod obtinere cenſetur, ſemen ammeos. Vis tamen hæc non ſemper in actum deducitur.

Formula.

℞. *canthar. abjectis alis & capitibus* ℨij.
euphorbii   *ſinapi conquaſſati*, ā ℨj.
ſem. ammeos,   *fermenti acris* q. ſ.
ſpir. vini q. ſ.

M. F. Maſſa. S. Blaſenetzender-Teyg.

Operationis differentia.

Citius operantur cantharides Hiſpanicæ, tardiùs noſtrates exiles minores. Citiùs operantur ſine, quàm cum aceto.

Uſus in capitis,

USUS variat ratione loci.

CAPITI quatuor in locis deraſo applicata veſicatoria dolori diuturno & contumaci fuere remedio.

oculorum,

POST AURES IN OCULORUM AFFECTIBUS cum utilitate locantur.

& aliis affectibus.

CIRCA SCAPULAS applicari poſſunt in affectibus aliis. Sed quia deligationem locus hic non experitur facilem, præferenda

Brachiis,

BRACHIA, in regione muſculorum bicipitis & deltoidis.

cruribus, ſeorſim,

CRURIBUS applicari ſolent œdemate vel hydropico diluvio inundatis, nonnunquam felici, nonnunquam ſequiori cum ſucceſſu. Felix effectus ſequitur in curabili hydrope, cùm viſcera nondum corrupta. Aliàs gangrænæ periculum terrere ſolet ægros & medicos.

utriſque ſimul applicatorum uſus.

UTRISQUE extremis, brachiis & cruribus admoventur, cum fructu, in ardentibus & malignis febribus.

RATIO.

RATIONES, contrà hunc in ardentibus uſum quæ proferri ſolent, facilè dilui queunt.

Nova inventio excitandi veſicas attendenda. Sumitur LATI ORIFICII cucurbita VITREA, aut VITRUM HUMILIUS vel DEPRESSIUS, quo vinum bibitur. Illi ſtuppa ardens immittitur & cuti apponitur. Quadrante horæ elapſo detrahitur, & iterùm cum multâ flammulâ adponitur. Paulò pòſt veſicæ parvæ apparent, quibus ſenſim in unam coëuntibus, intra horæ ſpatium ſurgit veſica maxima, ori cucurbitæ vel vitro æqualis. Hæc vel carne bubulâ, vel foliis braſſicæ ſervanda aperta. *Nova inventio.*

At eodem temporis intervallo cantharides liberaliter fermento miſti & aſperſi ſuam abſolvunt operationem. *Epiſpaſtica.*

LIBRI IV
SECT. VIII.
De materiis chirurgicis, quæ inſenſibiliter evacuant, cucurbitulâ ſiccâ, rubificantibus, frictione, & pectinatione.

PARS I.
De iis in genere, & in ſpecie de cucurbitâ ſiccâ.

CAPUT I.
De nomine & differentiis.

NOMEN evacuantium illis datur non niſi metaphoricè, quia vacuant non propriè, ſed trahendo ab unâ parte ad aliam, à centro ad circumferentiam, nec non indifferenter à qualibet parte, ut cerebro, in aliam. *Nomen evacuantium.*

ex ureteris loco uno in alium, cum dolores à calculo, inſenſili loco, incuneato, oriuntur.

Modus tractionis. Trahunt ratione caloris & doloris. CALOR non attrahit per ſe, ſed quatenùs occaſionalis cauſæ rationem obtinet, adeoque ex accidenti agit, quicquid agit. Partem enim rarefactam ad excrementa aliena recipienda diſponit. DOLOR etiam non attrahit per ſe, ſed ex accidente. Præſidia hæc dolorem excitantia faciunt, ut humor copioſus in partem irruat, quidam intemperiem & ſolutionem continui excitat, ſequitur debilitatio partis, ut repellendis à ſe humoribus impar reddatur.

Differentiæ. *1.* DIFFERENTIÆ. I. *materiæ*, magnitudinis, & figuræ ratione notæ ſunt.

2. II. ESCARUM ſeu FOMITUM, unde ignis accenditur, varietas occurrit.

Vulgaris, VULGARI conſuetudine recepta flammæ materia eſt fumus oleariæ lucernæ, quo utuntur noſtri balneatores.

Rarior, RARIOR adminiſtratio fit 1. impletis cucurbitulis, calido fotu, & applicitis per SPIRITUM & SUCTIONEM attractâ cute. Cum adhæret, foramen clauditur cerâ. 2. Elegans modus eſt impletio cucurbitulæ flammâ accenſi goſſypii. 3. Exigua candela, tenui ferro impoſita cucurbitulæ transverſim immittitur. 4. Rarefit etiam aer in alveo cucurbitulæ ſolis calore, & radiis per cryſtallinam ſphæram exceptis. 5. Vaporatus aquæ calidæ, vel decocti alicujus idem præſtat.

in ſpecie. Magni hæ momenti ſunt utilitates. Ignis incluſi, qui principalis eſt effector, ratione.

Per ſe calefaciunt. PER SE calefaciunt, ſimulque digerunt, concoquunt, rarefaciunt, diſcutiunt, diſſipant, attrahunt.

Per accidens attrahunt: &c. PER ACCIDENS attrahunt, dolorem levant, ſtupefaciunt, extrahunt, vacuant, derivant, revellunt, transferunt, reponunt, comprimunt.

Effectus tres. EFFECTUS per compendium ad tres claſſes reducuntur. Adhibentur ad ſcopum evacuationis, revulſionis, derivationis. Evacuant parti affectæ, derivant parti vicinæ, revellunt parti diſtanti applicitæ.

EVACU-

EVACUANT non ſcarificatæ ſpiritum, *autore Celſo lib 2, cap. 11,* ut ſcarificatæ ſanguinem. Ubi inhæſit cucurbitula, *inquit,* ſi conciſa ante ſcalpello cutis eſt, ſanguinem extrahit, ſi integra eſt, ſpiritum. Ubi itaque materia, quæ intus eſt, lædit, ſcarificatam: ubi inflatio, non ſcarificatam imponere ſolemus. *Evacuant.*

Hujus rei exemplum eſt apud *Galenum 12. meth. med. cap. 8.* ubi colicum dolorem à flatu ortum adhibitâ cucurbitulâ ſanavit. Is, *inquit,* colicus dolor, qui ſpiritum flatuoſum comitatur, propriam quandam curationem eſt ſortitus ex cucurbitâ cum flammâ copioſâ ſubinde admotâ. Hoc præſidium incantamenti inſtar colicam flatulentam ſedare teſtatur. Ipſum id, cum in ventriculi & inteſtinorum inflatione cucurbitâ non ſcarificatâ utitur, *14 meth. cap. 7.* confirmat. *Exemplum de flatibus.*

Non FLATUUM ſolùm, ſed & HUMORUM evacuationi inſervire cucurbitulam non ſcarificatam *Galenus lib. de hirudinibus, revulſione, cucurbitulis, ſcarif.* teſtatur, cum phlegmones curandæ causâ etiam cucurbitulam adhibet. *de humoribus.*

Affectibus cerebri ab humoribus exortis, apoplexiæ, lethargo & aliis, cucurbita cum magnâ flammâ ſincipiti admota medetur. *Exempla affectuum.*

Benè noverat hoc Hieronymus Fracaſtorius, qui cum menſæ adſidens langueret, octuagenario major, cognito fatali apoplectico paroxyſmo, poſt multas amicas ſibi herbas in olfactum balbutiente linguâ efflagitatas, amiſſo penitus ſermonis uſu, manu ſæpius in verticem exporrectâ, iis, qui aderant, innuere voluit, ut celeriter cucurbitulâ affecto & laboranti cerebro, quo ille opportuno remedio ſe olim Veronæ unam monialium virginum Divo Bernardino dicatarum curaſſe adhuc meminerat, ſubvenirent; ſed, re nequaquam à domeſticis intellectâ, quum alii alia adhibenda tum eſſe remedia prædicarent, fruſtrà expectato remedio, leniter ſub noctem exſpiravit. *Fracaſtorii exemplum.*

REVELLENDI in intentione maximæ cucurbitæ cenſentur eſſe efficaciæ, cum APOPLECTICUS ingruit paroxyſmus. Applicantur dorſo, hypochondriis, cervici. Vetuſtas hoc præſidio ſibi placuit, confeſtimque ægros liberavit. *Revellunt*

ſpaſmo. SPASMO CYNICO laboranti cucurbitas circà collum & occiput affigit *Celius Aurelianus lib. 3. morborum, acut. cap. 7.*

narium hæmorrhagia, In NARIUM HÆMORRHAGIA nimiâ, PRÆCORDIIS affixa cucurbita impetum ſiſtit.

Cautio. Magnâ tamen hîc opus cautelâ. Contingit nonnunquam, ut ad hypochondria hoc modo humores concentrentur, non ſine noxâ, quandoquidem muſculi abdominis intenduntur, reſpirandique functio turbatur.

Hiſtoria. Notabilis eſt apud *Hildanum* hiſtoria. Chirurgus aulico narium hæmorrhagia maximâ laboranti cucurbitulas magnas ad epatis regionem affixit, ſed ſucceſſu infelici planè. Hepatis enim ſequebatur inflammatio, quæ negocii faceſſebat non parùm. Hoc exemplo permotus idem potius frigidiuſcula topica, quàm cucurbitulas ſuadet.

In coxendicum dolore. IN COXENDICUM DOLORE prodeſt ſicca cucurbitula foris admota. *ὁπόταν ἰσχίας, inquit Hippocrates lib. de locis in homine pag. 89. F.*

menſtruo fluxu. *γυναικὶ τὰ καταμήνια ἢν βούλῃ ἐπισχεῖν, σικύην ὡς μεγίστην πρὸς τοὺς τιτθοὺς πρόσβαλλε. Mulieri menſtrua ſiſtere ſi volueris,* inquit *Hippocrates 5. aph. 50. cucurbitulam maximam ſub mammis defige.*

Derivant. DERIVANDI gratiâ è cerebro cucurbitæ ſiccæ etiam affiguntur partibus vicinis.

LIBRI IV SECT IX. PARS II.

De inſenſibiliter vacuante præſidio altero, nempe de rubificationibus, dropacismo, ſinapiſmo, picatione ferulatione.

CAPUT

CAPUT SINGULARE.

De rubificantibus in genere.

NOMEN φοινιγμὸς ἀπὸ τοῦ φοινίσσειν derivatum, notat rubificantia in ſpecie dicta, quæ ſine exulceratione, rubro cutim inficiunt colore. Σιναπισμοὶ à materiâ appellantur. Δρώπακες ab effectu, περὶ τὸ δρέπεσθαι, quoniam *pili* in eo quaſi *evelluntur*. *Nomina phoenigmus* Σιναπισμός. Δρωπακισμός.

Rubificantium & veſicatoriorum adeò cognata ratio, ut ſæpe idem medicamentum, quod e levioribus eſt, ſi diutiùs cuti adhæreat, evadat veſicatorium, ſi auferatur juſto tempore, maneat δρώπαξ, & veſicas non attollat, & ſimiliter veſicatorium, quamvis vehementiſſimum, ſi citò auferatur, non niſi cutim rubificet. *Utrorumque affinitas.*

USUS duplex eſt: ut vitioſi humores diſcutiantur, & ad partem emaciatam alimentum attrahatur. *Uſus rubificantium.*

VERTICI admovit *Galenus 5. meth. med. cap. 13.* in ſanguinis ſputo Romanæ mulieris. Raſo capite medicamentum ex palumbium ſtercore imponere juſſit. 1.

IN LATERUM DOLORIBUS, *autore Celſo lib. 4. cap. 6.* ſinapi ex aceto ſuper pectus imponitur, donec ulcera, puſtulasque excitet, & tum medicamentum, quod humorem illuc citet. 2.

PARALYTICIS membris *Aegineta lib. 3. cap. 18.* applicare jubet τῶν διαφορητικῶν φαρμάκων τινά. καὶ τοῖς φοινίσσειν δυναμένοις συνεπιβάλλειν τοῖς τοῦ καστορίου, ἢ πεπέρεως, ἢ πυρέθρου, ἢ κάχρυος ἢ εὐφορβίου, *eaque diſcutiendi facultatem habent, quæque exaſperando cruentum ruborem cutis excitare valeant: quibus cum caſtorium, aut piper, aut pyrethrum, aut ſemen roris marini, aut euphorbium admiſcebimus.* 3.

SINAPISMUM id eſt ſinapi admovere jubet partibus, quibus ſenſus ac motus periit. σιναπισμός.

PICATIO huc pertinet, medicamentum διὰ πίσσης ex pice, ſimplex & compoſita. πιττώσις.

ſimplex, SIMPLEX concinnatur ex *picis* unâ parte, ut ℥j & *olei* ut irini vel alterius, parte dimidiâ.

compoſita, COMPOSITA ex pulveribus calidis, ſtercore animalium, pice, oleo, & reſinâ terebinthina exceptis.

℞. *euphorbii pulver.* *piperis*
rad. pyrethri *ſterc. columb.* ã ʒj.
pic. naval. ℥ſ. *terebinth.* ℥ſ. ol. *laurini* ℥j.
M. F. Emplaſtrum.

Galenus ejus meminit. Meminit hujus medicamenti, *ᾧ καθ' ἑκάστην ἡμέραν οἱ πιττωταὶ χρῶνται, quo picatores quotidie utuntur, Galenus lib. 7. meth: medendi cap. 7.* & commendat in intemperie ventriculi
1. frigidâ intensè cum ſiccitate, modumque applicandi addit. Illinitur eo totus venter, poſt avellitur priùs ac refrigeratur: atque hoc ſi bis uno die feceris, abundè erit: ſæpius non expedit: ſic enim digeres potius quàm implebis. Præſtat obſervare tempus ante cœnam & prandium.

2. Eandem picationem commendat 14. *methodi medendi cap. 16.* in reficiendis corporibus extenuatis, & particulis, quæ deficiunt, reſtituendis.

Percuſſio cum ferulis picatis. PERCUSSIONIS & PICATIONIS conjunctæ ſimul mentionem facit eodem capite, in iisdem defectibus, illorùm nempe, quibus à natali die gracilia ſunt membra. Modus talis eſt. *Ναρθήκια λεῖα μετρίως ἀληλειμμένα, κατὰ τῶν ἰσχνῶν ἀπορράσσειν ἄχρις ἂν ἐξαρθῇ μετρίως. ἐν τούτῳ γὰρ τὸ ὅλον ἐστίν. Τὸ μὲν πρῶτον αἰείρεται. ἔπειτα δ' ἰσχναίνεται. Ferulas parvas ac leves modicè illitas gracilibus partibus incutiunt, donec modicè attollantur: quippe in hoc ſumma rei eſt: Primum pars intumeſcit, poſt gracileſcit.*

Urticatio. URTICATIONES huc etiam pertinent, à Celſo in paralyſi commendatæ. Urgentur uſque ad ruborem, quo apparente ceſſandum.

LIBRI

LIBRI IV.
SECT. X.
PARS III.
De inſenſibiliter vacuante præſidio tertio, frictione & pectinatione.

CAPUT I.
De frictione.

NOMINATUR τρῖψις, græco idiomate. *Nomen.*

DUPLICES ſunt: *ξηραὶ καὶ ὑγραὶ ſicca & humidæ.* *Differentia.*

SICCÆ vel manibus ſolis adminiſtrantur, vel pannis aſperis, vel ſacculo ſimplicibus calidis repleto. Solent adhiberi toti corpori, vel partibus determinatis. Sic in catarrho & quocunque alio capitis affectu à cauſâ frigidâ, ſacculus parari poterit ex cephalicis calidis, ſummitatibus roriſmar. majoran. fl. pœon. lil. convall., milio toſto, ſulphure, ſandarach arabum, rad. ireos, acori veri, pœoniæ. *ſiccæ.*

HUMIDÆ fiunt vel manibus oleo aliquo inunctis & liquore aliquo appropriato madefactis, vel ſpongiâ vino aut decocto aliquo repletâ. *humidæ.*

DOTES frictionum proponit *Ariſtoteles ſectione 38. problemate 3. 4. 5. &c.* *Utilitates frictionum. Ariſtotelicæ*

I. *αἱ τρίψεις σαρκοῦσιν, ὅτι πυκνὴν καὶ ἀραιὰν ποιοῦσι τὴν σάρκα. καὶ κωλύουσι συστάσεις γίνεσθαι κατὰ τὸ σῶμα, τούτου δὲ μὴ ὄντος, οὐδὲ συντήξεις γίνονται. carnem laxiorem & perſpirabiliorem reddunt, & prohibent, quo minus inutiles coitiones in corpore coacerventur, quæ ſi abſint, tabes nulla in corpore ſequitur.* *1. Frictiones augent carnem.*

Dum itaque caro ſpiratior & laxior redditur, fit & alimenti capacior, & excrementorum ſecretioni faventior.

II. Inde altera ſequitur utilitas ad meliorem valetudinem. *ὅτι οὐ δεῖ πυκνοῦν τὴν σάρκα πρὸς ὑγίειαν, ἀλλ᾽ ἀραιοῦν. ὥσπερ* *2.*

καὶ

καὶ πόλις ὑγιεινή ἐστι καὶ τόπος εὔπνους, οὕτω καὶ τὸ σῶμα εὔπνουν μᾶλλον ὑγιεινόν ἐστι τοῦ ἐναντίως ἔχοντος. *Corpus cui ſecundam conciliare volumus valetudinem, non denſum, ſed rarum reddendum eſt. Nam ut urbs, locusque quicunque ſalubris eſt, qui placidè perſpirabilis eſt, ita & corpus, quod placidè perſpirabile eſt, ſanitati oportunius.*

4. III. Siccarum frictionum alium adſignat uſum. αἱ ξηροτριβίαι στερεὰν τὴν σάρκα κατασκευάζουσιν. *Siccæ frictiones carnis ſoliditatem moliuntur.*

Galenus in ſyncope prodeſſe ſtatuit.

Galenus 12. method. medendi cap. 13. in cura ſyncopes, quæ in febribus à crudorum ſuccorum copiâ oritur, ubi neque vacuatio per venam, nec alvum convenit, commendat κένωσιν διὰ τῆς τρίψεως vacuationem *per frictionem* cum oleo ſicyonio.

In febribus, utiles ſunt.

IN FEBRIBUS INTERMITTENTIBUS frictiones locum habent, ceu remedium ſanans, & corpus perſpirabile reddens. διαπνοὴν Galenicam evacuant, in artubus inſtitutæ: Habent etiam locum, ceu remedium *revulſorium*, cùm peccantes humores & vapores ad caput habent raptum: ſupplent etiam vicem remedii *extrahentis*; cum in petechiis motus naturæ ad cutim eſt imperfectus, ſed mites eſſe debent.

CAPUT II

de pectinationibus.

In capite. utiles ſunt,

Fiunt in capite, & aliis partibus. In CAPITE frictionum obtinent locum. Doloribus capitis, qui umbræ inſtar alios morbos comitari ſolent, mederi compertum eſt. Ferreo pectine ad capitis refectionem ſuper prunis calefacto, ſæpe uſi fuimus. Caput mundat à ſordibus, & poros melius aperit.

& in dorſo.

In DORSO ſcabie pruriginoſâ laborantibus commodæ ſunt: nam nemo tam affabrè cutim ſcalpere poteſt, quàm ipſe patiens.

Totum corpus reficiunt.

Pectinationis magnam efficaciam probat, ſi verum eſt, quod ſcribit *Helmont. lib. de ſeptupl. digeſt. aliment. human. t. 18.* aſinam lactantem inſtar equorum eſſe pectinandam (propriè vocant ſtrigili mundare) & ex lactis guſtu dignoſci poſſe, an aſina pexa fuerit iſto manê, an non.

CAPUT

CAPUT III.

De vellicatione pilorum.

HAnc nonnulli in capite magni æſtimant pro ſiſtendis catarrhis, credentes cerebrum eſſe fontem catarrhorum. Refert *Alexander Benedictus* hoc à Græcis potiſſimùm obſervari. Apprehendunt magnam partem capillorum, manu elevant aliquoties, donec crepitu cutis ab oſſe ſecedat, & ſic deſtillationes ſiſtunt. *Magni fit à quibusdam.* *Alexandri Benedicti relatio vix fidem meretur.*

CAPUT IV.

De ligaturis.

Ἐπιδέσεις *deligationes* fiunt vinculis & faſciis teretibus, latis, ſtrictis in artubus ſuprà articulos.

LIGATURA alia eſt *ſtricta*, in quâ undique arctè membrum conſtringitur, ut ultrà ligaturam nullibi arteriæ pulſare percipiantur: alia *mediocris*, quæ undique membrum comprimit, ſed ita, ut ultra ligaturam pulſare arteriam ſinat. Utraque locum habet in medelis chirurgicis. *Differentia.*

ATTRAHERE ligaturas dolorificas hypotheſis videtur infallibilis. Confirmatur, quod pars ligaturâ intercepta tumeat, adeò etiam, ut à copiâ irruentis ſanguinis inflammetur, & niſi relaxetur, gangræna ſupervenire queat. Hoc confirmat alicubi *Galenus*, qui Alexandriæ cum eſſet, narrat, ruſticum non longè ab urbe in manus digitorum uno ictum, ejus radicem ad palmam validiſſimo vinculo deligaſſe, totumque digitum (ſine dubio inflammatum) poſt abſcindendum amico medico præbuiſſe: Illum autem nihil tale tentaſſe, ſed ruſticum faſciis relaxatis ſanum evaſiſſe. *Attractio.* *Confirmatur.* 1. 2.

Attrahere ligaturas, declaratur quoque deligationis, venæ ſectionis præambulæ argumento. Si collum ligetur faſciâ, venæ capitis intumeſcunt: dolor enim ligaturæ attrahere ad caput creditur. Si humerus ligetur, cubitus & manus valde intumeſcunt, & dolor à vinculo excitatus attrahere creditur. 3.

Si corpus ligetur, venæ manûs intumeſcunt, ut ſic ſalvatella & cephalica manûs apertè in oculos incurrant, ſanguine turgidæ & eminentes. Si tibia ligetur, venæ pedis inferioris tument. Tumere autem creduntur à dolorificâ ligaturâ ſanguine in venas attracto.

Modus attractionis. MODUS attractionis *à veteribus* adſcribitur dolori, calori, vacui fugæ; & dolori quidem, non quatenus eſt dolor, ſed quatenus dependet à ſuis cauſis, intemperie calidâ, & inde natâ ſolutione continui. Hæc partem debilitat, & repellendis à ſe humoribus imparem reddit. Inde tumet pars conſtricta.

Recentiorum. At longè alia intumeſcentiæ hujus ratio. Non oritur attractione per dolorem, calorem, aut ullam vacui vim. Ex hâc cauſâ non poteſt deduci ratio, ob quam ligato brachio infrà ligaturam intumeſcant cubitus, manus & digiti. Non oritur ille tumor à ſanguine, à corde in partes trans ligaturam copioſiùs per venas irruente, ſed ab impedito motu ſanguinis reflui per venas in cor. Detentus ſanguis ibi tumorem excitat. Ligaturæ ſanguinis è naribus fluentis motum ſiſtunt, brachiis injectæ, non quod ratione doloris aut caloris attrahant, ſed quod ſanguinem ex arteriis reſumtum, ad cor per venas tendentem, quo minùs tam citò ad dextrum ventriculum perveniat, retardent. Hoc in fundamento quieſcit *vis ligaturarum*, dum injiciuntur parti ſanæ, ſanguinem per venas ad affectam refluere in copiâ prohibent, & ſic pars affecta ab influxu liberatur.

Digitorum conſtrictio. DIGITORUM in manu dextrâ DUORUM MEDIORUM LINO COLLIGATORUM CONSTRICTIO, quæ à ſupremis revellere creditur, ad ligaturas etiam pertinet.

Præligatio. *Plinius* deſtillationes à capite arcere docet, atque idem facere PRÆLIGATUM POLLICEM in pede, maximè ſi caninâ pelle & digiti jam dicti & pollex obvolvantur.

GUER-

GUERNERI ROLFINCII,
PHIL. ET MED. DOCT. ET PROF. PUBLICI,
ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS COMMENTATORIÆ.
LIBER V.
De materiis præſidiorum
pharmaceuticis, quæ reſpiciunt cauſam morbi, vacuationem indicantem, per alvum, & vomitum.

SECTIO I,
De vacuantibus per alvum, & vomitum, leniendo,

CAPUT I.
De vacuantibus per alvum in genere, & eorum indicante, cacochymia.

CUm non uno eluatur fonte morboſa macula, in ſubſidium adſciſcendus pharmaceuticus. Reſpicit ille cauſam generatam, humores vitioſos, cauſam generantem, viſcerum nempe in- *Indicatur purgatio ὡς ὠφελῶν ἐνδεχυμένον,*

ſi adſit indicans cacochymia, peccans qualitate,

intemperiem & infirmitatem, ſymptomatumque mitigationem.

GENERATA cauſa morbifica ſunt *οἱ χυμοὶ κατὰ ποιότητα μοχθηροὶ humores peccantes qualitate*, adeoque corruptione quâdam, quæ nullâ *ἐπανορθῶσαι* in viam poteſt reduci, ſed *ἄρσιν ἐνδείκνυται*, manumisſionem & remotionem indicat.

& motu crudi humores rectè dicuntur fermentantes, coctis fermentati.

Peccantes *διαχωρῆσαι* & ſpontaneo ſeceſſionis motu, per *ζέσιν καὶ ἐργασμόν, τῆς μίξεως καὶ κράσεως τρόπῳ* ſoluti vinculo humores, & ſalinæ, ſulphureæ & mercuriales atomi*, per totam corporis *λειτουργίαν* diſperſæ, quantitate efflorescentes, ac turgentes, divortium ab invicem facientes, ſedem figere ſeorſim volentes, bellumque mutuum indicentes, etiam hic attendendæ.

κακοχυμία triplex.

Moleſtorum horum, ſecundùm ſubſtantiam alienatorum, & ſecundum motum turbatorum humorum abundantia, KAKOXYMIA dicta, dominatur in publicis, primâ, ſecundâ vel tertiâ; vel privatis corporis regionibus.

regionis publica prima

ſecunda,

tertia,

IN PUBLICA PRIMA, ad cavam jecoris, quæ ſe extendit partem, regione, *veteris doctrinæ tenore*, ſi ſtabuletur, indicat *ἐκκοπρωτικὰ ſtercoraria*, benedicta, LENIENTIA; IN SECUNDA, quæ ad artus, PURGANTIA MITIORA, MINORATIVA dicta: IN TERTIA, quæ ad totum corporis ambitum, VALIDIORA *ἐλικρῶς ἀθρόως, ſimul & ſemel* agminatim, electivè, & eradicativè.

Vacuatio fit per vomitum,

SINGULA ſunt *τὰ μὲν ὑπήλατα, τὴν κάτω κοιλίαν καθαίροντα, κατωτερικά, ὑποχωρητικά, ἐλατήρια κάτω: τὰ δὲ ἐμετικά, τὴν ἄνω κοιλίαν καθαίροντα, ἀνωτερικά, ἐλατήρια ἄνω.*

& alvum.

Per ALVUM ducentia exhibentur per os, vel per clyſteres.

Privatarum regionum.

IN PRIVATIS, cerebro, corde, jecore quæ ſtatuitur cacochymia, iisdem moveri & removeri traditum fuit olim.

CAPUT II.

Permittentia & coindicantia purgationem ſunt vires, & ſub harum menſurâ etiam ætas, ſexus, tempus, influxus aſtralis. Probibentia & contraindicantia ſunt eadem, ſi ſecus habeant.

VIRES permittentium in cenſu primum obtinent locum. *Vires.* Si ſint ferundo. Attendendæ ſunt ANIMALES. 1. *Animales.* quia hæ potiſſimùm laborant in purgatione, quæ eſt excretio excrementorum, voluntarii motus inſtrumentis perfici adſueta. 2. Excretio non fit, niſi natura irritata ſentiat moleſtiam: At ſentiendi munus ab animali perficitur virtute. 3. Dolores & tormina, quæ oriuntur, animalem virtutem præcipuè labefactant. VITALIBUS non minùs oculus *Vitales.* admovendus, hæ ſi ab oppreſſione langueant, coindicant.

ÆTAS ſub temperamenti & virium ratione conſiderata, *Ætas.* nulla non purgationem admittit: modificat pro ratione gradûs ſolùm quantitatem ſenilis & puerilis.

Nonnulli regerunt: pueros non tam pravos congerere *Dubitatur de pueris,* humores, quàm crudos, ob voracitatem, illos autem non expurgatione opus habere, ſed concoctione, quæ facilis impetratu in pueris, ob caloris vivacitatem. 2. purgantia, quæ calida ſicca, exſiccant tenella puerorum corpora, eàque ratione adverſantur eorum incremento. 3. Eadem motu turbant coctiones. 1. 2. 3.

℞. Et cruditas & cacochymia indicant purgationem: illa principaliter, hæc minus. Utraque abundat in pueris. 2. Diſtinguendum inter valida & levia purgantia. Hæc locum habent, non illa, niſi eorum vehementia infringatur. Id monuiſſe videtur *Hippocrates*, cùm elaterium exhibet non puero, ſed nutrici. 3. Gradus ætatis puerilis diſtinguendi. Primi & ſecundi ordinis, οἱ δὲ νεογενεῖς levius excipiendi: ordo τῶν πεσσέπτήρων καὶ ἐφήβων ſeverius. R. 1. 2. 3.

Sexus. SEXUM nullam purgationem excludere notoriæ eſt veritatis, etiam in gravidis, medii dum currunt menſes. *4. aph. 1.*

Anni tempus. ANNI TEMPUS vernum & autumnale præſervationi, curationis neceſſitati omne tempus aptum.

Siderum influxus. SIDERUM influxus fauſtus faciles reddit purgationes.

Conſuetudo. CONSUETUDO ſub virium ratione conſiderata tantam vim habet ac ipſa natura. Qui nulla per os adſumunt medicamenta, clyſteribus ſollicitentur ſolis.

Contra indicat virtus *Ἀντενδεικνύμενον contraindicans* & PROHIBENS eſt virium infirmitas. Hæc lenientia admittit & minorantia, ſeu purgantia mitiora, ſi ab exſolutione oriatur, purgantia, ſi ab oppresſione.

CAPUT III

rectam adminiſtrationem & legitimum uſum purgationis proponit in quatuor ſcopis, κατὰ τὸ πόσον, χρόνον, τόπον, σχῆμα. 1. ſecundum quantitatem. 2. tempus.

1. τὸ πόσον QUANTITATIS ratione, tutior eſt purgandi ratio ταμιευομένη, ἐκ τῶν διαλειμμάτων γινομένη, quam ἀξιόλογος, ἀθροωτέρα, ἢ ἀθρόα. τὰ χωρέοντα, *inquit Hippocrates 1. apor. 23.* μὴ τῷ πλήθει τεκμαίρεσθαι χρή, *dejectiones non ſunt æſtimandæ multitudine.* Imprimis quantitatem moderatur menſura τῆς δυνάμεως, cujus quatuor gradus: Primus eſt ἰσχυρὰ δύναμις. 2. ῥώμη τῆς δυνάμεως. 3. ἄῤῥωστος δύναμις 4. ἐσχάτως ἄῤῥωστος ἢ προκαταλυθεῖσα δύναμις. LENIENTIBUS ſolis interdum expediri poteſt negocium, interdum purgantibus mitioribus: Eſt, ubi non niſi generoſâ per validiora purgantia evacuatione opus.

2. ὁ χρόνος tempus generale. II. TEMPUS aptum purgationi eſt vel generale vel ſpeciale.

GENERALE eſt ANNI TEMPUS moderatum, vernum & autumnale. Excludit Hippocrates æſtatis fervidam conſtitutionem, quam innuit, cum *4. aph. 5.* inquit: ὑπὸ κυνὸς καὶ πρὸ κυνὸς

κυνὸς, ἐργώδεες αἱ φαρμακεῖαι. Sub cane & ante canem difficiles purgationes.

Per canem non intelligitur totum ſydus, ſed ſtella lucidiſſima ejus in maxillâ ſeu anteriore parte canis, quà *προκύων ante*-canis, *canicula*, & canis minor dicitur, ad diſtinctionem canis majoris. Nomen habet à canibus, qui ſub illius æſtu in rabiem aguntur. Σείριος dicitur ἀπὸ τοῦ ξηραίνειν ab exſiccando.

Per canem quid intelligendum.

Per tempus ANTE CANEM, intelligitur mediæ æſtatis illud, ab ingreſſu ſolis in cancrum, qui fit circà diem 13 Junii, usque ad caniculæ ortum, qui incidet in diem 27. Junii. TEMPUS SUB CANE eſt, quo canicula oritur, primò quidem coſmicè, manè ſcilicet ante ☉ conſpicua, poſteà heliacè unà cum ſole adſcendens, ſed inconſpicua, quia ſub radiis ejus occultatur, è quibus tandem circa 9. aut 10. Auguſti diem emergit. Hoc tempus eſt dierum XXXX circiter aut L, qui caniculares appellantur.

Per tempus ante canem quid intelligendum, quid ſub cane.

Noſtro climate temperatiore in cauſa neceſſitatis habent & hæ ſua commoda.

Limitatio.

PARTICULARE aptum purgationi tempus eſt PRINCIPIUM morbi. *Ἀρχομένων τῶν νούσων, inquit Hippocrates 2. aphor. 23. κινέειν δεῖ, incipientibus morbis, ſi quid movendum videtur, move*, At 1. *aphor. 22. πέπονα φαρμακεύειν καὶ κινεῖν, μὴ ὠμά, μηδὲ ἐν ἀρχῇσιν, concocta medicari, non cruda, nec in principio jubet.* Τὸ ἐναντιοφανὲς tollit concluſio ultimi aphoriſmi, *ἢν μὴ ὀργᾷ, niſi turgeant.* Cum ὀργασμὸς ex ſingulari humorum fervore διαχωρήσει καὶ ζέσει *ſeceſſione & fermentatione* concitatus adeſt, in principio admitti poteſt purgatio validior: Sin minus, lenientibus inſiſtendum, & concoctione expectatâ, purgantibus mitioribus.

Particulare tempus, morbi principium.

Conciliatio.

A primâ Hippocraticâ ſeceſſum fecere Neapolitani & Siciliani quidam medici, quorum propugnator *Joh. Baptiſta Corteſius*, qui nullâ habitâ turgentiæ ratione, in acutis ardentibus perpetuò quartum exſpectavere diem, eumque purgationi aptum judicavêre, tantâ confidentiâ, ut exiſtimarint non purgatos eo die omninò interituros.

Ab Hippocratis regulâ ſecedentes.

Com-

An v. ſ. an purgatio ἡγεμονι-κόν?

Comparatione factâ in quibusdam morbis purgatio, in aliis v. ſ. eſt ἡγεμονικόν.

Differre v. ſ. jubet Galenus *9. meth. med. cap. 5. & lib. de ſang. miſſ cap. 20.* tanto tempore, quanto ad coctionem alimenti & excrementorum deſcenſum opus eſt. *Alibi* maturandum, & alvi ſolutionem poſtponendam cenſet.

Eriugant.

Diſtinguendo ſcrupulus reſolvi poteſt. In repletione primarum viarum & cruditate, ſi morbus det inducias, primò medicamentum porrigatur leniens. Si non det inducias, applicetur clyſter, poſt vena ſecetur. Imò ſi utriusque par neceſſitas, præcedet venæſectio, etiam non præmiſſo clyſtere. Videatur *lib. 4. ſect. 2. cap. 12.*

CAPUT IV.

Recta adminiſtratio ſecundùm locum expenditur.

Locus expenditur.

1\. HUnc non indicat præcisè CONDITIO HUMORUM, ita ut calidi per ſuperiora, frigidi per inferiora ſint expurgandi, ut innuerat *Hipp. 4. aphor.* Nec locum determinat

2\. ANNI TEMPUS, ita ut æſtate ſuperiora potius, hyeme inferiora purgare conveniat, ceu monuerat *Hippocrates 4. aph. 4.*

3\. Nec ab HABITU CORPORIS exactè locus deſignatur, ita, ut graciles ſolùm per ſuperiora purgandi, alii per inferiora, ut colligunt nonnulli ex *4. aphor. 6. 7. 9.* Verum indicans loci, per

4\. quem purgandum, eſt inclinatio & impetus humoris ad hanc vel illam viam. *Ἃ δεῖ ἄγειν, ὅκου ἂν μάλιστα ῥέπῃ, ταύτῃ ἄγειν, διὰ τῶν συμφερόντων χωρίων. Quæ ducere oportet, eò ducere oportet, quo vergunt, per loca conferentia.*

CAPUT V.

Quartus in rectâ purgantium adminiſtratione ſcopus, qui concernit modum.

Modus conſiſtit in

MOdus in eo complementum expectat, ut fiat ἀσφαλέως καὶ συμφόρως, *autore Hippocrate 1. aphor. 2.*

AD

Εὐφορία. Exhibitionem præcedunt 1. Præparatio,

AD ΕΥΦΟΡΙΑΝ, ut commodè æger ferat purgationem, ANTE EXHIBITIONEM præcedere debet præparatio & coctio.

PRÆPARATIO indigitatur 2. *aphor.* 9. & requirit corpus εὔροον. Fluxile autem fit corpus 1. cum viæ redduntur liberæ aperientibus & laxantibus. 2. humores redduntur fluxiles, craſſi inciſione, tenues incraſſatione, lenti deterſione, mordaces attemperatione.

2. Coctio.

COCTIO innuitur *à loco 1. aphor. 22.* cum jubet τὰ πέπονα φαρμακεύειν, μὴ ὠμὰ, *cocta medicari, non cruda.*

Convenientia πέψεως καὶ πεπασμοῦ Diſconveniunt 1. materiâ modo, fine.

Non intelligitur vera coctio, quæ dicitur πέψις, ſed impropria, quæ vocatur πεπασμός. Conveniunt ratione cauſæ effectricis inſtrumentalis, quæ calor eſt, vitæ opifex. Diſtinctio eſt tantùm materiæ, modi & finis. πέψις ἐστι τῶν εἰσιόντων, πεπασμὸς τῶν ἐξιόντων. *Coctio vera eſt rerum ingredientium, naturæ conſentanearum & conſocialium: mitificatio eſt exeuntium, ſeu rerum ad exitum præparatarum.* πέψις ἐστι τῶν πεπτομένων εἰς τὴν τοῦ πέπτοντος οὐσίαν ἀγωγή; πεπασμὸς, πέψις ἐστί τις τῶν παρὰ φύσιν. *Coctio eſt coquendarum rerum in ſubſtantiam alitis reductio: altera eſt rerum è naturali ſtatu egreſſarum mitigatio & concoctio.* πέψις fit adſimilando, πεπασμὸς alterando. Coctionis finis οὗ *cujus*, eſt τελείωσις, κατὰ τὴν οὐσίαν, εἶδος, καὶ φύσιν. finis ᾧ *cui* adſimilatio, ſeu nutritio. πεπασμοῦ finis οὗ *cujus*, eſt forma quædam accidentalis, quæ concernit συμμετρίαν qualitatum, vel modum ſubſtantiæ, & mitigationem τῆς ὠμότητος, quæ conſtitit ἐν διαχωρήσει *ſeceſſione*, quâ disgregatur humorum & principiorum chimicorum nexus; finem ᾧ *cui* autem, evacuationem.

In exhibitione.

IN EXHIBITIONE, εὐφορίας ut ratio habeatur, non ſunt exhibenda purgantia cum cibo ſemper. Interdum tamen id fieri poteſt. Teſtatur experientia, in ſanis præſervationis ergo in primo juſculi meridiani cochleari ſumtum purgans, prandio finito, optimè facere officium. Lenientes autem aloeticæ pilulæ quocunque tempore prandii aut coenæ ſumi posſunt.

Συμφορία.

ΣΥΜΦΟΡΩΣ æger ut toleret purgationem, neceſſe eſt nonnunquam per ἐπίκρασιν cacochymiam evacuare, καὶ κατὰ βραχὺ ἀντ' αὐτοῦ τὸ χρηστὸν ἐνθεῖναι, *& paulatim pro eo utile reponere.*

CAPUT VI

lenientia proponit.

Nomen. NOMEN à leniendo acceperunt, quod alvum leniant. Benedictæ ab Arabum interpretibus appellantur medicinæ: *ἐκκοπρωτικὰ* à ſtercorum vacuatione, quantumvis & alios humores moveant,

An nota Hippocrati USUS lenientium Hippocrati notus fuit ſecundùm methodum, non ſecundum omnem materiam, quæ Arabibus fuit in uſu. *1. 4. acut. t. 6. & 7.* ventrem ſubluit, & lacte aſinæ exhibito purgat. *2. lib. de naturâ muliebri,* leniendi gratia mercurialem ante cibum edere jubet. *3. libro de morbis 3.* mali punici dulcis & vinoſi ſuccum caprino lacte modico & melle admiſto paulatim ac ſæpe dare jubet, ſomnumque prohibet, quò citiùs & copioſiùs fiat expurgatio alvi. *Aloes* autem, mannæ, caſſiæ, tamar-hendorum nullam habuit notitiam.

CAPUT VII.

An in omni morbo conveniant?

IN CUJUSCUNQUE morbi initio lenientibus medicamentis utendum, hoc tempore judicant *nonnulli.*
Rationes affirmativa RATIO 1. quod corpora humana longè magis ſint repleta & impura, quàm Hippocratis ſeculo. Inde niſi
2. primæ viæ liberæ ſint, humores à longinquo educendi pro-
3. hibebuntur exitu, & magnas dabunt turbas. 3. conſequutione quâdam vaſis citra jecur communicari, ſanguinem in iis contentum inficere, adeoque novos morbos gignere, vel jam exiſtentes augere poterunt. Semper ab eo exordiri oportet, ſine
4. quo alterum tutò exſequi non poſſumus. 4. Nihil utilis habent ſubſtantiæ humores mucoſi bilioſi in inteſtinis, & coenoſa humiditas meſenterii & omenti obſidens glandulas. Ab utili ſucco jam ſunt ſeparati, & coctionem nec deſiderant, nec admittunt. 5. *Hippocrates* non contradicit *1. aphor. 22* cum concocta medicari jubet, non cruda: loquitur enim de humoribus in ſecundâ & tertiâ ſolùm regione exiſtentibus.

Alii

Alii concedunt nonnunquam lenientium uſum neceſſarium eſſe, non tamen ſemper, nec in quocunque ægro, aut quacunque formâ. 1. Indicatio adeſt purgandi, & validioribus medicamentis morbi radices amputandi. Ignavia noſtra facit, quod non curemus morbos magnos, quia nunquam nos expedimus à lenientibus. Calumniam ut evitent medici, communiter nihil generoſi præcipiunt. 2. Crudo exiſtente corpore nihil movere, præcipuè virium infirmitate præſente, totius eſt. 3. Venæ ſectionis major interdum adeſt neceſſitas. 4. Multi audito nomine pharmaci, nauſeant, præcipuè quæ in majori mole, ut lenientia, exhiberi ſolent. *Negantium rationes. a. b. 4.*

Diſtinctione adhibitâ, ratione diverſarum circumſtantiarum, lenientia neceſſariò primo præmittuntur loco, nonnunquam omitti queunt aut poſtponi, graves ſi enarratæ adſint cauſæ. *Deciſio.*

CAPUT VIII

de tempore adſumendorum lenientium medicamentorum.

In actu curationis, cùm chronicus invadit morbus, ea adſumuntur ante præparantia, ad primas mundandas vias, horis matutinis. In actu præſervationis ad alvum lubricam conſervandam eodem exhiberi poſſunt tempore. *In actu curationis, præſervationis.*

Diſpiciendum, an id fieri queat ante cibum, vel etiam non longè à cibo. *Quæritur, quando ſumendum medicamentum.*

Non ſtatim cibum ſupra medicamentum eſſe ingerendum, teſtari videtur *Galenus 2. de alimentorum facultatibus cap. 31.* de prunis alvum ſubducentibus verba faciens. *πρόδηλον, inquit, ὅτι συντελεῖ γαστρὸς ὑπαγωγῇ, μετὰ τὴν προσφορὰν αὐτῶν ἐπιπίνοντι γλυκέος οἴνου, καὶ διαλείπειν τινὰ χρόνον, οὐκ εὐθέως ἀριστᾶν ἐν αὐτοῖς. ἀλλὰ καὶ τοῦτο κοινὸν ἁπάντων, ὅσα λαπάττει γαστέρα, μνημονεύεσθαι. Perſpicuum eſt, quod ad alvum dejiciendam confert poſt ſumta vinum dulce adhibere, temporiſque aliquid interponere, non ſtatim autem poſt prandere, hocque omnibus, quæ alvum dejiciunt, commune eſſe, memoriâ eſt tenendum.* *Galeni ſententia.*

Confirmant alii. Verentur *nonnulli* virtutis laxativæ imminutionem, ſi vel ſtatim ſuper medicamentum cibus ingeratur, aut inter pran-
1. dendum aut coenandum medicamentum adſumatur, periculum eſt, ne virtus medicamenti obtundatur, aut à ciborum permiſtione penitùs corrumpatur, præſertim ſi cibi absque delectu ingerantur, & medicamento ſint contrarii, ut duriores aſtringentesve. Quemadmodum in permiſtione medicamenti purgantis dantur, quæ ejus actionem intendunt, ut Zingiber & ſal gemmæ agaricum, ita non dubium eſt, inter alimenta reperiri, quæ purgantia retundunt, eorumque actionem frangunt.

2. 2. CIBORUM verentur iidem corruptionem, aut ad minimum coctionem. CORRUMPUNTUR cibi, quia medicamenta naturæ ſunt inimica, eamque ad excernendum ſtimulant. IMPERFECTE COQUUNTUR cibi, dum motu fermentationis turbant chylificationis actum, qui fit quiete, complexu & morâ. CHYLUS præterea CRUDUS communicatur lacteis ductibus, & primæ coctionis vitium communicatur ſecundæ.

Diſſentiunt alii. *Alii* EXTRAORDINARIE vel paulò ante vel immediatè cum cibo lenientia ſumi volunt. Perſuadere id videtur
1. 1. ægroti natura nauſeabunda, quæ ſola reſpuit.
2. 2. natura medicamentorum, quæ cum validas vires non habeant, tardè ſuo funguntur officio. Hinc reſiſtere nequeunt calori ventriculi, niſi cibus ſimul vel ſuperveniens id impediat.
3. 3. Verti etiam à famelico ventriculo in alimentum poſſunt.

Eruuntur. Experientia teſtatur, lenientia, ut pilulas aloeticas, dimidiâ horâ ante prandium vel coenam, mediâ coenâ, vel prandio, imò etiam in fine utriusque ſumta egregiè facere officium, juſta doſi unâ, duabus tribusve vicibus continuata. Rationibus firmari actus ipſe poteſt, & à ſecus ſentientium argumentorum impetu defendi.

CAPUT IX.

de operandi lenientium modis.

Nomen

NOmen ἐκκοπρωτικῶν ſtercoribus mundandis ea deſtinat, ſed ad primæ regionis terminos eadem elevat veterum autoritas. *Nomen*

Devehere eorum vim eò poteſt favor lacteorum vaſorum, imò etiam ſuccum nobiliorem, cum chylo. *Altiùs viâ eorum quàm ad inteſtina adſcendit.*

An ulteriùs ſe extendat, per ductus thoracicos, & cum ſanguine ex cordis ventriculo ſiniſtro in arterias ſe proripiat, adeoque regionem tangat, determinare nolumus, licet probabilis videatur opinio. *An ulteriùs*

Hippocrates cicer, lenticulam, hordeum, betam, mercurialem, braſſicam & ſambucum non ſolùm alvum ſubducere, ſed etiam humores purgare teſtatur, eademque διαχωρητικὰ appellat καὶ καθαρτικά. Si hæc judicio Hippocratis talia ſint, cur non benedicta Arabum medicamenta, aloe, caſſia, manna, tamarhendi? *Hippocratis ſententia.*

HUMOREM CERTUM peccantem educere lenientia, & electivè, alia bilem, alia pituitam, alia melancholiam movere, idem ſtatuit *Hippocrates*, ut apparet *ex 2. de diatâ t. 41.* κράμβη, *inquit,* θερμαίνει καὶ διαχωρέει, καὶ τὰ χολώδεα ἄγει. *Braſſica calefacit, ac alvum movet, & biliosa ducit.* *Humorem certum movent.*

Si braſſica & alia electivè ducunt, quidni & alia Arabum benedicta medicamenta?

Proſper Martianus magno Hippocrati adſurgit, & non ſolùm lenientia humiditates alvi ſubducere, ſuſtinet, ſed etiam cum delectu & tractu ob συμπαθείαν, ſimilitudinem & familiaritatem purgare. *Conſenſus Martiani.*

At difficilis res plena aleæ, illam demonſtrare ſimilitudinem, & actionis determinationem. Videtur potiùs ζέσει καὶ ὀργασμῷ *fermentatione* laceſſitam naturam, quicquid fluxile in circulato ſanguine per arteriarum & venarum minutiſſimos apices primò exterminare, proximè quod phlegmaticum, demum craſſius melancholicum, niſi aliæ circumſtantiæ aliam neceſſitatem imponant, & partes calidæ & ſiccæ vel aliæ in ſanguine prædominentur. Si humor paratus ſtet in anguſtis pororum choledochorum radicibus, vel ex jecore vel veſica emergentibus ductibus, ille prono motu in inteſtinum jejunum concitari poteſt. *Twiſſcanus.*

poteſt. Si largus rivus humoris alicujus inundet pancreaticum ductum, à leniente medicamento ille moveri, & irritatâ naturâ expelli poteſt.

Mitigatio ſententiæ. Reverentia vetuſtatis & artis forma jubet lenientium doctrinam hoc ordine proponere. Si quis diſſentiat, libertas hæc ipſi non invidetur, ut ſine ordine artem proponat, modò res teneatur.

Lenientia triplicia. 1. per album 2. vomitum 3. clyſteres injectos mo- ſentia, Moneri oportet, lenientia non unâ oberrare chordâ, ſed vomitum ciere, alvumque movere, ſive per os adſumantur, ſive in formâ clyſterum injiciantur, ſuppoſitoriorumve more ano applicentur.

CAPUT X.

De lenientibus in ſpecie, & 1. per os adſumendis, perque alvum operantibus, 1. in cacochymiâ bilioſâ, aloe.

Nomen Aloes. PRIMA inter materias lenientium medicamentorum per os aſſumendorum & per alvum operantium medicamentorum, ſubſellia occupat ALOE ἀπὸ τῆς ἁλός, quia maritimis ſalſis gaudet locis, dicta, quantumvis etiam alios amoenos tractus non averſetur. OPTIMA eſt SOCOTERINA, lucida: proximum locum obtinet EPATICA: ultimum CABALLINA, ſedimentum priorum quæ potiùs videtur, ita appellata ab uſu, quod veterinarii illâ pro purgandis equis, aſinis, mulis in meridionalibus locis uti conſueverint.

Temperamentum. TEMPERAMENTUM calidum eſt in 2°. ſiccum verò in 3°. *θερμαίνει, inquit Aegineta, κατὰ πρώτην ἀπόστασιν· ξηραίνει δὲ κατὰ τὴν τρίτην.*

Vires.

1\. VIRES. I. *ὑπάγει τὴν γαστέρα, inquit Galenus 6. de ſimpl. medicam. facult. cap. de aloe. τῶν ἐκκοπρωτικῶν οὖσα φαρμάκων. Subducit alvum, cùm ſit ex medicamentis ſtercora educentibus.*

2\. II Humores peccantes, & præcipuè bilem, non feces ſolùm educit. *Ταῖς διαθέσεσι χολώδεσιν ἐν γαστρὶ, bilioſis in ventre diſpoſitionibus* eam opponit *Galenus lib. de theriaca ad Piſonem*

cap.

Cap. 4. *Alii* pituitæ ſimul opponunt; ſed cùm debile ſit medicamentum, imparem eſſe huic officio, majorem quod poſtulat vim, tradunt.

III. Leniendo id præſtare *ait Galenus*, dum debilem vim aloen obtinere ſcribit, illâque tantùm purgari, quæ circa alvum reperiuntur, ad ſummum, ea quæ circa hepar. Confirmat idem alibi: *ὃ μὴν, inquiens, ὅλȣ τȣ̃ σώματ☉ καθαρτικόν ἐστι ἡ ἀλοή. Non eſt totum corpus purgans, aloe.* Sed citra jecur operari eſt veroſimile. 3.

IV. ROBORANDI viſcera vim habet, *Στόμαχ☉ καὶ γαστρὸς κενωτική ἐστι, autore* Meſue. Noxæ, & vaſa pulmonis aperire, jecori nocere, de immoderato uſu, correctionis neglectu intelligendæ. 4.

CORRIGITUR lotione & nutritione. *Correctio*

LOTIO in eum finem fit, ut ſubſidat, quod craſſum eſt & arenoſum, & caliditas corrigatur. ▽ endiviæ huic inſtituto commoda. *1. lotione.*

NUTRITIO vires dat, quas liquor, cui immaceratur, habet. Fit SUCCO ROSARUM vel VIOLARUM depurato, bis terve infuſo. *2. Nutritione.*

COMPOSITA officinalia inde parantur. Notæ ſunt pilulæ PESTILENTIALES AVICENNÆ, ſeu communes ex *aloe, croco & myrrhâ cum vino claro odorifero paratæ.* PESTILENTIALES Ruffi, ex *aloe, ammoniaco, myrrhâ*, cum ſucco limonum paratæ, itidem notæ. *Compoſita.*

PILULÆ ASSAIERET Avicennæ omnibus notæ. Dos. ℈j. *Aloe roſata.*

ALOES ROSATA & violata vulgaris eſt notitiæ. Datur ℈ſ. ante paſtum.

ROSATÆ ALOES alius novem infuſionibus parandæ modus, celebratiſſimus in Italiâ redditus ab *Hieronymo Fabricio Aquapendente.* Nobiles Veneti quidam ex illuſtriſſim. â SORSANORUM familiâ ſecretum â centum habuerunt annis. Comes Malateſta Conſtantinopoli deſcriptionem advexit. Hæc cum in manus Aquapendentis deveniret, eam officinis Patavinis communicavit. Pharmacopœi ad autoritatem & gratiam auc-

aucupandam, pilularum Aquapendentis, quia illis frequenter utebatur, nomen indiderunt.

FRANCOFURTENSES pilulæ ex extracto completæ & incompletæ paratæ ejusdem ſunt efficaciæ.

Aloëticæ pilulæ hæ ſub cœleſtium influentiarum radiis in extracti completi & incompleti redigendæ conſiſtentiam, ſi inſulum ☉is & ☽æ diurnis & nocturnis exponatur radiis, mirum, quantis vel inde imprægnentur virtutibus, & ſalutaribus exaltentur in operationibus.

Effectus. EFFECTUS. Primas vias vacuant & roborant. Qui vult vivere annos Noe, ſumat pilulas de aloe.

DOSIS ℈ſ. Quo minores, eò meliùs purgant. Adſumi poſſunt cum elæoſaccharo cinamomi, vel aniſi, ſi flatus urgeant, in liquore competente.

EXALTATUR & acceleratur operatio, additione decocti rhabarbari, infuſione antimonii correcti, imò etiam pulveris talis admiſtione & ſimilium, ut ſcammonii correcti, & trochiſc. alhandal.

Tempus. TEMPUS ordinarium ante cœnam vel prandium. Levi tertianâ laborabat vir annorum XXXX. Paroxyſmus cum vomitu ita ipſi erat moleſtus, ut vel ſolâ recordatione incideret in animi deliquium. Duarum horarum intervallo ante paroxyſmum exhibitæ hæ pilulæ in majori doſi, officium faciebant alvi lenitione in paroxyſmo, ut brevi liberatus fuerit.

Nobis in uſu ſunt harum loco pilulæ trium regnorum.

Hiera electuarium & ſpecies. HIERA SIMPLEX Galeni aloen non lotam recipit baſin. In noſtris officinis duplex eſt parandi modus: cum melle, & ELECTUARIUM: ſine melle, & SPECIES appellantur. Multis ante Galenum annis ab Andromacho fuit inventa.

Effectus. EFFECTUS. Purgat pituitam & bilem, evidentius hiera, cum electuarii habet conſiſtentiam, obſcuriùs ſpecies: Utraque ſimul roborat. Optima eſt in morbis à ventriculo fomitem accipientibus, capitis dolore, ſuffuſione.

Doſis. IN DOSI variat Galenus: modò pro leniente, modò pro purgante exhibet.

Modus exhibendi. MODUS EXHIBENDI in potione ingratus: in BOLO comodior. Cum lotâ quæ paratur, debilioris eſt operationis.

CON-

Digitized by Google

COMPOSITUM MAGISTRALE.

℞. *hieræ picræ,* ʒij. *el. lenitivi* ʒj.
ſacchari q. ſ. M. Fiat Bolus.

℞. *hieræ picræ cum aloe non lotâ parata* ʒij.
cerevisi acoctæ cum pane q. ſ.

M. Bibat æger; & cogitet: Bitter im Munde/ſtärcket im Hertzen Grunde.

PILULÆ de hierâ picrâ. 2. de hierâ cum agarico. 3. de hierâ compoſitâ Nicolai ſunt notæ.

CAPUT XI.

De altero leniente, in cacochymiâ bilioſâ per os aſſumendo, & per alvum operante, caſſiâ ſolutivâ.

CASSIA SILIQUA ſeu FISTULARIS à figurâ, à laxandi facultate SOLUTIVA dicta. Poſterioribus Græcis ex Arabum ſcriptis innotuit, & *κασία μέλαινα* nigra ab Actuario vocata fuit. *Nomen.*

TEMPERAMENTUM medium habet inter calidum & frigidum, nonnihilque humectat. *Temperamentum.*

VIRES prolixè adſerit *Meſue.* Innoxiè bilem & pituitam purgat, febribus inde ortis confert, ſanguinem puriorem reddit, bilis acrimoniam infringit. Convenit cujuscunque ætatis & ſexûs hominibus, gravidis, puerperis: jecori grata eſt. Renibus, eorumque ſqualori & calori contemperando, calculoſæ renum, tam in curationis, quàm præſervationis actu, coagmentationi diſſolvendæ, gonorrhoeæ mitigandæ, confert. *Vires.*

ELECTIO. Optima eſt recens, perplena, ponderoſa. Cavendæ fiſtulæ crepitantes, modò ne effœta ſenectus ipſis ſilentium indixerit. *Electio.*

CORRIGITUR laxitas, quâ orificii ventriculi tonus enervari poteſt, pulpâ *tamarindorum, myrobal. maſtiche,* flatuoſitas *ſeminibus citri, violarum, aniſi,* vel eorundem elæoſaccharis, utraque ſpeciebus διαῤῥόδων. *Correctio.*

Tria medicamenta. TRIA medicamenta ex caſſiâ fiſtulari parari ſolent: 1. FLORES, pulpa, medulla purior & ſuavior, majoris etiam precii pars. 2. Caſſia pro clyſteribus. 3. CONDITUM duplex ex floribus recentibus, & ex ſiliquis tenellis.

Doſis. DOSIS pulpæ ſeu floris in pueris, à ʒij. ad ʒiij. in adultis ad ℥j. in clyſteribus ab ℥ij. iij. & ſiliquarum ad ℥ij.

Compoſita officinalia. 1. COMPOSITA OFFICINALIA inter excellit DIACASSIA cum MANNA, tres habens ſcopos, ut humores bilioſi præparentur ante evacuationem, præparati leniter educantur, & partes affectæ roborentur. Datur ab ℥ſ. ad ℥j. & ultrà.

2. CASSIA EXTRACTA SINE FOLIIS SENÆ conſtat variis ingredientibus. Præparant refrigerando & humectando, *violæ* & *pruna* bilioſos in pectore & toto corpore humores. Educunt melancholicos & pituitoſos *polypodium*, & *carthami ſemen*. Hæc iterum ſua habent corrigentia. DIURETICA adduntur, ut omnes viæ naturæ aperiantur. CASSIA baſis locum tuetur, cujus ſegnitiem excitant tamarindi, flatuoſitatem corrigit cinamomum. Saccharum largitur corpus. DOSIS à ʒvj. ad ʒx. Reformetur ad Zwelferianum modum.

3. CASSIA EXTRACTA CUM FOLIIS SENÆ geminatas habet virtutes ad bilioſos & aduſtos humores leniter educendos.

4. CASSIA EXTRACTA PRO CLYSTERIBUS humectat & abſtergit. Humectant *violæ* & *malva*, abſtergunt mercurialis, beta, parietaria, ob nidoroſam, quâ pollent, qualitatem. Abſtergendi facultatem juvat ſaccharum, imprimis Thomæum. Lenit alvum in clyſtere. DOS. ℥ij. & ultrà.

Magiſtralia.

℞. *caſs. extr. ſuper vapore decocti malvæ*	℥ſ.	℞. *pulpæ caſſiæ recenter extr.*	ʒij.
pulpæ tamarind.	ʒiij.	*tamarind.*	ʒj.
ſp. Διὰ ῥόδων, *diacinam.*	a. ∋ß.	*rhab. opt. pulv.*	ʒſ.
ol. citri	g̃. iij.	*cryſt.*	♀∋j.
		elæoſ. aniſi	g. vj.
Cum ſacchare F. Bolus:		F. Bolus S. Lindt Zucker	

eine halbe Stunde für der Malzeit zu nehmen / vel ſine ſaccharo.

nisi

niſi urgeat materia, quæ indiget abſterſione, aliàs ſaccharum facilè bileſcere à nonnullis creditur.

℞.	*caſsiæ ſuper vapore decocti ſem.* *pulpæ tamarind.* a. ℥ij.	*aniſi extractæ* *ſpec.* διὰ ῥόδων ℈j.
F.	Bolus unâ ante prandium ſumendus horâ.	

CAPUT XII.

De tertio leniente, in billioſâ cacochymiâ, per os adſumendo & per alvum operante, tamarindi, dicto.

VOCABULUM peregrinum eſt & Arabicum. Scribitur تمر هندي Eſt autem تمر origine Ebraica vox, palmam, dactylum ſervari idoneum ſignificans. *Idmar*, quod fructum notare perhibetur, videtur eſſe idem ac حمض, quod Tamarindi redditur apud *Gol.* ὀξυφοίνικον' *Dactylus acidus* nominatur, quamvis nulla cum dactylo convenientia. *Nomen.*

TEMPERAMENTUM medium eſt in activis: in paſsivis retinet ipſum inferiori loco ſubſtantia aquea. *Temperamentum*

VIRES. 1. Leniter alvum ſubducit & ſegniter. Hæc cauſa eſt, quod rarò ſoli uſurpentur, ſed utplurimùm aliis medicamentis miſceantur. Aſtrictoria vis præterea non admittit ſolitariam uſurpationem. 2. Adſtringendo roborat. *Vires.*

ELIGUNTUR fructus nigri, vel ex obſcuro rufeſcentes. 2. multis villis inſtar radicularum. 3. recentes. 4. pingues, cum acore vinoſo dulces. 5. carne vel ſucco prunorum non adulterati. *Electio.*

IN USU EST PULPA 1. per ſe 2. aquâ diluta 3. in extracti formâ. 4. ſerum tamarindinatum magnæ virtutis. *Uſurpatio.*

MODUS exhibendi optimus in bolo, & infuſione cum aliis. *Modus exhibendi*

COMPOSITUM officinale eſt *Electuarium lenitivum ex tamarindis, à Zwelfero* reformatum. Quantumvis enim ſena cooperetur, in illâ tamen doſi leniendi virtus ſolùm intenditur, *Compoſitum officinale.*

non verò ex hâc familiâ tranſit in caſtra purgantium.

℞. *pulp. tamarind.* ʒij. *manna calabrina* ʒj.
caſſia recent. extr. ʒiij. *Cum ſaccharo* F. Bolus.

Compoſitio magiſtralis

℞. *pulp. tamarind. inciſ.* ʒii. *manna ſelect.* ʒiſ.
ſeri lactis ℥vj. *caſſia* ʒvj.
Colatura expreſſa adde M. F. hauſtus.

℞. *decocti pulp. tamarind. cum ſeminibus citri in ſero caprino* ℥iiij.
ſirup. roſ. ſol. ſi materia non ita ferveat, violar. ſolut. ſi materia fervidior ℥ij.
M. F. Potio.

CAPUT XIII.

De quarto leniente bilioſo, per os adſumendo & per alvum operante, myrobalanis citrinis.

Nomen.

NOMEN Græcum eſt: *glans unguentaria.* Cognomen à citrino colore impetrarunt hi fructus, ponderoſi, carne multâ & exiguo oſſe donati, ſi frangantur, gummoſi.

Temperamentum.

TEMPERAMENTUM frigidum eſt.

Vires.

VIRTUS leniendi adeò exilis in ſiccis, ut ad nos deferuntur, ut ferè de eâ dubitetur, an inter aſtringentia referri mereatur, hoc ſolùm ſe commendantes beneficio, quod materiam peccantem alterent, & purgantia ad certos humores dirigant, & moderentur.

Modus exhibendi.

MODUS exhibendi notus eſt, cum aliis, in infuſo.

℞. *myrobal. citrin.* ℥iij. *Coq. in ſero lactis caprini.*
Colat. ℥iij adde *ſirupi viol. ſolut.* ℥j.
M. F. Potio.

℞. *fol. ſena Alex. ſ. ſ.* ℥ſ. *rhabarb.* ʒj. *myrobal. citr.* ʒij.
roſar. pallid. p. ij. *ſpica* ʒj. *ſem. malv.* ʒß.

Coq.

Coq. in ſuff. q. aq. cich. *Colatur.* ℥iiij. adde
ſirup. viol. ſolut. ℥j. M. F. Potio.

CAPUT XIV.

De quinto in cacochymiâ bilioſâ tenui & fervidâ per os adſumendo, per alvum operante, leniente medicamento, ſero caprino.

NOMEN ὄῤῥος, antiquorum in monumentis, invenitur. Ἔχει πᾶν γάλα συμπεπλεγμένον τὸν ὄῤῥον. *Omne lac habet conjunctum ſerum.* Ita loquitur *Dioſcorides lib. 2 cap. 64.* *Nomen.*

MODUS PARANDI diligentiam deſiderat. Separatio à lacte omnimoda neceſſaria eſt, quamdiu aliquid lactis habet, tamdiu metus obſtructionis. Smaragdini coloris optimum cenſetur. Separatur 1. ad normam *Dioſcoridis* injecto ficulneo ramo, aceto mulſo, ſeu oxymelite, & vaſe, frigidâ aquâ quod plenum, impoſito. 2. coagulo. 3. alumine. 4. tamarindis. *Modus parandi.* 1. 2. 3. 4.

EXALTATUR ſic præparatum ulteriùs. I. DESTILLATIONE, & ſic magis refrigerat, quàm purgat, licet aliter ſentiat *Stephanus Rod. Caſtrenſis.* II. PER LACINIAS & linguiformem pannum percolatione, elambitur ſerum, & in vas aliud derivatur, relictis in panno impuritatibus. III. Succo citri & albumine ovi ulteriùs depuratur. *Exaltandi.* 1. 2. 3.

TEMPERAMENTUM frigidum adſerit 1. facilitas aceſcendi: 2. ortus ex frigidis & humidis alimentis. 3. effectus frigidus. *Complexio.*

VIRES habet alvum ſolvendi, à ſalſis & nitroſis, quæ in eo abundant, partibus. *Vires.*

DOSI exiguâ cum ſumitur, lenit vias primas, cum liberalior, ſecundam, imò tertiam adſcendit ad regionem. *Hippocrates 4 de rat vict. acut. t. 29.* ſedecim heminas, quæ æquant 144. uncias, tractu temporis exhibuit. *Doſis.*

Ne corpus obruatur, noſtrum ſeculum infundere poteſt *rhabarbarum, ſenam,* vel etiam in primo cyatho diſſolvere *ſirupum roſarum* vel violatum *ſolutivum.*

CAPUT XV.

De ſexto & ſeptimo leniente bilioſo, per alvum movente, roſis, violis, & prunis.

ROſis non ſatis erat, naſci ad honorem, gratiam, odorem, colorem, egregiam majeſtatem, nullibi ſpecioſiorem, amabilioremque, âque Deâ amorum dominâ inveniri, placuit ipſi etiam mortali indigentiæ ſuccurrere virtute leniter alvum ſubducendi. Hæc Dioſcorideæ curioſitati ignota, recentioribus ſeculis demum detecta.

Officinalia, ſuccus. SUCCUS roſarum pallidarum virtute hâc præditus eſt.

ſirupus. SIRUPUS ex ſucco per infuſionem trinam ad minimum, & fortem expreſſionem facto, cum ſaccaro paratus, nulli non cacochymiæ leniendo obviam it, præcipuè autem bilioſæ. *Septalii cenſura.* *Ludovicus Septalius libro 1. obſerv. & animadv. 49.* non exiſtimat ſirupum roſarum ſolutivum inter lenientia numerari debere, potiſſimum in bilioſis naturis & febribus. Obſervavit enim, aut ſimplicem, aut cum ſero lactis ſumtum tantam humorum evacuare copiam, quantam vix ventriculus & inteſtina capere poſſunt, unde ſemper arbitratus fuit, reliquas etiam movere regiones. Multa accidunt inſperata. Non videtur *nobis* illud per ſe præſtitiſſe. *[illegible]* Adulteratus nonnunquam à pharmacopoeis, laborem crebræ infuſionis ſubire renuentibus, dacrydio.

Mel roſatum. MEL ROSATUM SOLUTIVUM, ſirupo proportionatum, ejusdem eſt virtutis, licet nonnulli pituitam magis reſpicere cenſeant.

Viola. VIOLÆ MARTIÆ benignitas magna eſt, frigiditate ſuâ omnis generis caloribus medetur, & ſubducit alvum. Hoc officium exſequitur ſirupus, & mel violatum ſolutivum.

Magiſtralia ℞. *ſirupi roſar. ſolutivi, ſi humor peccans non ſit adeò fervidus,*
viol. ſolutivi, ſi humor ferv. dior, ℥iiij.
decoct. tamarind. cum ſeminibus citri in ſero lact, caprini
parati ℥ij. M. F. Hauſtus.

PRUNA DULCIA frigidi temperamenti & humidi, quantumvis *κακοστόμαχα* habeantur, ſunt tamen *τῆς κοιλίας μαλακτικά*, non ſolùm recentia, ſed etiam in furno aſſata & menſis appoſita. Mirum, Dioſcoridem vocare *στυπτικά*. *Pruna.* 6.

In officinis exſtat DIAPRUNUM LENITIVUM, ſeu DIADAMASCENUM Nicolai. Additio Rhabarbari non eximit illius nomen ex familiâ lenientium. Uſus commodus in febribus. Præparari poteſt ad nutum *Zwelferi*, & caſtrari, ne mole nauſeam pariat. *Compoſitio officinalis.*

CAPUT XVI.

De lenientibus in cacochymiâ pituitosâ, per os adſumendis, & per alvum operantibus,

I. manna.

NOMEN ambiguum eſt. Competit mannæ Græcorum, quæ à *Dioſcoride μάννα λιβάνου, thuris manna* dicitur, & Arabum مَنّ quæ eſt noſtra, quâ hodiè utimur. *Nomen.*

GENERATIO proponitur *à Galeno 3. de alim. fac. ἀερόμελι γίνεται, inquit, ἐπὶ τοῖς φύλλοις τῶν φυτῶν. ἔστι δὲ οὔτε χυλὸς αὐτῶν, οὔτε καρπὸς, οὔτε μόριον, ἀλλ' ὁμογενὲς μὲν τοῖς δρόσοις, fit in plantarum foliis, neque tamen ſuccus earum, neque fructus, neque pars eſt, ſed ejusdem cum rore generis.* *Generatio.*

Cœleſtis hic ros, ſeu rorida aeris exhalatio, aeris ſubtilitate depurata, in arborum folia etiam & truncos ſe demittit.

LOCUS nobiliſſimæ eſt Calabria. In deſerto quæ reficiebat Iſraëlitas Hebræos, non eſt hodierna. *Locus.*

DIFFERENTIA duplex. I. GRANORUM ratione, una *granata*, minoribus, altera *maſtichina*, majoribus guttis & granis ſplendida. *Differentia.* *I.*

II. LOCI ratione, duplex: alia in plantis, alia in lapidibus reperitur. Alii tres ſpecies deſcribunt: una vocatur manna de FOLIO, altera de TRUNCO, tertia de LAPIDIBUS & vicinis. *II.*

OPTIMA maſtichina de folio. *Electio.*

TEMPERAMENTUM *σύμμετρον* eſt. *Temperies.*

VIRES

Vires. VIRES præſtantiſſimi hujus naturæ doni amplæ, & divinitatis plenæ. ALVUM movet blandè. Stimulat etiam purgantia alia, dum dulcedine ſuâ ea facit approximare naturæ.

Correctio. NOXA & CORRECTIO. Ne noceat calidis naturis, corrigenda acidis, ut tamarindis, & ſirupo roſar. ſolutivo. Tarditas operationis reſinâ ſcammoneæ ſolet emendari.

Doſis. DOSIS ab ʒj. ad iij. in decocto: ab ℥ſ. ad ℥j. in bolo.

Exhibendi modus. MODUS EXHIBENDI 1. in bolo. 2. in potione. Diſſolvitur in jure pulli, vel decocto flor. & fructuum, percolatur, additur ſirupus roſarum ſolutivus, vel mel roſatum, conveniente proportione.

Infantibus cum pulte porrigitur in ſubſtantiâ, ad lubitum, magno cum emolumento, aliquot dierum curriculo. Sedantur tormina, alvo leniter motâ.

Compoſita officinalia, 1. COMPOSITUM OFFICINALE eſt ELECTUARIUM LENITIVUM de mannâ Nicolai Alexandrini. Purgat ſanguinem, omnes humores mundificat, imprimis autem pituitam. Rhabarbari & ſenæ additio in modicâ quantitate non eximit idem ex lenientium numero: manna ut denominationem, ita & operationem determinat.

2. DIACASSIA CUM MANNA alvum etiam lenit.

Magiſtralia MAGISTRALIA COMPOSITA.

Potiones. 1. ℞. *mannæ calabr.* ℥iij. *decoct. pectoralis com.* q. s.
Colatura datur pro vice. In fictili. S. Lindtränckſtein.

2. ℞. *aq. card. mariæ* *endiv.* ā ℥ij.
In iis diſſolve *mannæ calabr.* ℥j.
Colaturæ per linteum *factæ adde*
ſirupi roſ. ſolut. ℥j. *cryſt.* ♀. *ſp.* ⊕*l. tritor.* ℈j.
M. F. Potio detur in fictili. S. Lindtränckſtein.

3. ℞. *elect. lenitivi de mannâ* ♀. ⊕*lati* ℈j
Nicolai Alexandrini. ℥j. *ſacchari* q. s. M. F. Bolus

CAPUT

CAPUT XVII.

Alterum in cacochymiâ pituitoſâ leniens, per os adſumendum, & per alvum operans, myrobalani chebuli & emblici.

MYROBALANI chebuli & emblici, *judicio Meſuei*, ſunt phlegmagogi. *Chebuli.*

CHEBULI ventriculum purgant, cerebrum roborant, ſenſus acuunt.

ELIGENDI craſſiores, colore nigro præminentes, & qui in aquam projecti ſubitò fundum petunt, & gummi quoddam habent.

IN INFUSO commodiùs adſumuntur.

EMBLICI frigidi ſunt & ſicci, purgant pituitâ refertum ventriculum. *Emblici.*

ELIGIT *Meſuem* magnos, multæ carnis, denſos, graves, oſſium parvorum.

UTIMUR iis in infuſo, cum aliis purgantibus.

CAPUT XVIII.

tertium pituitoſum leniens per os adſumendum, & per alvum operans, terebinthina reſina.

NOMEN accepit, ἡ δὲ τερεβίνθου ἢ τερμινθίνη ῥητίνη, *terebinthina reſina*, ab arbore ſuâ. *Nomen.*

LOCUM natalem in Cypro quæ habet, unde & Cypria dicitur. præfertur reliquis laricis & abietis reſinis. Terebinthinam puram ſe ſemel tantùm vidiſſe ait *Duretus*, eamque non fuiſſe amaram, nec κακοςόμαχον. Ex Cypro quæ adfertur, vera eſt, & tamen ſubamara. Adulteratur reſinâ abiegnâ & lariegnâ. *Locus.*

COMPLEXIONIS calidæ eſt & ſiccæ. *Temperamentum.*

VIRES habet μαλακτικάς, θερμαντικάς. ὀρεκτική ἐστὶ καὶ σηπτική. *Vires.*

πεπτική. κοιλίαν π. μαλδοσ{. *Emollit, calefacit, urinam ciet, maturat, & alvum mollit,* ſimulque viſcera omnia extergit.

Doſis. DOSIN nucis ponticæ magnitudine determinat Galenus. Dantur ℈j. ij. vel minus.

Modus exhibendi. MODUS exhibendi varius. Coquitur ad duritiem in aq. ſimplici, ſic ſpiritus avolat & oleum ætherium: vel ſimpliciter lavatur aquâ appropriatâ, & cum aliis exhibetur.

Compoſita magiſtralia. ℞. *terebinthinæ cypriæ ad duritiem coctæ* ʒj.
F. *Pilulæ parvæ, cum pulvere glycyrrbizæ.* In pyxide dantur, & S. Eindpillen ad tres doſes.

2. *Crato* ad præſervationem ab arthritide tales commendat.

℞. *terebinth. Cypria* ℥ſ. *coq. in aquâ malvæ, donec albeſcat.*
Deinde adde *rhabarb. pulv.* ʒiij. *ivæ arthet.*
ſuccini albiſ. a. ʒj. *ſucci liquirit.* ℈j.
M. F. Pilulæ, involvantur pulvere cinamomi. Adſumuntur 15. diebus continuis. DOS. ℈j.

Ejusdem notæ ſunt ſequentes;

℞. *terebinth. aq. roſar. lot.* ℥j. *pulv. rhabarb.* ʒiij.
cinam. ʒj. *ſuccin. albi, ſucci liquirit.* a ℈j.
M. F. magdaleon pro pilulis. DOS. ℈j. ter in ſeptimanâ.

IN BOLI formâ exhibetur per coctionem indurata terebinthina cum aliis.

℞. *terebinth. aq. aſpleni lotæ vel coctæ* ʒj. *rhabarbari* q. s. *ad incorporationem.* ♁ *ſuccini* g. x.
F. Boli duo incruſtandi pulvere glycyrrhizæ.

Dilutum terebinthinatum, Lemnii. IN FORMA POTULENTA etiam exhibetur.
Lemnius libro de complexionibus miſcet cum vitello ovi & aquâ appropriatâ. Sic inſtar coloſtri albeſcit, & in affectibus renum aquam Alkekengi. ononid, flor. perſicæ ad majorem laxationem admiſcet.

℞. *tere-*

℞. *terebinth. Venet.* ℥iij. *dimidium vitell. ovi.*
Miſce. Ducatur in mortariolo, albeſcit inſtar coloſtri, tum adde aq. deſtillat. appropr.

Platerus addit mel & vinum, ſic enim melius ſolvitur terebinthina, & in purulentâ mictione, urinæ ſuppreſſione, calculi ſuſpicione, dolore circa renem dextrum commendat. *Plat. ri.*

DILUTUM laricex *idem*, paucis mutatis proponit in puris cum urinâ excretione, cujus vires ad veſicam uſque penetrare experientiâ edoctus fuit. *Dilutum Laricea reſinæ.*

℞. *reſinæ laricea* ℥ij. *mellis* ℥j.
vitelli ovi minoris. n. j. *hydromelit. malvatici* ā. q. s.
M. in mortario, agitando donec albeſcat.

Bibat mediam partem: alteram ſequenti die. Hujus uſu æger per alvum multoties dejecit, & per urinam ramenta varia reddidit. Dejecit autem æger, ut ex magnâ ejectione debilitatus fuerit nonnihil.

LACTEUM DILUTUM *idem* & in ardente & purulentâ mictione, ab ulcere veſicæ, cum calculis in veſicâ commendat. *Lacteum dilutum.*

℞. *reſinæ, quam vocant terebinthinam* ʒvj. *mellis* ʒj.
vini malvat. ℥iv. *vitelli ovi* n j.
Diluuntur & ſervantur ad uſum, ſumuntur ʒvj. pro vice, viginti dierum ſpacio ſingulis diebus ſemel. Inde multa ramenta mingendo æger excernebat, alvum aliquoties dejiciebat; nonnunquam & pituitam vomebat.

CAPUT XIX.

Materiæ lenientium medicamentorum per os adſumendorum, & per alvum operantium in cacochymiâ melancholicâ, & 1. myrobalani Indi.

NOMINANTUR myrobalani nomine generis: Indi ſeu nigri à colore. *Nomen.*

ELIGUNTUR à Meſue nigri, confracti, 2. denſitatem habentes ſubſtantiæ. 3. craſſi. 4. graves. 5. carentes oſſibus. Præcipuum bonitatis ſignum abundantia reſinæ.

κρᾶσις. TEMPERAMENTUM calidum & humidum.

Vires. VIRES, melancholiam ſubducere.

Utendi modus. MODUS UTENDI in infuſo optimus.

CAPUT XX

de leniente melanagogo ſecundo per alvum operante, fumariâ.

Nominatur NOMINATUR καπνὸς *fumus*, fumaria, non quod tricliniorum parietibus, eorumque cameris inductâ noceat nigredine, ſed quod illi vis contrà oculos ſit, qualis in fumo, & ſuccus oculis inſtillatus, licet ſit *ὀξυδερκής*, fumi tamen inſtar mordeat.

Temperamentum. TEMPERAMENTUM calidum monſtrat acris guſtus.

Vires. VIRTUS lenis purgatrix à *Meſue* adſignatur, licet à *Dioſcoride* ſilentio involvatur.

Correctio. CORRIGITUR ſemine fœniculi.

Modus utendi. MODUS utendi. Rarò ſola, ut plurimum cum aliis uſurpatur in DECOCTO.

℞. *ſumm. fumariæ* M ½	*fol. ſenæ Alex.*
epithymi a piij.	*rhabarb. opt.* ℥j.
zingib. ℈j.	*cinamomi* ℈j.
ſem. fœniculi ℈ij.	*Conciſ. c. in aquâ fumar.*
Colaturæ ℥iiij.	adde *ſirup. de fumar.* ʒj.

M. F. Potio. S. Blutreinigender Tranck.

Infuſum. INFUSUM ſeri lactis & fumariæ cum decoctione inſigniter prodeſt.

℞. *ſeri lactis* ℔j. *fumariæ* Mj.

Infuſum & decoctum verno tempore exhibitum cacochymiam mundat.

SERUS

SIRUPUS ex ſucci fumariæ ℔iiij. & ſacchari clarificati ℔ij. paratus bilioſos & ſalſos humores alterat & leniter evacuat, ſi ℥j. miſceatur cum ▽ ſcorbuticâ Quercetani, ℥iij. & Tincturæ ♂tis ʒj. Sirupus.

CAPUT XXI.

De leniente melanagogo tertio per alvum operante, epithymo.

NOMINATUR ἐπίθυμον, hoc habens mirabile cum cuſcutâ commune, quod in terrâ gigni neſciat, ſed in herbis arboribusque luxuriet, & cum propriam ſedem non habeat, in alienâ vivat. Creſcit copioſè in Cretâ inſulâ & agro Monſpelienſi in Provinciâ, in quibus thymus ſponte naſcitur. Nomen.

ELIGITUR Creticum communiter. Lobelius Narbonenſe vegetum præfert. Electio.

TEMPERAMENTUM thymi æmulum. κρᾶσις.

VIRES habet phlegma & nigrum ſuccum licet leni brachio movendi. Vires.

CORRIGITUR ſegnities ſale nitri & gemmæ: calor mitigatur ſero lactis, vel decocto paſſularum. Nuphar, *ait Abenrhoes*, eſt ultimum ejus frenum. Correctio.

UTENDI MODUS, in pulvere, quem commendat *Aetius* ad ℈ij. cum oxymelite non eſt acceptus palato noſtri ſeculi. Utendi modus.

IN DECOCTO commodiùs ſumitur, cum aliis alterantibus & lenientibus vel purgantibus. Sic *Trallianus lib. 1. cap. 16.* in curatione diuturnorum melancholicorum adfectuum inſtituit κάθαρσιν δι᾽ ἐπιθύμου, καὶ ὀλίγου ὀρροῦ γάλακτος, purgationem per epithymum & ſerum. In decocto.

SIRUPUS de epithymo *Meſuei* eſt celebris. DOS. ℥ij. iij. pro leniendo, ſi intendatur, purgat. In uſum vocetur à *Zwelfero* reformatus. Sirupus.

℞. *ſirupi de epithymo Meſuei* ℥ij.
aq. fumariæ vel decocti fl. & fruct. ℥iij.
M. F. Potio.

CAPUT XXII.

leniens quartum melancholicum ore ſumendum & per poſteriorem gutturem reddendum; polypodium.

Polypodium. NOMEN πολυπόδιον à polypi deducitur ſimilitudine. ἡ δὲ πολυποδίου ῥίζα δασεῖα, καὶ ἔχουσα κοτυληδόνας, *ait Theophraſtus lib. 9. de plantar. hiſtoriâ*, ὥσπερ αἱ τοῦ πολύποδος πλεκτάναι. *Piloſa polypodii radix acetabulis cavernoſa eſt, seu polypodum cirri.*

Electio. ELIGITUR ἡ δὲ ῥίζη στρυφνή, τῇ δὲ γεύσει ὑπόγλυκος, *radix ſapore in acerbo ſubdulci prædita.*

Temperamentum. TEMPERAMENTUM, ut omnium ferè dulcium, temperatum, accedere tamen ad calidum & ſiccum, oſtendit lenis adſtrictio.

Vires. Δύναμιν ἔχειν καθαρτικὴν καὶ ἄγειν φλέγμα καὶ χολήν, *vim habere purgandi pituitam & bilem*, docuit *Dioſcorides*. Autoritas aliorum, & ſignatura melancholiæ deſtinat.

Utendi modus. UTENDI MODUS in SIRUPO vulgatiſſimus eſt. Præfertur vulgari *Zvvelferianus*. Simplex eſt & compoſitus.

Compoſitū officinale magiſtrale.

℞. *ſirup. de polypod. compos.* ℥ij.
mannæ elect. ℥j. *Tinct.* ♀ ℈ſ.
decoct. flor. & fruct. ℥ij. M. F. Hauſtus.

CAPUT XXIII

leniens quintum melancholicum ore ſumendum compoſitum, electuarium lenitivum.

NOMEN

NOMEN κατὰ παρουσίαν alvi ſubductioni leni deſtinatum eſſe oſtendit. *Nomen.*

Duplex eſt: electuarium lenitivum ſimpliciter ita dictum, & electuarium lenitivum de mannâ. *Compoſita officinalia.*

PRIORIS ingredientia ſunt pulpa caſſiæ, tamarindorum, prunorum, cum decocto forti polypodii & ſenæ extractorum, ſirupus roſarum ſolutivus, & ſaccharum. Coquuntur ad conſiſtentiam juſtam. *Ingredientia prioris*

VIRES alvo ſubducendæ deſtinatæ. *Vires.*

DOSIS ab ℥ſ. ad ℥j.

POSTERIORIS ingredientia ſunt præparantia humores & obſtructiones reſerantia citrà calorem: ſemina 4. frig. majora, violæ, pruna. Dirigunt à proprietate capillus ♀, ſcolopendrium, epatica. EVACUANTIUM baſis manna pituitam, caſſia, tamarindi, ſacch. viol. rhabarbarum bilem, ſena pituitam ducens. &c.

DOSIS ab ℥ſ. ad ℥j.

MAGISTRALIA compoſita exinde concinnantur, additis aliis, & flatus diſcutientibus. *Compoſita magiſtralia*

℞. *el. lenit.* ℥iſ. *ſem. citri contuſ.* ℈ſ.
ſp. hieræ ℈ſ. F. *cum ſaccharo bolus.*

℞. *ſirup. de ſcolopendrio. epithymo. polypodio* ā ℥j.
aq. borrag. bugloſs. ā ℥ij. M. F. Potio leniens.

CAPUT XXIV.

lenientia ποτιλοχυμαγῶγα, *à quibus aſtricta atque tenax ſentiet alvus opem.*

℞. *mannæ Alex.* ʒij. *eleoſachari aniſi* ℈ß. *citri* g ij.
Miſce. in mortario. Detur in chartâ. S. Lind-Zucker.

De hâc maſsâ exhibeatur infantibus, pro arbitratu, modicum in pulte aut juſculo.

℞. ſem.

℞. *ſem. aniſi pulver.* ℈j.

Exhibeatur infantibus ſenſim & ſenſim in pulte. Vermibus mederi & lenire dicitur.

Pilulæ. ℞. *maſs. pil. aloes* *roſatæ. ſolaris* ʒj.
gum. ammoniaci *galbani* a ℈j.
feculæ ari ſine vino paratæ. *croci* ♂ *aper.* a. ℈ſ.
elix. proprietatis q. s. M. Pilulæ D. In ſcatulâ S.
Pilulæ ſine curâ. DOSIS. ℈ß.

Bolus. ℞. *caſſiæ noviter extractæ*
pulp. tamarind. a. ʒiij.
mannæ ʒij.
eleoſacharí citri ℈ſ.
conſerv. violarum
& ſacchari q. s.
M. F. Bolus

℞. *el. lenit.* ℥j.
manna Alex. ſel. ʒij.
eleoſacch. menth.
anthos
aniſ. a. g. vj.
ſacchari q. s.
M. F. Bolus.

℞. *ſp. hieræ ſimpl.* ʒij. *el. lenitivi* ℥ſ.
Cum ſaccharo F. Bolus. Involvatur hoſtiâ.

℞. *el. lenitivi* ℥j. *mannæ granatæ* ℥ſ.
aq. borrag. bugloſſi. *origani* a. ℥ij.
Miſc. in mortario vitreo. Stent per noctem. Mane colentur cum expreſs.
adde *ſirup. de polypod.* ℥j.
In fictili S. Lind-Tranck.

Potio. ℞. *myrobal. citrin.* *chebul. indor.* a. ℥ſ.
pulp. tamarind. exoſ. ℥j.
Coq. in ſuff. q. aq. font. Colaturæ ℥viiij. adde
ſirup. roſar. ſolut. *polypod.* a. ℥j.
tinct. ♀ ʒſ. ♂ ℈j.
In fictili detur S. Lapir-Träncklein auff zweymahl.

℞. *decocti*

℞. *decocti prunor. damaſc.* ℥iij. *ſirupi roſ. ſolut.* ℥j.
mannæ el. ʒiij. *cryſt.* ♀. *ſpir.* ⊕*l. irror.* ℈j.
In fictili detur. S. Lenitiv-Tranck.

℞. Τῆς κριθῆς πτισανώδους, *hordei decorticati* ℔j.
pulp. tamarind. à nucl. lib. ℥ij. *rad. polypod. q.* ℥j.
mannæ Alex. ℥j. *glycyrrhizæ* ℥ſ.
fl. viol. *roſ. pallidar.* a. p. iij.
ſem. fœnic. ℥ſ. ▽ *fontanæ* ℔. — *Ptiſana lenitiva.*

Infuſa per noctem manè coquantur. Colentur, & in cellâ ſerventur. S. ptiſana lenitiva. Doſis ℥vj.

Additis foliis ſenæ purgandi vim acquirit. Exhibetur horâ unâ ante prandium & cœnam.

CAPUT XXV.

Succedanea lenientia ποικιλοχυμαγωγά, *per alvum operantia interna & externa.*

CUm delicati non ſemper admittant lenientia propriè dicta, ſed minori doſi expetant alvum ſubducentia, gratiæ eorum aliquid dandum. Poſſunt ergò propriè dicta purgantia exhiberi, ſed minori doſi, præparantibus præmiſſis vel adſociatis. — *Subſtitui quæ poſſunt ad palati ſolatium.*

℞. *cryſtall.* ♀ *rubr.* ℈ſ. *magiſterii ſcammonii. roſati* g. vij. — *Pulvereti.*
eleoſacch. aniſi citri a. g. iiij. M. S. Weichpülverlein.

℞. *ſpatici rubri* ℈ſ. *magiſt. gom. gott.* g. vj. *ol. fœnic.* g. iiij.
M. F. Pulvis in chartâ. S. Lindrpulver auff einmahl.

℞. *gialap. nigri reſin. pulv.* ℈ſ. *elæoſacchari cinamomi* g. x.
M. In chartâ S. Lind Zimmet-Pulver

℞. *reſinæ gialap.* ℈ſ. *ol. lenit.* ʒij. *magiſt.* ♀. ⊕*l.* g. v.
M. F. Bolus. Involvatur placentulis ſeu nebulis.

℞. *maſ. pil. de aloe violatâ.* ℈ß. *dacrydii* g. viij.
F. pilulæ XV. cum mucilagine tragac.

℞. *pil. trium regnorum, minutulorum no. x.*

Continuatur earum uſus, per aliquot paſtus in prandio & cœnâ.

℞. *herb. fumar. aſpleni, lonchitidis aſperæ, ſeu ſpicanthæ.*
fol. agrimon. ſalviæ hyſſopi inciſor. a. p. iij.
flor. borrag. bugl. a p. j. *ſenæ Alex ſ. ſ.* ℥ß.
prunor. dulc. no. v. *Coq. in ſuff. q. aq. font.*
colaturæ ℥vij. adde *ſirupi. cich. cum rhab.* ℥j.
S. in fictili. Weich-Tränklein auff dreymal.

℞. *ſeri caprini* ℥ij. *ſirup. roſ. ſolut.* ℥j.
gialap. reſin. pulv. g. x. M. F. Potio.

℞. *cort. tamariſci, cappar.* a ʒij. *frangul.* ʒj.
rad. 5. aperient. a ʒß. *ſem. geniſt.* ʒj.
paſſul. minor. ℥ß. *pulp. tamarindor.* ʒj.
fl. viol. borrag. a p. ij. *cinam.* ℈ij.
Coq. in ſuff. qu. aq. font. Colaturæ ℥iiij. adde
ſirup. roſar. ſolut. ℥j. *cryſtall.* ♀. *ſp.* ⊖*l.*
irrorati ʒß. *extract. rhabarb.* ℈ß. *panchymag. Croll.* g. vj.
M. in fictili S. Eindöffnungs Tränklein.

PRUNA LAXATIVA lenientium vicem ſuſtinentia ita parari queunt.

℞. *prunorum dulcium Jenenſium ſelectiſſ.* ℔j.
Coq. in ▽ *fontanâ. ad mollitiem.*
Nuclei eximantur. In decocto decantato coque lento igne ſenæ Alex. ſ. ſ. ℥iiij. *gialapii reſinoſ. pulv. per noctem in* 🜊 *macerati, cum liquore* ℥ij. *ſem. aniſi, fœniculi* a ℥j.
Colatura cum expreſſione infundatur prunis. Coque iterum lento igne ad conſumtionem liquoris. Tum inſpergenda ſacchari canar. pulver. ℥ij. *cinam. contuſi.* ʒiij.

DOSIS *infantibus commoda. no.* j. ij. *adultioribus* iij. iiij. v. vj. ante cibum, vel cum cibo.

FICUS ſeu CARICAE MEDICATAE ad alvum lubricam ſolvendam à Venetis ſic parantur. Fit ſtratum ſuper ſtratum cum ficubus recentibus, & fl. perſicorum & roſarum. Siccatæ poſt ſervantur in dolio. DOSIS no. j. ij.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XXVI

vomitoria lenientia proponit.

PAuca illa ſunt. Quædam agunt diſſecando & attenuando, ut origanum, vinum: quædam abſtergendo, ut mel & decoctum lenticulæ: quædam ventriculum laxando. *In cauſâ biliosa calidâ.*

IN CAUSA BILIOSA convenit AQUA TEPIDA ſimplex, vel hordeata, Jus carnis tepidum pingue, Hydrelæon, *aqua tepida & ol. olivar.* ſingula ad ℔j. & ultra.

Τὸ μελίκρατον *aquam mulſam* tepidam ventrem movere per alvum & vomitum teſtatur *Dioſcorides, lib. 5. cap. 9.* χρώμεθα τῷ μελικράτῳ, *inquit,* τῷ ἀφεψημένῳ, ἐφ' ὧν κοιλίαν μαλάξαι βουλόμεθα. εἰ ἐμέτον κινῆσαι, ὡς ἐπὶ τῶν θανάσιμον πεπωκότων, διδόντες αὐτὸ μετ' ἐλαίου. *Decoctâ autem utimur in his, quorum alvum mollire aut vomitiones ciere voluerimus; quemadmodum in his, qui venenum hauſerint facimus, cum oleo dantes.*

℥ AMYGDALARUM DULCIUM ab ℥ſ. ad j. ſumtum cum juris tepidi ℥iiij. vel ℔ſ. bibitum, additione *ſirupi acetoſæ ſimplicis,* ab ℥j. ij ſi ſimul abſtergendum, nobilitatum, alvum ſubducit. Vim τῆς κοιλίας μαλακτικὴν in amaris deſignat *Dioſcorides lib. 1. cap. 44.* In dulcium oleo eam & anodynam vim excellere teſtatur experientia. *In pituitoſâ*

IN PITUITA ſeu quocunque humore TENUI

℞. *decocti ſem. citri vel aurant. & fol. lauri in jure carnis* ℔j.
oxymelitis ſimplicis. ℥iij. *olei nuc. juglandium* ℥iij.

M. Exhibe tepidum. *In craſſo humore.*

IN CRASSO quocunque humore

℞. *juris carnis, in quo hyſſopus decoctus, & fl. geniſtæ* ℔ſ.
ſucci raphani ℥ij. *oxymel. ſcillit.* ℥j.

N. in fictili: Brech-Träncklein.

℞. *rad. raphani* ℥j. *ſem. anethi* ℥ſ. *fœnic.* ʒij.
Coq. in aq. q. s. ad tertias. In colaturâ ſolve
oxymel. ſimpl. ℥ij. Bibatur tepidè.

Horum, quæ interdum tardæ ſunt operationis, loco vomitoriorum purgantia ſubſtitui queunt, ex vitæ Mercurio; ſed in *Succedanea*

Digitized by Google

minori doſi, ad g. ij. in cochleari decocti ſeminis atriplicis, ſuperbibendo poſtea hauſtum.

CAPUT XXVII.

Clyſteres lenientes.

In causâ calidâ. IN CAUSA CALIDA refrigerent & contemperent.

℞. *fol. parietar. mercurialis, malvæ,* ā. M. iiiſ.
fl. viol. martiarum cum calyculis, chamæmel. ā. Mj.
hordei Mij. *ſem. coriandri* ℥j. *lini, fœnugræci,* ā. Mj.
prunor. damaſcenor. n. x. *ficuum no.* 8.
Coq. in ſuff. q. aq. font. *Colaturæ* ℔j. adde
℅ viol. ℥j. *caſſiæ pro clyſtere* ℥ſ.
M. F. clyſter ſine ſale, quia in causâ biliosâ facultas ſtimulo non eget.

In frigidâ causâ. IN FRIGIDA CAUSA acriores eſſe poſſunt.

℞. *decocti carminativi* ℔j. *ol. irini, chamam.* a ℥j.
ol. lenit. ℥iſ. *mellis roſacei* ℥ij.
ſalis ♀ ʒj. M. pro clyſtere.

℞. *brodii carnis vitul. vel agninæ* ℔iſ.
In hoc coque *fol. borrag. ſpinach.* a Mj. colaturæ adde
Sacch. Thomæi rubri ʒj.
F. clyſter. S. Hauſſclyſtir.

CAPUT XXVIII.

ὑπόθετα, βάλανοι, *ſuppoſitoria lenientia.*

1. INFANTIBUS commendantur glandes paratæ ex lardo, in glandis formam concinnato, oleoque & butyro illitæ.

VITELLUM OVI ad duritiem coctum, ol. fl. verbaſci illitum & ano applicitum, naturam admonet.

2. FICUS INVERSÆ ol. olivarum illitæ eidem officio inſerviunt.

3. ADULTIORIBUS EX MELLE ad duritiem cocto, addito ſalis tantillo *parata glans ſæpe neceſſaria eſt.*

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XIX.

Externa lenientia.

INfantium umbilico illiniri ſolet pinguedo anſeris. Lentè ſubducitur alvus. PUTAMEN nucis juglandis dimidium repletur eâdem pinguedine, & umbilico imponitur. Sin eventus ſpacio horarum XX. voto non reſpondeat, totus illinitur venter, certâ operationis fiduciâ.

LIBRI V. SECTIO II.

De præparantium medicamentorum materiis.

CAPUT I

materias præparantium univerſalium proponit.

NOn eſſe properandum in uſu medicinarum fortium in principio, ſed tardandum, ne cruda agitetur materia, & virtus tollatur, aut reſolvatur, evangelicâ boni nuncii & conſilii voce tradidit antiquitas.

DIGESTIVA præmittenda ſunt, & PRÆPARANTIA. Duplicia ſunt: alia diſponunt & fluidum corpus reddunt, vias aperiendo, conveniunt maximè in melancholiâ & pituitâ: alia digerunt humores & coquunt, non quod ipſa concoquendi vim habeant, ſed quia virtutes ſuas exſerendo naturam in coctione juvant, qualitates manifeſtas primas, ſecundas & tertias humorum æquando & moderando, motum etiam eorundem vitioſum, & iniquam διαχώρησιν temperando, & ad juſtæ conformationis leges cogendo. *Digeſtiva 1.* *2.*

UNIVERSALIA & GENERALIA DIGESTIVA *chimicorum* concinnantur ex ♀. 1. cremor & cryſtalli. 2. magiſterium ♀ ⊕lati. 3. Miſtura ſimplex. *Univerſalia*

Verè talia non ſunt. Particularium digerentium numero ea adſcribere tutius eſt. Non conveniunt in cacochymiâ bi- *non dantur.*

 lioſâ

lioſâ & humoribus ſalſis, acerbis, atque acribus. In illis ebullitionem queunt augere, & noxam parere. Proſunt magis melancholiæ cacochymicæ ſimplici, minus ponticæ acri, quæ ignis ſeminaria in ſe habet. Quantum proficiunt ad craſſitiem incidendam, tantùm fervidos & aduſtos ſuccos irritant, & incendendo nocent. Pituitoſis quodammodo proſunt.

Liquor ♀reus.

Idem judicium fertur de liquore ♀reo ſequente, pro univerſali qui habetur digeſtivo.

℞. ♀. ⊕lati ℥j *vini rhenani opt. ferventis.* ℔ij.
miſtis & diſſolutis adde
aquæ cinamomi, *bugloſſi,* *ſirupi viol.* ā. ℔ſ.

M. Detur per aliquot dies, cùm opus, manè, meridie, veſperi, hauſtus unus.

Eadem ratio ♀. ⊕lati Solaris & Lunaris.

CAPUT II.

Præparantia ſpecialia, in cacochymiâ bilioſâ, 1. Simplicia & præparata liquida.

INdicationem hanc explent tam ſimplicia, quàm compoſita alterantia, ſingulis viſceribus appropriata, quæ humores reſpiciunt circà illa reſtagnantes. Sint in oculis quædam ſelecta, digerendi hâc vi illuſtria. Frigida autem debent eſſe, quæ acrimoniam & caliditatem obtundendi vim habent.

Præparantia ſpecialia, neceſſaria.

NECESSITAS eorum notoria eſt. *ἵνα δὲ δυνηθῇ κενῶσαι καλῶς διὰ τῶν καθαιρόντων καὶ ἀποκλέπτειν δυναμένων τὸν χολώδη χυμὸν, ὑγραίνειν δεῖ. οὕτω γὰρ διαχυθεῖσα καὶ οἷον ἀσθενεστέρα γινομένη, εὐχερέστερον ὑπὸ τοῦ ἕλκοντος αὐτὴν κενωθήσεται φαρμάκου. Ut poſſis probè evacuare per purgantia & ſuffurantia humorem bilioſum, humectare eundem oportet. Ita enim diffuſa bilis & veluti imbecillior facta, faciliùs à medicamento ipſam trahente evacuabitur.*

Simplicia.

RADICES: *acetoſæ, cichorii, graminis, lactucæ, nymphææ, taraxaci.*

HERBÆ: *acetoſa, cichor. lactuc. malva, plantago.* FLORES:

FLORES: *nymphea albæ & luteæ, papav. rhoeados. roſ. viol.*

SEMINA: *althæa, ſem. 4. frig. maj. min. hord. melon.*

FRUCTUS: *berb. ceraſa acida, citri, fraga, jujub. ſebeſt, paſſul. tamarindi.*

LIGNA. *ſantalum.*

EX ANIMALIBUS *ſerum lactis.*

PRÆPARATA SOLIDA ſunt *ſpec. diatrion ſantal. cryſtalli acetoſæ, acetoſellæ. Julio1æ, ſpir. ⊕li coagulatus. Sal prunellæ reform.* *Præparata ſicca.*

SPISSA mediæ conſiſtentiæ, *conſervæ, condita, eſſentiæ ſimplicium* enarratorum, radicum, herbarum, florum. *Spiſſa.*

LIQUIDA. ▽ ſimplicium adſignatorum deſtillatæ. *liquida.*

SPIRITUS ⊕*li*, ♎. ⦶.

TINCTURA *fl. papav. rhoeados, roſ. viol.*

JULEPI. *roſar. è tincturâ viol. roſ. papav. parati.*

DECOCTUM *berber. ceraſ. acid. fl. & fructuum, hordei ſimplex & compoſitum cum paſſulis & tamarindis.*

SIRUPORUM amplus numerus. Eorum menſuranda quantitas ſecundùm diſtantiam partis affectæ, humorisque peccantis reſiſtentiam. Ventriculus & inteſtina, & materia tenuis, pauca, minorem requirunt quantitatem, quàm partes longius diſtantes, craſſa & copioſa materia. In inflammationibus & internis æſtibus ſiruporum quantitati parcendum.

IN CAPITE, peccante bilioſo ſucco, proſunt SIRUPI roſar. ſimplex, de lactucâ, plantag. nymph. de papav. cum aquis refrigerantibus. *In capite.*

IN PECTORE. ſirup. de ſucco viol. granator. dulc. de papav. rhoeados, cum decoct. pectorali frigido. *In pectore.*

IN CORDE. Sirup. roſar. ſimpl. antiquus, corallorum cum ſucco citri paratus, additis aq. ſeu decoctis cardiacis frigidis. Si verò ſit bilis craſſa, convenit ſirupus de acido citri, limonum, acetoſa, cum aq. & decoct. florum borraginis, bugloſſi, tormentillæ. *In corde.*

IN VENTRICULO, *ſi bilis tenuis*, ſirupus granatorum acidorum, myrtinus, berberum, vel ribium, ſ. mororum, vinum granatorum acidorum, cum ſtomachicis frigidis. Si *craſſa*: *in ventriculo.*

Oxy

Digitized by Google

Oxyſaccharum ſimplex, oxymel. Dentur ſine aquis.

In hepate. IN HEPATE. Sirupi de portulacâ; de cichorio ſimplex, de ſucco endiv. cum aquis & decoctis frigidis hepaticis.

CAPUT III.

præparantia in cacochymiâ pituitoſâ.

Simplicia. RADICES angelicæ, aſparag. caryophyllatæ, eryngii, fœniculi, fraxinellæ, petroſelini, ruſci, ſarſæparill. chinæ, ſcillæ.

HERBÆ: abſinth. ageratum, agrimon. calamenthum. card. bened. centaur. minus, chamædrys, euphraſia, hyſſopus, majorana, ſcordium.

FLORES: *anethi, anthous, betonicæ, calend., centaur min., hyſſopi, lavend. matricar. ſtœchad. Arab.*

SEMINA: *aniſi, amm. carvi, cumini, dauci. fænic. ocimi; cardamomi. juniperi baccæ.*

AROMATA: *caryophylli, cinam. macis,*

LIGNA: *aloes, guajac. ſaſſafr.*

CORTICES: *cappar. frangulæ.*

EX ANIMALIBUS: *caſtoreum.*

Præparata ſolida mediæ conſiſtentiæ. PRÆPARATA SICCA variant ratione partium affectarum; *ſpecies diambr. diamoſchi. diarom. roſ. diagalangæ.*

SALIA, *abſinth. centaur. minor. petroſelini, magiſterium 🜿ri ⊕lati ☉ vel ☽ris.*

SPISSA. *conſervæ: extracta, ſucci, magiſteria prædictorum.*

liquida. LIQUIDA: DECOCTA, ▽ DESTILLATÆ, SPIRITUS ſimplicium enarratorum. VINA, *abſinth. roriſmarini.* ACETUM, *oxymel ſcilliticum.* ESSENTIAE *chamædryos, chamæpityos roriſmarini, ſalviæ.*

In capite. SIRUPI præparantes in CAPITE: *ſirupus de betonicâ: ſimplex, compoſ. de ſtœchade ſimplex, compoſ. Miſcentur cum decoctis & aquis calefacientibus cephalicis,* caput ſi totum laboret: ophthalmicis, ſi oculi, appropriatis certis partibus, ſi hæ patiantur.

In nervis. IN NERVORUM affectione, aq. chamædryos, prim. veris lilior. convall.

IN

IN EPILEPSIA cum *aq. fl. tiliæ, lil. convall. rutæ caprariæ, Levend. &c.* *In epilepſia.*

℞. *ſirup. de ſtœch. Arab.* *betonic.* a ℥ß.
aq. fl. paon. *lilior. conval. cum vino deſtillat.* a. ℥j.
ſpir. roſarum. lil. convall. a ʒj. M. S. *Digeſtivum.*

IN CORDE. *ſirup de cortic. citri, de toto citro, borraginis, mel anthoſ. Miſcentur cum aquis cordialibus & decoctis.* *In corde.*

℞. *ſirup. de cortic. citri* ℥ß. *aq. carfuncul. aur.* ℥j.
M. S. digeſtiv-Safft/ iedesmal ein Löffel voll.

IN PECTORE. ℞. ſirup. de liquirit. capill. ♀ Fortiores ſunt de praſſio, hyſſop. oxymel. Hæc aquis pectoralibus calidis miſce. *In pectore.*

℞. *aq. tuſſil. hyſſopi,* *betonic.* a ℥j.
ſirup. de hyſſopo *tuſſilag.* a ℥ß.
Miſce. S. Digeſtiv-Dranck auff Zwey mal.

IN VENTRICULO. ℞. ſirup. menthæ, oxymel ſimplex Zwelferianum, ſpecies hieræ ſine Aloe. Spiritus menthæ ſolus ad ʒij. optimus, in aq. abſinthii. *In ventriculo.*

IN EPATE. Sirupus acetoſ. byzantin. ſimpl. comp. *In epate.*

℞. *oxymel. ſimpl.* *ſirupi* *ſcelotyrbici Zwelferi, volatilibus ſalibus adhuc impregnati.* a. ℥ſ.
aq. acetoſ. *ſcorbut.* a ℥ij. *vini malvat.* ℥iij.
M. F. Potio ad plures doſes.

℞. *ſirup. de cichor. ſimpl.* ℥j. *miſtur. ſimplicis* ℈j.
aq. taraxac. ℥iij. *ſcorb. Querc.* ℥j.
M. S. Digeſtiv-Safft auf Zweymal.

℞. *aq. ſcorbutic.* ʒij. *eſſent. hepat.* ʒj.
acetoſ. ℥j. *ſirup. de agrimoniâ.* ℥ß.
M. S. Digeſtiv. auf Zweymal.

IN RENIBUS. Sirup. de duabus radicibus, radic. cum decocto diureticorum calidorum vel eorundem aquis.

IN UTERO. Sirup. de artemis. matricar. calaminth. cum aq. hyſtericis vel decoctis hyſtericorum.

IN ARTICULIS. Sirup. de Iua cum decoctis arthetic. vel eorund. aquis.

IN LIENE. Sirup. ſcelotyrbicus Foreſti, byzantinus cum ✠. fumar. ſcolopendrii. oxymel ſcill. cum ✠. cum decocto ſplenicorum vel eorund. aquis.

CAPUT IV

præparantia in cacochymiâ melancholicâ.

Simplicia. Conveniunt humectantia & calefacientia moderatè.

RADICES: *filicis, polypodii,*

HERBÆ. *adianthum cuſcut. aſplenum ling. cerv. ſpicanth. lupulus.*

FLORES: *anagallidis* in melancholiâ excellunt & maniâ, *borraginis, bugloſſ. centaur. minor. geniſtæ.*

SEMINA: *geniſtæ, fraxini cum linguâ.*

FRUCTUS: *rubi idæi, ſebeſten.*

CORTEX: *fraxini, ſambuci, tamariſci, cappar.*

MINERALIA: *chalybs.*

Præparata ſicca. PRÆPARATA: ſp. diambræ, diacinamomi, diacalaminth.

TROCHISCI de abſinthio, capparibus.

SAL abſinthii, geniſtæ.

SPISSA PRÆPARATA: conſervæ anthous, borraginis, cochleariæ, geniſtæ hiſpanicæ.

Liquida. LIQUIDA PRÆPARATA: ſucci pomor. borsdorf. decocta vegetabilium carminativ. fl. & fruct. pectorale Auguſtanorum, vina, ▽ deſtill. ex ſimplicibus. TINCTURA ♂, ♃. clyſſus ℥ij majoris apparatus.

SIRUPI. IN CAPITE: ſcorzoneræ, meliſſæ, tunicæ, de pomis, cum aquis & decoctis meliſſ. roſmar. cinam.

In corde. IN CORDE. Sirup. de pomis Borsdorfian. de borrag. de ſucco bugloſſ. cum aq. decoctis meliſſ. prunor. dulc. prunorum redolentium ſebeſten, paſſularum.

IN-

IN HEPATE ET LIENE: SIRUP. de fumar. ſimpl. comp. de thymo, de epithym. de lupulo, ceterach. byzantin. cum & ſine aceto. cum decoctis deobſtruentium hepaticorum & ſpleneticorum: oxymel ſimpl. *Sirupus Donati ab altimari*, quo multos hypochondriacos ſe reſtituiſſe ſcribit *lib. de hum. corp. morb. cap. 7.* Similem habet *Brunnerus* conſil. 5. Cum verò ægri ſirupos facile reſpuant, quæque lieni & obſtructionibus propter dulcedinem & quandam viſciditatem adverſentur, aliud poterit genus confici, nempe CLARETUM. *In hepate & liene.*

IN ALIIS partibus ſi præparanda, miſcendæ aq. & ſirupi convenientes.

CAPUT V.

Digerentia compoſita ποικιλοχυμαγωγά

1. Pulveres.

PArantur ex alterantibus, aperientibus, & ſimul corroborantibus. *1. Pulveres.*

℞. *cremor.* ♀. *ſantalini* *magiſt.* ♀. ⊕*l.* a. ʒſ.
corall. rub. præp. *ocul.* 69. *præp.*
fecul. ari ſine vino, *bryon. ſine vino* a ℈j.
ſalis abſinth. *card. bened. ſoterii* a ℈ſ.
M. Detur in ſcatulâ. DOS. ℈ſ. S. Weichpulver.

℞. ♀. ⊕*lati* ℈j. *epatici cryſtallini* ♀ *rubri* ʒſ.
ſalis cichor. juniperi. geniſt. abſinth. a. g. iij.
⊕*li coagulati* ℈ſ. *fecula ari* ℈j.
Div. in 8. partes æquales, in chartis diſtinctis, quæ unâ generali includantur. S. Reſolvir-Pulver.

℞. *cryſtall.* ♀ *epat. rub.* ℈ſ. ⊕*li* ♂ g. vj.
elæoſacchari aniſi, citri, cochlear. a. g. v.
In chartâ. S. Sauer öffendt-Pulver.

℞. *pulv. cachect. ex* ♂ ♀*rato* *magdal.* *conato* *par.* ℥j.
ſp. diamoſc. dulc. ʒj. *diamb.* ʒſ.
ſemin. aniſi, fœnicul. a. ʒj.

Sacch. ad pondus omnium. Doſis cochl. dimidium ſuper pane vino malv. macer. Continuet manè horâ nonâ & quartâ pomeridianâ.

℞. *cryſtall.* ♀. ℈j. *rad. ari.* ♀. ⊕*lati* āā g. iiij.
In chartâ S. Weichpulver auff einmal.

℞. *crem.* ♀. ʒſ. ♀. ⊕*lati* ℈ſ.
croci ♂ *nigri cum.* ♀ *calc.* ℈j.
mag. corall. g. x. M. in charta. S. Digeſt. dreymal.

℞. *cryſtall.* ♀ ℈j. ♀ ⊕*lat.* g. vij.
ſal centaur. *minoris* g. iij.
M. S. Digeſtiv. Pulver auff zweymal.

℞. *crem.* ♀*ri.* *fec. rad. ari* a. ℈j. *magiſt. corall.* g. iij.
M. S. Digeſtiv. Pulver auff zweymal.

℞. *mag.* ♀ ⊕*l.* ℈j. *fec. bryon. ari* a. ℈ſ.
ſal. card. ben. *panacea duplicata* a. gr. x.
mag. corall. rub. *ocul.* ♋ a ℈ſ.
Dividatur in VI. partes æquales in chartis diſtinctis.
S. Digeſtiv Pulver auf Sechſmal.

CAPUT VI

electuaria & boli præparantes.

℞. *conſerv. borrag. rad. cichor. fl. tunicæ* a ʒſ.
cond. cort. citri ʒij. *croci* ♂ *nigri aper.* ʒſ.
ſirupi de fumar. q. s. F. Electuar.

℞. *conſerv. fl. paon.* *lil. conval.* a ʒſ.
ſalis abſinth. *magiſt.* ♀. ⊕*lat.* ☉ a. g. vj.
elæoſacch. ♂*tialis ſplen.* g. viij. *cum ſacch.* M. F. Bolus.

℞. *conſerv. fl. cochlearia* ʒj. *ſp.* Διαῤῥοδῶν Abb. ʒſ.
ſacch. par. M. F. Bolus Digeſtiv Zucker.

CAPUT VII

digeſtivæ pilulæ.

℞. *trochiſc. de cappar.* *de eupator.* a ℈ß.
extract. gentianæ *centaur. min.* a q. s.
M. F. Pilulæ pro unâ doſi.

℞. *gom. ammon.* ✠. *ſcill. ſol. colati, depurati ad juſtam conſiſt. redacti* ℥ſ.
tinct. croci liq. ʒſ. *ſalis abſinth.* ⊕li ♂t. a. ℈ſ.
croci ♂ *aper. rub.* ʒj. *maſtich. el.* ℈ij.
Cum elix. prop. M. F. Pilulæ exiles. DOS. ℈ſ.

CAPUT VIII

ſirupi digeſtivi compoſiti.

℞. *croci* ♂ *nigri cum* ♀. *magdal. parat.* ℔. ½.
herb. meliſſ. lanchit. artemiſ. aſperæ. a Mj.
aq. pluvialis tonitrualis ℔iiij.
F. infuſio per octiduum in loco calido.
Poſt coq. ad medietatem. Colentur.
Adde ſacch. q. s. F. ſirupus. S. Schal-Safft.
DOS. cochl. ij. iij. cum aq. aperiente. comp.

℞. *rad. polypodii q.* *caryophyllatæ, eryngii,*
cort. tamariſci, *capp.* *frangulæ* a ℥j.
fol. aſpleni, ſpicanth. chamædr. a Mij.
fl. borrag. ſambuci, calth. paluſt. a. p. iij.
cort. aurant. *citri* a ʒij.
paſſul. minor. *major.* a. ℥j.
Coque s. a. Colatura poſt ſubſidentiam leniter evaporet, & cum ſaccharo M. ad ſirupi conſiſt.

CAPUT IX

digeſtiva decocta.

Digitized by Google

Concinnantur & præparantur digeſtiva hæc ex alterantibus intemperiem viſcerum, quæ ad generationem vitioſorum humorum conferunt.

℞. *hordei mundi* ℥ij. *ſem. frig. maj. ext.* a ʒij.
fruct. alkekengi *prun. damaſcen.* a. xx.
tamarind. ℥ij. *paſſul. min.* ℥iiij.
fol. endiv. cichor. taraxaci a Mj.
ſonchi, epatica alba. alſines fl. rubro
eupator. ſumar. lactuc.
capill. ♀. *fl. lupuli* a. Mj.
rad. polypod. aſparagi fœniculi,
petroſel. glycyrrh. a. ℥j.
fl. borrag. viol. bugloſſ. a. Miſ.
roſar p. ij. *ſantal. citr.* ℥ſ.
Inciſ. contuſ. Miſce. ſerventur ad uſum. S. ſpecies decocti alterantis in cauſâ calidâ.

SPECIES pro cereviſiâ vel vino medicatis digeſtivis.

℞. *rad. polyp. q. filicis. ſcorzon.* a ℥iij.
cort. frangul. cappar. tamar. a ℥j.
ligni ſancti, ſaſſafr. juniperi a ℥ij.
fol. chamædr. chamæp. cuſcut. a Mj.
veron. hyſſopi ſcabioſ. a Mij.
ſum. centaur. min. majoranæ origan. a Mj.
ſem. agni caſti, angel. petroſ. aniſi. a ʒij.
zedoar ʒv. *macis* ʒj. *nuc. moſc. no.* j.
Conciſ. contuſ. s. a. *dentur ad chartam.*
S. ſpecies pro cereviſ. vel vino medicatis digeſtivis.

Decoctum generale.
℞. *ſp. decocti alterantis* Mij.
Coq. in ſuff. q. aq. font. Colatura ℥vj. adde
ſirupi byzantini ℥j. *de duabus radic.* ℥ij.
In fictili. S. alterans Tränklein auff zweymal.

Decoctum cephalicum præparans.
℞. *rad. pæon. maris* ℥ß. *caryophyllat. fraxinellæ* a ʒij.
fol. ſalviæ major. beton. a p iiij.
ſem. pæon. ʒiij. *macis* ℈j. *caryophyl.* ℈ß.
F. decoct.

F. decoct. in aq. com. q s. Colaturæ ℥x. adde
ſirupi fl. paoniæ. ſcorzon. anthoni a ℥j.
miſtur. cephalicæ compos. ʒj. *ſp.* ♁ *liſtriati* ℈ß.
M. F. Potio pro iij. doſibus.

℞. *radic. glycyrrh. cichor.* a ʒiij. *ireos flor.* ℈j. *Decoctum pectorale.*
herb. veron. ſalviæ, hyſſopi, ſcabioſæ a p. ij.
fl. chamameli, violæ. martiæ. bugloſſ. p. j.
paſſul. minor. ℥j. *majorum exac.* ℥j.
Decoq. in ſuff. q. aq. mulſæ. Colat. ℥xij. adde
oxymel. ſcillit ℥j. *violar.* ℥ß. *elix. pector.* ʒß.
M. F. Potio ad ſex doſes. Detur ægro ante prandium & cœnam horâ unâ.

℞. *rad. fœniculi, ſem. fœnic.* a ʒij.
fol. origani beton. veron.
hyſſopi capill. ♀. a. p. ij.
fl. viol. roſar. ſum. ſalv. roriſmar. a. p. j.
Coq. in aq. font. Colaturæ ℥viij adde
ſirupi de beton. de ſtœch. Arab. comp.
ſpir. aſthmatici ʒij. *cinam.* ℥ß.
In fictili. S. Decoctum alterans pituitam in pectore.

℞. *rad. helenii, glycyrrhiz. ſcillæ.* a ʒij. *ireos* ℈j. *In aſthmate.*
herb. adianthi veron. hyſſopi a p. iij.
caricar. ping. paſſ. min. maj. a ℥ß.
F. decoct. in ſero lactis. Colaturæ ℔ß. adde
ſirupi de praſſ. oxymel. ſcillit. a ℥j.
M. F. Potio. S. Bruſt-Tråncklein auff viel mal.

℞. *rad. eryngii, petroſ. fœniculi cort. tam.* a ʒij. *In hypochondriaco affectu.*
ſem. geniſtæ ʒj. *herbar. ſpicanth.* Mj.
paſſul. ℥j. *macis. zedoar. galang.* a ʒß.
Coq. in jure galli decrepiti. Colaturæ ℥vj. adde
ſirupi byzant. ſcelotyrb. Foreſti a ℥j.
M. F. Potio in fictili S. Tråncklein auff v. etmal.

℞. polypod.

2. ℞. *polypod. q.* ℥ſ. *cort. capp.* ʒij. *fl. geniſt.* p. j.
ſem. fœnic. ʒj. *fol. ſcolopendrii no.* vj.
Coq. in aq Colaturæ ℥v. adde
ſirup. rubi idæi, fumar. a ℥j. *tinctur* ♀. ʒj.
M F. Potio.

3. ℞. *rad. cich. polypod. gram. aſpar.* a. ʒij.
fol. ſcolopendrii capill. ♀. *cuſc.* a Mſ.
fl. geniſt. borrag. bugloſſ. cent. min. a. p. j.
ſem. portul ʒj. *ocimi* ℈j. *agni caſti* ʒſ.
paſſul. maj. min. jujub: ſebeſten. a ℥ſ.
Coq. in ſuff. q. aq. f. Colaturæ ℔j. adde
ſirupi de pomis borsdorf q. s. *ad gratam dulcedinem.*
In fictili S. Tränklein auff achtmal/ zwo Stunde für der Malzeit frühe und nach mittage.

4. ℞. *rad. aper.* ℥ſ. *glycyrrh. cort. tamariſci* a. ʒiij.
fl. borrag. bugl. cochl. a. p. ij.
fl. fumar. aſpleni a Mj. *ling. cerv. no.* vj.
paſſul. min. ℥j. *jujub. ſebeſt.* a no. viij.
Coq. in ſuff. q. aq. f. Colaturæ clarif. ℔j. adde
ſirupi ſcelotyrb. For. acetoſit. citri a ʒj. *ſp.* ♀. ℈ij.
M. F. Potio. Dos. cochl. iij. hora nonâ & quartâ.

In renum affectibus.
℞. *rad. glycyrrh. cich. eryngii, gram.* a ʒij.
ſem. dauc. cret. lithoſper. foen. a. ʒj.
rad. ſaxifr. albæ grumoſæ ʒij.
paſſul. minor. ℥ſ. *jujub. no.* xij.
F. decoct. in aq. pluviali deſtill. Col. ℥viij. adde
ſirupi de althæâ. fragor. a ℥j.
In fictili S. Träncklein auff viermal.

In affectu melancholico.
℞. *rad. polyp. q. ſcorzon. gram. cich.*
cort. tamar. frang. a. ʒiij. *capparum.* ʒij.
herb. fumar. aſpleni ſeu ſcolopendr. a Mſ.
ſem fœnic. aniſi a ʒij. *paſſul. min.* ℥ſ.
F. decoctio in ſuff. q. aq. font. Colaturæ. ℔ij. adde
ſirup. de fumar. ſcelotyrbici a ℥iij.
In fictili S. Träncklein auff vj. mal.

CAPUT

CAPUT X.

digeſtiva in formâ infuſi.

EX claſſe alterantium & confortantium hæc etiam deſumuntur. *In capitis intemperie frigidâ.*

℞. *fl. lilior. convall. lavend. ſumm. anthos.* a Mſ.
roſarum. rubr. paon. balauſt. a p. v.
cort. citri. aurant. a ʒiij.
cubeb. cardam. cinam. macis a ʒij.
fol. majorana ſalvia, beton. a Mj.
rad. ſcorzon. paonie a ʒij. *ireos fl.* a ℥ſ.

Concis. contus. s. a. dentur in ſacculo. S. Species in Wein.

℞. *rad. cichor. enul. ſarſap.* a ℥j.
galang. carlina angelica a ℥ſ.
ligni ſancti raſp. ℥ij. *cort. tamariſci* ℥ſ.
fol. menth. ſalv. roriſm. a Mj.
ſummit. majorana. hyſſopi a Mſ.
fl. roſar. rubr. alb. violar. a p. v.
ſem. aniſ. fœnic. ocimi a ʒj.
caryophyl. nuc. moſ. macis a ʒj.
limatur. chalybis magneſ. a ℥ij.

Conciſ. contuſ. ligentur in nodulo, pro Menſuris xij. vini.

℞. *rad. glycyrrh. diptamni albi, ſcorzoner. cichorii* a ʒ vj.
uvar. paſſar. min. ℥ij. *major.* ℥j. *pulp. tamar.* ℥iſ.
ſem. melonum aniſi fœniculi, a ʒvj.
fl. roſar. rub. ſambuci a Mſ. *bugloſ. violar.* a. p. ij.
ſantal. alb. ʒij. *cinam. caryophyl.* a ʒij.

Contuſ. conciſ. s. a. dentur ad chartam. S. Species zu Sechs kannen Wein.

℞. *rad. cichorij, polypod.* ā ℥ſ. *ſarſæparil.* ʒij.
cort. citri. aurant. ſiccat. ā ℥ſ.
herb. aſpleni majoran. cochl. ā Mj.
fl. violar. recent. cum calyculis Mſ.
ſem. ſambuci aniſi fœnic. ā ℥j. *paſſul. min.* ℥iij.
macis caryophyl. cinamom. ā. ʒj.

Contuſ. conciſa s. a. dentur ad chartam S. Species zum halben Eymer Wein.

℞. *rad. cichorij chelidon. maj. min. aſparagi* āā ℥j.
cort. ſambuc. ebuli, amaræ dulcis. ā ʒij.
herb. abſinth. Mj. *chamædr.* ā Mſ. *baccar. juniperi* ℥v.
fl. borrag. bugloſſ, calendulæ, roſarum, chelid. minor. ā p. vj.
ſem. aniſi cuſcutæ, fœniculi, ā ʒij.

Conciſ. contuſ. s. a. dentur in chartâ. S. Species zu Zehen Kannen-Bier. Fermententur in dolio.

In cacochymiâ uterinâ.

℞. *rad. angelic. imperat. helenii* ā ℥j.
cort. aurant. fraxini. ā ʒiij.
calamenthi puleg. rutæ ſalv. roriſmar. ā Mj.
ſem. cumin. fœnicul. aniſi ā ℥ſ.
baccar. juniperi Mj. *zedoar. galang. cubeb.* ā ℥ſ.

Conciſ. contuſ. s. a. S. Species zum Secklein in Wein oder Bier.

In cauſâ pituitoſâ.

℞. *rad. chinæ* ʒj. *ſarſeparil.* ʒij. *aſparagi*
cichor. polypod. carlinæ, cort. frangulæ ā Mß.
fol. cochlear. naſturt. aq. chelidon. min. ā Mj.
fl. geniſtæ, viol. roſarum. centaur. min. ā p. ij.
ſem. aniſi bacc. juniperi ā ʒj.
ſalis ♀. ʒj. contuſ. conc. s. artem dentur ad chartam.

S. Spec. zum Büſchlein in Wein.

CAPUT XI.

Digeſtiva in formâ aquæ, & julepi,

℞. *aq.*

℞. *aq. ceraſor. nigr.* ℥iß. *fl. tiliæ*
borrag. ã ℥iij. *acetoſ.* ʒvj.
conſ. man. chr. perl. ℥ij. M. F. Potio. S. Alterans in Haupt-Beſchwerungen.

℞. *ſirup. ſtoechad. Arab.* ℥j. ⚹. *citri, granat. acid.* ã ℥iß.
aq. ſalviæ *ſpir.* ⊕*li* *ſtriati* ℈j.
majoran. *roriſm.* ã ℥j.
M. F. Julepus digeſtivus.

℞. *aq. meliſſ. borrag. tunicæ. nigr. card. bened.*
cinamomi ã ℥j. *carfunc. aur.* ʒj.
corall. rub. prep. margar. prep. ã ℈ß.
rot. man. Chriſti perl. q. s. *ad grat. ſaporem.*
M. S. Digerir-Milch in Angſt des Hertzenß zu gebrauchen.

℞. *aq. ceraſ. nigr.* ℥ij. *borrag. meliſſ.* ã ℥ß.
ſirupi acetoſ. citri, granat. acidor. ã. ℥iß.
ſirupi cinam. ℥j. *fl. peoniæ* ʒvj.
vini cydonior. ℥j. *ſp.* ⊕*l. ſtriati* ℈ß. *eſſent. lilior. convall.* ʒß.
In fictili detur. S. Digeſtiv-Safft. DOSIS. cochl. ij.

℞. *aq. carfunc. aur. cont. ſtuporem* ã ℥ß.
lil. convall. cum vino deſtil. ℥j.
ſirup. ſtœch. arab. fl. paeon. citri ã ℥ß.
ſp. roſar. ʒij. *eſſ. lil. conval.* ʒj.
miſtura antapoplectica ʒß. M. F. Potio. DOSIS. cochl. I.

℞. *aq. beton. ſalviæ* ã ℥iß. *eſſent. meliſſæ* ʒij.
ſirupi de beton. *rub. idei* ã ℥j.

℞. *ſirupi de hyſſ. capil.* ♀. *beton.* ã ℥ij.
aq. beton. cichorii endiv. centaur. min. ã ℥ij.
miſtur. ſimplicis camphoratæ. ʒß.
In fictili S. Digeſtiv-Träncklein.

Digitized by Google

℞. *aq. pomor. redolentium, lupuli, borrag.* a ℥ij.
♀. ⊕*lati* ℈j. *ſirupi de pomis* ℥iij.
ſp. ♀ *acidi*, ♀. a ℈ſ. M. F. Potio. Doſ. cochl. ij.

℞. *aq. fœnic. petroſelini, agrim.* a ℥iij.
ſirupi de duabus radicibus, byzant. comp. a ℥ſ.
ſp. Δ*ιᾶ ῥοδῶν* ℈j M. F. Potio. ad iij. DOS.

℞. *ſirupi de fumar. comp. aſplena* a. ℥j.
aq. cuſcut. ℥ij *cinamomi.* ℥j.
miſt. ſimplicis ℈j. *acidi* ♀ *aronij ſp.* ⊕*li irrorati* ʒſ.

℞. *aq. ſcorbut. comp.* ℥iiij. *cochl. bugloſ.* a ℥ij.
conſerv. cochlear. *beton.* a ℥iſ.
naſturt. aq. *veron.* a ℥ß.
ſtent per noctem. manè colentur. adde
miſt. ſimplicis ʒſ. *ſalis C. C. vol.* ℈ſ.
Miſce. S. Digeſtiv-Waſſer. Doſ. coch. ij.

℞. *miſt. ſimpl.* ℥ſ. *rob. juniperi* ℥j.
ſucci cochl. *naſt. aq. becab.* ā ℥v.
ſirupi borrag. bugloſſ. *acetoſ. citri* a ℥j.
aq. cinamomi ℥j *ſcorbut. comp.* ℥ij.
Stent in leni digeſtione. Quod clarum effundatur, & ſervetur ſeorſim. Reliquum fortiter exprimatur. S. Digeſtiv-Säfftlein.

℞. *ſeri lactis depurati* ℥iiij. *eſſent. fumar.* ℈j.
croci ♂ *ſaccharini* g. x. *ſirupi de duabus radic* ℥j.
In fictili S. Alterans-Tränckſein auff zweymal.

℞. *ſeri lactis alum.* ℥ij. *clyſſi* ♂ *majoris apparatus* ℈j.
ſirupi acetoſ. ſimpl. ℥j. M. F. Hauſtus.

CAPUT XII.

digeſtiva in forma ſirupi.

℞. *ſalis* ⊕ *fixi in edulcatione* ♂
diaphoretici collecti, pulveriſati. ℈ſ.
ſirupi violarum ℥ſ M. S. Digerir-Safft.

LIBRI

LIBRI V.

SECT. III.

Materias per alvum pur-gantium medicamentorum proponit, in cacochymiâ bilioſâ.

CAPUT I.

De mitiori χολαγωγῷ rhabarbaro.

QUæ cacochymiam ex ſecunda & tertiâ regione evacuant, *καθαρτικὰ purgantia* propriè dicuntur. *καθαρτικά.*

Quamvis autem ſinceros humores non evacuent, ſed magis mixtos, ſumunt tamen denominationem ab eâ, quam efficacius movent, cacochymiâ. Et hâc ratione reduci queunt ad quatuor claſſes, pro ratione cacochymiæ, bilioſæ, pituitoſæ, melancholicæ, ſeroſæ.

Horum ſingula ἀκριβείας gratiâ diſtingui iterum poſſunt in mitiora & validiora.

BENIGNA clementer abſque torminibus à ſecundâ corporis regione, quæ à medio jecore in habitum corporis ad ſingularum partium vaſa excurrit, expurgant. *benigna.*

VALENTIA remotisſimas in partes, in tertiâ regione & corporis habitum vires ſuas diſpertiunt, & niſi probè corrigantur maximo cum conatu viriumque diſpendio opus ſuum peragunt. *Valida.*

Inter benigna χολαγωγὰ ſimplicia principem locum obtinet RHA-BARBARUM. *rha-barbarum.*

NOMINATUR ab Arabibus روند, & راوند à radicè راد *mobilis fuit, ultro citroque mota res fuit.* In conjug. IV. leniter & modeſtè inceſſit. Et modeſtè & quietè ac clanculùm fecit opus ſuum. RHA etiam notat 1. fluvium Sarmatiæ Aſiaticæ, 2. plantam ſeu radicem, quæ in vicino amni naſcitur,

proficiens ad multiplices uſus medelarum. BARBARUM locum natalem putatum deſignat. Credunt enim nonnulli, eſſe radicem è Barbariâ, ſeu meridionali Indiâ ad Europæos delatam. At teſtatur *Garcias ab Horto lib. 1. arom. cap. 37.* longè aliter ſe habere, & nullum in totâ Indiâ rha-barbarum provenire, ſed omne ex Tſinâ ſeu Chinarum regione in Tartariam & Turciam deferri, indeque Alexandriam & Venetias. Inde RAVED, Hebræâ voce, quæ notat dominatum, & SENI nominant à Sinenſi provincia.

Electio. ELIGITUR in mandendo quod glutinoſum, cum leni tamen aſtrictione, croceæ tincturæ cum varietate coloris, dilutè & carneo colore rubens, & in quo in confractis fruſtis invenitur disgregatio ex rufo & flavo, quodque eſt grave cum raritate ſuâ.

Temperies. TEMPERAMENTUM calidum eſt & ſiccum, ſubtiliat humores craſſos, tenues movet.

Vires. VIRES dependent à ſubſtantiâ duplici: conveniunt in permiſtione ejus, *inquit Meſuei interpres,* aqueitas & terreitas, aereitas, igneitas. Terreitas & aqueitas dant ſtipticitatem & ſubſtantiam: Aereitas dat raritatem ſubſtantiæ & amaritiem. Terreitas eſt in profundo, igneitas eſt in ſuperficie. Hæc poſſunt tolerari, & illuſtrari. In atomis tenuibus vis latetbilioſos reſpiciens ſuccos: in craſſioribus vis aſtrictoria. Illa aperit, hæc roborat.

Omnis ætas experimentis infallibilibus edocta agnovit ejus uſum ſalutarem, in quo aggregantur multæ ex intentionibus, quæ quæruntur in re faciente mundificationem. Medicamentum eſt multâ veneratione dignum apud omne genus humanum habitum, anima, theriaca hepatis.

Eſt Rha-barbaricum, radix precioſior auro,
quæ purgat choleram, phlegmata craſſa quoque.
Hanc jecoris vitam rerum dixere periti,
quod juvat ictericos, quod juvat hydropicos.

Correctio. CORRECTIO, tutiſſimum quamvis habeatur medicamentum, neceſſaria judicatur à nonnullis. Spica ignavam ejus vim

vim excitat. Maſtiche, ſantalum, fl. cordiales calorem temperant. Trituratio acuit ejus penetrationem.

EXHIBENDI MODUS varius. IN OFFICINIS exſtat *ſirupus de cichor. cum rhabarb. Nicolai Florentini*: ob exiguam rhabarbari doſin magis alterans eſt, quàm purgans. Reformetur ad nutum Zwelferi. *Sirupus diaſereos Andernaci* etiam recipit rhabarbarum, folia ſenæ & ſirupum roſar. ſolutivum. Reformetur ad placitum Zwelferi. Mentione dignus *ſirupus de rhabarbaro, pharmacop. regiâ, à Zwelfero deſcriptus.* *Exhibendi modus. Compoſita officinalia.*

IN SUBSTANTIA cultello abraſum ad ʒj. adſumi poteſt per ſe vel cum aliis. *Magiſtralia in formâ ſolidâ ſiccâ.*

℞. *rhabarb. minutim conciſi* ʒſ. *paſſul. min. lotar.* ʒj. M. Maſticatur, deglutitur. Inde alvus obœdiens redditur iis, qui eam habent aſtrictam. Generalis Saxonicæ electoralis equeſtris militiæ locum tenens Ditricus Vicedominus, Dominus in Eckſtat, Petersberg crebro habebat in uſu.

PILULÆ de Rha-barbaro notæ ſunt. BASIS eſt rhabarbarum. JUVANT evacuationem bilioſi ſucci *myrobalani citrini*, cum ſuccis *glycyrrhizæ* & *abſinthii*, quorum *hic* deobſtruens eſt, & roborans, *ille* putridorum humorum mordacitatem temperat. Promovent obſtructorum meatuum apertionem TROCH. *Διὰ ῥοδῶν. Abb.* & SPECIES HIERÆ. Succus Fœniculi aperit. MELLA ad conſiſtentiam adduntur. *Pilulæ.*

PILULÆ de rhabarbaro Cratonis. 8.

℞. *ſacch. alb. in aq. roſar. ſol.* ℥iij.
rhab. pulv. & aq. cinam. aſperſi. ʒij.
extract. rhab. ℈ij. *ſucci roſ.* ʒj. *conſerv. roſ.* ʒſ.
F. *conſ. in orbiculis. Singuli habeant* ʒj.

DOSIS j. ij. ſi alvus aſtrictior vel corpus humoribus gravetur. Præſervat à multis morbis, hydrope, vertigine, nullam inducit nauſeam, nec ventriculum lædit, quin potiùs roborat & appetitum excitat. Dentur ter in menſe.

SPECIES DIA TURBEDON cum rhabarbaro ad ℈j. vel ʒſ. ſumtæ faciunt officium ſolæ, generoſiùs, ſi alia addantur. *Species.*

Cum

Cum melle ſi miſtio fiat, fit electuarium. BASIS tuentur locum, *turbedon, hermodactylus, ſcammonium*: reliqua ingredientia CORRIGENTIUM vicem ſiſtinent.

MORSELLORUM formâ cum aliis exhibetur. ℞. *rhabarb.* ʒj. *dacryd.* ℈ij. *trochiſc. de cappar.* *ſp. diacurc.* a ℈ſ. *ſacchari aq. beton. ſoluti* ℥iiſ. F. Morſuli. DOSIS ʒj. alternis diebus. Cachecticus, nonnullorum experimento, bis vel ter alvum inde depoſuit.

in mediâ formâ ſpiſſâ ℞. *rha-barb. el.* ʒj. *conſerv. roſar.* ʒij. *cum ſirupo de citro* M. F. Electuar.

Infuſa. INFUSIONE & maceratione ſolâ absque ullo caloris fervore, & expreſſione, quâ craſſior ſimul & adſtringens exit ſubſtantia, vis purgandi, quæ in tenuiſſimâ reſidet ſubſtantiâ, feliciter extrahitur, præcipuè ſi °° ♀ per deliquium ſoluti addatur.

Sanguis rhabarbari. ANIMA ſeu SANGUIS Rhabarbari tum ratione ſui, tum ſalis ♀*ri* lenem alvum ſubducendi vim habet. Delineatur parandi modus *in chimiâ in artis formam redactâ.*

IN DECOCTO exhibetur, cum purgandi vis in liquorem facilè transſumatur.

Liquida composita, decocta. ℞. *rhabarb. electi* ʒiij. *tamarind.* ℥ſ. *Infunde in* ▽ *cichorii,* q.s. *Macera* per noctem. *Manè bulliant.* *Fortiter expreſſa cola.* Adde *ſirupi roſ. ſol.* *cichor. cum rhabarb.* a. ℥j. F. Potio.

IN INFUSO hoc exhiberi poteſt.

℞. *rhab.* ℥ſ. *agarici troch.* ʒj. *fol. ſenæ* ʒij. *ſem. aniſi* ʒj. *cinam.* ℈j. ☌. ℈ſ.
Macera per biduum in vino albo & aq. endiv. a. q. s.
Colaturæ ℥v. adde ſir. cichor. cum Rh. ℥j. F. P.

℞. *ſeri lactis* ℥ij. *rhabarb. inciſi* ʒij. °° ♀. ℈j.
Coq. Colaturæ adde ſirupi violar. ℥ſ. S. Purgir-Tranck.

℞. rha-

℞. *rhabarb. Alex. inciſi* ℨiij. *ſeri lactis alumin.* ℥iiij.
☍ ♀ *per deliq. ſoluti* ℈ij.
Digerantur calore lento. Tinctura decantetur cum expreſſione. Adde
ſaccari alb. in ſ. q. aq. violar. & fl. acaciæ ſol. & coctione inſpiſſati, ad conſiſtentiam ſirupi. q. s.
S. Rhabarbar-Safft.

CAPUT II.

De validiori cholagogo, ſcammonio.

NOMEN adeptum eſt ἀπὸ τοῦ σκάπτειν, id eſt *à fodiendâ & excavandâ* radice, dum ſuccus colligitur. Modum proponit *Dioſcorides.* ὁ δ᾽ ὀπὸς συλλεγόμενος, *ſuccus collectus* vocatur δακρύδιον *lacrymula, lac.* Inde corruptum diagrydion. *Nomen.*

ELECTIONIS rationem proponit *Dioſcorides* : ἔστι δὲ ὁ ὀπὸς καλὸς, *ſcribit,* ὁ διαυγὴς καὶ κοῦφος ἀραιὸς ταυροκολλώδης τὴν χρόαν· σηραγγίας ἔχων λεπτὰς σπογγώδης· μὴ προσέχειν δὲ μόνον τῷ λευκαίνεσθαι αὐτὸν μετὰ τὴν τῆς γλώττης θίξιν. τοῦτο γὰρ γίνεται καὶ παραμιγέντος αὐτῷ ὀποῦ τιθυμάλλου. Optimus ſuccus eſt ANTIOCHENUS, qui primum ſummâ radice exſudat clarus, quò tenerior ſuccus & friabilior, eò præſtantior : levi pondere præditus: compactus & ſui plenus minus placet. Reſinoſus, fractus ſalivæ aut aquæ attactu lacteſcens, aut, ut *Plinius loquitur*, in candidam reſolubilis lanam. Cavendum tamen hîc adulterium tithymalinum. Detegitur fraus acredine. Odor bonus ut ſit oportet, at proprius & ſingularis. *Electio.*

TEMPERAMENTUM moderatum. *Temperies.*

VIRES habet non ſolùm bilem, ſed etiam phlegma movendi, in omnibus viis. *Vires.*

NOXÆ graviores ab ejus uſu metuuntur, ac revera in eo ſunt. *Noxa.*

CORRECTIO tamen admittitur 1. per COCTIONEM ſub *Correctio. 1.*

2. cineribus in malo cotoneo excavato· 2. cum ſucco CYDONIORUM, cort. myrobal. maſtiche, in diagrydium. 3. Sulphur
3. perſumatione aufert volatiles noxias quasdam ſcammonii partes. Inventum comitis Dudlæi Angli.
4. 4. SPIRITU VINI
& ſeparatur. extrahitur reſina, impuræ partes relinquuntur in fundo. Solutum decantatur, & ſi opus leni calore evaporatione factâ, præcipitatur ▽ roſarum vel ſucco cydoniorum. 5. Correctio
5. exaltatur, ſi SANTALUM rubrum addatur. 6. SPIRITUS ⊖li ad
6. mediocritatis beneficæ leges ducit multis ſuſpectum medicamentum. 7. LAC ſcammoniatum, quod per puri ab impuro ſe-
7. parationem infuſis aquis ſpecificis paratur, laude dignum.

Doſis. DOSIS ad ℈j. adſcendit.

Magiſtralia.

℞.	*ſcammonii* 🜍*rati,*	*gialapii pulv.* a ℈ſ.
	elaoſacch. *cinam*	*aniſi* a g. ij.

M. Adſumatur in cochl. ſirupi cinam. & acetoſ. ſimpl. & edantur aliquot cochlearia juſculi carnis cum pane.

℞.	*reſinæ ſcamm.* g. xvj.	*conſervæ violarum* ʒſ.
	elaoſacch. anthos	*majoranæ* a g iiij.
	ſacchari parum.	M. F. Bolus.

℞. *ſcammonii* 🜍. *opt.* ℈j. ▽ *fumariæ* ℈j.
Miſce. Stent per noctem. Decantatum adſumatur in ptiſanæ avenaceæ vel hordeaceæ hauſtulo. Moto vaſe adſumatur ſubitò. Corrigitur ſic ſcammonium magis, magisque, & ſine metu ullius noxæ adſumitur.

℞.	*reſinæ ſcammonii* g. xv.	*ſacchari canthy* ʒiij.
	Pulveriſatis & miſtis exactè	adde
	ſirupi acetoſ. citri ʒß.	S. lieblich Tränckſein.

℞.	*reſinæ ſcammonii* ℈ß.	*pulv. laxat. veg.* g. xviij.
	elaoſacch. cinam. aniſi	*fœniculi* a g. ij.
	elect. caryocoſtogialapiani.	ʒj.

Miſtis omnibus factus bolus obducatur ſaccharo roſac. rubro.

LIBRI V.

SECTIO IV.

Materias per alvum purgantium medicamentorum proponit, in cacochymiâ pituitoſâ.

CAPUT I.

De mitioribus φλεγμαγωγοῖς, *&* *1. agarico.*

NOMEN ἀγαρικὸς deductum ab Agariâ, Sarmatiæ Aſiaticæ regione. *Nomen.*

Ἀγαρικὸς οὐκ ἔστι ῥίζα, ἀλλ᾽ ἐπίφυσις πρέμνου, *agaricus non radix, ſed adnaſcentia & fungus arboris*, candidus, odoratus, antidotis efficax, in ſolis laricibus conſpicuus.

Locum natalem eſſe Aſiam docuit Dioſcorides, propè Galatiam & Ciliciam. Inde deferebatur Alexandriam & Venetias. Nunc uberi proventu eundem ſuppeditant ager Tridentinus, & alii Vindelicorum & Rhetorum tractus. *Locus.*

ELIGITUR τὸ δὲ θῆλυ, ἔχον κτηδόνας εὐθείας ἐντός, *fœmina, rectas intus pectinum more venas & quaſi diviſuras habens*. Meſue etiam fœminam ſapientes prætuliſſe refert, præcipuè habentem proprietates bonas, 1. ſi ſit albus, 2. levis. 3. velociter frangibilis, 4. poroſus & rarus valdè. 5. primò dulcis in primo guſtu, deinde amaritudo ei ſuccedat & ſtipticitas. 6. præfert etiam ſuperiorem partem ipſius. *Electio.* *1. 2. 3. 4. 5. 6.*

TEMPERAMENTUM calidum eſt & ſiccum: digerit, attenuat, aperit. *Temperies.*

VIRTUTES multæ ſunt & magnæ. καθόλου, *inquit Dioſcorides*, πρὸς πάντα τὰ ἐντὸς πάθη ἁρμόζει, πρὸς δύναμιν καὶ ἡλικίας διδόμενον, *omnibus in univerſum interioribus vitiis accommodatum eſt*. Pituitoſos præcipuè ſuccos movet. Ruſtici, altos Moraviæ montes incolentes febri quotidianæ, & duplici tertianæ *Vires.*

 meden-

medentur agarico comeſto. MEDICINA FAMILIÆ à Democrito dicebatur.

Noxarum 1. correctio. NOXAE: κακοςομαχία, μετεωρισμὸς, καὶ βραδύτης corrigendæ. PRIMA emendatur zingibere, roborando, tenacem pituitam incidendo, & vim ad longinquas regiones deducendo. *2.* LEVITAS caſtigatur ſale gemmæ, quod ad fundum deprimit gravitate. *3.* TARDITAS operationis ab utriſque, & oxymelite acceleratur.

Compoſita officinalia, ſolida. UTENDI MODUS. AGARICUS TROCHISCATUS, cum vini cretici aut malvatici, infuſionis Zingiberis q. s. paratus, pituitam craſſam bile permiſtam vacuat.

TROCHISCI de AGARICO MESUE celebres ſunt.

PILULAE DE AGARICO MESUE præſentis ſunt efficaciæ in pectoris affectibus. BASIN habent *Agaricum & turbedon.* Actionem juvat colocynthis. Horum loco ſumi poſſunt *agaricus trochiscatus, & troch. albandal.* Reliqua dirigunt.

PILULÆ HIERAE CUM AGARICO ſunt notæ.

EXTRACTUM AGARICI reſinoſi ſimplex & compoſitum per 🜄 utile eſt ad expectorationem & ventris ſolutionem juſtâ doſi exhibitum.

Magiſtralia. ℞. *agarici albi trochiscati* ʒiij. *fic. ping.* n. x.
paſſul. minor. ℥j. *Zingib.* ℈j. *galangæ* ʒß.
Coq. in ſuff. q. aq. font. Decocti ℥iiij. adde
ſirup. roſar. ſolut. ℥j. *mannæ calabr. elect.* ℥ß.
M. F. Potio, utilis in uteri affectibus frigidis.

CAPUT II.

De bryoniâ, altero phlegmagogo.

Nomina. NOMINATUR ἄμπελος λευκὴ vitis alba ob foliorum ſimilitudinem, βρυωνία à verbo βρύειν *pullulare.*

TEMPERIEM habet calidam ſiccam, attenuat, incidit, & feliciter per alvum educit pituitam & hydropicorum ſerum. Rhaſes *lib. 1. cant. tract. 18. cap. 2.* narrat ex relatione cujuſdam medici, quendam deliraſſe, & liberatum fuiſſe uſu radicis bryoniæ. Uterum imprimis reſpicit.

CORRIGITUR inimica ventriculo vis aromatibus. *Correctio.*

UTENDI MODUS. Radix à cortice liberata, exſiccata redigitur in pulverem. Vino malvatico irrorata in trochiscos redigitur. *Compoſita officinalia.*

FECULA COMMUNI modo parata multas amittit vires; Exſiccatæ pulvis nobilior.

℞. *pulv. hujus* ℈ſ. *caſtor.* g. x.
cum ſirupo matricar. F. Pilulæ xvj.

UNGUENTUM AGRIPPAE baſin agnoſcit radicem bryoniæ, juvantia rad. cucumeris aſinini & ſcillam. Illitum abdomini laxos oedematoſos tumores diſcutit & alvum pellit.

MAGISTRALIA varia inde concinnantur, præcipuè in decocto & infuſo, cum aliis. *Magiſtralia.*

℞. *rad. bryon. mund.* ℥j. *gialapii reſinoſi* ʒiij.
agarici trochiſc. ʒij. *ſem. aniſ. fœnic.* a ʒiij.
caryophyllor. ʒj. *fol. origani, meliſsæ,*
ſalviæ, *roriſm.* a. p. ij.
fl. roſar. *violar.* *matricar.* a pj.
Salis ♀. ʒj. Conciſ. cont. ſ. a. dentur ad chartam. S. Species.

CAPUT III.

κνίκος, τρίτον φλεγμαγωγόν.

NOMINATUR *κνίκος τὸ κνίζειν notat mordere.* An inde, an non? Videtur primitivum. *κάρθαμον* nonnulli à *καθαίρειν.* Male! Kartam, unde origo, eſt vox Arabica. قرطم & قرطمة Notat præcipuè grana ſeu ſemen. Crocum Sarracenicum vocant *nonnulli,* à ſimilitudine florum croci, quod æmulatur non ratione calathi crocini, ſed coloris. *Nomina.*

TEMPERAMENTUM calidum. Pituitam ducit, & ſerum. *Temperies.*

NOXA corrigitur calidis, aromatibus acribus ſtimulum addentibus, ut ſale plantarum, zingibere, ſem. aniſi. *Noxa & correctio.*

Uſus. USUS conſiſtit in ſemine, ejusque pulpâ, quæ ſcalpello exenteratur, & in liquorem lacti ſimilem emulgeri poteſt.

OFFICINALIS compoſitio eſt DIA CARTHAM. Sicca ſpecies, cum melle electuarium dicitur. BASIS eſt ſeminis pulpa. Ei conjunguntur Turbedon & hermodactyli cum corrigentibus. Pituitæ & bili educendæ prodeſt: podagricis, & hydropicis utilis. DOSIS ʒſ.

Extractum. EXTRACTUM CARTHAM, ad leges Zwelferi reformatum, ſuum in pituitâ & ſero educendo facit officium.

Magiſtralia. IN DECOCTIS ET INFUSIS MAGISTRALIBUS ſeminum uſus frequentisſimus.

℞. *ſem. aniſi* ℥j. *mechoac. alba* ʒij.
hermodactylorum. *turbedon.* ā ʒiij.
fl. ſambuci Mſ. *bacc. ebuli* ʒv.
fol. agrimon. *fumar.* ā Mß. *cochlear.*
naſturt. aq. *ſedi muralis recent.* ā Mj.
rad. acori veri albi. ʒij. *galanga* ʒj.

Conciſ. cont. ſ. a. dentur ad chartam S. Species zum Säcklein.

CAPUT IV.

Quartum φλεγμαγωγόν, κόλχικον *ſeu hermodactylus.*

Nomen. NOMEN primum natalis locus, alterum Mercurii digiti ipſi indiderunt. Unde, ignotum.

Electio. ELIGENDUS albus intus, & extrà craſſus, & mediocris duritiei, qui levi contuſione abeat in farinam.

Temperies. TEMPERAMENTUM calidum ſiccum.

Vires. VIRES pituitam ducit & ſerum, *autore Meſue*, ex articulis.

Correctio. CORRIGITUR HUMIDITAS ejus cumino, maſtiche, Zingibere: VENTOSITAS cinamomo, aniſo, macere: TARDITAS operationis ſcillâ, ſale gemmæ.

Uſus. USUS potisſimùm eſt in pulvere. Ingreditur pulverem, quem in morbis podagricis commendat *Paracelſus libro de morbis ex ♀. tract. 2. cap. 2. Crollius* eundem, paucis mutatis: aſſumit enim non oſſa, ſed cranium hominis, ſub nomine pulveris arthe-

arthetici reſolventis: *in ſuam baſilicam* tranſtulit. Exhibet ad ʒſ. manè ex ▽ arthetica per dies 3. 4. Purgat fluxiones podagricas. *Hartmannus* non cranium, ſed oſſa eligenda, & hâc quidem curioſitate docet, ut ſi podagra adſit, pedum, ſi chiragra, manuum ſumantur oſſa. Subnectit ſalia horum oſſium eſſe utiliora.

HERMODACTYLATA PATAVINORUM in Italiâ creberrimo eſt in uſu.

℞. *hermodact. turbedon,* a ʒiij. *dacrydii* ʒiiſ.
zingiberis, maſtichis ʒſ. *ſacchari* ʒvj.

Tunde. F. Pulvis. DOSIS ʒj. ad ʒiſ. in jure pingui.

Verùm videtur doſis eſſe ingrata ob copiam. Non tribuimus magnum honorem hermodactylis & turbedon. Conſultius videtur eorum loco ſuſtinere gialapium, ita ut hujus ʒiij. recipiantur.

Vocatur ibidem, *autore Fallopio libro de morbo Gallico, c.* 45. pulvis ad dolores gallicos, educit enim materias has.

PILULAE ARTHETICAE NICOLAI, BASIN habent hermodactylos, turbedon, agaricum, colocynthidem, phlegmagoga: ſcammonium atque aloen, cholagoga. Dirigentia & corrigentia ſunt reliqua. DOS. ad ʒſ.

PILULAE DE HERMODACTYLIS MAJORES magnæ perhibentur efficaciæ in articularibus, etiam luis gallicæ ſociis doloribus. DOS ℈ij. ʒj.

ELECTUARIUM CARYOCOSTINUM BAYERI in Reineri Solenandri conſiliis ſæpe commendatum, à duobus ingredientibus caryophyllis & coſto dictum, baſin agnoſcit hermodactylos & dacrydium. Adduntur corrigentia.

℞. *hermodactyl.* *dacrydii* a ʒij
coſti, cumini, zingiberis, caryophyl. a ʒj.

Contuſa, cribrentur, & cum ſirupo facto ex vino & melle ſimul coctis F. opiata. DOSIS ʒij, cum nebulis, aut vino albo, ſummo manè. A *nobis* correctum ita habet:

℞. *caryophyll. coſti odorati* a ʒij. *gialapii nigri, dacrydii* ā ℥j. *ſacchari deſpumati triplum.* M. in pyxide terreâ
S. Elect. caryo-coſto-gialapianum.

CAPUT

CAPUT V.

Quintum phlegmagogum turbid.

Nomen. NOMEN eſt Arabicum تربد *Turbedon.* Notat radicem Indicam purgantem, vulgò Turbid. *Fuchsius*, dum à turbando dictum cenſet, hallucinatur.

Medica. OPTIMUM eſt 1. album & vacuum. 2. arundinoſum. 3. gummoſum, 4. cortice cineritio. 5. & plano, 6. recens. 7. facilè frangibile. 8. ponderoſum.

Temperies. TEMPERAMENTUM calidum eſt & ſiccum

Vires. VIRES. Ducit pituitam.

Correctio. NOXAE emendantur. 1. Tardior operatio præcavetur à

1. Meſue, abraſione corticis exterioris, & additione zingiberis.
2. 2. *θεμεσία* zingibere & aliis aromatibus, maſtiche corrigitur.
3. 3. Calor & acrimonia ol. amygd. dulcium emendatur.

Uſus. MODUS UTENDI in pulvere frequens.

℞. *turbedon albi & gummoſi*, ʒx. *zingiberis* ʒv.
maſtichis, ʒiiij. *ſacchari canar.* ℥ij.

F. Pulv. Adſcribitur compoſitio filio Zachar. In eâ acuit zingiber languentem vim: ſaccharum ſqualorem demulcet. DOS. ʒj. in decocto paſſularum.

℞. *turbedon* ʒj *zingib. piperis nigri*, *aniſi* a g. vj.
ſacchari duplum, M. Detur cum jure pulli aut gallinæ. Addi poſſunt alia purgantia, & minui doſis turbedon.

SPECIES DIATURBITH cum rhabarbaro celebres ſunt:

℞. *ſp.* *Dia turbedon* *cum rhabarbaro.* ℈ß.
reſinæ *ſcammon.* *gialapii* a g. v.
elaoſacchari g. viij. *cinam.* g. iij. F. Pulvis.

CAPUT VI.

De radicibus duabus φλεγμαγωγοῖς *recens inventis, 1. mechoacannâ, ſexto phlegmagogo.*

INter phlegmagoga referuntur radices duæ, ſuperiori declinante, & hoc currente inventæ ſeculo. Inventæ autem ſunt, non, quod natura novas in illis ediderit formas, ſed quod à novi orbis incolis nobis fuerint detectæ. Mechoacanna nominantur & gialapium. Tempore prius inventum fuit mechoacannæ, aliquot annis poſterius gialapii. Ὥσπερ αἱ δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι, *ut ſecundæ meditationes ſapientiores prioribus,* ita etiam ſecunda radix priori nobilior: majoremque apud humanum genus natura iniit gratiam gialapii propalatione, quàm mechoacannæ.

NOMEN MECHIOACAN à loco natali orientalis Indiæ, in quâ plurima naſcitur, deſcendit, nunc poſtquam hoc nomen per tot nationum linguas tranſiit, MECHOACANNA, à virtute Rhabarbarum album dicitur. *Nomen.*

ELECTIO. Similis eſt radici bryoniæ, ſed non eadem. OPTIMA eſt recens, albicans, magna, ponderoſa, inſipida. *Electio.*

TEMPERAMENTUM calidum & ſiccum. *Temperies.*

VIRES admirandæ adſcriptæ fuere infantiæ, orbem noſtrum primum cum videt. Nunc minus æſtimatur. *Vires.*

UTENDI MODUS in pulvere. *Uſus.*

DOSIS ʒſ. ℈ij. Vehiculum poteſt eſſe juſculum.

℞. *mechoac. alb. opt.* ℥j. *turbedon. gummoſi* ʒij.
dacrydii ʒiij. *conſerv. viol.* ℥ij.
ſacchari in aq. fœnic. q. s. *ſol.* ℥viij
ſub finem addendo
ol. aniſi g. x. *cinam.* g. viij.
M. F. Morſuli. DOS. ʒj. ij. S. Purgir-Morſellen.

CAPUT VII.

De ſeptimo phlegmagogo, gialapio.

Nomen. NOMEN habet à loco, occidentalis Indiæ, natali hujus appellationis. Innotuit noſtro ſeculo, annis abhinc L. primò Marſiliam, maritimum Galliæ emporium delata. MECHIOACANA NIGRA, *à nonnullis*; BRYONIA MECHOCANNA NIGRICANS appellatur *à Bauhino*, ſeptima in ordine. *Samuel Cloſſaus* ex relatione Angli cujusdam plantarum expertiſſimi, putat eſſe radicem Mirabilis Peruvianæ nigræ.

Electio. ELIGITUR exterius nigricans, interius ob copioſum gummi magis ruffeſcens, & ſi igni admoveatur, flammam concipiens promtiſſimè.

Temperies. TEMPERAMENTUM calidum & ſiccum.

Vires. VIRES. PITUITOSUM & ſeroſum humorem vacuat: imò verò omnem vitioſorum humorum minuendi vim præ cæteris obtinet maximam.

Uſus. USUS conſiſtit in formâ pulveris, tincturæ & reſinæ, decocti & infuſi. Conſtituit baſin pulveris laxativi vegetabilis Rolfinciani.

PULVERIS doſis adſcendit ad ℈j. g. xxx. Sumitur in cochleari juſculi.

SPECIES DIAIALAPPÆ Minſichti conſtant ex *gialap.* ℥iiſ. *acidi* ♀. ℈xj. ☍ *cinam.* ℈j. DOSIS a. ʒſ. ad ℈ij.

TINCTURA à multis dicitur PHALAIA, mutatis & & transpoſitis quibusdam ex jalapâ literis. Paratur cum 🜄 & exhibetur cum ſirupo cinamomi vel rubi idæi, ad ʒj.

RESINA fit ex tinctura, factâ exſtillatione ſpiritûs ultrà medietatem, præcipitatione per affuſam ▽ frigidam, & exſiccatione. Hæc pulveriſata albeſcens datur ad g. xvj. ſirupo cinamomi cum guttis duabus tincturæ ♀. benè permiſta.

Magiſtralia. ℞. *cryſtall.* ♀. ʒſ. *olei cinamomi.* g. iij. *reſinæ gialap.* g. xvj. M. S. purgirend Pülverlein.

℞. *Reſinæ*

℞. *reſinæ gialap.* ℈j. *ſirupi roſar. ſolut.* ℥ſ.
aq. cinam. ℥vj. M. S. purgirend Säfftlein wol umb zu rütteln.

℞. *reſinæ gialapii* g. xiv. *conſerv. roſ. alb.* ʒſ.
ſp. roſar. g. iiij. M. F. Bolus S. purgirend Roſen-Zucker.

℞. *magiſt. reſinæ gialapii* ℈ſ. *extr. panchym. Croll.* g. xiv.
M. F. Pilulæ. In pyxide. S. Pillen auff ein mal.

IN DECOCTI & INFUSI formâ uſus radicis eſt vulgatiſſimus. Cum autem vis ejus in reſinâ ſtabuletur, ejus autem menſtruum appropriatum ſit nec vinum, nec aqua, nec cereviſia, ſed ſolus 🜄, ideo, an talia decocta & infuſa vigorem accipiant ab his radicibus, non immeritò dubitari videtur.

Nonnulli incommodo obviam iri poſſe putant, ſi gialapium contuſum priùs irroretur & maceretur in 🜄: ſic enim tinctura evocata felici ſucceſſu miſcetur liquoribus aliis. Deinde vis purgandi, habitans maximâ ex parte in reſinâ, vino & cereviſiæ poſt digeſtionem communicatur. Teſtatur experientia, liquores hos alvum ſubducere. Non itaque tam ſtricto jure procedendum, ſed in decoctis & infuſis interdum, cum indicatum adeſt purgandi humoris pituitoſi & ſeroſi, eo utendum.

℞. *gialapii contuſi per noctem in 🜄 macerati* ℥j.
agarici albi, *hermodact.* a. ℥iij.
ſenæ Alex. ℥j. *fibr. elleb. alb. prap.* ʒiij.
fol. cochl. *naſt. aq.* *menthæ criſpæ* a. Mſ.
fl. roſar. *rub.* *pallid.* a. p. vj.
caryoph. *cinam.* *macis* a. ʒj.
Conciſa contuſa s. a. dentur in chartâ. S. Species zum Säcklein.

CAPUT VIII.

De gummatibus phlegmagogis & 1. ammoniaco, octavo phlegmagogo.

Nomen. NOMINATUR ἀμμωνιακὸν ſimplici titulo, *à Dioſcoride lib. 3. cap. 89.* Medicina habet ſal & liquorem ammoniacum, utrumque ἀπὸ τῆς ἄμμου, ab arenâ, ſed diverſâ ratione dictum. Sal ſub arenis concreſcit: gummi ſuprà arenas. Natale utriſque ſolum idem, ſed diſcrimen ex rei additur ſubſtantiâ. Unum eſt ſal, alterum eſt gummi ſeu gutta.

Delectio. DELECTUS duplex eſt: unum optimum, θραῦσμα *fragmentum*, alterum γεῶδες καὶ λιθῶδες, terreum & lapidoſum.
1. PRIMUM bonitatis notas habet 1. τὸ εὔχρουν, ἄξυλον καὶ
2. ἀλιθές. 2. λιβανωτίζον τοῖς χόνδροις. 3. καθαρὸν καὶ πυκνόν,
3. 4. 4. μηδεμίαν ἔχον ῥυπαρίαν. 5. καστορίζον τῇ ὀσμῇ. 6. πικρὸν δὲ
5. τῇ γεύσει. *Benè coloratum* eſſe debet, album, quantum per natu-
6. ram illius licet, foris flavum, intus ſub candidis glebis nitidis & ſplendentibus micans. *Granum thuris minutis referens glebis, ſeu unguibus. Sincerum & denſum*, nullâ ſpurcatum ſorde, *odore imitans caſtorium. Amarum guſtu.*

TEMPERAMENTUM calidum eſt & ſiccum.

VIRTUTEM καὶ δύναμιν ἔχει μαλακτικὴν καὶ τὴν κοιλίαν ὑπάγει. *Emollit & alvum ſubducit.*

DOSIS ʒj. cum aliis in minori doſi uſurpatur.

Compoſita officinalia. UTENDI MODUS in pilulis vulgatus. Celebres PILULÆ DE AMMONIACO QUERCETANI, à Zwelfero reformatæ.

℞. *maſſæ harum pilularum* ʒij. F. Pilulæ xxv. Dantur nó. v. veſperi ante decubitum. Superbibi poſſunt ſeri lactis cochl. iij.

Magiſtralia ℞. *gumm. ammoniaci galbani, ſagapeni* a. ʒiij. Liqueſcant in aceto ſcillitico, ad ignem, & per linteum trajiciantur, ad ſordes ſeparandas. Adde.

aloes lucidæ ʒiij. *myrrhæ* ʒj. *maſtich. croci or.* a ℈ij. *gialapii* ʒiij. *trochiſc. alhandal* ʒij. *de agarico* ʒj.

ſcam-

ſcammonii puriſſ. ʒj. *mercurii dulc.* ʒj. *balſ. Peruv.* ʒſ.
ol. aniſi. fœnic. menthæ, citri, cinam. ā. g. vj.

M. F. maſſa lento igne, 🜅 evaporato, ſpatulâ ſemper agitando. Involvatur veſicâ, oleo amygd. dulc. inungendâ. S. PILULÆ GUMMOSÆ.

DOS. ℈ſ. horâ unâ ante prandium, & ante ingreſſum lecti, & tum leniendi munus exſequuntur. Altius ſi adſcendatur, purgant.

DOTES, in hypochondriaco affectu magnæ ſunt, quemadmodum etiam in cachexiâ, κακοχεγία ictericâ, pallidis virginum coloribus. Myrrhæ, croci, maſtiches, aloes ratione reſerant vaſorum & viſcerum obſtructiones, ſine moleſtiâ.

GUMMATA emolliunt, incidunt, liquant, educunt ♀ concretum & reſolutum.

PURGANT Gialapium totum corpus: troch. alhandal & de agar. caput: ammoniacum lienem, uterum myrrha.

℞. *gom. ammoniaci* 🜅 *vini ſoluti & filtratione depurati* ℥j.
aloes ſelect. ℥ij. *rhab. elect.* ʒij.
cryſtall. ♀. *croci* ♂ *nigri per candelam*
philoſophicam i. e. magdaleones 🜍. *præp. alcoliſati.* ā ʒij.
gom. gott. pulv. & aliquot ſp. ⊕*li guttis irrorati* ℥ſ.

M. F. Maſſa. Datur ad alvi lenitionem in minori, ad purgationem ſecundæ regionis in maiori doſi. SPLENETICÆ pilulæ appellari poſſunt.

CAPUT IX.

Nonum phlegmagogum, euphorbium.

NObilitatur hoc gummi laude inventionis ſingularis. Duo erant fratres: Antonius Muſa & Euphorbus, ille Auguſti Cæſaris, hic Jubæ Mauritaniæ regis medicus. Ille lactucâ in curatione Auguſti fecit miracula: hic euphorbio in curatione Jubæ.

Ἐκλέγε

Εκλέγε τὴν διαυγῆ, καὶ δριμύν. *Elige, quod lucem transmittit & acre eſt.*

Temperamentum. TEMPERAMENTUM calidiſſimum eſt, & quaſi cauſticum.

VIRIUM purgandi *Dioſcorides* & *Galenus* haud meminêre. Recentior ætas hydropicorum aquas imprimis ducere adnotavit.

Correctio. DE CORRECTIONE ſolliciti, alii oleum amygd. dulcium & gummi tragacanthæ, alii 🜄, alii ſuccum portulacæ eligunt. Alii ſoli anteuphorbio fidunt.

UTENDI modus vulgatus in pilulis. Exſtant pilulæ de Euphorbio Meſue.

CAPUT X.

Decimum phlegmagogum, opoponax.

NOMEN græcum ὀποπόναξ panacis ſuccum notat. πάναξ dicitur quaſi πᾶσιν ἄκος, *omnium morborum* remedium & ὀπὸς, *ſuccus.*

Electio. ELECTIONIS regulæ proponuntur à *Dioſcoride.* Optimus ὁ πικρότατος τῇ γεύσει, *amarus guſtatu.* 2. ἔνδοθεν μὲν λευκὸς καὶ ὑπόκιρρος, ὁ ἔξωθεν δὲ κροκίζων, *internè albus & ſubfulvus, foris ad croci colorem inclinans.* 3. λεῖος, *levis, nullâ aſperitie rigidus* 4. λιπαρὸς, *pinguis* 5. εὔθρυπτος *friabilis* 6. εὔθετος *tener.* 7. ταχέως δὲ διειμένος, *ſtatim liqueſcens in aquâ* 8. βαρύοσμος *gravis odoris* 9. ὁ δὲ μέλας φαῦλος καὶ μαλακός, δολοῦται γὰρ ἀμμωνιακῷ ἢ κηρῷ, δοκιμάζεται δ' ὕδατι διατριβόμενος τοῖς δακτύλοις. ὁ γὰρ ἄδολος ἀνίσταται καὶ γαλακτοῦται. *Niger improbatur, ac mollis, adulteratur enim ammoniaco & cerâ, ſed ſinceri experimentum eſt, ſi digitis in aquâ frictus reſolvatur & lacteſcat.*

TEMPERAMENTUM calidum eſt & ſiccum.

VIRES. Δύναμιν ἔχει θερμαντικὴν, μαλακτικὴν, λεπτυντικὴν, ὑπακτικὴν, *calefactoriam, emolliendi & attenuandi, alvi citatoriam* vim habet.

Utendi modus. USURPATUR nonnunquam, ſed cum aliis, in formâ pilulari.

PILULÆ DE SAGAPENO commendantur à *Serapione* ad paralyſin.

℞. *ammoniaci,*	*bdellii,*	*ſerapini,*	*aloes*
caſtor.	*ſem.*	*harmel*	a. ʒiiij.
euphorbii,	*pulpæ*	*colocynthidis*	ʒvj.

F. Pilulæ cum ▽ porri. DOS. ʒj.

℞. *ſagapeni ſucco elenii nutriti* ℈ij. *trochiſc. alhand.* ℈j.
dacrydii g. v. *ſalis gemm.* gr. iij.
cum ſirupo roſar. ſolut. F. *pilulæ antihydropicæ.*

℞. *ſagapeni.* ʒvj. *ammoniaci.* ʒiij. *extract. trochiſc. alhand.* ʒj.
ſcammon. præp. ʒſ. *ſalis gemm.* ʒſ.

M. *Cum ſirupo violato, acidulo & tincto,* fit MASSA, ex quâ conficientur pilulæ in piſi vel ciceris formâ. Aliquæ exhibeantur initio paroxyſmi, continuando ad aliquot dies, factâ præparatione. Et hac methodo ſe plures quartanas ſuſtuliſſe refert Quercetanus pharm. dogm. reſtitut. *lib. 1. cap. 12.* A Camillo à Camillis ipſi commendatæ fuêre.

CAPUT XI.

Duodecimum & ultimum φλεγμαγωγὸν *mitius, ſarcocolla.*

NOMEN ἐτυμολόγητον obviæ ſignificationis. Ut glutinum lignum, ita hæc in vulneribus τὰς σάρκας κολλᾷ, vulneratas carnes conſolidat. *Nomen.*

ELECTIO. Δάκρυον ἐστι δένδρου ἐοικὸς τῷ λιβάνῳ τῷ λεπτῷ 2. ὑπόκιρρον 3. ἐμπικρον τῇ γεύσει, *lachryma eſt ſimilis thuri ſubtili & tenui, ſubflava, ſubamara guſtui.*

TEMPERAMENTUM calidum & ſiccum. *Temperamentum.*

VIRTUTIS purgatricis Græci non meminere. *Meſue* docet educere phlegma crudum & humores craſſos in juncturis, mundificare cerebrum, nervos, & pulmonem. *Vires.*

COR-

Correctio. CORRIGITUR, tardæ operationis cum ſit, *zingibere, & aliis purgantibus.*

Officinales pilulæ. COMPONUNTUR ex eâ ceu baſi, PILULAE DE SARCOCOLLA, *Meſue autore*, operationem JUVANT *turpethum colocynthis, zingiber, ſal gemmæ.* Deſtinatæ ſunt educendæ pituitæ.

CAPUT XII.

De fortioribus phlegmagogis & 1. colocynthide.

Appellatio. NOMINATUR κολοκύνϑις formulâ diminutivâ, *οἱ δ᾽, inquit Dioſcorides, κολόκυνϑα, οἱ δὲ σικύαν πικρὰν*, illi caprinam, illi amaram cucurbitam vocant.

Electio. ELIGITUR fœmina lanuginoſa, pondere levis & rara, illo tempore, cum langueſcente virore cœperit *μεταβάλλειν ἐπὶ τὸ ὠχρότερον, in luteum colorem mutari.* Tum maturitate ſe commendat.

Temperies. TEMPERAMENTUM calidum eſt & ſiccum.

Vires. *Δύναμιν ἔχει ἡ μὲν ἐντεριώνη τοῦ καρποῦ καθαρτικήν, vim habet medulla purgatricem*, ait *Dioſcorides.* Purgat phlegma & bilem, aliosque ſuccos non ſola amaritudine, naturæ adverſâ, ſed ſingulari fermentandi facultate.

Correctio. CORRIGITUR trituratione, aliorum purgantium additione, VINO & 🜄.

Composita officinalia & πολυχ. COMPOSITA inde parantur in officinis. PILLULAE Rhazis conſtant ex *colocynthidis ſagapeni* a. ʒij. *ſcammon.* ʒiij. PILULAE DE NITRO ALEXANDRO TRALIANO DIACOLOCYNTHIDOS dictæ, ſunt officinis notæ.

PARACELSICAE PILULAE hæ ſunt.

℞. *gum. ſerapini in aceto ſoluti, colati inſpiſſati in modum tenacitatis.* ʒß.
trochiſc. alb. ʒiß. *ſp.' hiera picra* ʒj.
dacrydii ℈j. *ſal. gemmæ* ℈ß.

TROCHISCI حنظل HANDAL, quæ vox colocynthidem notat, probatiſſimi ſunt. Conſultius eſt eos præparare ſine adſtringentibus. *Trochiſci.*

℞. *τῆς μὴ ἐσπερμένου, τοῦ κάρπου pulpæ colocynth. ſuprà furnum calidum exſiccatæ, contuſæ minutim in mortario, per cribrum trajecta, ſubigatur cum mucilag. tragacanthæ in aquâ roſarum, iterum in mortario contundatur. Ex maſſâ formentur trochiſci, vel globuli.*

DOS. trochiſcorum in formâ pilulari gr. xvj.

Ex trochiſcis vel globulis his, regulis artis obſervatis, fiat extractum. DOS. g. ij. iij. *Extractum trochiſcorum.*

Cum maniacus omnia reſpueret medicamenta, porrectus ipſi globulus fuit talis ſaccharo roſaceo tabulato conſperſus.

℞. *trochiſc. handal* g. xvj. *dacrydii* g. v. ☿ *vitæ.* gr. ij.
℥ *caryophyll.* g. vj. *conſerv. roſar.* q. s.

M. F. Pilula. Deglutivit illam in furore putans eſſe globulum teſtaceum, ægrè facturus aſtantibus.

SPIRITUS AUREUS Rulandi olim in magno habebatur precio, ceu arcanum paucis revelandum. *Spiritus Aureus.*

℞. *pulpæ colocynt.* ℥ix. *gom. bdellii,*
tragacanthæ alb. electa *arab. albiſ.* ā ℥ij.
trochiſc. hand. de *rhabarb. abſinth.* ā ℥iij.
rhab. el. cinam. el. ā ℥ij. 🜄 *rect.* ℥xij. *vini malv.* ℥xviij.

Pulveriſata ſtent in digeſt. in MB. per dies XXIV. Deinde colentur, & ſerventur uſui. Nunc ob amaritiem parvi æſtimatur. Geſtit medicina invenire gratiam in palato &, in linguâ ægri, verita repulſam.

CAPUT XIII.

De altero validiore phlegmagogo, tithymalo.

NOMINATUR τιθύμαλος à *Dioſcoride* θυμαλὶς à *Nicandro* & δ' γλαγὴς lacteo ſucco plena. *Meſue* vocat Ezula, & Alſebra. *Schindlerus* ſcribit lactucam marinam, eſulam, tithymalum ſignificare Arabicè לבאן אללנאר אלבריר *Nomen.*

Quinta ſpecies Dioſcoridea κυπαρισσίας dicta à cupreſſi ſimilitudine, videtur officinalis.

TEMPERAMENTUM calidum eſt & ſiccum.

Vires. VIRES habet purgandi pituitam à prædominio.

Uſus. UTIMUR ſucco lacteo inſpiſſato poſt coctionem. Cortex 🜄 maceratur, & extractum inde paratur.

SPECIES DIAESULÆ Minſichti notæ ſunt. Valent in febribus intermittentibus quotidianis, tertianis, omnibusque infirmitatibus ventriculi. DOSIS ℈j. ʒſ. ʒj.

LIBRI V.

SECT. V

materias per alvum purgantium medicamentorum proponit, in cacochymiâ melancholicâ.

CAPUT I.

De mitioribus μελαναγωγοῖς, *& I. ſenâ.*

MITIORA ſecundam potiſſimum reſpiciunt regionem: VALIDIORA operationem ſuam ulteriùs extendunt, usque ad regionem tertiam.

Nomen. SENA leniorum ducit agmen. *Sylvius in adnotatis in Meſuen* vocat ſennam. Mauritanica vox eſt. Refertur ad originem Chaldæam סַן eſt colare, acuere Arabibus. Unde סנה acutum, ſi quis inde velit deducere: ſed prior derivatio commodior videtur. Chaldæis סַנֵן *ſannen* eſt purgare, depurare. Et סניא argentum, ſic dictum à purgando.

Differentia. DUPLEX eſt: ORIENTALIS, quæ iterum duplex: Syriaca una, altera Alexandrina, quam Aegyptus ſuppeditat. EUROPÆA triplex: una Italica ſeu Florentina, altera Gallica ſeu Narbonenſis, tertia Germanica, κολύτεα Græcis dicta, *à Ruellio lib. 1. de naturâ ſtirpium cap. 70.* pro verâ ſenâ habita, ſed minus peritè. Conveniunt quidem in quibusdam, differunt autem in

naturâ, facultatibus, figurâ. Non ergò ſubſtitui poteſt pro verâ ſenâ. Flatuoſior eſt, ſemina producit vomitum cientia, & in triplâ doſi ſolùm laxat alvum.

ELIGENDA orientalis. 1. recens, 2. acuminata, 3. ſine ſtipitibus, 4. ſiccis folliculis. *Fallopius* fatetur orientalem meliorem, libentius tamen utitur Italicâ. 1. quia illam recentem rarò habere poſſumus. Quantum itaque recens præſtat vetuſtæ, tantum præferenda Italica Alexandrinæ. 2. A veriſimili alteram deducit rationem, cenſetque noſtro cœlo ortam & educatam, naturæ noſtræ familiariorem. *Electio.*

TEMPERAMENTUM calidum eſt & ſiccum. *Temperies.*

VIRES. Melancholiæ ducendæ deſtinat Meſue, à cerebro, ſenſoriis, corde, hepate, liene. Actuarius tamen & bilem & pituitam purgare, memoriæ mandavit. *Vires.*

CORRIGITUR noxa ſi quæ adeſt, *malefica ventriculo* cardiacis & ſtomachicis: *tarditas operationis*, zingibere, ſale gemmeo & Indo: *flatulentia* ſeminibus aniſi, fœniculi: *tormina* ab abraſione provenientia ſeminibus malvæ, althææ: à punctione, ſeparatione ſtipitum. Non deſunt tamen, qui ſenam inter ſalutaria medicamenta, omnis noxæ expertia referunt. *Correctio.*

USUS potiſſimùm eſt in foliis. Folliculi ante maturitatem collecti ſuum faciunt officium; maturimi in plantâ arefacti, per ſe caduci, cum ſemine nigro, non item. *Uſus.*

IN SUBSTANTIA uſurpantur folia, feliciùs in infuſo, quàm decocto.

PULVERES Montagnanæ, Braſſavolæ, Wieri, Andernaci ſunt noti. *Compoſita officinalia.*

℞. *fol. ſenæ Alex. ſ. ſtip.* ℥ſ.	*rad. galangæ, caryoph.* ā ʒſ.
zingib. ℈ſ. *elæoſacch.*	*cinam. aniſi* ā ʒj.
ſcammonii 🜍*ti* ʒj.	*gialapii reſinoſi* ℈ij.
cryſtall. ♀, ʒiij.	*magiſt.* ♀. ⊕*lati* ʒſ.

Conciſ. contuſa s. a. In pyxide S. Pulv. fol. ſenæ.

DOSIS ℈j. ʒſ.

Electuarium. ELECTUARIUM Διὰ ſena Nicolai celebre eſt. Ingreditur ſena Electuarium Διὰ καθολικῶν & confectionem Hamech.

Sirupus. SIRUPUS ex ſenâ viridi Matthioli, Fioravanti, Renodæi nullis non innotuêre.

Magiſtralia. ℞. *fol. ſenæ Alex. ſ. ſ.* ℥ß. *fib. ellebori nigri præp.* ʒiij.
fol. aſpleni, capill. ♀. *fumar.* a. p. vj. *adianthi* p. v.
rad. apii, ruſci, a ʒij. *chinæ* ʒß.
ſem. malvæ, aniſi a ʒj. *ocymi* ℈ij.
Coq. in ſuff. q. aq. font. Colaturæ ℥iiij. adde
ſirupi de cichor. cum rhabar. ℥ij. M. F. Potio.

CAPUT II.

Alterum μελαναγωγὸν *medicamentum, lapis lazuli.*

Nomina. NOMINE hoc inſignitur ab Arabibus. κυανὸς λίθος *cœruleus lapis à Dioſcoride, Galeno & Aeginetâ.* STELLATUS vulgò dicitur ob maculas quaſdam, ſtellarum more radiantes aureas.

Electio. ELIGATUR, cujus aureæ ſtriæ, ſi in igne ponatur lapis & refrigeſcat, fiunt lucidiores, & magis ardentes.

Temperamentum. TEMPERAMENTUM calidum eſt & ſiccum.

Vires. VIRES ab *Avicennâ & Meſue* adſignantur dejectoriæ non ſolùm, ſed & melancholici humoris in ſpecie, idque præſtare NON LOTUM: LOTUS ter, quater & ſæpius, purgandi vim non amittit, ſed illam ſatis evidenter exſerit.

Uſus. USUS. In ſubſtantiâ lotus & ſubtiliſſimè tritus, in cochleari juſculi ſumtus alvum movet, ad ℈j. & ultrà.

Pilulæ. PILULÆ de LAPIDE LAZULI à Meſue deſcriptæ notæ ſunt.

CAPUT III.

De tertio melanagogo mitiori, lapide armeno.

NOMEN

NOMEN unde natum, patet. Ex Armeniâ olim adferebatur. Nunc interrogati Armeni, an apud eos naſceretur, haut potuerunt adfirmare. Sed Turciæ & Perſiæ medici dixerunt, exiguâ quantitate apud ſe vidiſſe, verùm ignorare, num ex Armeniâ deferatur. Ita loquitur *Garcias lib. 1. arom. cap. 55.*

OPTIMI notas proponit *Dioſcorides lib. 5. cap. 65.* Ἀρμένιον προκριτέον, 1. τὸ λεῖον. 2. τὸ χρῶμα κυάνεον. 3. ὁμαλόν τε ἄγαν καὶ ἄλιθον. 4. ἀτερεβές. *Optimum cenſere oportet, qui eſt levis, colore cæruleus, æqualis, lapidum expers, friabilis.*

QUALITATIBUS calidis & ſiccis eſt præditus, eſtque reſolutivus & abſterſivus.

VIRES vomitum movendi & alvum concitandi habet. *Trallianus* ſcribit, prodeſſe in curatione τῶν χρονιζόντων μελαγχολικῶν ἐν ἕξει, *diuturnâ & quaſi habituatâ melancholiâ vexatorum.*

CORRIGUNTUR NOXÆ LOTIONE. Ἄπλυτον διδόναι χρὴ, *inquit Trallianus* τὸν λίθον, ſi per alvum non ſolùm, verùm etiam per vomitum purgare opus: χρὴ δὲ ἀποπλύνειν. καὶ ἄχρι δυοκαιδέκων, *oportet vero lavare etiam ad duodenas vices*, ſi primum ventrem tantùm purgare expediat.

UTIMUR illoto in ſubſtantiâ, pulveriſatô ad ʒj. loto ad ℈ij. iij. ex aquâ tepidâ. Utendi modus.

EXSTANT in officinis KATAΠΟΤΙΑ DE LAPIDE ARMENIACO, à Tralliano deſcriptæ, & magnis laudibus commendatæ.

CAPUT IV.

De validiori μελανοχυμαγωγῷ *medicamento, belleboro.*

NOMEN ipſi inditum ἀπὸ τοῦ ἕλειν τῇ βορᾷ, *quod interimat eſu*, ſi majori ſumatur doſi. VERATRUM, vel quod mentem vertat, vel rectiùs, *autore Scaligero* ἀπὸ τοῦ *verrat*, Atrium inteſtinorum verrat. Nomen.

Differentia DIFFERENTIAE ratione radicis duæ : ἐλλέβορος λευκὸς καὶ μέλας.

ALBUS Hippocratis tempore potiſſimum fuit in uſu : imò ubicunque Hippocrates hellebori meminit ſimpliciter, ibi eum album intelligere ſcribit 5. *aph.* 1.

NIGER triplex eſt 1. flore viridi 2. flore albo. 3. ferulaceo folio. Hippocraticus cenſetur hic. Helleboraſter his affinis.

Temperamentum. TEMPERAMENTUM calidum ſiccum.

Vires. VIRES deſcribit *Galenus.* ὁ δὲ λευκὸς δι' ἐμέτων καθαίρει, ἄγων ποίκιλα. ὁ δὲ μέλας καθαίρει τὴν ἄνω κοιλίαν, ἄγων φλέγμα καὶ χολήν. *Albus per vomitum varia ducit : niger phlegma & bilem ducit.* Hoc ipſo benè de ſalute omnium functionum meretur. Facit acquirere juveneſcentiam & incolumitatem, mores laudabiles & complexiones bonas ; animum ad actiones vegetum reddit & promtum. Permotus hiſce laudibus Carneades Academicus adverſus Zenonis ſtoici libros ſcripturus ſuperiora corporis helleboro purgavit.

Correctio. CORRIGUNTUR NOXAE coctione in malo cotoneo excavato, & paſta circumdato, aut ſucci cydoniorum immaceratione, vel aceti, aut ſpiritus, aut phlegmatis ⊕li, aut 🜈 affuſione & extractione.

Utendi modus. UTENDI modus in SUBSTANTIA rarus. *Theophraſtus lib. 9. hiſt. cap. 10.* τῇ τε ῥίζῃ καὶ τῷ καρπῷ radice & fructu in uſu eſſe ſcribit. Noſtro ſeculo RADICES SOLAE. Cum quæritur, an integræ? Reſpondetur : veteribus quibuſdam eligere placuit ſolum corticem, medullam purgationem impedire. Ἐξεντερίζειν *emedullare* jubet *Dioſcorides.* At emedullari ſe patitur ſola radix helleboraſtri flore viridi : niger flore albo non. RASURA ergo hujus adſumatur, id eſt cortex cum parte medullæ. Tota radix tamen COMMUNI CONSUETUDINE IN QUOTIDIANUM USUM TRAHITUR.

INTER COMPOSITA OFFICINALIA EXTRACTUM hellebori notum eſt, magnæ in graviſſimis morbis efficaciæ.

℞. *fibr. ellebori nigri ſtyriaci* ℔j.

Coq. in ſuff. q. aq. comm. cum ſeminibus aniſi, fœniculi, ad ℥iij. Colatura expreſſa ad mellaginis conſiſtentiam redigatur. Poſt cum 🜄 iterum extrahatur. Decantatione factâ adde *ἀκεδίας* ʒij. *℘ ſucc. major. cinam. caryophyl. roſarum* ã ℈ſ.

Maſſa ſervetur uſui. Doſ. ℈ſ.

℞. *extr. helleb. nigri trochiſc.* ã ʒij. *pulv. polychr. rubri* ʒſ. *magiſt. gom. gott.* ʒj. *balſ. aloet.* ℈j.

Cum aq. cinam. F. maſſa catapotiis formandis apta. ☉. Maſſa pil. panchymagoga. Rarò datur ſola, utplurimum cum aliis.

DILUTUM hellebori, quod helleboriſmum vocat, & quartanæ opponit *Matthiolus*, celebre eſt.

IN DECOCTIS ET INFUSIS radice familiariter utuntur medici rarò ſola, utplurimum cum aliis.

SIRUPUS COMPOSITUS *Cratonis* magni æſtimatur.

SIRUPUS roſatus ſolutivus helleboratus Montani *à Zwelfero* reformatus, commodus eſt.

Non parvi æſtimandus SIRUPUS HELLEBORATUS Quercetani, *tetrade affect. capitis* propoſitus.

SIRUPUS SPLENETICUS *Verbezii à Zwelfero* reformatus utilis eſt in affectibus lienis, & meſenterii.

Inde *τὸ Ἰουλιάνιον ὀξύμελι* propoſuit *Trallianus libro* 11. Conſtat alterantibus & purgantibus. Hellebori nulla fit mentio. Hunc addiderunt *alii*.

OXYMEL HELLEBORATUM MAJUS JULIANI, *à Geſnero* commendatum, & *à Zwelfero* reformatum, bonæ notæ. Abſtergit, incidit, aperit, meatus obſtructos reſerat. Prodeſt in omnibus morbis à materiâ frigidâ, tenace, ortis, ac â phlegmate ac melancholia dependentibus, in capite, ventriculo, & aliis partibus.

LIBRI

LIBRI V. SECTIO VI

materias per alvum purgantium medicamentorum proponit in cacochymiâ ſeroſâ.

CAPUT I.

De mitioribus ὀῤῥαγωγοῖς, & 1. Iride.

Nomen. NOMEN Iridis gratioſum. Olim ELOQUENTIAE habitum ſymbolum. Homerus fingit Trojanorum oratores, ut qui diſertiſſimi eſſent, Liriæſſam herbam, ſeu iridem floridam comediſſe, id eſt, eloquentiæ præcepta à teneris hauſiſſe.

Derivatio. IRIS dicitur ἀπὸ τοῦ μὲν τῆς κατ' οὐρανὸν ἐμφερείας, *à cœleſtis arcus, quem colore imitatur diverſitate, ſimilitudine.*

Selectus. *Illyrica.* ELIGITUR ἡ ἰλλυρικὴ καὶ μακεδονικὴ, καὶ ἐν ταύταις. 1. ἡ πυκνόῤῥιζος, 2. ὑπόκολοφος, 3. δύσθραυστος, 4. τῇ χρόᾳ ὑπόκιῤῥος. 5. σφόδρα εὐώδης, 6. τῇ γεύσει πυρωτέρα. 7. τὴν ὀσμὴν εἰλικρινὴς 8. καὶ μὴ νοτίζουσα. 9. πταρμόν τε ἐν τῷ κόπτεσθαι κινοῦσα. ILLYRICA ET MACEDONICA, *& in his, quæ eſt denſæ radicis, ſubmutila, fractu difficilis, colore ſubrufo, benè odorata, guſtu acrior, odore grato & ſincero, ſternutamenta, dum tunditur, excitans.*

Lybica. Ἡ λυβικὴ λευκὴ κατὰ χρόαν, πικρὰ πρὸς γεῦσιν. δευτερεύουσα τῇ δυνάμει. LYBICA *colore candicans, guſtu amara, ſecundæ bonitatis eſt nota.*

Florentina. FLORENTINA notis iiſdem inſignita, ſubſtitui poteſt, ſi deſit Illyrica, quæ quia Venetias copioſè defertur, Veneta dici poteſt. Noſtras non nullius momenti.

Temperies. TEMPERAMENTUM calidum eſt & ſiccum.

Vires. VIRES habet roborandi & ſerum educendi, cum aliis humoribus, illud πρώτως, hos δευτέρως.

CORRI-

CORRIGITUR NOXA, quâ fauces accendit, abſinthio, mannâ & melle. *Correctio.*

USUS eſt in decoctis, infuſis, ſucco, ſed rariſſimè. *Uſus.*

CAPUT II.

De altero hydragogo mitiori, ſoldanellâ.

NOMINATUR *κράμβη θαλασσία brassica marina,* ſoldanella à radice سلط *dominatus fuit,* haud dubiè derivatur. Inde Arabicum ſoidan, quod principem notat. Hujus dignitatem in aquis hydropicorum movendis, tueri creditur. *Nomen.*

TEMPERAMENTUM calidum, & ſiccum. *Temperies.*

VIRTUTEM habet non ſolùm alvum, ſed peculiariter ſeroſos humores movendi, quamvis non deſint, qui velint officium præſtare hoc, notiore quàm tutiore experimento. *Vires.*

ELECTUARIUM RENODAEI *in antidotario & Cronenburgis lib. 4. de compos. medic.* celebre eſt. *Electuarium.*

CAPUT III.

De quarto & quinto hydragogo mitiori, ſambuco & ebulo.

UTrique in templis & religione maximum honorem fecerunt ſanguineæ baccæ, quibus ante inventum minium, rudi adhuc ſeculo, ſuperſtitiosè Deos colentes homines, antequam ad aras accederent, faciem colorabant. Creſcente urbis majeſtate, minio utebantur.

NOMEN à ſambyce muſico inſtrumento, & ex ramis ejus facto. Græcis ἀκτῆ. *Nomen.*

DUPLEX eſt: una in arborem ſurgit, altera humilis χαμαιάκτη dicitur. *Duplex.*

TEMPERAMENTUM utrique adſignatur ſiccum, καὶ δύναμις ὑδραγωγὸς, *& facultas ſeriductrix*, neque à vomitoria aliena. *Temperies.*

Rob. Electuarium.

IN USU eſt decoctum & infuſum, ROB, ELECTUARIUM HYDRAGOGUM MINUS Fernelii. ℞ nucleorum baccarum extuſum catharticum vehementiſſimum. Sed non magni æſtimantur ſingula.

CAPUT IV.

Sextum ὑδραγωγὸν *mitius rhamnus ſolutivus.*

Baccarum uſus.

BAccæ ſunt in uſu, initio virides, poſt ex viridi nigreſcunt.

TEMPERAMENTUM calidum habent, ſerumque bilem & pituitam purgant.

Sirupus.

SIRUPUS REINERI SOLENANDRI de ſpinâ cervinâ conſilio medicinali commendatur, ad hydropem, podagram, & luem veneream, ſed encomiis modum excedentibus.

CAPUT V.

De fortioribus ὑδραγωγοῖς *1. ſucco cucumeris agreſtis ſeu elaterio.*

Nomen.

NOMINATUR ἐλατήριον *à Dioſcoride,* ἀπὸ τοῦ ἐλαύνειν *expellere.*

ELIGITUR, quod punctione paratum: ſusque deque habetur, quod expreſſione.

Temperamentum.

TEMPERAMENTUM calidiſſimum eſt.

Vires.

VIRTUTEM habet pellendi aquoſa. κάλλιστον ἐλατήριον 1. τὸ μετὰ τῆς λευκῆς ἡσυχῆ ἔνικμον. 2. κοῦφον. 3. λεῖον 4. πικρότατον τῇ γεύσει. 5. καὶ προσαχθὲν λύχνῳ εὐκαές. *Probatiſſimum, quod 1. candido colore humeſcit. 2. leve eſt. 3. levorem habet 4. guſtu eſt amarum. 5. lucernis admotum facilè accenditur.* Quantumvis duos annos ſuperaverit, non tamen amittit bonitatem.

Doſis.

DOSIS adſignatur à Dioſcoride. ἡ δὲ τελεία πόσις ὀβολός. ἡ δ' ἐλαχίστη ἡμιωβόλιον. παιδίοις δὲ δίχαλκον. πλεῖον δὲ ποθὲν κίνδυνον ἐπιφέρει. *Integra menſura obolus eſt, id eſt* ℈ß. *minima*

dimidius

dimidium, id eſt gr. vj. *pueris duo, id eſt* gr. iiij. *Pueris arei duo. Major menſura periculum adfert.*

CAPUT VI.

De altero validiori ſerum ducente medicamento, ricino.

NOMEN *κίκι ἢ κρότων, autore Dioſcoride lib. 4. cap. 158.* adeptus fuit ricinus, *διὰ τὴν ὡς πρὸς τὸ ζῷον ἐμφέρειαν τοῦ σπέρματος, ob ſeminis ad animal illud ſimilitudinem.* MIRABILIS ARBOR dicitur: mirabilis ob elegantiam foliorum platani æmulam. *Φύλλα δὲ ἔχει ὅμοια πλατάνῳ, ſcribit Dioſcorides lib. 4. cap. 58. μείζονα δὲ καὶ λειότερα. Folia ſimilia habet, majora tamen, nigrioraque, & majore levore* mollia. ARBOR dicitur ob altitudinem: *δένδρον συκῆς μικρᾶς ὅμοιον arborem parvæ ficui ſimilem* vocat *idem*. *Nomen Græcum. Mirabilis arbor.*

Nicolaus Monardes ſimplic. hiſtoriâ cap. 4. refert, ſe, cum Hiſpaniam peragraret, circà Malacan & Calpen ad fretum Herculeum, aliiſque maritimis, Ricini plantas craſſitudine hominis, altitudine trium, multis prægrandibus ramis brachiatas, inſtar aliarum arborum, qui rami illic tertio aut quarto quoque anno amputari ſolent, vidiſſe. *Magnitudo*

τὸ κίκι eſt decurtatum ex Hebræo קִיקָיוֹן (inuſ. קִיק) unde exiguâ mutatione cicinum, pro quo purè dicitur ricinum ſeu ricinus, id eſt, vertente R. Kimchio, virgultum, frutex, arbuſcula, ramos ſuos in longum extendens, in altum creſcens & umbram faciens. קִיקָיוֹן vocatur ſacræ Scripturæ בִּן־לַיְלָה *filius noctis*, quod unâ nocte creverit, ſive gratam umbram, placidæ noctis inſtar, Jonæ Prophetæ præbuerit. Ex Hebræo in Græciam multa migrarunt. *Hebræa derivatio.*

IN USU ſunt ſemina, ſeu grana, *temperamento* calido & ſicco prædita, & aquis ducendis dicata. Bilem cum reſpiciant, vocantur *χολόκοκκα*. *Semina.*

NOXÆ tantæ ſunt, ut ſatius ſit abſtinere. Refert *Oviedus, hiſtoriæ Indicæ ſcriptor*, ricino Indico adſumto quoſdam obiiſſe. *Alii* plures ejus uſu mortuos narrant. Inflammat ventriculum, *Noxa.*

 fauces,

fauces, ad ſemigranum ſumtum. Hi ægrè ferunt, Dionyſium Albertum circulatorem licentiam & facultatem perpetuam impetraſſe, in totâ Eccleſiaſticâ Romanâ ditione publicè vendendi ricini Indici ſemina, cujus medietas una ὑπερκαθάρσεις excitat periculoſas.

CAPUT VII.

De gratiolâ tertio ὀῤῥαγωγῷ *validiori.*

Nomen.

NOMEN impetraſſe videtur à gratiâ, quam init apud medicos & ægros, vel *καθ' ἀντίφρασιν*, quod ob amaritiem & operandi vehementiam ſumentibus minùs ſit grata. *Stanco cavallo* à Forojulienſibus, quod ejus eſu & pabulo mirè deficiant equi, appellatur. Hyſſopo ſimilis foliis, ad centaurium accedit virtute.

Temperamentum.

TEMPERAMENTUM calidum & ſiccum.

Rarò in uſu.

IN USUM ratò venit. Commodiora noſtro ſeculo adſunt medicamenta. Extractum facere ſolet officium.

CAPUT VIII.

De ſucco Indico Peruano, quarto ὀῤῥαγωγῷ *validiori.*

πολυωνυμία.

NOMINUM variorum honorem nonnulla habent, ortum ſæpenumerò ab ignorantiâ, nonnunquam admiratione novitatis, ſæpe à lucri deſiderio, ut pluris æſtimetur, & à plurimis ematur, quod pluribus nominibus nobilitatur.

Inter hæc locum habet GOMMI GUTTÆ & GUTTÆ GOMMI, derivatum à putatâ ſubſtantia gommi, & adverſus arthritidem, quæ gutta vocatur, virtute.

Monſtroſa nomina.

Ex hâc appellatione enata alia monſtroſa nomina: *gommi gitta, gutta gemu, gommi catta jemou, gutta gamandra. Gommi purgans Peruvianum* vocat *Hildebrand in epiſtolâ ad Gregorium Horſtium*: *gommi purgans de peru novum Reudenius* inſcripſit, GOMMI AD PODAGRAM vocat *Nicolaus Monardes, medicus Hiſpalenſis in hiſtoriâ ſimplicium medicamentorum, ex novo orbe delatorum capite 39. Libavius* ſcammonium orientale ſcribit à non-

à nonnullis vocitari. Chryſopum à colore ☉ & ſucci naturâ indigitat *Petrus Caſtellus.* Commodum nomen eſt SUCCUS PURGANS PERUANUS.

SUBSTANTIA lacrymis adnumerari poteſt. τὸ δάκρυον triplex eſt: *gummi, reſina, ſuccus.* *Subſtantia*

Ut, *autore Galeno lib. 7. ſimplicium* gummi eſt δάκρυον, ex truncis ſui generis arborum exſudans, ita & reſina. Emanat autem utraque lacryma vel ſuâ ſponte, vel inciſo cortice. Differunt, quod reſina oleaginoſam habeat ſubſtantiam, ideoque oleaginoſis facilè, aqueis difficulter miſceatur, ſimulque flammam concipiat & ardeat. Gummi, ut *Arabicum, tragacanthum,* aqueâ conſtat ſubſtantiâ, nullo negocio ab aqueis, nullo modo ab oleaginoſis ſolvitur, & in igne crepitat.

ὁ δ' ὀπὸς *ſuccus* tertia lacrymæ eſt ſpecies. Succus dulplex eſt 1. *impropriè dictus,* χυλὸς, qui ἐκχυλίζεται *extrahitur* maceratione, contuſione, ut meconium, vel decoctione, ut *ſuccus centaurii minoris, à Dioſcoride,* & *chim. in artem redactâ p. 203. propoſitus* & *elaterium.* 2. *propriè dictus,* ὀπίζεται & inciſâ plantâ per ſe lactis in modum deſtillat. Hic iterum duplex: aqueus in aqueis plantis, ut tithymalo, & reſinoſus in oleaginoſis, ut ſcammoniâ, balſamo.

Medicamentum, de quo ſermo, eſt ὀπὸς *ſuccus reſinoſus,* φλογιστὸς *inflammabilis,* candelæ admotus lucidâ ardet flammâ, fumum ex fuſco cœruleum ſpargens, cinerem relinquens in paucâ quantitate nigrum. Liquefactus cadit in terram, ſed aduſtus & niger. 2. Solvitur in 🜄 ♀o oleaginoſo, inflammabili, ceu menſtruo homogeneo. *Succus eſt reſinoſus.*

Non negari tamen poteſt ſolutio in menſtruis aqueis. Ut ſcammonii lacryma & ſuccus ſolvitur per 🜄 in reſinam, & aquâ ſimplici in lac albicans, ita & hoc medicamentum ſolvitur in 🜄 & ▽ ſimplici. An ſit propriè ſolutio, atomorum ſegregatio, diſquirendum. *Solvitur etiam aqueis liquoribus.*

Nondum liquet, qualis ſit ſuccus. *Carolus Cluſius exoticorum lib. 4. cap. 8.* cum ipſi à claſſis Præfecto, Jacobo van Neck, oſtenderetur ſuccus Ghittajemou, initiò putavit, ob coloris affinitatem & facultates ſuccum aloes eſſe, quapropter deguſtabat aliquantulum, nullam tamen amaritudinem deprehendit, *Qualis ſit ſuccus, nondum liquet.*

 ſed

ſed poſt temporis momentum magnam acrimoniam in gutture ipſi excitavit, ut etiam ſuſpicionem moveret, euphorbii ſuccum eſſe.

Nonnulli rhabarbari, rhamni ſolutivi, cataputiæ: alii ſucci chelidonii majoris, ſcammonii, & *croci miſtorum, alii ricini* ſuccum ſtatuunt. Videtur eſſe ὄπισμα condenſatum, ſeu *lac citrinum* alicujus exoticæ plantæ, aut arboris; cujus nomen adhuc ignoratur.

Eſt gummi ad podagram Monardi.

Idem ſuccus eſſe videtur cum GUMMI AD PODAGRAM *à Nicolao Monarde, medico Hiſpalenſi l. hiſtor. ſimplicium medicamentorum, ex novo orbe delatorum cap. 39.* delineato, datum ipſi à quodam epiſcopo, quo ſe podagrici in illo continenti purgabant, in hunc modum. Illius gommi fragmentum nucis ponticæ magnitudine, ſtillatitio aquæ liquore noctem integram macerant, poſtridiè manè percolant, & exprimunt. Eam aquam ad duas uncias hauriunt, neque quicquam cibi ſumunt ante meridiem. Hoc medicamento ſine moleſtiâ purgatur humor, qui podagram creat. Inſipidum eſt, & inodorum: calidum videtur in primô gradu.

Confirmatur autoritate.

CONFIRMATUR identitas AUTORITATE 1. *Michaelis Reudenii in epiſtolâ de novo gommi purgante,* & *in ejus apologiâ.* 2. *VVittichii in libro de lapidibus bezoardicis,* & 3. *Mauritii Schröderi.*

Diſſentiunt primicerii.

DISSENTIUNT alii. Excellunt in horum cenſu duo. *Hochſteterus in obſervationibus* irridet patronos ſententiæ affirmativæ.

I.

II. *Caſtellus* acriter eosdem impugnat, pluribus innixus rationibus.

Argumenta Caſtelli in contrariam partem.

1. 1. COLORIS nulla fit mentio. Ille tamen evidens. 2. SAPOR non correſpondet. Inſipidus eſt Monardæus: chryſopus autem acerrimus. Id probat experientiâ ſuâ & aliorum, quibus exhibuit. Conqueſti hi ſunt de ardore, & calore faucium. Quantumvis cum conſervâ roſarum adſumſerint, acrimoniam

2. multam ſenſêre. Provocat etiam ad experientiam particularem, quod quilibet id in ſe ipſo experiri queat. 3. DOSIS

3. eſt diverſa. Monardæa adſcendit ad ℥ij. Noſtra ad ℈ſ. vel ℈j.

vel ℈j. 4. MODUS SUMENDI repugnat. Si Monardæo mo- 4.
do noſter ſumeretur, ad ʒij. in ▽ ℥ij. diſſolutus, excitaret
hypercatharſin, fauceſque incurabili exulceraret modo.
5. Locus & natalis patria repugnant. Gummi ad podagram 5.
naſcitur in Indiâ orientali: chryſopus in occidentali.

℞. 1. Silentium de colore nihil infert. 2. Noſter chry- ℞.
ſopus INSIPIDUS magis eſt, quàm acrimoniâ excedens. Af- 1.
fectibus nimis indulget, eam cum per vim obtinere ſtudet. 3. DO- 2.
SIS ʒij. ſi integer in ℥ij aquæ maceretur, non pulveriſatus, & 3.
percoletur, non eſt nimia. Ut aliàs difficulter, ita & hoc modo
non totus ſolvitur. Fortè Indi naturæ robore magis reſiſtunt
virtuti medicamentorum. Error fortè commiſſus in deſigna-
tione ponderis ab epiſcopo adſignati. 4. Sic etiam dubium 4.
de modo ſumendi cadit. 5. LOCUS uterque admittitur, nam 5.
LOCUS & natale ſolum eſt utraque India orientalis; & occiden- *Locus.*
talis, circà regnum Peruanum.

TEMPERAMENTUM calidum eſt & ſiccum. Ἄποιος ferè *Tempera-*
eſt hic ſuccus, talis etiam in aquâ diſſolutus & potus apparet, le- *mentum.*
vem tamen in guſtu relinquens acrimoniam. Inſipidum fate-
tur *Hoëchſteterus*. Saporem terræ ſigillatæ adſignat *Hilde-
brandus*.

SEROSAM cacochymiam vacuat ex prædominio, cum *Vires.*
ſubdominio etiam alias. Prodeſt ejus uſus in educendis hydro-
picorum aquis, pectoris & capitis morbis, ut & extremorum
arthriticis & podagricis. Febricitantibus etiam ſuccur-
rit, variis qui tentantur paroxyſmis.

NOXAE quædam ipſi communes ſunt cum aliis validiori- *Noxa.*
bus purgantibus, ventriculi ſubverſio, vomitus. Tanti illas fe-
cit *Gregorius Horſtius*, ut *ſect. 9. epiſt.* ab ejus uſu abſtinen-
dum cenſeret. *Idem* tamen, Ulmæ archiater conſtitutus, miti-
ùs de eo ſentire cœpit, variis additis correctionibus.

CORRECTIO impetratur. 1. in *pulvere*, addito *oleo ci-* *Correctio.*
namomi, & *ſacchara*, ſeu *elæoſacchara cinamomi, menthæ, in ju-
re pulli, alterato ſeminibus citri.*

IN BOLO porrigitur cum *conſervâ roſarum, violarum & perſicorum.*

IN MAGISTERIUM reducitur ſolutione per 🜄, & præcipitatione per ▽ fontanam: *deinde* etiam affuſo *ſpir.* ⊕*li.* 3. ſuper infuſo *vino malvatico, ſpiritu* ⊕*li acidulo.* 4. *Santalinum.* & 5. *roſatum magiſterium* proponitur *chimiâ in artis formam redactâ.*

Præparatio in *eſſentiam Joh. Petri Fabri* nimis eſt prolixa, minus neceſſaria, moleſta & laborioſa.

EXTRACTUM Gamandræ *Mynſichti* reformatum *à Zwelferô* notum eſt.

Doſis. DOSIS exactè definiri nequit. Non ſemper pariles obſervantur virtutes. *Communiter* adſcenditur ad ℈ſ. *Cluſius* à. XV ad XX. adſcendit granorum pondus. In Indiâ Monardes exhiberi notat ad nucis avellanæ magnitudinem, quæ æquat pondus ʒij. Differt natura à naturâ & regio à regione.

Formulæ. ℞. *magiſterii chryſopu* g. xviij. *cinam. macis* a. g. ij. *conſerv. viol.* ʒſ. M. F. Bolus. Superbibatur jus piſorum.

℞. *ſucci Peruani cum malvatico vino præp.* ☿ *dulcis* a. ℈ſ. *conſerv. fl. perſ.* ℈ij.
M. F. Bolus in ſcabie fœdâ utilis.

℞. *magiſterii ſucci purgantis Indici* ℈ſ. *gialap. pulv.* g. vj. *ſirupi roſar. ſolut.* ℥ſ. *cinam.* ʒij. *aq. endiv.* ʒvj. M. F. Hauſtus.

℞. *magiſterii ſucci de Goâ* g. x. *ſp.* ⊕*l.* g. iij. *ſirupi cinam.* ʒiij. *aq. ebuli.* ℥ij. F. Hauſtus.

℞. *aq.*

℞. *aq. betulæ.* ℥iij. *cinam.* ʒj. *ſpir.* ⊕*li* ♂*tis* g. vj.
Infunde per noctem *rhabarb. pulv.* ʒij.
In colaturâ manè factâ ſolve
gottæ gamandræ g x. *ſirupi cinam.* ʒij. M. F. Hauſtus.

℞. *magiſt. ſucci Peruani* g. x. *elaterii* g. vij. *Pilula.*
ſirupi cinamomi parum. F. Pilulæ xxj.

℞. *gom. ad podagram* *Monardis* ℈ſ. *Pulvis.*
elaoſachari fœniculi *cinam. citri* a. g. iij.
M. F. Pulvis. In chartâ S. Laxir-Pulver.

CAPUT IX.

De mezerio, quinto ſeriduco validiori.

Nomen Arabicum eſt مزرة maſeron, corruptum, â مزرة computruit, corruptum fuit, malè affectus fuit ventriculus. Cui autem plantæ attribuat Meſue, non adeò clarum eſt. Ex tribus ab ipſo adſignatis ſpeciebus prima eſt Laureola ſeu daphnoides vulgaris. Hæc adſumi in uſum medicum poteſt, nam tutior ejus eſt uſus, nec adeo furentis & violentæ eſt naturæ, quàm reliquæ duæ, quæ caliditate & ſiccitate quartum excedunt gradum, ut fauces etiam adurant, inteſtina & viſcera radant. *Nomen.*

Temperamentum calidum eſt & ſiccum, initio quarti gradus. *Temperamentum.*

Vires ſerum & pituitam ducendi habet. *Vires.*

Correctio inimicæ qualitatis expectatur à myrobalanis, ſem. pſyllii, ſucco portulacæ, aquâ ſolani, aceto. *Correctio.*

In uſu ſunt, pilulae de mezerio mesue. Recipiunt folia laureolæ, myrobal. citrin. & cheb. mannam, tamarind. *Compoſita.*

Verùm carere his & ſimilibus medicamentis rudibus facilè poteſt medicina.

LIBRI

LIBRI V.
SECT. VII
materias per alvum ex ſingulis, imprimis ſecundâ & tertiâ corporis regione purgantium medicamentorum ποικιλοχυμαγωγὸς proponit.

CAPUT I.

Pulveres varios humores moventes.

In cacochymiâ bilioſâ ℞. *rhab. alex pulver.* ℈j. *acidi rubri epat.* ♀. ⊕*l.* a.g.vj.
M. In chartâ. S. Eindpurgirend Leberpulver.
Vigorati poteſt reſinæ ſcammonii g. vij. viij.

℞. *ſp. cholagogarum* *Mynſichti* g. xxx.
In chartâ. S. Gallenpulver.

℞. *cryſtall.* ♀*.rub.ſacchar.* g.x. *ſcam.*♎*.magiſt. gom. de Perû, elæoſacchari aniſi, menthæ* a. g. vj.
M. F. Pulvis. Adſumatur in brodio piſorum.

℞. *pulv. polychr. ſcamm.* *ſandal. laxat. veg.* a. ℈ſ.
♀ ⊕*lat.* ☽. g. ij. In chartâ. S. Purgirpulver.

℞. *cerberi tricipitis Comitis Dudlei Angli, conſtantis ex ſcamm.* ♎. ♁. *diaphoretico & crem.* ♀. ℈j.
⊕*li* ♂ g. ij. In chartâ S. Pulver.

℞. *reſinæ ſcammonii pulveris. gialap. nigr. reſin.* a. ℈ſ.
cryſtall. ♀. g. vj. Miſce in mortario vitreo vel marmoreo. Inter miſcendum adde *ol. citri* g. vj.
In chartâ S. Citronen Purgirpulver.

℞. *pulv.*

℞. *pulv. polychr. ſcammon. ſantal.* ℈ſ.
magiſt. gommi gotte roſacei g. x
☿. ⊕*lati* g. iiij. ☍ *cinam.* g. iiij. F. Pulvis.

℞. *magiſt. ſcammonii compoſ. roſati* ℈j.
☿. ⊕*lati ſolaris.* ☽*naris* a. g. iij.
elaoſacchari cinamomi g. v. M. F. Pulvis.

℞. *pulv. σεισεј* ♀*ti* g. xvj. *lax. veg.* g. vj.
ſalis cichorii, juniperi a. g. ij. S. Laxir-Pulver.

℞. *pulv. laxat. veg.* ℈j. *magiſt. gom. gott.* g. iij.
reſinæ ſcammonii g. ij. In chartâ, S. Purgirpulv.

℞. *gialapii pulver.* ℈j. ☿. ⊕*lati* ☉ g. v. *pituitoſa.*
elaeoſ. lig. rhodii g. vj. M. S. Purgirpulver.

℞. *ſp.* ♃*ꝉæ turbedon cum rhabarbaro.*
gialap. nigri reſinoſi a. ℈ſ.
ol. aniſi citri cumini a. g. ij.
☍ *citri* g. iij. M. in chartâ S. Purgirpulver.

℞. *pulv. phlegmagogi Parac. à Crollio deſcripti* ℈ſ.
magiſt. gom. gittajemu roſat. g. xv.
dacrydii macis a. g. iij. F. Pulvis.

℞. *ſp. diaeſul. Minſicht* ℈j. S. purgir Pulver.

℞. *ſpir. dia*☿. *Minſichti* ℈j. S. Pulver. *melancholica.*

De nomine & differentiis ſudoriferorum in genere, 1. in ſpecie de internis impellentibus.

Iδρωτικὰ, ſudorem moventia dicuntur à verbo ἱδρόω, ἱδίω, ἱδρὼς ὦτος, *ἱδρώω ſudor, ſudorem emitto: Διαφορητικὰ à διαφορέω diſcutio, digero, καὶ διαφορῦμαι, ſudoribus diffluo.* *Nominis indagatio.*

Non unâ viâ evacuantur humores.

Galenus libro 4. de ſanit. tuendâ cap. 3. communes, quibus excrementorum vitiis medemur, ſcopos eſſe docet vacuationem & alterationem, & utrumque obtineri per contraria, ſed non uno modo. οὐ γὰρ ἑνὶ τρόπῳ κενωτέον, οὐδὲ ἀλλοιωτέον, ἀλλὰ τὸν οἰκεῖον ἀεὶ τοῦ λοιποῦ ζητητέον. Οἰκεῖος δὲ, συλλήβδην εἰπεῖν, ὁ διὰ τῶν ἐναντίων ἐστὶν, ἐν μέρει δὲ καθ᾽ ἕκαστον ἐναντίων. *Neque enim unâ ratione tantùm educendum alterandumque eſt, ſed exploratâ, quæ ei quod affligit, maximè ſit accommodata, ei eſt inſiſtendum. Ea verò, ut in ſummâ complectar, ratio eſt, quæ ex contrario opem molitur: privatim verò, quæ ex cujusque contrario.* Indicare vult vacuationis moderamen conſiſtere non in ſolâ alvinâ regione, ſed & habitû corporis per διαφόρησιν καὶ διούρησιν *ſudores & urinam*, quotieſcunque indicans adeſt, mundando.

A quo indicentur.

INDICANTUR ſudorifera ab humoribus excrementitiis, *fuliginoſis*, ex tertiâ coctione emergentibus, per cutim erumpere ſolitis, nunc verò p. n. retentis, & poros cutis obſtruentibus. Indicantur etiam ab aliis humoribus ſanguineis, bilioſis, pituitoſis, melancholicis, ſeroſis, aqueis, in maſsâ ſanguineâ, & extrà eam contentis, lixivioſis, ſalſis, ejusdem naturæ cum illis, quæ per urinas excernuntur. ὁ δ᾽ ἱδρὼς, *ſcribit Galenus 10. de ſimpl. medic. facult. cap. de ſudore*, ἔστι καὶ τοῦτο ἐν σώματι τῶν ζώων γινομένων ὑγρῶν, ὕλην τε τὴν αὐτὴν ἔχον καὶ τρόπον γενέσεως τὸν αὐτὸν τοῖς οὔροις. *Sudor unus & hic eſt humorum in animantis corpore provenientium, & eandem habens materiam, & eundem generationis modum cum urinis.*

Permittentia.

PERMITTENTIA debent obſervari. Non enim quotieſcunque requiritur ſudor, ſtatim eliciendus, ſed optimè perpendi debet

Vires,

ROBUR VIRIUM, idemque examinari ad leges rerum naturalium.

temperamentum,

TEMPERAMENTA calida & bilioſa non ſunt diutino & vehementi ſudore torquenda, exſiccant enim corpus.

habitus obeſus,

HABITUS OBOESUS eâdem gaudere debet immunitate: pinguedo enim impedit, quò minus ad ambitum ſeroſi tendant humores. PITUITOSI cutim mollem & laxam habentes, humore abundantes, ad ſudorem habiles ſunt.

ÆTAS

ætas puerilis, & ſtatus ingravidationis & puerperii modificat ſudationes, ut non niſi parcas admittat. *Ætas.*

consuetudo non ſolùm permitit, ſed etiam invitat ad hoc auxilium. *conſuetudo.*

res p. n. quædam permittunt, quædam prohibent. Vix ulla febris eſt, quæ non permittit, exceptâ febre hecticâ. Continuæ, putridæ, benignæ, malignæ, peſtilentes à ſudore petunt auxilium. Multi affectus cerebri & nervorum ea indicant: dolor capitis, vertigo, apoplexia, epilepſia, paralyſis, catarrhi, hydrops, arthritis, partim in actu curationis, partim in actu præſervationis. *res præter naturam.*

CAPUT II.

ὄργανα χρήσιμα, materiæ indicatorum auxiliorum diaphoreticorum.

Interna impellentia duplicia ſunt: *Interna impellentia.*

I. proprie talia, quæ humores fundunt, in halitum vertunt, per ἔνδηλον ἢ ἄδηλον τῇ αἰσθήσει διαπνοὴν, *manifeſtam vel inſenſibilem tranſpirationem.* Horum rurſus quædam temperatiora ſunt & mitiora, quædam calidiora, & validiora. *1. propriè talia.* *mitiora,* *Validiora.*

II. improprie talia, materiam in halitus convertibilem præbent, & ſic per accidens ſudorem movent. Hæc commoda ſunt in variolis incipientibus, febribus calidioribus, inclinante naturâ ad motum. *2. impropriè talia.*

externa ſunt attrahentia, quæ per poros cutis evacuationem juvant, vel rarefaciendo, ſi ſint aſtricti, vel attenuando, ſi quid ſit infarctum. Hæc non ſunt adhibenda, niſi poſt, vel cum impellentibus. *Externa.*

impellentia interna.

radices: *angelica, carlinæ, fraxinellæ, chinæ, ſarſaparillæ, zedoariæ, contrahiervæ. Aliis* ſpicæ duæ cum pane comeſtæ, ſuperbibito vino, manè corpore cooperto; per ſudorem diſcutiunt flatuoſum totius corporis tumorem in iis, qui noctu propè Caurum montem, æſtuum diurnorum pertæſi, iter faciunt.

HERBÆ: *carduus benedictus, dictamnus creticus, galega, ſcordium tùm creticum, tùm noſtras.*

FLORES: *ἄνθος per excellentiam dicti*, in capitis, *calendulæ, citri & croci aureo nitentis colore*, in cordis affectibus διαφόρησιν accelerant.

SEMINA: *aquilegiæ, cardui benedicti, cicerum, citri, hordei, lentium, milii, napi, raporum.* Horum aliqua partium tenuitate, aliqua halituoſum vehiculum præbendo ſudores movent.

BACCÆ *juniperi, ſambuci, lauri.*

LIGNUM *ſaſſafras, juniperinum, buxinũm, guajacum.*

AROMATA: *nux moſcata ſub cineribus cocta*, & *pulveriſata.*

RESINÆ: *myrrha & aſa dulcis.*

SUCCI: *camphora, opium autore Nicandro & Platero.*

AB ANIMALIBUS petitur *bezoar orient.* ad. g. iiij. *cervi cordis os, cornu, lacryma, hirci ſanguis, caro ſerpentum.*

MINERALIA: *terra ſigillata, bolus armenius,* ♁.

Officinalia præparata ſicca: animalia, vegetabilia, mineralia, PRÆPARATA SICCA: CORNU CERVI coctione immerſivâ vel vaporoſâ præparatum. SAL *angelicæ, card. benedicti, ſcordii, cordis & ſanguinis cervi volatile; viperarum* volatile, fixatum. ♁ DIAPHORETICUM. ☉ fulminans benè edulcatum. BEZOARDICUM minerale ſimplex & compoſitum ☉lare ♁. ♃. FLORES ✳ ſimplices, ♁. 🜍 auratum ♁, ſudorificum magnum ex ♃ *Anglico* paratum, *à Petro Fabro* ſingulariter commendatur, ad grana iiij, vj. in aquâ *ulmariæ, cardui benedicti & ſcabioſæ,* ad plurimos affectus, dolorem capitis, aurium &c. Sed multa in hâc compoſitione moneri poſſunt. PULVERES BEZOARDICI vulgares, albus, ruber, Pannonicus.

Spiſſa. SPISSA: CONSERVA *fl. ſambuci,* ROB *juniperi, ſambuci.*

liquida ſimplicia. LIQUIDA: AQUA FRIGIDA copioſè bibita, *ex regulâ XIX. Arnoldi Villanovani regularum generalium de febribus.* Vel ejus loco ▽ HORDEI ſimplex vel compoſita, vel etiam SERUM caprinum deſtillatum & ſucco citri alteratum: *cardui benedicti, ſambuci,* & reliquorum ſimplicium.

compoſita. BEZOARDICÆ aquæ compoſitæ *typhorum cervinorum, ſanguine adhuc irriguorum: ſarſaparillæ & ſaſſafras compoſitæ.*

Excellit

Excellit ▽ *radicis chinæ ſtillaticia Garciæ ab Horto*, pro cujus confectione in Chinenſem regionem vaſa deſtillatoria miſit. ▽ *ἰδρωτικὴ ſpecifica Quercetani, in pharmac. dogmaticâ reſtitutâ* ad paralyſin commendata, non negligenda.

SPIRITUS C. C. *ligni guaiaci, baccarum juniperi, ſambuci, ſcordii, vini camphoratus, theriacalis camphoratus ſeu miſtura ſimplex.* Spiritus.

TINCTURA ♁, *Bezoardica Michaelis, compoſita alexipharmaca Rolfinciana.*

EMULSIO *ſem. citri, napi, melonum* conſtans ex impellentibus impropriè talibus, convenit in ardentibus, malignisquè febribus, variolis, morbillis. Emulſio.

ACETA: ῥιζωτικὸν Zwingerì, Minſichti; *diaphoreticum* ejusdem. Aceta.

VINUM *Guajacinum Matthioli, ſaſſafras, chamædrytes.* Vina.

SIRUPUS *hidroticus* elegans, paratus ex floribus aurantiorum ad ſudorem in malignis & quibuscunque cordis infirmitatibus, ciendum, miſceri poteſt cum aquis cordialibus. EX TOTO CITRO qui paratur ſirupus etiam hidroticus eſt. Sirupi.

ANTIDOTA CONTRA PESTEM ET VENENA dari ſolita: *theriaca Andromachi. Mithridatium Democrati, Antidotus Matthioli. Diaſcordium Fracaſtorii. Electuarium de ovo Imperatoris Maximiliani. Electuarium Guidonis contrà peſtem, aliàs electuarium Papæ dictum.* Electuaria, & Antidota.

CAPUT III

Magiſtralia proponit communia.

I. pulveres.

℞. *pulv. bezoardici albi* ℈ſ. In chartâ S. Schweißpulver.

℞. *C. C. phil. præp.* ʒj.
terræ ſigill. ſtrig. ʒſ.
ſuccini præp.
lapid 69 præp.
corall. præp.
marg. præp.

℞. *mag. C. C. cum* ☉ *pr.* ʒj.
perlar.
corall. cum ſp. ☉*l.*
ſmaragd. (*par. a* ℥j.
hyacinth.
rubini præp. a. ℈j.

lap. *boli*

lap. bezoard. or. a. ℈j.
fol. ☉ no. ij.
F. Pulvis. DOSIS ℈j. in emulſione cordiali, ad ſudorem largum.

boli armenii præp. ℈ß.
fol. ☉ no. j.
F. Pulvis. DOS. ℈j. in febribus malignis.

℞. *ſalis abſinth.* *card. benedicti* a. g. vj.
centaur. min. *volat. ſang. cervi* a. g. v.
In chartâ S. Schweißſaltz. Prodeſt in tertianâ.

℞. *ſalis viper.* g. viij. *C. C. phil.* g. x. Detur in chartâ.

℞. ⊖ *vol. C. C.* g. vij. *C. C. cum ſp.* ⦶ *par.* M.

℞. *fl.* ✳ *corall.* g. vj. *C. C. calc.* g. v. Detur in chartâ.

℞. *fl.* ✳ ♂. g. v. *cornu cervi. phil. præp.* g. viij. M.

℞. ♁ *diaphor.* ℈ß. *elæoſacch. citri* g. x. In ch. detur.

℞. *lap. bezoard. orient.* g. iij. *elæoſacch. citri* g. vj.
In chartâ S. Schwitzpulver.

℞. *ſudorif. margar. & corallior. Petri Fabri lib. 3. cap. 7.* ʒß.
Detur in chartâ

℞. *diaphoretici magni* ♃*lis ejuſdem lib. 3. cap. 4.* g. v. Detur.

℞. *C. C. præp. phil.* ℈ß. *ſudorif. marg. & cor.* a ℈ß. M. F. Pulvis.

℞. *præcipitati diaphoretici* ℈ß. Detur ad uſum.

℞. *bez. min.* ♂*tialis* g. vj. ♁. *diaph.* g. iij. M.

℞. *bezoard.* ♃. *ex. electro* ♃. *par.* g. vj. Detur.

℞. *bez. miner.* g. x. *lap. bezoar. or.* g. ij. *ſacch.* ℈ß.
In chartâ S. Bezoarpulver. in zimmet Waſſer.

℞. *bezoard. mineralis* ♂*t.* ♁ *diaphor.* a. g. vj.
magiſt. perl. corall. lap. 69. a. g. ij.
elæoſacch. citri g. vj. M. S. Schwitzpulv.

℞. *C. C. phil. calc.* ℈ß. ☉ *fulminantis* g. v. M.

℞. *bezoard. min.* g. iiij. *ſpecif. febrilis Minſich.* ℈ß.
pulv. ſerpentum. g. iiij. *laud. opiat* g. iij.
M. in chartâ. S. Schweißfieber-Pulver.

CAPUT

CAPUT IV.

Diaphoretica magiſtralia ſpiſſa.

℞. *extracti vel reſinæ ligni Guaj. ſalis vol. C. C. fixati* a ℈ſ. *Pilulæ.*
▽. *card. bened. parum.* M. F. Pilulæ xv.

℞. *extract. theriac.* g. iiij. *laud. opiati* g. ij.
M. F. Pilulæ V.

℞. *el. de ovo* ℈j. *bezoard.* ♃. ☽ a. g. iiij. *Boli.*
elæoſacch. citri q. s. S. Schwitzbißlein.

℞. *bezoard.* ♂. g. vij. *conſervæ ſcord.* ʒj.
ſacch. perlati q. s. In pyxide detur.

℞. *theriacæ Androm.* ʒſ. *marg. præp.* g. x.
ſacchari par. M. F. Bolus.

℞. *conſerv. fl. borrag.* *florum citri.*
theriacæ ℈j. *mag. C.C. ex typhis Zwelf.* ʒſ.
ſacchari parum. M. F. Bolus.

℞. *rob. ſambuci* ʒij. *mithridatii* a. ʒj.
ſirupi papav. err. *ſpir. ſambuci. par.* M. F. Electuar.

℞. *el. diaſcordii Fr.* ʒſ. *ſalis ſang. cerv.* gr. x.
ſirupi acet. citri perl. q. s. S. Schwitz-Latwerg.

℞. *bezoard. mineralis* g. viij. *conſerv. citri* ʒj.
ſirupi ribium q. s. M. F. Electuar.

℞. *theriac. vel Mithr.* ℈j. *bezoard.* ♃. g. x.
S. vermiſchter Theriac.

℞. *rob. ſamb.* ʒij. *ſirupi de papav.* ℥ß. *Succi.*
ſp. liber. ſine aloe ʒj. ⊖. C. C. g. vj. M. S. Schweiſſafft.

℞. *rob. juniperi* ʒj. *C. C. ph. calc.* ℈ij. S. Safft.

CAPUT V.

Diaphoretica magiſtralia liquida, decocta.

Decocta ligni, ſimplex.

℞. *ligni ſancti raſpati* ℔ß. ▽. *font. calidæ* ℔vj.
Stent in digeſt. per ℘. Coq, ad tertiæ partis conſ. Serventur uſui. DOSIS. ℥v. vj. ſudet æger in lecto bene tectus vel in Laconico.

Compoſitum generale.

℞. *ligni ſancti raſp.* ℔ſ. *cort. ejusdem ligni* ℥ij.
lign. ſaſſafr. ℥j. *rad. chinæ, ſarſap.* a. ℥ſ.
rad. ſcorzon. ℥ij. *glycyrrhizæ* ℥j.
paſſul. major *minor.* a. ℥ij.
jujub. ℥iij. *fol. ſaponariæ* Mj.
Coque in ▽ font. ℔x. in ollâ novâ vitreatâ ad conſ. mediet.
DOSIS ℥vj. in Laconico, horis matutinis.
℞. *reſidentiam hujus* *paſſul. min.* ℥v.
Coq. in ▽. font. ℔vij. Colatura S. Tiſch-Tranck.
Uſus hujus decocti celebris in lue venereâ.

Speciale antiſcorbuticum.

℞. *ligni ſancti raſp.* *ſaſſafras* a. ℥ſ.
rad. chinæ *ſarſaparill.*
ſcorzon. *cichorii*
carlinæ *oxylap.* a. ʒij.
fol. agrimon. *aſpleni* a. Mſ.
ling. cervinæ no. vj. *fumar.* p. v.
Coq. in ſuff. q. aq. f. Colaturæ canth. ij.
ſirup. corall. *de quinque rad.* a ℥ij.
ſpir. cochl. *ſambuci* a ℥j.
In fictilibus duobus. S. alterir und Schwitz-Tranck.

℞. *remanent. prioris decocti,* *ligni ſaſſafr.* ℥j.
radic. chinæ ʒij. *paſſ. min.* ℔$\frac{1}{4}$.
▽. *font. canth.* iiij. Coque & adde
tincturæ viol. ⊖ *lat. edulc. cantharum,* ſ.
In fictilibus duobus S. Tiſch-Tranck.

Alia partibus appropriata.

Alia ſpecialia parari queunt, ſi ligno addantur certis partibus appropriata.

MILII DECOCTUM, SIRUPUS S. AMBROSII ſudorificus appellatus, deſcribitur in aromatoriorum *lib. ſect. 4. de ſirupis.* In hydropico copioſum excitaſſe ſudorem, per octo dies ejus uſu continuato, teſtatur *Horatius Reiſerus conſil. à Scholzio editus*, & in tertianis ad ſudorem ciendum *Antonius Guaınerius. lib. de febribus, ſub titulo tertianæ puræ intermittentis cap. 1.* *Milii decoctum.*

℞. *milii excorticati* ℥ij. *aq. font. claræ* ℔ij.

Bulliant ad juſtam remanentiam. In colaturâ adde vini meracioris partes æquales. Datur hauſtus ante ingreſſum laconici vel lecti.

℞. *milii integri cochlearia* v. *aq. font. ſimplicis* q. s.

Coq. ad crepaturam ſeminis. Adde ſacchari parum. Sudatorium hoc decoctum commendat *Platerus obſerv. lib. 2.* in arthritide poſt partum.

HIRUNDINARIÆ ſeu vincetoxici decoctum docuit experientia miro effectû profuiſſe, tùm in aliis morbis, tùm in hydrope. *Vincetoxici decoctum.*

DECOCTUM CITRIUM HIDROTICUM huc referri poteſt. *Citrium decoctum.*

℞. *malum citrium cum cort. & ſeminibus in taleolas orbiculares tenues ſectum* nō j.
zedoar. *diptamni albi* *tormentillæ* a. ʒj
fruct. rubi idæi ℔$\frac{1}{4}$.
lent. excorticatorum, *tragacanth.* *laccæ.* a. ʒv.
fl. nymphææ *violar.* *borrag.* *bugloſſ.* a. p. v.
a. Mß
rad. ſcorzon. ℥ß. *contrayervæ.*
fol. ſcordii cret. electi p. vj.
ficuum ping. nō x.
ſacchari ℔ſ.

Coq. in ſuff. q. aq. font. ad medietatis conſumptionem.
Colaturæ ℔iij. ad uſum ſerventur.

Prodeſt in malignis, membra æſtuantia humectat, ſpiritus recreat, ſitim exſtinguit, διαπνοὴν promovet. Adſumitur per intervalla hauſtus.

Prodeſt etiam in curatione & præſervatione aliorum morborum, ſingulis diebus horis matutinis, ſi ſumatur ad ℥v. & ad ſudorem corpus componatur.

Præmorſæ radicis decoctum. RADICIS SUCCISÆ decocto cum aliis multum tribuitur in arthritide vagâ.

℞. *radic. morſus diaboli* ℥ij. *ariſtol. rotundæ* ℥ß.
fol. chamædryos *chamæpithyos* a. Mj.
ſummit. ſalv. *roriſm. cum fl.* a. Mj.
lumbric. terreſtr. circulis in coll. inſignitor. & vino prius ablutor. & tritor. no xij.
theriacæ, *mithridat.* a. ʒij.
Coq. in ſuff. q. aq. f. Colaturæ ℥xij. adde
ſirupi de ivâ arthet. ℥iiij.

Exhibeantur ℥iiij. horis matutinis in lecto benè cooperto corpore, vel laconico, per dies iiij.

CAPUT VI.

Infuſum diaphoreticum.

EX cortice Sinenſi paratur infuſum ſummæ commendationis.

℞. *corticis pulv.* ℥ß. *vini græci* ℥iiij.
Stent per noctem. Manè abſorbetur pridie illius diei, quæ febrim antecedit, vel inſtante paroxyſmo, eodem die corpore bene tecto, & ad ſudorem compoſito. Laudatur ad tertianam, quartanam, & alios morbos.

CAPUT VII.

Diaphoreticæ potiones ex aquis, tincturis, acetis, ſalibus magiſtrales.

℞. *▽ rhizoticæ Zwing.* ℥j. *ſirupi acet. citri* ℥ſ.
aq. card. bened. ℥iſ. S. Schwitz-Eſſig.

℞. aq.

℞. *aq. majoranæ fl. pæoniæ* a. ℥j.
extract. ſcordii card. bened. a ℈j.
ſirup. granat. acetoſ. citri a. ℥ſ.
In fictili S. Schweis-Tranck auff ein mahl.

℞. *extracti Norimb.* ʒij. *miſtur. ſ.* ʒß.
ſp. fl. ſambuci ʒiij. *aq. card. ben.* ℥ij.
ſirupi ſcordii ℥j. *rubi Idæi* ℥ß.
In vitro S. Schwitz-Tranck.

℞. *aq. fumar. card. bened.* a. ℥iß.
ſpir. ligni ſancti. ʒj. *ſirup. ſcorz.* ℥j.
In fictili S. Schwitz-Eſſentz.

℞. *aq. chamædryos* ℥ij. *ſpir. ligni ſaſſafr.* ʒj.
ſalis volat. ſang. cervi viper. a. g. iiij.
ſirupi fl. pæon. roris marini a. ℥ſ.
In vitro M. S. Potio utilis in paralyſi.

℞. *aq. galegæ card. bened.* a. ℥iij.
C. cervi ph. ʒſ. *bezoard.* ☽ *ex electro*
♁ *diaphoret* a. g. iiij. *ſirup. granat. acid.* ℥j.
In fictili. S. Schwitz-Tranck.

℞. *aq. card. bened. cochl.* ij. *lap. bez. orient.* g. v. M.

℞. *theriacæ* ʒj. *vini card. ben.* q. s. M.

℞. ▽ *typh. ten. cervi* ℥j. *lap. bezoard.* or. g. ij.
bezoard. ☽ *ex electro* g. iiij. M.

℞. *Tinct. bezord.* ℈j. ⊖ *viperini vol.* g. vj.
In vitro S. Bezoartiſche Schwitz-Tinctur.

℞. *corall. rub. præp. marg. præp.* a. ℈ſ.
♁ *diaphor. bezoard. min.* a. g. ij.
aq. borrag. ſcorzoneræ a. ℥j.
ſirupi acetoſ. citri ℥ſ. M. F. Potio.

℞. *ſpir. vini diaphoretici* ☿*curialis*, quo uſus Elect. Joh. Frid. ʒij.
In vitro S. Schwitz-Eſſenz.

CAPUT VIII.

Diaphoreticæ emulſiones magiſtrales.

Emulſiones temperatiores.

℞. *ſem. aquileg.* ʒiij. *melon. exc.* ʒſ.
aq. card. bened. *ſcorzoneræ* a. q. s.
F. Emulſio, coletur per linteum. Colaturæ ℥iiij. adde
C. C. phil. præp. ʒſ. *coral. præp.* ℈j.
In vitro S. Schweißtreibende Milch.

℞. *ſem. napi* *naſturtii* a. ʒſ.
citri exc. ℈j. *acetoſæ* ʒj.
▽. *fœniculi* *meliſſæ* a. q. s.
F. Emulſ. s. a. Colaturæ ℥iiii adde
cornu cervi ſine igne præp. ℈ij.
ſacchari cum perlis præp. q. s. S. Milch.

℞. *aq. citri* *angelicæ* a ℥ij.
bez. D. *ex electro* *bez. or.* a. g. iiij.
♁. *diaphor.* g. iij. *man. Chr. perl.* q. s.
In fictili S. Schwitz-Tränclein auff ein mahl.

CAPUT IX.

Magiſtralia proponit appropriata.

In ſcorbuto,

℞. *ſpir. cochlear.* ʒiij. ☿. ʒſ.
theriacæ Andr. ʒſ. *aq. naſturt.* q. s.
M. F. Hauſtus.

℞. *ſpir. antiſcorb. noſtri* ℥j. *aq. card. ben.* ℥ij.
mithridatii ʒſ. ⊖. *volat. ſang. humani.* g. vj. M.

hydrope.

℞. *aq. hirundinariæ ſeu vincetox.*
cum vino ♌ ℥iij.
ſalis ſambuci centaur. min. a. ℈ſ.
theriacæ Ven. ℈j. *ſirupi ſcord.* ℥j. M.

CAPUT

CAPUT X.

De altera ſpecie diaphoreticorum, nempe de externis attrahentibus,

UNIVERSALE ARTIFICIALE eſt I. BALNEUM LIQUIDUM in ſolio aq. dulcis calidæ, unum eſt, ſudorem movet potenter. *Balneum.*

II. IN SOLIDIORI ſubſtantiâ, arenâ, milio, tritico conſiſtens alterum veteribus erat in uſu. *ψάμμωσις.*

III. VAPOROSUM ÆSTUARIUM frequentisſimum eſt, LACONICUM; quod Lacones eò frequentiùs utebantur, dictum. Duplex idem conſtitui poteſt: aquoſum & ſpirituoſum. AQUOSUM per decoctorum ſuper ſcorias vel ferrum ignitum infuſorum evaporationem, SPIRITUOSUM per ſpiritus vini accenſionem adornatur. Ad utrumque actum STUPHA ex aſſeribus ligneis compacta, vel lectus ſudatorius ſemicirculo ſuperpoſito, capite ſolùm prominente eſt neceſſarius. Stupha lignea feneſtram habeat parte poſticâ, quæ aperiri poſſit, pro lubitu, ſicubi æſtus nimius fuerit moleſtus. *Aeſtuarium vaporoſum.*

NATURALIA ATTRAHENTIA THERMALIA BALNEA duplicia ſunt: STUPHAE, quæ toti corpori, capite excepto; FOVEAE quæ certis partibus, cruribus vel brachiis aptæ. Sudationes inſtituantur corpore purgato, jejuno ventriculo, ſemel in die, maximè in principio. Una ad ſummum impendenda hora, X. vel XII. dierum ſpacio. Inter ſudandum pars moveatur, ut pori tantò meliùs aperiantur.

PARTICULARIA ſudatoria vaporaria in manus vel pedis unius aut alterius commodum vulgatæ notitiæ. Parantur ex arthriticis ſpeciebus: in hydrope ex decocto ebuli, ſambuci, ſummitatum & baccarum juniperi, fl. chamæmeli. *Particularia.*

INUNCTIO SPINAE DORSI cum oleis calefacientibus, anethino, laurino, eſt ſudoriferum attrahens. *Inunctio.*

CAPUT

CAPUT XI.

Legitima adminiſtrandi ratio circà
τὸ πόσον, χρόνον, καὶ ποῦ.

Admini-ſtratio. Quantitas. QUANTITAS primum locum occupat. Satius eſt in multâ quàm paucâ quantitate ea exhibere, ne materia ſolùm agitetur, ſed etiam expellatur. Niſi ſudent

1\. ægri ſumto medicamento, pejus habent. Non tamen hoc eſt

2\. perpetuum. *Deinde* non ſemel, ſed ſæpius ſudent. Unica ſu-

3\. datio totam non exhaurit ſaburram. III. ταμιευομένη, ἐκ τῶν διαλειμμάτων γινομένη ſudatio, tutior, quam ἀξιόλογος, unâ quæ fit vice. Malè rebus conſulunt ſuis, qui continuando ſudorem ægrum quatuor vel quinque horarum ſpacio ſudare jubent. Sufficit hora unâ vel altera, ad ſummum. In febribus natura raro una vice ſudoris operâ febres diſcutit, ſucceſſivis utitur excretionibus, ſicque cum rei neceſſitate & humoris renitentiâ colluctatur. Imitanda naturæ hæc conſuetudo. In morbo ♀reo quadraginta dierum ſpacio continuatur ſudor. In PESTE correptis qui ſpatio XXIV. horarum quater vel ſæpiùs ſudorem non excitat, parùm ſanè proficiet.

4\. IV. Τὸ πόσον *quantum* ſudorum & δόσις medicamentorum ſedulâ curâ examinanda, ut inter ea occurrat contrarietas οὐκ ἄμετρος, ἀλλὰ σύμμετρος. Æqualis contrarietas omne fert punctum, recta fiat agentis ad patiens applicatio, morbo ne leviori validius opponatur ſudorificum. Cavendum ne carnes colliquentur nimiâ διαφορήσει, & ita cùm multùm prodeſſe ſtudemus, plus noceamus. Tyrannici conſilii eſt, committere, ut corpus digeratur ſudore, & anima deficiat languore. Tantum ſudori indulgeatur, quantum citrà languorem natura ferre poteſt. Argumentum hujus pulſus plenus & ſui juris.

Tempus univerſale. II. TEMPUS. GENERALITER aptum eſt ANNI TEMPUS moderatum, vernum & autumnale. Tum ordinariæ in luis Venereæ curatione inſtituuntur in exteris regionibus ſudationes, imprimis autem verno.

PARTI-

PARTICULARE tempus reſpectu MORBI, eſt DECLINATIO univerſalis, cum coctio humorum apparet. Crudâ adhuc materiâ nocivus ſudor. Illo autem tempore natura talem evacuationem moliri ſolet, & in febribus quidem factâ coctione circà ſtatum. Interdum tamen etiam in principio febrium malignarum, petechialium, magno cum emolumento exhibentur. *Particulare morbi reſpectu.*

In principio acceſſionum febrilium non conveniunt, ſed unâ alterâ vel horâ ante paroxyſmum in intermittentibus.

DIEI ratione tempus ſudoribus aptum, cum actiones ſunt abſolutæ, in ventriculo & habitu corporis, alvique & veſicæ excrementa educta. Qui non concoxit, verba ſunt *Celſi lib. 1. cap. 2.* ex toto quieſcere, neque labori ſe neque exercitationi, neque negotio ulli ſe credere debet. Periculum enim eſt, ne ſi propè concocta ſint alimenta, quæ cruda manſerunt, in habitum corporis deducantur. *Diei ratione.*

Si cruditates in ventriculo & vaſis reſtagnent, quatenus craſſæ, attenuandæ, quatenus quantitate peccant, per alvum & vomitum evacuandæ.

III. LOCUS UNIVERSALIS eſt totum corpus: PARTICULARIS, brachium vel pes. *Locus.*

CAPUT XII.

recta adminiſtrandi ratio reſpectu modi.

IN ACTU ſudandi corpus diligenter tegatur, ab omnique aeris injuriâ defendatur. *In actu ſudandi.*

Ignava facultas SI CUNCTETUR, excitanda, nudo corpore, brachiis corpori admotis & applicatis, cruribusque attractis, admotis lateribus, aut lapidibus calidis, vaſculis ſtanneis aut veſicis aquâ calidâ plenis, & ore ſtragulis ſubjecto. Cum quidam in ſummo neceſſitatis caſu ſudare non poſſet, agnati abſcondebant ſub lecto, cattum cum quo illi intercedebat ἀντιπάθεια: ſudor ſubſequebatur inſcio ingens, magni levaminis nuncius. SOMNO promovetur ſudor. In peſte tamen is

vitetur. Aeger ſi vomitû medicamentum in peſte rejecit, denuò exhibeatur aliud, & topico ventriculus roboretur.

Cautela. In ſudoris citatione per 🜈 accenſum cautione opus eſt ſummâ. Philippus Landgravius Haſſiæ Buzbachenſis noſtrâ memoriâ, in ſtuphâ ſeu laconico exſerto capite ſudans, medicum jubet iteratò accendere vini ſpiritum ſcutellâ terreâ exceptum, cum ſudor moras necteret. Lotichius, medicus ordinarius, ſe excuſat, regerens non eſſe tutam feſtinationem, periculum imminere accenſionis nimiæ. Impatiens moræ princeps jubet miniſtrum officium hoc facere. Quid fit? Improvida manûs liberalitate nimiâ, accenditur omnis in ſtuphâ fuligo. Princeps flammæ impatiens, cum nulla eſſet poſticâ parte feneſtra, neq; janua, nec repagula collo circumlocata tam citò removeri poſſent, aſſeres diſrumpit, & ſe foras prorumpit, parieti illiſo capite, totus flammæ involutus. Inde paucorum dierum ſpacio animam exhalavit, immaturo funere medicos & ægros cautiores reddens. Non deerant, qui in medicum advertendum, eundemque in jus vocandum cenſebant, ſed Sereniſſimæ conjugis teſtimonium ſuſpicionem & cenſuram omnem diluit.

Sin in peſte ſudor non ſequatur, nova diaphoretica exhibenda, etiam ſi priora vomitu non fuerint rejecta.

VIRES, ſi durante ſudore vacillent, cordialibus reſtaurandæ, imprimis buccellâ panis albi in vino rhenano vel malvatico intinctâ.

Continuetur ſudor per dimidiam horam, vel ultra, & ſæpius repetatur.

NIMIS LIBERALITER ſi fluat: ſenſim cohibendus, aëre renovato apertis feneſtris, culcitrâque ſenſim mutatâ.

Poſt ſudationem. POST SUDATIONEM linteis calidis & ſiccis ſudor abſtergatur. In malignis autem aeris ſubita mutatio caveatur.

REFICIATUR æger tandem juſculo aut ptiſanâ hordeaceâ, vel avenaceâ, poſt horam demum elapſam.

LIBRI

LIBRI VI
SECT. II.
De vacuantibus totum corpus ſenſibiliter per urinam.

CAPUT I.

De nomine, & differentiis eorundem, & in ſpecie de propriè dictis internis.

NOMEN acceperunt Διουρητικὰ in genere ab οὖρος id eſt ἄνεμος. οὖρος, *ſcribit Etymologus* παρὰ τὸ ὀρούειν καὶ ὁρμῆς αἴτιον εἶναι, *ab impetu, cujus cauſa ventus* eſt. Ita etiam illa in vapores reſolvunt, inque auras diſflant & diſſipant, quodque reſolvere nequeunt, cum impetû ad renes & veſicam ducunt ex toto corpore. *Nomen.*

DIFFERENTIÆ ſeu ſpecies duæ ſunt: alia propriè, alia impropriè talia appellantur. *Differentiæ.*

PROPRIE TALIA ſunt calida & ſicca. Ita dicuntur, non quod ſola moveant urinas, ſed quod ſolas moveant urinas, non autem lac & menſes. Fundunt humores in maſſâ ſanguineâ contentos, attenuant lympham, & ſeroſitates ab humoribus ſeparatas ad urinæ vias ἀνέμου δίκην *impetuoſi venti in modum* præcipitant. *Propriè talia.*

INDICANTUR ab humoribus ſeroſis & bilioſis lixivioſis ſcoriis, ὅταν μὴ ἀμέμπτως καὶ ἱκανῶς, πρὸς τὸ πλῆθος τῶν ἐσθιομένων καὶ πινομένων κενοῦνται, *cum non inculpatè & ſufficienter, pro ciborum ac potuum ingeſtorum copiâ vacuantur*, ſed ſubſiſtunt in vaſis totius corporis, ita tamen ut ad vias urinæ vergant. Indicantur etiam, cum reſtitant ſine inclinatione ad διούρησιν, ſed, *ut vult Galenus 7. meth. medendi cap. 13.* gibbâ jecoris parte, ſi non adeò ſint copioſi. Multo vitioſo ſucco cum abundaret hæc pars, indicari vult καταπεπτικὰ καὶ τῆς γαστρὸς ὑπακτικά. *Indicantur ab humoribus.*

 Indi-

Indicantur autem imprimis ab illis, cum extrà vaſa irruptionem in partes nobiles minantur. Τοῦτον δὲ τρόπον καθαίρει τὸ αἷμα, καὶ ἔστιν οὐ σμικρὸν ὤφελος. *Hoc modo ſanguinem mundificant per urinam, & non exiguam adferunt utilitatem.*

In toto corpore. Totum corpus per renes & veſicam exonerari, ad oculum demonſtrant diluvia in diabete, affectu raro, quem *Galenus 6. de locis affectis cap. 3.* ſe bis tantùm, *Rabbi Moyſes parte 8. aphor.* nunquam, alii pluries ſe obſervaſſe referunt: nobis bis tantùm occurriſſe meminimus.

In liene. IN LIENE & vicinis partibus reſtagnantes humores nonnunquam indicant per urinas vacuationem. Raró via eſt manifeſta, adeò, ut nullam per renes huic viſceri, ἀλλὰ μόνον διὰ τῆς κάτω γαστρός, *ſed per alvum* patere viam ſcripſerit *Galenus 13. meth. cap. 17.* Translationi tamen huic favent 1. *Hippocrates,* qui Bionem ſplene duro laborantem evaſiſſe refert, hæmorrhagiâ naris ſiniſtræ & copioſâ urinæ excretione. 2. *Galenus* in quartanâ diuretica commendavit. 3. Diureticis ſcorbutici & hypochondriaci ſublevantur. 4. Spontanei naturæ motus in melancholiâ, urinis nigris expulſis, ægris ſanitatem reſtituunt. 5. PULMONES apoſtematibus ſpontaneis & violentis poſt vulnera infeſtati, purulenta deponunt per veſicam.

Permittuntur. à rebus PERMITTUNTUR à TEMPERAMENTO quocunque: nullum eorum uſum aſpernatur. BILIOSI, PITUITOSI, MELANCHOLICI SEROSI has per vias ſublevari amant, præcipuè ſi æger tali vacuationi ſit adſuetus.

præternaturam. RES P. N. multæ permittunt: Affectus cerebri, pectoris, imi ventris, HYDROPS ſitientibus ſe reficiens undis, SCORBUTUS. &c.

CAPUT II.

Diuretica propriè dicta talia.

Interna. INTERNA: RADICES quinque aperientes majores: *apii, aſparagi, foeniculi, petroſelini,ruſci,* & quinque minores: *capparum* ſecundum corticem, *eryngii, graminis, ononidis, rubiæ.* Illuſtriſſimus Nicolaus Contarenus Senator Venetus

Venetus in horto ſuo Burgoſuoro comedens acetarium, cum multo oleo, cui noſtro ſuaſû admiſti turiones ruſci, urinam excrevit ſabuloſam per octiduum. Præſervatus inde fuit per dimidium annum à calculi doloribus. *Urticæ* flavâ & *ſaxifragiæ* albæ grumoſâ rubrâ radice, hâc facultate celebres ſunt. *Raphanus ruſticanus.*

FOLIA. *Daucus creticus, ſaxifrag. umbellifera ſaxatilis, virga aurea.* Turiones *aſpargorum* urinam fœtidam reddunt.

SEMINA quatuor calida majora: *aniſi, carvi, cumini, fœniculi*, & minora, *ammeos, amomi, apii, dauci.*

FRUCTUS & ſemina *ἀλικακάβου Græce*, Arabicè كاكنج *Kakangon Alkekengi*

LIGNUM *nephriticum.*

RESINA *terebinthina* integris ferè viribus, præter quam quod alvum leniat, etiam ad veſicam devenit, urinasque violaceo iridis odore imbuit.

MINERALES aquæ thermales Aponitanæ, duodecim dierum curriculo uſurpatæ, non ſolùm viſcera principalia roborant, ſed etiam vias urinæ mundant.

AB ANIMALIBUS beneficium urinæ expectatur. *Stercus anſerinum, Scarabæus majalis* unctuoſus, ſubcæruleus, qui tactus liquorem gummioſum emittit, *cicadæ, grilli, cantharides in cinerem uſtæ* cum ſirupo diuretico datæ utiliter movent urinas. *Cantharides* interiùs ſumtæ conveniunt, cum urina ſuppreſſa vitio renum. A veſicæ vitio orta *ἰσχουρία* corrigitur cathetere.

PRÆPARATA SICCA: *ſpecies lithontriptica, juſtina, diacumini.* *Præparata ſicca.*

SALIA *ſtipitum fabarum, juniperi, ononidis, petroſelini, teſtarum ovorum.*

℞. *aq. pluviæ tonitrualis* ℔j. 🜕 *præp.* ℥ij.
ſacchari canthi albi ℥vj. Filtra poſt ſolutionem.

In leni digeſtione inſpiſſa, factâ evaporatione. In cellâ frigidâ ſuccreſcent cryſtalli, in vitro. S. Urin treibender Kandel-Zucker.

DOSIS ʒj. ij. In liquorem verti poteſt adfusâ aquâ petroſelini, & exhiberi eâdem doſi.

LAPIDES lyncis, judaicus, nephrit. præp. vel eorum magiſteria.

SPISSA: CONDITUM eryngii, pimpinellæ. MAGISTERIUM *petroſelini*, ELECTUARIUM *diureticum Montagnanæ, juſtinum*. ESSENTIA fragariæ, petroſelini. PILULÆ *de cantharidibus*.

Liquida. LIQUIDA. DECOCTUM *diureticum Cratonis & Quercetani, cicerum rubrorum*, VINUM ὀλιγοφόρον. ▽. *ononidis, petroſelini*. OXYMEL *diureticum Quercetani*.

SIRUPUS *byzantinus*, de ij. *vel* v. *radicibus. de raphano Fernelii*. ▽. *diuretica Zedoariſata*.

CHIMICA, ☍ *terebinthinæ cypriæ, amygd. amararum*. SPIRITUS ⊖. ⊕*lis*, ♀. TINCTURA *baccarum alkekengi, Malvaticum Juniperinum*.

ESSENTIA *cryſtallorum, lapidum* ♋, *aliàs* ☍ *dictum*. ▽ provocans urinam ♂ *Paracelſica lib. 2. cap. 6. de curâ hydropis* propoſita *ſub titulo: cerebri medicina*, placet.

℞. ♀ *rubri* ℔j. ♋ ⊕*li* ℥iiiſ.
hirundinariæ ℔ſ. *Vini ardentis* q. s.

Deſtill. per alemb. Manè & ſerò ſumta pellit urinam, quam & fœtidam facit. Miniſtra in malvatico. Addi poteſt ſpiritûs ⊖ modicum.

LIXIVIUM diureticum Minſichti hydropicorum aquas per urinam expellit, & in iſchurâ ſecretum eſt à variis cauſis. DOSIS ℥ij. & ultrà per ſe & in vehiculis aliis ſpecificis cephalicis vel pectoralibus.

LIXIVIUM ♀ ad nigredinem calcinati ejusdem eſt efficaciæ. DOSIS cochl. j. cum ſpecificis aquis.

LIXIVIUM cinerum herbarum ſpecificarum, in certis partibus & toto hærentes ſuperfluos humores evocare ſolet. Benedictum lixivium cephalicum.

℞. *herb.*

℞. *herb. ſalviæ* *betonicæ*
pæoniæ maris & fœm. *majoranæ* a. q. v.
Incinerentur & cum vino albo potente F. Lixivium.
DOSIS ℈ij. ʒj. in ſpecif. liquore.

℞. *cin.* *ligni* *juniperini,* *fraxini*
ſarment. *vitium,* *fabarum ſtip.*
artemis. *geniſtæ* *abſinthii,* ãã ʒſ.
Vini alb. q. s. S. Lixivium polychreſtum.

CAPUT III.

Compoſita magiſtralia.

℞. *ſeminis dauci cretici* ℈j. *cinam. acuti* ℈ſ. *Pulvis Maſſarianus.*
F. Pulvis, exhibendus in decocto cicerum, manè horâ nonâ, aliquot dierum ſpatio.

℞. *ſalis geniſtæ* *ſtipitum* *fabarum,* a. ʒj. *Sal.*
In pyxide terreâ. S. vermiſcht Pfriemen-Saltz uff viel mal.

℞. *ſp. diacymini* ʒj. *ſang.* *hirci* *præpar.* ʒſ.
lap. *judaici,* *lyncis,* *nephrit.* *præp.* a ℈j.
M. In ſcatulâ S. Reſolvier pulver auff zehnmal.

℞. *ſalis* *juniperi* *cort. ovorum* a ʒſ.
In chartâ S. Treibſaltz. DOS. ℈j. horis matutinis.

℞. *lapidum* ♋ *præp.* ⊖ *juniperi* a. ℈ſ.
ſpir. 🜍. g. iij. M. S. Treibpulver.

℞. ☠ *olei* *terebinthinæ* *ætherei* ʒj.
extracti alkekengi ʒſ. *rad. glycyrrh. pulver.* q. s.
F. Pilulæ ervi magnit. In pyxide S. Harnpillen.

℞. *ol. terebinth.* ʒſ. *juniperi* ℈ij. *ſalis vol. ſuccini* ℈ß. D. g iiij.

℞. *ſpir.*

℞. *ſpir. ⊕li, vel ⊖, aut ♀.* a ʒj. In vitro detur.

℞. *ſpir. ebuli limpid.* ℥iij. *aq. petroſel.* ℥vj.
magiſt. ocul. 69. ʒſ. In vitro. DOS. ℥j ij.

℞. *clyſſi ♁ij majoris apparatus* ʒij. *extracti ſalv.* ʒj.
Stent in digeſtione lenis caloris per noctem. Manè colatura detur ad vitrum. S. Harntreibende Miſtur.

Decoctum. ℞. *radicis apii* *fœniculi*
bardanæ *ſaxifr. grumoſæ* a ʒij.
ſem. aniſi *lithoſpermi* a ʒj.
cicer. rub. *alborum* a. ʒiij.
Coq. in ſuff. q. aq. font. Colaturæ ℥xij. adde
ſirupi de rad. byzant. cum a. ℥j.
In fictili S. Urintreibendes Tränckleīn DOSIS ℥ij.
Ut efficacior ſit operatio, præmittatur terebinthinæ cypriæ lotæ in ▽ parietariæ, in pilulas formatæ cum glycyrrhizâ pulveriſatâ, ℈j. Vel prædicto decocto adde ☍ terebinthinæ ætherei g. vj. ad ſingulas doſes.

℞. *Spir.* ⊖ ℈j. *vini odorif.* ℥viij. *ſirupi alth.* ℥j.
Adſumantur ante & pomerid. horis cochl. iiij.

℞. *julepi diuretici Hartm.* ℥vj. *ſpir.* ⊕ ℈ſ. M.

Pauperum medicina. PAUPERIORIBUS exhiberi poteſt ſequens pulvis.
℞. *rad. ononidis* *graminis*
ſem. fœniculi *apii,* a. ʒſ.
F. Pulvis dandus ad ℈ij. cum decocto cicerum rubrorum calido, vel vino.

POTIO jucundior concinnatur, ſi ſuper prædictas ſpecies infundatur vinum, & ſtent per noctem. Manè datur colatura cum expreſſione.

Redditur efficaciùs medicamentum, additis guttis iiij. aut v. liquoris, quem præbet ⊖ in excavato raphano detentum in humido loco, donec ſolvatur.

Infundi

Infundi etiam poteſt cereviſia ſuper ſtercus anſerum.
Tolerabili pretio comparari poteſt hoc ἀπόρρητον:

℞. *amygd. amar.* nō. x. *Comedantur. Superbibatur vini hauſtus.*

℞. *fol. petroſelini* Mj. Macerentur per noctem in vini ℥x. *ſacch.* q. v. DOS. cochl. v.

CAPUT III.

Externa diuretica propriè dicta.

℞. *Cantharidas Hiſp.* no. vj. Involutæ ſacculo ſericeo appendantur umbilico. Pellunt urinam. Veſicam lædere & ſanguinolentas urinas movere tradunt *nonnulli*. Sed effectus hic raro ſequitur. περιάμματα.

℞. *ſcarabæum majalem unctuoſum.*
Applica eodem modo, in ſacculo, pectini.

℞. ⁂ *ſcorpionum Matthioli* ℥ſ.
In vitro S. Treiböel an die Nieren ſchaem und perinæum zu ſchmieren.

℞. ⁂ *terebinthinæ* ʒij. Eodem modo applicetur.

℞. ⁂ *ſcorpionum ſimplicis* ℥j. *terebinth.* ʒj. *fœniculi* ʒj. S. Euſſerlich Oel an Lenden/und Schaem zu gebrauchen.

℞. *fol. lauri* Mj. *parietariæ* M. iiij.
ſerpilli *chamæmeli* a. Mj.
cort. rad. raphani ℥j. *ſem. fœnic.* ℥iſ.
Contuſa coq. in aquâ. Poſt addatur
⁂ *communis* *oliv.* ℔j.

Factâ per noctem maceratione manè coque ad exſpirationem humiditatis. F. Colatura cum expreſſione. Expreſſum illinatur pubi. Reliquum cataplasmatis in modum ſuperponi poteſt.

℞. *fol. parietariæ* *virgæ aureæ* a Miij.
ſaxifrag. umbellif. Mj. *fl. chamæm.* Mſ.
Coq. in aq. fontanâ Poſt conquaſſ. piſtillo. Adde
ceparum coctarum no. ij. *ol. aneth.* ℥ij.
F. Cataplaſma pubi immediatè applicandum.

CAPUT IV.

Impropriè dicta diuretica, rectiùs οὐρητικά.

TA' οὐρητικά, *autore Hippocrate libro de affectionibus ſub finem*, ξηρά ἐστι καὶ ψυχρά, *frigida ſunt & ſicca*, & eo nomine opponuntur τοῖς διαχωρητικοῖς, τὰ μὲν ἐστι ἔγχυλα καὶ φύσει θερμὰ, *dejectoriis per alvum, quæ ſunt ſucciplena & naturâ calida.* TEMPERATA quædam hîc etiam habent locum, in utraque qualitate, imò leniter calida & humida. Vim habent moderatè attenuandi, refrigerandi, & calorem renum, ſanguinem adurentem & aquoſitatem ejus abſumentem mitigandi, quod denſum eſt, attenuandi, viſcidum abſtergendi, dolores mitigandi, vireſque conſervandi.

Indicantur ab humoribus.

INDICANTUR ab humoribus & ex humoribus genitis ſuccis vias obſtruentibus. Conferunt humiditate ſuâ laxando partes, vias urinarias dilatando & partium tenuitate eas reſerando, vel utroque modo agendo.

Horum frequens uſus in calculo, cum eſt ἐν[illegible]μονῇ καὶ φύσει, in quo propriè dictorum uſus rarus, & non niſi cum liber eſt & friabilis, aut cum in illis locis hæret, ex quibus ſine noxâ expelli poteſt.

RADICES *althææ, cichorii, glycyrrhizæ, malvæ.*

FOLIA *althææ, endiviæ, parietariæ, acetoſæ.*

FLORES *chamæmeli, meliloti.*

SEMINA *quatuor frigida* majora: *cucumeris, cucurbitæ, citrulli, melonum, &* minora *endiviæ, ſcariolæ, lactucæ, portulacæ.*

FRUCTUS *paſſulæ, ficus.*

EX ANIMALIBUS SERUM *lactis deſtillatum, tali leporini, gammarorum fluviatilium ſuccus commendantur.*

MINERA-

MINERALIA. *Acidulæ Stœbenſes.*

DECOCTA varia hunc in ſcopum concinnantur. *Decocta.*

℞. *paſſul. major.* *minorum* a ℥ſ.
fol. veronicæ M$\frac{1}{4}$. *rad. althææ* ℥ſ.
Coq. in aquâ font. q. s. Colaturæ ℥viiij. adde
mellis puri, butyri recentis a ℥ſ.
M.F. Potio. In doloribus à calculo commendatur à Cratone.

℞. *rad. althææ groſſo modo inciſ. & conquaſ.* ʒvj.
Coq. in ▽ fontanâ Colaturæ *x.* ℔j. adde
vitellum ovi unius, butyri majalis ʒiij.
De eo bibat, vel per intervalla hauriat æger difficili mictione à calculo laborans.

℞. *radic. cichorii* *althææ* a ʒij.
glycyrrh. raſæ *petroſelini* a. ℥j.
cicerum rubr. ℥ij. *hordei mundi* Mſ.
paſſul. major. *minorum* a ℔ſ.
ſemin. malv. *althææ* a ʒj.
4. frig. maj. a ʒiſ. *caric. ſuccul.* no. x.
Coq. in ſuff. q. aq. fontanæ Colaturæ ℔ij. adde
ſpir. ⊖ ℈ſ. ☽ g. iiij.
In fictili S. Treib-Tränckleın.

℞. *ſirupi dialthææ* ℥ij. In fictili S. Lind treib Safft. *Potiones.*
Exhibeatur in hauſtu juſculi pinguis.

℞. *ſirup. de alth.* *papav. rhoead.* a. ℥ß.
lap. prunellæ pulv. ℈j. *Decoct. hord. paſſul.* ℥iiij. M.

EMULSIONES locum hîc ſibi vindicant. *Emulſiones.*

℞. *ſem. 4. frig. majorum* cum cortice: hic enim diureticus eſt, medulla magis refrigerat & nutrit. a ʒij.
alkekengi ʒiij. *melonum* ʒij.
Contuſa ſimul emulgeantur
▽. *althææ. & lactucæ* vel *ſeri lactis deſtillati* q. s.
Colaturæ ℥xij. adde *ſacchari* q. s.
In fictili S. Süſſe Treibmilch.

Externa. EXTERNIS naturæ conatus promovendus : inunctione lumborum per oleum liliorum alborum, amygd. dulc., nymphææ. Laxandi vim habent, & ardorem temperandi, cataplasmata ex foliis althææ, malvæ, parietariæ, mercurialis. In iſchuriâ & dyſuriâ à calculo nobilis virgo benè habuit, divaricatis cruribus excepto fumo reſinæ terebinthinæ, carbonibus in arulâ igniariâ injectæ.

ASTU nonnunquam urinæ deditâ operâ retentæ concitantur. Melancholicus, qui verebatur, ne, ſi urinam emitteret, tota urbs diluvio inundaretur, ab inepto propoſito deſtitit, audito rumore, urbem incendiis flagrare, & aquis ad illa reſtinguenda opus eſſe.

CAPUT V.

rectus diureticorum uſus.

1. τὸ πόσον ADMINISTRATIO legitima reſpicit I. QUANTITATEM continuam, artificioſâ conjecturâ determinandam, ne vis inferatur naturæ, aut neceſſitatibus non ſatisfiat. DISCRETA ſeu numerus etiam attendendus. Non frequens debet eſſe eorum uſus.

2. ὁ χρόνος II. TEMPUS GENERALE nullam habet exceptionem. Convenit veri, æſtati, autumno, hyemi.

PARTICULARE reſpectu MORBI eſt DECLINATIO ad reliquias morbificæ cauſæ exturbandas, poſtquam ſaburra in primis, ſecundis & tertiis viis per alvi ſubductionem fuit expurgata.

DIEI reſpectu ante meridiem horis matutinis, & circà nonam exhiberi queunt, coctionibus abſolutis, & alvo depletâ. Non debent exhiberi tempore prandio & cœnæ deſtinato, aut cum alimentis, ne ad urinæ vaſa depellantur, quæ craſſitie & lentore ſuo eadem obſtruunt, aut copiâ nimiâ replent. Exhibenda ſunt vacuo ventriculo.

LIBRI

LIBRI VI.
SECT. III.
De vacuantibus totum corpus per ſalivam.
CAPUT I.
De nomine, differentiis, & indicantibus.

NOMINARI poſſunt πτυε, vel πτυαλαγωγὰ, πτυσμαναγωγὰ, *ſputum cientia, perque ſalivam evacuantia* medicamenta. *Nomen.*

Πτύσις, πτυαλισμὸς ſalivatio eſt artificialis excrementitii humoris per ſputum ex toto corpore per arterias & ſalivales oris ductus evacuatio. ARTIFICIALIS dicitur ad differentiam naturalis: EX TOTO CORPORE ad differentiam particularis evacuationis, quæ ex ore & vicinis partibus educit per apophlegmatiſmos.

Indicantia. INDICANTUR ab humoribus excrementitiis omnis generis, in maſſâ ſanguineâ & habitu corporis detentis, præcipuè autem frigidis, humidis, pituitoſis, certas partes impetentibus, à quibus avocantur, & per arterias & ſalivales ductus ad os devehuntur.

Permittentia r. res naturales. PERMITTUNTUR viribus præſentibus in robuſtioribus, benè carnoſis, viſcera ſana habentibus, mediæ ætatis hominibus. CONTRAINDICAT ætas puerilis, & ſenilis. Non ſolùm cœlum calidius & ferventius, in Hiſpaniâ, Galliâ, Italiâ, æquo animo fert hanc evacuationem, verùm etiam noſtrum clima.

non naturales. INTER NON NATURALES occurrit ANNI TEMPUS, quatenus virium conſervationi ſtudet, VERNALE. Non tamen ardens ſirius, aut glacialis hyems prohibent, morboſis tempeſtatibus inducias non paciſcentibus, ſed neceſſitate frangente legem. ASTRORUM INFLUXUS fauſtus, &

& imprimis ☽æ humorum dominæ auſpicatus magnâ indulgentiâ beneficia promittit.

res p. n. auxilium hoc efflagitant interdum, non ſolùm permittunt.

lues venerea σίφυλις à Fracaſtorio dicta, imprimis ardente hujus auxilii, ceu unici alexipharmaci ῥιζοτόμου ἀντιδότου flagrat deſiderio. Inventor ejus primus Jacobus Carpus anatomicus Bononienſis, ita dives factus ex ſolo hoc curandi modo, ut 40000 aureorum ſcutatorum ſummam, præter argentum, hæredibus ſuis reliquerit. Quod ſanctum lignum non movet, illud exhaurit liquor hic mineralis, ex aquâ metallicâ acidâ, terrâque ♀reâ & ⊖linâ in terræ viſceribus genita, viva & non madefaciens aqua.

in febribus horum locus, ſi putridæ, benignæ, intermittentes, quartanæ. τῆς δὲ θεραπείας ὐδένα ἔχωμεν πεῖραν. *Hujus verò curationis nullam habemus experientiam*, licet per criticam ſalivationem ter vel quater ardentes viſæ ſint terminatæ ad ſalutem. Obſervavere tamen alii in quartanâ profuiſſe.

dolorem capitis contumacem refractarium nullis cedentem remediis aliis, vidimus levi ſalivatione arte factâ reſtitutum.

vertiginem συμπαθικὴν *per conſenſum* hypochondriorum diuturnam, per intervalla repetentem, nullis cedentem remediis cenſuimus in hâc ſacrâ anchorâ pedem figere poſſe. Voto reſpondit eventus.

melancholicus affectus inter ſpem metumque miſeram trahens vitam, medelam ſibi inde promittere poteſt.

maniacus hâc ope reſtitutus, ſalvus evaſit & incolumis, ante ligatus & in vinculis detentus.

epilepsia coindicat hoc auxilium. Non unum, ſed plures ægros hâc viâ liberavimus. Bis tantum ſpes fefellit, ubi radices mali ab hæreditariâ infiltratione erant firmatæ.

arthritis indicat, & auxiliares copias in actu præſervationis expectat à ſalivatione arte factâ.

scabies contumax nullis cedens remediis, etiam benigna, nullis pravæ indolis particeps cedit ſalivationi.

ULCERA tibiarum diuturna, imò antiqua prudenti inunctioni & vel levi ſalivationi cedere experientia crebra teſtatur. Abrahamus Hönniger Judex provincialis hujus municipii benè meritus, ulcere tibiæ ſordido, fœtido, Mathuſalemæo laborans, corpore purgato per alvum & ſudorem, leniter aliquoties per intervalla unguento mercuriali in juncturis artuum ſuperiorum & inferiorum tactus, placidâ ſalivatione, negociis ordinariis nullam concedens vacationem, radicaliter fuit reſtitutus. Nulla damna à reſtincto fluxu ſenſit, ſanitate uſus illibatâ. Triennio poſt herniâ inteſtinali, mediâ hyeme cum per nivoſa loca iter faceret, incarceratâ exſtinctus.

Spontaneæ ſolutiones febrium ardentium, arthriticorum dolorum, ſcabiei, ulcerum antiquorum per ſalivationem, dederunt occaſionem cogitandi de hoc præſidio.

CURATIO horum affectuum nonnunquam fit ex inſtituto, nonnunquam caſu fortuito. *Curatio.*

EX INSTITUTO cum aliis generoſis nihil proficeretur remediis, multi feliciter ſunt reſtituti. *Ex inſtituto.*

CASU FORTUITO curatus epilepticus 40 annorum, cum lue venereâ correptus, inungi ad ſalivationem ſe pateretur: nec non alius connatâ connutritâque arthriticâ diſpoſitione laborans, cum medicamenta πτυελαγωγὰ ad luis ejusdem profligationem admitteret. Sartor Pariſiis herniâ aquoſâ laborans, cum lue venereâ infecto poſtquam uno decubuiſſet lecto, ipſe infectus, fruſtrà in auxilium adſcito decocto ligni, inungi ſe paſſus, ab utroque liberatus fuit malo. Nobilis vir arthriticis paſſionibus obnoxius crebriſque paroxyſmis, cum metus gravioris mali à lue venereâ accederet, inunctione mercuriali ab utroque malo liberatus fuit. *Caſu.*

PRIMA vice inunctus venereus, dolorem ſenſit circa umbilicum & lumbos. Dejecit alvum ter: mox exerevit calculum ervi magnitudine cum urinâ.

Mercurialia alvum, ſudores, urinam, ſalivam movent. Quò liberalior ſalivatio, eò parcior alvus. Διάῤῥοια ſequuta in hoc ægro, non ex propoſito, ſed caſû.

CAPUT

CAPUT II.

αἱ δὲ ὕλαι materiæ τῶν πτυσμαναγωγῶν universalium.

NOn ſunt multæ numero, ſed una eſt, omnium ſuſtinens vicem, ARGENTUM VIVUM, terreſtrium Planetarum complens numerum & claudens chorum. Hic Protei verſipellis in modum varias oſtendit medicamentorum formas.

☿⏗. MERCURIO ⏗TO RUBRO in LUE VENEREA innititur ſalivatio, modo vulgò recepto violentiſſimo.

℞. *præcipitati rubri decente per aq. roſarum lotione correcti* g. vj. vij. viij.
conſervæ roſarum ʒſ. F. Bolus.

Adſumatur horis matutinis in cochleari cerevifiæ calidæ, vel decocti hordei calidi. Superbibatur hauſtus: ſequentibus diebus ſecundo & tertio, eadem doſis reiteratur. Sic per alvum, vomitum, & ſputum evacuatio ſequitur. Si contigerit, in robuſtioribus, quod voto non reſpondeat, ſolent hujus curationis periti per intervalla parum ſequentis pulveris maſticandum exhibere.

℞. *maſtichis pulv.* ʒj. *☿rii dulcis* ℈ſ. vel F. Pulvis.

TURBEDON MINERALE ejusdem eſt efficaciæ.

AQUILA vel COLUMBA NOSTRA ALBA, & AUREA

☿♎. HERMETIS PURPURA laude digna.

MITIOR eſt ſecundus modus, ſed longior. Perficitur Mercurio ♎to dulci.

℞. *☿ſati dulci* ʒſ. *magiſt. gem. gottæ* ℈ſ.
conſerv. violar. ʒj. M. F. Bolus.

Singulis octo diebus continuis exhibeatur, horâ matutinâ, hauſtis prius aliquot cochlearibus cerevifiæ coctæ cum pane.

pàne. Superbibat mox hauſtum cerevîſiæ calidæ. Si non ſucceſſerit ſalivatio, in ſubſidium adhibeatur maſticatorium propoſitum.

TERTIUS modus per INUNCTIONEM commodior. 3. χρίσις.

℞. ☿rii vivi ℥v. *pingued. ſuillæ non ſalitæ* ℔j.

In mortario lapideo, ligneo piſtillo contundatur pinguedo, eique ſenſim miſceatur ☿, donec planè ſit abſorptus. Adde
maſtichis pulveriſ. ℥j. *fol. ſalviæ roriſm. pulv.* a. ʒij.
℅ *terebinth.* *laurini* a ℥j.
pulpæ pomorum dulcium coctorum, & à cortice & nucleis mundatorum nō ij. Miſce per dimidiam horam in mortario ducendo.

Applicatur ſemel in die ordinariè, jejuno ſtomacho, nonnunquam bis, matutino & veſpertino tempore, in calido loco, manibus & pedibus tranſverſim, non in longum, ad latera ſpinæ dorſi, abſumendo ſingulis vicibus ℥iij. ita tamen ut doſis augeatur uſque ad ſalivationis initium. Ultrà dies tres vix continuò inungendum, quarto ſalivatio expectanda. Inunctione peractâ ſingulis vicibus ſtupis ex lino aut cannabe factis tegendus, calidis linteis cereis obvolvatur æger, & ſtragulis committatur. Incumbat lecto ſudatorio, cum arulâ igniariâ per horam, ad ſudoris promanationem. Poſt alii lecto imponatur.

QUARTUS MODUS abſolvitur EMPLASTRORUM mercurialium adplicatione. Tale eſt emplaſtrum ranarum cum ☿rii duplo ac triplo. 4. ἐμπλάστρωσις.

QUINTUS MODUS per SUFFUMIGATIONEM ʒʒ. *ſtyrac. calam. thuris, maſtichis, benzoini, nuc. moſch. bacc., juniperi*, jam venit in deſuetudinem, ut nervoſo generi maximè nocivam. 5. κάπνισις.

Nos bino incedendum crure & ☿curialia intus, & extus adhibenda in luis emendatione cenſemus. Enixeus.

IN cæteris enarratis affectibus ſalivatio modo ſimili inſtituta facit miracula, moderanda periti medici, & in hâc palæſtrâ exercitati prudentiâ.

CAPUT III.

recta adminiſtratio.

TAntò majori ſalivalis curandi methodus habenda in obſervantiâ, quò lues & alii affectus obſequii ſe exhibent indociliores.

Quantitatis, usus legitimus, QUANTITATEM remediorum reſpiciens, certos habet GRADUS. In lue mitiori incipiente, quæ decocto ligni tolli poteſt, non opus eſt ſeveriori animadverſione, ſed in augeſcente & confirmatâ. Levis inunctio & ſalivatio tollunt affectus leves, etiã ſine medicamentis internis: operoſior graves.

Subducta ad benè medendum ratio jubet evacuationem fieri *ἀνάλογον τῷ μεγέθει τῆς δυσκρασίας, quantitati exceſsûs intemperiei* & peccantis humoris *reſpondentem*, debitâ menſurâ & numero non nimis impetuosè, nec nimis tardè.

LUES VENEREA, quæ *κατ᾽ ἐξοχὴν* indicat hanc curandi methodum, expoſtulat ſalivationem ut remedium contrarium, & quidem potentius morbo ipſo. *μεῖζον εἶναι χρὴ τὸ ἄκος ἐς λύπην τοῦ δὲ παθήματος, majus debet eſſe remedium illud hoc morbo.* Non ſufficit, quod ſalivatio adhibeatur, ut contrarium, ſed oportet attendere contrarietatis hujus menſuram. Non debet ſe habere ut contrarium *ἄμετρον* majus, minusve, ſed ut *σύμμετρον* æquale.

τὸ τῆς ἑκάστου φύσεως ἴδιον ἄρρητόν τι καὶ πρὸς τὴν ἀκριβεστάτην ἐπιστήμην ἄληπτον, cujusque naturæ proprietas ineffabilis, nec exactiſſimâ ſcientiâ comprehenſibilis, an & quâ menſurâ poſſit hanc vacuationem ferre, attendendum.

Evacuatio ſalivalis parcior inſtitui debet, virus ſi ſit mediocre, liberalior, ſi intimiora pervadat penetralia, in iisque radices egerit profundiores. Celerius iterari poteſt ſalivæ concitatio in robuſtioribus, & humores reſolubiles habentibus tardiùs & moderatiùs in debilioribus, παχυτέροις.

temporis, TEMPUS attendendum matutinum, cum ventriculus vacuus, & natura ordinariis ſe liberavit ab excrementis.

loci ratione, LOCA INUNCTIONUM ſunt nota.

CAPUT

CAPUT IV.

Diſſenſus aliorum.

DE ſpinis promittere roſas, de rubo uvas ſalivationis patronos, cenſent nonnulli.

Curatio eſt neque cita, neque tuta, neque jucunda. Peccat in ſanctas has leges à vetuſtate magnâ devotione conditas, & ab *Aſclepiade, autore Celſo, lib. 3. cap. 4. & Galeno 14. meth. medendi cap. 13.* promulgatas.

CITA non eſt: non contenta quatuordecim, XX. & plurium dierum ſpacio, nonnunquam ultrà vagatur. Interim labitur tempus, & moleſtiæ plenæ curæ anxium & ſuſpenſum tenent animum, ſpem inter & metum. *Curatio non eſt cita.*

TUTA non eſt curatio, ratione materiæ, effectûs, producti & incerti exitûs. *Tuta non eſt curatio.*

Periculoſum eſt medicamentum ☿rius, uti etiam omnia ☿curialia, quocunque etiam modo ſint præparata & correcta medicamenta I Non renunciant parenti ſuo, ſunt & manent ☿. faciem etiam ☿ii repræſentant, cum reviviſcant levi artis accedente operâ. *1. materiæ ratione.*

II. Venenatus ut eſt ☿, ita & medicamenta ex eo parata. Vapore ſuo aurifabros reddit tremulos.

III. Præcipitatus ruber mercurius eſt corroſivus, vim habet cauſticam. Hæc nota eſt omnibus chirurgis, qui in ὑπερσαρκώσει ulcerum luxuriantem carnem, das wilde fleiſch / illo inſperſo abſumunt. Ab exteriori noxâ judicium ferendum de internâ. Præcipitati ☿rij virulentiam interiùs & exteriùs uſurpati pluribus hiſtoriis illuſtrant *autores.*

SYMPTOMATA adſunt graviſſima: in ore & faucibus exulcerationes, in palato eroſiones, lingua intumeſcit, dentes vacillant, labia fœdæ ſalivæ contactu excoriantur, oculi nonnunquam inflammantur, cor anxietates ſentit, appetitus ſolidorum evaneſcit, ut & maſticatio & deglutitio, tanta profluvii alvi nonnunquam vehementia, ut cruenta excernantur. Miſerabilis & fœda omnis circumhabitatio. Effectus hi tremendi *2. ſymptomatum ratione.*

Ffff 2

mendi ſequuntur, ſive interiùs mercurius adſumatur in formâ præcipitati rubri, ſive inunctio fiat.

3. *Incerti exitus ratione tuta non eſt* IV. Requiſita tutæ curationis hìc deſunt, *à Galeno 14. meth. med. cap. 13.* adſignata. 1. Rarò abſolutæ curationis terminum adſequimur: 2. ſæpius ægrotum lædimus. 3. impedire ex toto non poſſumus, ὡς μὴ ῥαδίως ὑποτρέψαι τὸ νόσημα, *ut vitium non facilè refertatur.*

Jucunda hæc curatio non eſt. ΑΝΩΔΥΝΊΑ JUCUNDITAS hìc exulat: tædium vitæ caperata frons oſtendit. Continuò profluit ſaliva, æger ſemper exſpuere cogitur, ut ſomno vacare nequeat. Vacillant dentes. &c.

CAPUT V.

Diluit diſſentientium ἀράχνίων ὑφάσματα.

R. *Ad primam objectionem* Deficere τὴν τοῦ χρόνου τῆς θεραπείας βραχύτητα, *temporis curandi brevitatem* conceditur. Feſtinatio periculoſa eſſe ſolet nimia. Ideò celeritatis ſtudium moderandum. οὐ τῷ τάχει μᾶλλον, ἀλλ' ὡς δεῖ, δημιουργεῖν, οὐχ' ὑπερβατικῶς. *Non celeritati magis attendendum, quàm ut quomodo oportet, perficiantur, neque defectuosè.* Finis exoptatus coronat opus.

Ad ſecundam. ΑΣΦΆΛΕΙΑ duplex conſtitui poteſt: una ἁπλῶς, altera κατά τι talis. In curatione luis venereæ & aliorum affectuum non ſemper reſpicienda eſt ſecuritas abſoluta, ſed interdum cum periculo juncta, ut explanat *lib. 4. ſectio 1. cap. 30.* Qui ſecuritati nimis indulget, deficit in generoſitate. Difficillimum autem eſt invenire remedium generoſum, ὁ μηδὲν βλάπτον, ὀνήνησι μεγάλως, *quod nihil lædat, & magnificè proſit.*

3. PERICULOSUM medicamentum eſſe mercurium conceditur aliquo modo, non ſimpliciter. Innoxiè adſumi crudum in ſubſtantiâ, caſus fortuiti, tum deliberato animo in verminoſa inteſtinorum congerie factæ propinationes docent. Non nocet ſubſtantiâ, ſed pondere, ſi modum excedat. Ad ℥j. adſumtus per alvum dejectus nullam corpori impreſſit noxam.

Periculoſa eſſe omnia ex Mercurio præparata medicamenta, ſi debita accedat præparatio, negatur. Solâ lotione per aquã roſa-

roſarum præcipitatus ruber ita cicurari poteſt, ut planè cauſticam vim amittat, dū ſalia corroſiva, quæ ipſi inſunt, ab 🜄 extrahuntur. Dulcis poſt evadit, & ad Ə(. Ə). innoxiè adſumi poteſt. Sed ſi planè liberetur hoc modo, non facit officiū expetitū. Ideo mod⁹ obſervand⁹. Non omnes periculoſæ navigationes naufragæ: non omnes periculoſæ medicationes vitæ & ſaluti inſidioſæ.

Neque ex eo capite diris devovenda mercurialia medicamenta, quod reſuſcitari & in vitam revocari queant. Facilis hæc eſt reſuſcitatio, non enim præparata ſunt ex eo *διὰ κίνησιν μεταβλητικὴν, per generationem transmutatoriam* ſubſtantialem primi, ſed ſecundi & tertii modi, in quâ occurrit *κίνησις μετατοπικὴ καὶ χωριστικὴ διάκρισις, localis atomorum ſeparatio, & diſterminatio,* per aquam ſtygiam, ita tamen, ut ſubſtantia & forma mercurii maneat.

Locum habet hæc reſuſcitatio extrà corpus, in corpore non item: & quamvis haberet, nulla tamen inde timenda noxa.

VENENATUS enim non eſt, nec venenis, quæ totius ſubſtantiæ proprietate naturæ humanæ adverſantur, cordique pericula intentant, accenſeri poteſt.

CORROSIVAM vim habere præcipitatum rubrum, qui præparationē non eſt expertus, conceditur, de altero diſtinguitur. Sine vi præparatus, ritè officium ſuum facere nequit. Heroica eſt curatio, non pygmæa. Duro nodo durus quærendus cuneus.

SYMPTOMATA, inde quæ ſequuntur graviſſima, ſunt in aprico. Corroſionem experiuntur fauces, gingivæ, ſanguinem interdum evomit anus. Sit ita! Lues inveterata mitioribus, ut guajaco, eradicari nequit. Ordo naturæ eſt ſuaviter gubernantis, ut fauces, palatum, gingivæ, ventriculus, inteſtina patiantur, ne totum pereat corpus, & ut aliæ partes, cujuscunque ſint generis, à ſarcinâ liberentur. Qui æger rigori huic ſe ſubmittere renuit, abeat in malam crucem, cum fœdo ſuo malo. Qui medicus hujus religionis negotium non intelligit, committat idem aliis, ne ex curabili malo tandem fiat incurabile.

Lues venerea, & alii morbi, incurabiles fiunt ex accidente, errore 1. ægrorum, generoſa præſidia non admittentium. 2. medicorum, præ tumiditate & imperitiâ generoſa præſidia

non conſulentium. Id explanat *lib. 3. ſect. 2. cap. 7.*

III. Incertus exitus diluitur. Ob defectum requiſitorum à fortuitis caſibus enatorum præſidium hoc omitti nequit. Faciat medicus officium, Deoq; rem committat & naturæ. Scopum medicus in levibus quibusdam curationibus haut adſequitur, nec tamen deſperat. Locum hîc habet *Hippocratis aph. 52. l. 2.*

Quarta objectio. JUCUNDITAS nonnunquàm poſtponenda.

CAPUT VI.

De curatione aliorum morborum per mercurialia interna & externa, dubia.

1\. MOveri queunt ab iis, qui curationem talem non, niſi lue Venereâ infectis, ceu propriam, & iis imprimis, in quibus alia medicamenta ſufficere non videntur, adhibendam cenſent.

2\. Incongruum videtur ad fomitem epilepticum tollendum talia adhibere medicamenta, quæ nervis bellum indicunt. Le remede eſt pire de la maladie.

3\. Articularibus morbis eadem opponere, eſt fovere imbecillitatem articulorum, quæ ad fluxiones has recipiendas mirificè diſponit.

4\. Mercurius nervoſis partibus aurifabrorum, qui vaſa argentea malagmate ex ☉ & ☿ veſtientes, fumum illius ſedulo caventes, in aëre libero, ſecundo vento ſedent, inimicus cenſetur.

Noxius eſt contactu crudo, inunctione, ſuffitu. Non qua-
5\. litates ſolùm communicat, verùm etiam ſubſtantiam in exiles moleculas attenuatam. Funeſti eventûs hiſtoriæ, *à Schenkio l. 7. obſerv. de argento vivo* collectæ, deterrêre poſſunt quemlibet ab hâc curatione.

CAPUT VII.

Reſpondetur ad hæc argumenta,

1\. *in genere.* IN GENERE. Nulla remedia ſunt uſurpanda, ſi ſufficiat natura expellendo morboſo oneri, multò minus magna & heroica, minorum gentium quæ ſunt, facere officium ſi poſſint.

In

In SPECIE, qui melancholici uno vel altero adſumto medicamento helleborato reſtitui queunt, illi non ſunt ad Anticyras mittendi. *in ſpecie.* 2.

Qui epileptico vel arthritico miaſmate contaminati à guajacinâ diætâ liberationem impetrare poſſe præſumuntur, illis invidenda haut eſt fortuna hæc.

Quod autem lue venereâ infectis ſolis competant beneficia ſanationis liberali manu in Mercurium collata, illud nemo credat. Intereſt ſalutis humanæ aliter ſentire.

PROPRIA eſt lui venereæ hæc curatio, ſed non quarto modo, ut uni, & ſemper, & ſoli conveniat. 1.

Teſtatur ſecuræ fidei experientia, à præſentiâ vitioſorum humorum plus nervis imminere periculi, quàm à Mercurialibus, evacuationi eorundem operam navantibus. Imò in feliciter reſtitutis nihil ſiniſtri inde animadverſum; neque in epilepticis, nec arthriticis. 2. 3.

Sanitati ſuæ bonâ ratione conſulunt aurifabri, ab ejus fumo qui ſibi cavent. 4.

Conceditur, incautum ☿rii uſum noxium. Primus æger Schenckianus, *à conciliatore* memoratus fato functus, oſtendit in ventriculo ſuo ☿rii vivi ℔j. Non potuerunt fata de eo aliter diſponere. 5.

Alter *χρυσοποιος* æger fumo ☿ii imprudentiſſimè disrupto vaſe, ſine dubio cum aliis venenis admiſto ſecundùm canones, mundo valedixit.

Idem judicium ferendum de aurifabris adnexis, à Fernelio allegatis. Hic vir ſummus in heroicis his artis operibus non fuit excitatus.

Laurentii Scholzii æger, in cujus venis, poſt crebrum uſum, Mercurius fluere & refluere fuit viſus, elevato brachio & rurſus demiſſo, qui curatus tamen ſit tandem omnibus tentatis pimpinellæ ſucco, eſt NON ENS, referendum ad convivia, in quibus fabulæ apponuntur pro epulis.

LIBRI VI
SECT. IV.
De inſenſibiliter discutientibus humores tenuiores, & flatus.

CAPUT I.

Nomen. Indicatio.

Generali poteſtate comprehenduntur ſub diaphoreticis. Vacuationi alicujus rei præter naturam dum operam navant, vim hanc exeercent. Ἀντιφυσικὰ in ſpecie appellari merentur, cum vapores & flatus parti alicui moleſtiam tenſione, vel dolore parientes, adoriuntur, & *τὸ φυσῶδες καὶ τὴν ἄδηλον τῇ αἰσθήσει διαπνοὴν flatuoſum per inſenſibilem transſpirationem* diſcutiunt.

CARMINATIVA communi conſuetudine dicuntur, ab antiquo caro, carere quod aſſonat *κείρω* id eſt tondeo. Inde carmino, id eſt, lanas pecto, quod decerpant aliquid noxii, ut pecten à lanâ carptâ ſordes evellit.

INDICANTUR talia nonnunquam, ab atomis & moleculis humorum exilibus, quæ evocato craſſamento ſubſiſtunt in minutisſimis viſcerum poris, nonnunquam etiam in cavitatibus majoribus & minoribus auris, hinc & inde flatuum ſub formâ meantibus & remeantibus.

PERMITTUNTUR præſentibus viribus, quibus pacem & tranquillitatem magis promittunt, quàm bellum minantur, reliquisque rebus naturalibus conſentientibus, & non naturalibus conſpirantibus.

RES P. N. ut inflationes ventriculi, inteſtinorum in dolore colico, hoc remedium ſuo quaſi jure efflagitant.

CAPUT

CAPUT II.

Inſtrumenta horum remediorum, officinalia ſimplicia, compoſita.

NOn ſunt nova quædam naturæ inventa, ſed novarum ſolùm applicationum, ad certos ſcopos collimantium artificioſæ variationes. In reliquiis affectuum cerebri cephalicâ, in pectoris thoracicâ, in ventriculi ſtomachicâ &c. facultate prædita ſunt, vix aliquid habent peculiare, & ex illis claſſibus depromi queunt.

RADICES *angelicæ, ireos, fl. helenii, trifolii aquatici calidiſſimæ, acori veri albi, rubri, zedoariæ* excellunt.

HERBÆ *majorana, anethum, hyſſopus, marrubium, menthæ criſpa, origanum, polium montanum, ſerpillum, veronica.*

FLORES *anethi, chamæmeli, ſambuci.*

SEMINA *anethi, aniſi, cumini, carvi, dauci, fœniculi, petroſelini, rutæ.*

CORTICES *aurantiorum, citri, cinamomum.*

PRÆPARATA SICCA. SPECIES *decocti carminativi Auguſtanorum, aromat. caryophyllati, Διὰ ἀνίσου, diacymini.* Pulvis *anticolicus Dorncrellii.* ☉ *fulminans.*

ELÆOSACCHARA calida omnia, varianda pro partium affectarum ratione.

CONFECTA *cort. aurant. citri, aniſi, cardamomi, cinamomi, coriandri, cubebar. fœniculi.*

EMPLASTRUM diaphoreticum.

MEDIA PRÆPARATA ſunt: theriaca, mithridatium, conſervæ, condita, extracta, balſama, certas reſpicientia partes.

LIQUIDA ſunt: DECOCTA carminativa, GENERALIA: *carminativum Auguſtanorum,* HYDROMEL *vinoſum carminativum Quercetani.* VINUM *Hippocraticum.* SPECIFICA certis deſtinantur partibus, ▽ carminativa communis, ſpecialis *contra colicam: Mentha ventriculo imprimis deſtinata eſt.*

SPIRITUS ET ESSENTIÆ ſunt generales, vel ſpeciales: *angelicæ, roriſmar., majoranæ, lilior. convall., apoplectica compoſita*, capiti: *theriacalis, carfunculi*, cordi: *menthæ, acori veri*, ventriculo: *ſpiritus cochleariæ*, lieni ſcorbutico: *zedoariæ*, utero: *lumbricorum terreſtrium*, artubus: SPIRITUS *ex ſeminibus calidioribus*, ut etiam *ἀντιφυσικὸς, chim. art. form. lib. 3. ſect. 1. artic. 2. cap. 21.* delineati, ut pecten carminat lanam, quicquid in eâ alienum purgando, ita etiam in microcoſmo flatuoſos ventos removent. SPIRITUS *cornu cervi*. ☍ *cornu cervi* ſpiritu arthritico vegetabili dilutum, inſenſibili diſcuſſione mirum levamen promittit, diſcuſſoriâ ſuâ poteſtate, in deſtillationibus frigidis & flatibus, attrictus digitis ad ignem calefactis. Penetrat cutis poros, adeò ut nullum ejus appareat veſtigium.

SIRUPORUM eadem ratio, ut & ☍ DESTILLATORUM ET COCTORUM aliorum. Variari & hæc partium affectarum ratione poſſunt.

CAPUT III.

Inſtrumenta inſenſibiliter evacuantium ſeu diſcutientium, medicamentorum, magiſtralia, compoſita interna & externa.

Generale. ℞. *aq. anethi* *aniſi cum vino dl.* a. ℥iij.
miſt. ſudorif. cathol. *noſt.* *ord.* ʒj.
In vitro M. S. zertheilende Miſtur.

ſpeciale cephalicum. ℞. *aq. majoranæ* *fl. tiliæ cum vino* a. ℥j.
miſt. ſimpl. comp. antiapopl. *antidinicæ* a. ʒi.
eſſent. roriſm. *angelic.* a ℈j.
eleoſacch. majoranæ *lil. convall.* a. ʒj. M.

In reliquiis paroxyſmi apoplectici, epileptici, aliorumque adfectuum capitis diſcutiendis utilis eſt.

DOSIS cochl. ſ. cum vino q. pl.

pectorale. ℞. *miſt. contra tuſſim n. ordinat.* ʒij.
eſſent. veron. liquidæ. ʒj. *croci.* ℈ſ.
eleoſacch. *aniſi* *fœnic.* a ʒj.
In vitro. S. Windt zertreibende Miſtur.

℞. *miſt.*

℞. *miſt. ſtomach. noſt. ord.* ℨj. *ſpir. menthæ* ℨij. *ſtomachalis,*
In vitro S. Windtreibende Miſtur.

℞. *miſturæ ſimpl.* ⊕*latæ,* ♀*tæ, theriac. camphoratæ* ℨij, *ſplenetico-*
ſpir. cochlear. comp. antiſcorb. ℨiij. *ſcorbuticum.*
In fictili. S. Scorbutiſche Miſtur. DOS. ℨſ.
in hauſtu cerevisiæ.

℞. *flor. roſar. rub. peoniæ* *Sacculi, cephalicus.*
lilior. convall. citri a. Mſ.
ſumm. majoranæ origani a. M¼.
antheræ ſeu alcool muſci terreſt. clavati ℥ſ.
℅ *cinam. angelicæ* a. ℈ſ.
Miſce pulveriſata. S. *ξηρὸν ἀνθηρὸν pulvis floridus* ſacculo indendus, & ſuturæ coronali debito loco adponendus.

℞. *ſummitat. menthæ criſpæ, origani* *ſtomachalis floridius ſacculus.*
comarum abſinthii pont. hyſſopi a Mj.
fl. roſarum agerati a. Mß.
violar. bugloſſæ a. p. ij.
Conciſ. cont. s. a. dentur ad chartam,
S. *ςομαχικὸν ἀνθηρόν.* S. Blumen-Säcklein.

℞. *fol. origani, abſinth. vulgaris ruſtici.* *collicus.*
calamenthi mont. centaur. min.
lauri ſerpilli a. Mj.
rad. helenii leviſtici a. ℥j.
cort. citri aurantior. a. ℥j.
avenæ hordei a. Mj.
ſem. cmini prat. fœniculi a. ℥ij.
χοίρων ἐξωνυχισμένων, liliorum exungnium Mij.
Conciſ. cont. dentur. ad chart. S. Spec. zum Säcklein.
Super igne, vel lateribus calidis alteratus abdomini imponatur.

℞. *gom. tacamahacæ* ℨiij. *Emplaſtrum.*
Extendatur in ſindone rubro vel nigro, & temporibus applicetur, in dolore capitis pulſatili.

Θυμίαμα. ℞. *ſuccini flavi* ℥iiii. *ſtyracis calam.* ʒij.
ligni rhodii min. raſp. ʒj. *maſtich.* ʒiij.
fl. roſar. rubr. p. vj. *caryophyll. aromatic.* ℥ß.
M. s. a. S. Species zum Rauch-Pulver.

Clyſteres carminativi. CLYSTERES, inteſtina ſi turgeant flatibus, ex decocto carminativo proſunt. Τὸ δὲ κύμινον εὔστομον ἁρμόζει πρὸς στρόφους, καὶ ἐμπνευματώσεις, ſcribit *Dioſcorides lib 3. capite 61.* ἐγκλυζόμενον ἑφθὸν σὺν ἐλαίῳ, καὶ καταπλασσόμενον σὺν ὠμῇ λύσει. *Cyminum, ori gratum & ſuave, contra tormina inflationesque decoctum cum oleo, clyſtere utiliter infunditur. Pari utilitate cum hordeaceâ farinâ emplaſtri modo utiliter imponitur.*

Clyſter. ℞. *fol. calamenthi* *origani*
mercur. *malvæ* a. Mſ.
rad. helenii *cort. aur.* a. ℥j.
fl. chamam. *ſambuc.* a. Mj.
ſem. lini *aniſi* a. ℥j.
Coq. in ſuff. q. aq. font. Colaturæ ℔j. adde
ol. rutacei ℥iij. *bened. lax.* ℥j.
ſalis marini ʒj. ☿. ʒſ.
M. F. Clyſter.

LIBRI VI.

SECT. IV.

De evacuantibus particularibus, communiter dictis, licet etiam illa ad totius corporis emundationem faciant indirectè.

CAPUT I.

De iis in genere, in ſpecie de errhinis.

Tres

TRes particularium caput evacuantium βαρβαριζόντι licentiâ CAPUTPURGIA vocatorum, conſtituuntur ordines. PRIMUS complectitur errhina, SECUNDUS ſternutatoria, TERTIUS apophlegmatiſmos. *Tres dantur ordines.*

INDICARI ajebant veteres ab excrementitiis humoribus in ventriculis & ſubſtantiâ cerebri collectis, aliò ad nobiliores partes vergentibus. *Indicantia veteri decreto.*

PERMITTUNTUR conſentientibus rebus ſecundùm naturam, non naturalibus, & præter naturam. Urgentur à variis cerebri affectibus, dolore capitis, epilepſiâ & aliis. *Permittentia.*

Hæc doctrina in multis naufragium hactenus fuit paſſa. *Errorem recentioris ætatis.*

Recentior ætas cenſet non humores in cerebro collectos ab iis per nares & palatum evacuari: nec quæ evacuantur eſſe excrementa nutritionis in narium mæandris, & palati fauciumq; membranis acervata, ſed *nonnullorum arbitratu*, bilioſos, pituitoſos, melancholicos & ſeroſos partim ab arteriis, ex toto corpore, partim à ductibus ſalivalibus eò derivatos humores.

INDICANTUR hâc ratione à cacochymicâ impuritate ſanguinis, ſero plurimo dilutâ, ut caveatur ejus influxus in cerebrum, & ulterior cum circulato ſanguine permiſtio, adque nobiliores partes delatio. *Indicantia novorum ſtatutorum tenore.*

NOMEN ἔρρινον in genere deſignat medicamentum, quod naribus inditum irritando expultricem & humores reſolvendo occaſionem præbet eorum effluxioni & evacuationi. *Errhinorum nomen.*

MATERIÆ variæ ſunt, diſtinctæ gradibus & proprietatibus convenientes. *Materiæ differunt gradibus.*

GRADUS primus clementiora, medius validiora, ſupremus fortiſſima complectitur.

COMMUNE hoc habent, quod non ſolùm pituitoſam, ſeroſam, & lymphaticam, ſed etiam alias cacochymias moveant: deinde etiam officiis conveniant, quod ob tunicarum communionem, quælibet nares & palatum ſolicitet, maſticatoria & apophlegmatiſmi etiam ventriculum. *Conveniunt officiis.*

RADICES *betæ* mitiores, *cucumeris agreſtis* validiores ſunt. A cortice nudata fruſtula naribus indi queunt. *Radices.*

Herba. HERBÆ *majoranæ* & *anagallidis* veterum præconiis ſunt celebres. Tabacum Indicum validius eſt prioribus.

Semina. SEMINA *nigellæ* commendatiſſimæ ſunt notitiæ. Τὸ δὲ σπέρμα τοῦ μελανθίου μέλαν, δριμὺ, εὐῶδες, *autore Dioſcoride*, τοὺς καταῤῥιζομένους ὠφελεῖ λεανθὲν καὶ ἐν ἀποδέσμῳ δεθὲν καὶ ὀσφραινόμενον. *Semen nigellæ, nigrum, acre, odoratum, tritum & in linteolo colligatum, in nares deſtillationibus olfactu prodeſt.*

PURGANTIA. In *bilioſâ* cacochymiâ rhabarbarum & ſcammonium proſunt cum lacte: In *pituitoſâ* agaricus, cyclamen, elaterium: in *melancholicâ* ſenâ, cum aliis, à nonnullis commendantur.

Præparata: Succi. PRÆPARATA quædam ſuum faciunt officium I. SUCCI *betæ* & *cyclamini*. De betâ ita *Dioſcorides, lib. 2. cap. 112.* τοῦ τεύτλου χυμὸς, καθαίρει κεφαλὴν ῥινὶ ἐγχεόμενος μετὰ μέλιτος. *Betæ ſuccus naribus inſtillatus cum melle caput purgat.* Intutum ejus uſum cenſent *nonnulli*, quod dementer, ſed injurioſâ calumniâ.

Cyclaminus De *cyclamini radice* idem: Ἐγχυματίζεται δ᾽ ὁ χυλὸς ταύτης μετὰ μέλιτος εἰς τὰς ῥῖνας πρὸς κάθαρσιν κεφαλῆς, *eodem autore*, *Infunditur cyclamini ſuccus cum melle inſtillatus in nares, ad purgationem capitis.* VALIDIOR eſt *ſuccus* CUCUMERIS AGRESTIS. De anagallidis utriusque coeruleæ & phœniceæ *Dioſcorides lib. 2. cap. 170.* ὁ δὲ χυλὸς αὐτῶν ἀναγαργαριζόμενος ἀποφλεγματίζει κεφαλὴν, καὶ ῥισὶν ἐγχεόμενος. *Succus anagallidis gargariſatus capitis pituitam per os purgat. Purgat & naribus inſtillatus.*

℞. ▽ *deſtillatæ enarratorum ſimplicium proſunt.*
ſucci betæ viridis ℥ij. *aq. majoranæ* ℥iij.
In fictili S. Flußwaſſer.

℞. *ſucci anagall betæ rec. expr.* a. ℥j.
aq. Majoranæ ℥iij. M. S. Naſale liquidum.

℞. *ſucci ſampſuchi* ℥j. *cyclamini* ℥ſ.
aq. malvæ. ℥iij. M. S. Flußſafft.

℞. *rad.*

℞. *rad. rhabarbari* | *pyrethri* ā ʒiij.
ireos flor. ʒj | *betæ* ἐρυθρορρίζης.
ſem. nigellæ | *cubebarum* ā ʒij.
macis ℈j | *fl. lil. convallium* Mſ.
Macerentur vaſe clauſo per noctem, in
Aq. majoranæ | *nicotianæ Ind.* ā ℥iij.
anagallidis phœn. | 🜊 ā ℥iiij.
Manè exprimantur: colentur: ſerventur.
S. ▽ *errhina. Si moſchi* g. vj. addantur S. ▽. *errhina cum moſcho.*

℞. *rad. ireos noſtratis vel Florentinæ recentis* q. s.
Imponatur, per longitudinem diſſecta, in aq. roſarum, in nares, & ſingulis filum ſericeum alligetur, quò poſſit extrahi.

℞. *ſucci roſarum alb.* ℥ſ. | *dacrydii* ℈j.
mellis parum | M. S. Naſen Säfftlein.

Validiora in cauſâ biliosâ in formâ linimenti.

℞. *trochiſc. alband. ſcammoni* | 🜍. *fumo. cor.*
rad. elleb. præp. ℈j. | *caſtorei* ℈ſ.
Cum melle roſaceo. F. linimentum, quo nares inungantur. Aperit meatus ſpongioſæ narium membranæ, utile in paralyſi linguæ, & raptu impuri ſanguinis ad cerebrum.

℞. *rad. elleb. albi* ʒj. | *fl. calendulæ, lavend.*
fl. tiliæ | *pæoniæ* ā. p. ij.
caſtorei | *ligni aloes* ā. ℈j.
ſem. pæon. | *nigellæ* ā. ʒj.
moſchi g. vj. | *ambræ gryſeæ* g. ij.
🝆 *terebinth.* & *ceræ* q. s. F. Linim.
Modicum hujus digito mundo indatur in profundiſſimum narium receſſum. Mucoſitas plurima emanabit, cum emolumento, in vertigine, epilepſiâ in infantibus & adultis.

℞. *euphorbii pulveris.* ʒſ. | *agarici* ʒj.
Coq. in ▽. *communis* ℔ſ. Colatura S. Fluß Waſſer.
Cum pennâ intinctâ nares illinantur, vel attrahatur ex cochleari cum aëre. Movet mucilaginoſam pituitam mirificè. Addito moſcho & ambrâ S. Aq. caputpurgia ambrata.

Aqua in cacochymiâ pituitosâ.

℞. *euphor-*

Liquor in cacochymiâ ſeroſâ.

℞. *euphorbii* g. iij. ✱ g. iiij.

Conſuantur in nodulo. Intingantur in ✢, & naribus admoveantur.

℞. *lactis capræ* ℥iij *elaterii* g. ij. M.

℞. *euphorbii* ʒj. *rad. iridis florent.* ʒij.

Pulveriſata minutim M. S. Flußlöſendes Pulver. Piſi magnitudine dorſo metacarpi manûs ſiniſtræ imponatur, & in nares attrahatur. Ex narium & palati membranâ ſpongioſâ & glanduloſâ elicit pituitam mucoſam per glandulas ſalivales & arterias eò delatam. Ut fluxus facilitetur, ligneo bacillo inſerto dentibus, os teneatur apertum.

Turundulæ in cacochymiâ, miſtâ.

℞. *reſinæ ſcam.* *gialapii* a ℈j.
helleb. albi præp. *gom. gott.* a. ʒſ.
ſem. pæon. *nigell. cubeb.* a ℈j.
terebinth. venetæ & ceræ q. s.

M. F. errhina caryophyllis aromaticis paulò majora, naribus intrudenda. In uſu habuit ea noſtro conſilio Generoſus & ſtrenuus Rab Voſſ, imperialis militiæ unius legionis excubiarum præfectus. Ex ejus & aliorum commendatione devenêre in uſum Wallenſteinianum. Additis moſcho & ambrâ S. Hauptſtärckende Zepfflein.

CAPUT II.

Sternutatoriorum inſtrumenta.

Coincidunt materiæ cum prioribus magnâ ex parte, effectu tamen quodammodo differunt.

Radices.

RADICES *ari, iridis, lil. convall.*

FLORES *lil. conval.* exſiccati in umbrâ, loco à ☉ radiis remoto ſoli pulveriſati optimè operantur. Eundem effectum edunt flores *ptarmicæ ſylveſtris* ſimplices, & hortenſes pleno flore.

SEMINA.

SEMINA. Σίνηπι, *autore Dioſcoride lib. 2. cap. 143.* προσαχθὲν τοῖς μυκτῆρσι λεῖον, πταρμοὺς κινεῖ. ἐπιληπτικοῖς τε βοηθεῖ, καὶ ὑστερικῶς πνιγομένας διεγείρει. *Sinapi tritum naribus admotum ſternutamenta ciet, inexpugnabiles ſomnos moderatur, & uterinâ ſuffocatione laborantes excitat.* *Semina ſinapi.*

Τὸ σπέρμα ὠκίμου, *ſcribit Dioſcorides lib. 2. cap. 130.* ποιεῖ πταρμοὺς πλείονας ἐπισπώμενον δι᾽ ὀσφρήσεως. ποιεῖ δὲ καὶ ἡ πόα τὸ αὐτό. *Semen ocimi excitat ſternutationes copioſas, olfactu per nares attractum. Idem etiam facit herba.*

PENNA interiores nares titillatæ ad ſternutationes inclinant. Commodum hoc junctum eſt, quod finem imponere pro arbitratu poſſimus. Intinctæ in ⁂ ſuccini, officii admonent apoplecticos è ſomno expergefaciendos. *Pennæ.*

PURGANTIA quædam addita, ad certos humores horum vim dirigunt: *reſina ſcam. gialapii, elater. trochiſc. alband.* *Purgantia.*

℞. *fl. lilior. conval.* *exſiccatorum & pulv.* Mſ.
⁂ *roriſmar.* *citri, majoranæ*
ſuccini *lavend. cinam.* a. g. iiij.
moſchi g. x. *ambræ* g. iiij.
In ſcatulâ. S. Hauptſtärckende moſcardiniſch Nieſepulver.

℞. *ſp. diamajoranæ* *Minſichthi* ʒj.
In pyxide eburneâ. S. ſonderbar Nieſepulver.

℞. *ſp. diatabaci Minſ.* ʒj. *fl. lil. convall.* ʒſ.
Miſce Detur.

℞. *fol. majoranæ* *roriſmarini*
lavendulæ *fl. lil. convall.* a. p. vj.
rad. elleb. albi. ʒj. *caſtorei* ʒij.
Pulv. minutiſſimè in alcool. In vitreâ patinâ adde
⁂ *roriſm. citri,* *ſuccini* a. ℈ſ.
M. piſtillo vitreo. In vitro benè clauſo ſerva. Additis moſch. & ambrâ. S. Pulvis ptarmicus ambratus.

DOSIS. Ervi quantitate naribus attrahatur.

℞. *pulv. tabaci*	*Ind.* ℥ß.	*majoranæ* p. vj.
ol. ſalviæ		*roriſmar.* a. ℈ſ.
ambræ g. v.		*moſchi* g. x.
In pyxide eburneâ		S. Nieſepulver.

CAPUT III.

Apophlegmatiſmorum & διαμασημάτων maſticatoriorum materiæ.

Indicatio. Nomen primum generale eſt, alterum ſpeciale.

Deſtinata ſunt ſuperfluitatibus, quas ſalivales ductus continent, easque evocant, ne principibus partibus inferant moleſtiam.

Materia. RADICES *angelicæ, iridis. Pyrethri* ſola ἀποφλεγματίζει, ſi maſticetur. Σαλιβάρις, *autore Dioſcoride lib. 3. cap. 78.* ſalivaris à Romanis appellatur τὸ δὲ πύρεθρον. γευσαμένῳ πυρωτικωτάτη ἡ ῥίζα, φλέγματός ἐστιν ἐπισπαστική. διὸ καὶ ταῖς ὀδονταλγίαις βοηθεῖ μεθ' ὄξους ἑψηθεῖσα καὶ διακλυζομένη. ἄγει δὲ καὶ φλέγμα διαμασηθεῖσα. *Salivaris herba guſtanti apparet ignea: radice verò commanducatâ abundat ſaliva. Ea propter dentium doloribus ſubvenit, cum aceto elixa, in quem uſum decoctô illô colluuntur dentes, commanducata etiam pituitam trahit.*

FOLIA *lepidii, naſturt. hortenſis.*

SEMINA *cardamomi, cubebar. erucæ, nucl. perſicorum. Sinapi* commendat *Scribonius lib. 1. compoſit. 9.* ex aceto tritum & non excaſtratum, id eſt, non excorticatum.

LACHRYMAE. ἡ ῥητίνη σχινίνη καλουμένη. ὑπὸ ἐνίων δὲ μαστίχη, *reſina lentiſcina, ab aliis maſtiche dicta* excellit. Specioſum officium faciunt grana majora ſelecta & maſticata: & terebinthina cocta ad duritiem.

SAL armoniacum linguæ admotum evocat aqueos ſuccos.

BIBULA PAPYRO maſticatâ reſolvuntur aquoſitates oris, & ad exitum diſponuntur.

PURGANTIA, addi quæ poſſunt, variant humoris reſpectu.

℞. *maſti-*

℞. *maſtichis chia* *thuris* a. ℥ij. *Magiſtrales formulæ. Maſticatorium ſiccum mitius orbiculare.*
reſinæ terebinth. coctæ ad duritiem. adde
nuc. moſc. no. j. * g. v.
rad. pyrethri *zingib.* a. ℈ß.
Diſſolv. reſinam in mortario cum piſtillo calido, & cætera admiſceantur. F. Paſtilli pondere ℥ſ.

℞. *cubebarum* *cardamomi* a. ℥j
caryophyll. *piperis longi* a. ℈j.
ſem. ſinapi *rad. galangæ* a ℥ſ.
* ℥ij. *ceræ* q. s. F. Orbiculi.

℞. *rad. pyrethri* *angelicæ.* a. ℥j.
euphorbii *elaterii* a ℈j.
cubeb. *cardam.* a. ℥ij.
ceræ q. s. F. rotulæ, maſticandæ.

℞. *rad. angelicæ* *iridis florentinæ* a ℥ij. *Apophlegmatiſmus in formâ gargariſmi.*
fol. majoran. *rutæ* a. Mſ.
ſem. ſinapi *granor. pæon.* a ℥iij.
fœnic. *ſtaph. ſylveſt.* a. ℥ij.
zingiberis *piperis* a ℥j.
Coq. in ſuff. q. aq. font. Colatura
S. Schleimreinigendes Waſſer.

℞. *rad. ireos pyrethri.* a ℥j. *ingib.* *macis* ℈ij. *In formâ electuarii, mitius.*
caryophyll. *Zingiberis* *ſinapi* a ℥ß.
mellis anthoſati q. s. F. Electuarium.
Hoc palatum & lingua illinantur ſæpiùs.

℞. *ſpec. prædictar.* ℥j. *ſcammon.* *Validius.*
euphorbii. *elaterii* a. ℈j.
Excipiantur melle violato q. s. F. Elect.

℞. *rad. pyrethri,* ℥j. *nuc. moſc.* no. j. *in formâ ſacculi.*
caſtorei. ℈j. *euphorbii* ℈ſ. * ℈j.
Conciſ. contuſ. conſuantur in nodulis, ſeu globulis

 tribus

tribus aut iiij minoribus ex raro lintea[illegible] 🜍. 🜔 [illegible] in Intincta in aceto linguæ admoveantur.

Fumus tabaci Indici vel per ſe, vel cum 🝆 aniſi præparati, aut aliis ingredientibus exaltati, & vel vulgari modo, vel tubulis vitro aquâ pleno immerſis hauſtus, ſalivam elicit potenter.

CAPUT IV.

legitima adminiſtratio.

1. *Ratione quantitatis.* Τὸ *πόσον* medicamentorum & morborum conſpirare debent. Quo gravior exceſſus, eò majus remedium. In omnibus tamen medium eſt optimum. Adoleſcens XIV. annorum ſponſione factâ in ſe recepit, ſe centies titillatione narium factâ ſternutare velle. In medio opere amiſit viſum. Reſtitutus tamen fuit ſetaceo.

2. *temporis.* II. Poſt totius evacuationem uſurpari geſtiunt, & matutinis horis, jejuno ore.

3. *Loci.* III. Τὸ πῦ variant circumſtantiæ. In oculorum affectibus convenientiora errhina. Sternutatoria in epilepſiâ & vertigine improbantur: in ventriculi affectibus apophlegmatiſmi.

4. *Modi.* IV. MODUS EXHIBENDI notandus. Veteres hæc fluida medicamenta injiciebant per canales, tubulos, & fiſtulas, quas *ῥινεγχῆτας* appellabant. *Largus* per cornu infundi memorat *comp. medicarum cap. 1. comp. 7. Cælius Aurelianus tardarum paſſ. lib. 2. cap. 4.* meminit ferramenti, quod *ῥινεγχύτην* vocant. In attrahendis errhinis ſiccis attractio in nares ſit moderata: in ſternutatoriis validior. In materiâ tenaci & viſcidâ turundulæ quæ ſenſim agunt, & ſenſim uſurpari queunt. LIQUIDA & SPISSA conveniunt, cum materia minus reſiſtit. MASTICATORIIS utendum capite verſo ad terram. Si per os, *ſcribit Largus lib. 1. cap. 1. compoſitione 9.* magis detrahere materiam viſum, quia non ſine tormento ea deduceretur per nares, ſuadebimus pyrethri radiculam commanducare, & ſubinde hiantem pati fluere ſalivam. Humidi apophlegmatizontes liquores adſumuntur obtorto collo, interdum cum modicâ gargariſatione, niſi thoraci timeatur & aſperæ arteriæ.

LIBRI

LIBRI VI.

SECT. V.

De evacuantibus ſenſibiliter totum corpus per omnia emunctoria univerſalia & interdum particularia, aquis naturalibus, acidulis nimirum & thermis.

CAPUT I.

De acidulis.

Duæ hæ præſidiorum materiæ anchoram ſacram repræſentant, & deſperatis rebus ferè in uſum trahuntur ſolùm. Alvinæ regioni mundandæ, perque eam ducendis humoribus κτ̓ ποιότητα μοχθηρῶς, *qualitate & ſubſtantiâ peccantibus* operam præcipuè navant, ſimul tamen ſenſibiliter per cutis poros, venas, & inſenſibiliter diſcutiunt, pro corporum & humorum diverſitate. Magna præſidia licet ſint, raRò tamen citam & præſentem præſtant operam: poſt uſum demum quartâ, quintâ ſeptimanâ commoda earum ſentiuntur. *Magna virtus deprædicatur. Non ſemper eodem modo operantur, nec præſentaneâ operâ.*

Anno M. DC. LXIV. Maji 11. noſtro conſilio ſtudioſus, ulcere tibiæ diuturno, internâ parte domeſticâ laborans, inani eventu uſurpatis remediis vulgaribus, cum inunctionem mercurialem abnueret, veritus, ne luis venerêæ maculam ſibi inureret, Wildungam abibat. Uſus ad præſcriptum ordinarium acidulis, XX dierum ſpacio, non expertus fuit κατωπερικλῶ ἐνέργειαν, quæ tamen hisce familiaris, ſed urinam copioſam emiſit. Poſt decurſum trium ſeptimanarum demum exſiccato ulcere, convaluit. *Utrumque confirmatur hiſtoriâ.*

NOMEN acidularum ſapor induxit, in pluribus qui obſervatur. *Nomen.*

Celebres ſunt in Germaniâ Egranæ, Schwalbachenſes, & Wildungenſes. Reliquæ velut umbra vagantur. Non tamen omnis illis ſubtracta benedictio. Ab uſû Stœbenſium *Deſignatio.*

propè Lichtenſtein in Marchionatu Biruthano, quæ modicè per alvum, largiùs per urinam operantur, benè habuit Sereniſſimus & Celliſſimus Princeps ac Dominus, DOMINUS ERNESTUS, Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ & Mont. Dux, aliquot annorum tractu reiterato.

Indicans. INDICANTUR ceu præſentis auxilii materia, à cacochymiâ & vitioſorum humorum præſentiâ.

Permittunt PERMITTUNTUR à virium, à rebus ſecundùm & p. n. regulatarum robore.

ætas, ÆTAS puerilis ob teneriorem conſtitutionem renuit: virilis & ſenilis hoc præſidii genus admittunt.

ſexus, SEXUI cuicunque apta eſt hæc evacuatio.

anni temp9 ANNI TEMPUS vernum & æſtivum, ſingulari prædeſtinatione huic auxilio favent.

conſuetudo. CONSUETUDO tantam vim obtinet in nonnullis, ut neglectus earundem non ſit expers noxæ.

res p. n. RES P. N. & MORBI varii admittunt. FEBRES INTERMITTENTES tertianæ, quartanæ, ἀπυρεξίας die ſolatium exſpectare poſſunt ab iis, cum regimine exhibitis.

CAPITIS, PECTORIS, INFIMI VENTRIS, ARTUUM plurimi inſultus præſervationem ab his exſpectant.

Prohibet phthiſis. PHTHISI ab ulcere pulmonis videntur bellum indicere.

ποσότης recti uſus. 1. circà quantum. 2. tempus. 3. locum. 4. modum. ADMINISTRATIO legitima reſpicit I. τὸ πόσον, quod certis includendum cancellis, ne gravetur ventriculus. II. TEMPUS commodiſſimum poſt corporis per medicamenta expurgationem. III. In loco natali commodè bibuntur, vigent enim viribus integris. Longinquis itineribus conquaſſatæ & defatigatæ exſpirant. Cum aliter fieri nequit, bibantur in hypocauſtis. IV. MODUS non unus. Ea eſt omnium bonarum rerum labes, ut rectum quarumcunque uſum homines ad ſuas cupiditates detorqueant, convertantque in abuſum. Accolæ Egrani loco ordinarii potûs utuntur, cum magno fructû. Delicatiores miſcent cum vino. Alii cibos in iis coquunt. Stœbenſibus idem placet. Et conſilium benè cedit. Sunt aliàs hæ acidulæ ſuaviores, & alimentoſæ naturæ familiariores. Ordinariâ conſuetudine bibuntur à paucis cyathis ſenſim

ſenſim ad plures adſcendendo, & ſenſim deſcendendo. Paulatina hæc mutatio naturæ tolerabilior, quàm ſubita.

CAPUT II.

De thermalibus aquis.

Nomen.

NOMINANTUR θερμαὶ græco idiomate : municipali jure vox hæc Latio donata. Naturalia balnea appellantur à potiori, externis etiam inſerviunt lotionibus.

Commendatio.

Aquæ hæ perrenni ſubterranei ignis ſcaturigine ferventes, curioſo mineralium & inceſſabili ſalium foſſilium incubatu fœcundatæ, eam in multorum morborum curatione obtinent dignitatem, ut ULTIMA MEDICORUM vocentur APPELLATIO, & qui dicit BALNEUM, cenſeatur dicere COMMODUM.

Virtus.

Mirâ efficaciâ humores educunt, ad naturæ inclinationem & humorum propenſionem ſe accommodantes, per alvum, vomitum, ſudorē, urinam, in ſenſibilem transpirationem, nonnunquam ſimul, nonnunquam ſeorſim. Singularis tamen utilitas, quæ fit per viam unam & operationem propriam, major eſt & maximè æſtimanda.

Deſignatio præcipuarum in hac vicinia.

Celebres in hiſce regionibus ſunt Carolinæ circà vallem Joachimicam, Teplicenſes, & Hirschbergenſes.

Carolinæ.

CAROLINÆ omnium in ore, & prœconiis.

Hirschbergenſes.

HIRSCHBERGENSIBUS Sereniſſima, & Celſiſſima Princeps ac Domina DNA MAGDALENA SIBYLLA, DUCISSA SAXONIÆ, JULIACI, CLIV. MONTIUM, Anno MDCLXIII. Junio & Julio menſibus cum ſummo emolumento uſa. Felici ſucceſſu eadem, anno ſequente M DC. LXIV. iisdem menſibus, uſa fuit TEPLICENSIBUS.

Teplicenſes.

TEPLICENSES etiam Sereniſſimæ & Celſiſſimæ Principiſſæ ac Dominæ DNAE ANNAE MARIÆ, natæ Duciſſæ Meclenburgenſi, Duciſſæ Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ, Montium anno M. DC. LXIV. Junio & Julio menſibus, pro lavacro, embrochâ, ducciâ & aſperſione uſurpatæ benè ceſſerunt.

Indicantia.

INDICANTUR à vitioſis humoribus hinc & inde in cuniculis microcoſmi reſtagnantibus, & naturæ negocium faceſſentibus.

PERMIT-

Permittuntia, PERMITTUNTUR à viribus, temperamento frigido, ſexu, & ætate quacunque, præcipue tamen adultâ.

Res p. n. RES P. N. uſum hunc indicantes variæ ſunt. FEBRIBUS directè non conveniunt, aliiſque calidis affectibus, & inflammationibus. Cum tamen intemperantia non morbi, ſed inæqualitatis potiùs obtinet rationem, temperata non omnino improbanda in intermittentibus. IN AFFECTIBUS particularibus, longitudine moleſtis, interiùs & exteriùs uſurpatæ, multa adferunt commoda.

1. Uſus rectus reſpectu quantitatis. ADMINISTRATIO legitima requirit, ut modus obſervetur juſtus, ne ventriculus gravatus eas per vomitum rejiciat, aut externa vis inferatur. Tolerantia naturæ à nimiâ copiâ facilè turbari poteſt.

2. Tempus univerſale & particulare. VERNALI de iis potiſſimùm cogitandum tempore, à Majo in totum uſque æquinoctium, matutinis horis, poſtquam aurora nectareâ ſuâ luce eas illuſtravit. 1. Sol circà ortum potiſſimùm favet humanis operationibus. 2. Hâc horâ concentrati vapores minerales à frigore noctis, aquas exactè excoxere & efficaciores reddidêre. 3. Corpus totum hoc tempore expeditiùs & undiquaque promptius. Omnia vacua: omnia jejuna: virtutes naturales magis unitæ, feces ſegregatæ & ad exitum paratæ.

Loci. LOCUS eligatur propinquus.

& modi ratione, UTENDI MODUS varius eſt: potatio, balneatio, fomentatio, aſperſio, ſeu ſtillicidium, vaporatio, illutatio. Primus celeberrimus eſt, & hujus loci. CAROLINAE thermales aquæ duplici modo uſurpari queunt: 1. per ſe, & cum cibis. 2. In potu ſolo, deinde etiam balneatione, ita, ut quinque diebus potentur aquæ, quinque balnea adhibeantur. Hoc ter repetitur, ita, ut XXX dierum ſpacio alternatim & pro potu & balneo totus curſus abſolvatur. Abrumpi idem poteſt, ſi quid impedierit.

Abuſus. ABUSUS hîc locum habet. Nonnulli utuntur vice aquæ ſimplicis. CIBIS admiſceri non veterum ſed recentiorum eſt inventum. Commendat cum vino miſturam ſaporis illecebra, ſic enim ſuaviùs bibuntur. Prandiis & cœnis ſæpe non ſine fructu immiſcentur, ſine additamento, imò loco cereviſiæ vel vini. Clyſterum etiam fiunt materiæ in hydrope & colicâ.

GUER-

GUERNERI ROLFINCII,
PHIL. ET MED. DOCT. ET PROF. PUBLICI,
ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS COMMENTATORIÆ
LIBER VII.
De materiis præſidiorum
pharmaceuticis, quæ reſpiciunt cauſam morbi, quæ adhuc generatur, & ſecundùm generationis ſuæ principia requirit materias alterantes, quæ viſcerum corrigunt intemperiem, & tonum roborant.

SECTIO I.
De alterantibus & roborantibus cephalicis, cerebrum reſpicientibus.

CAPUT I.
De alterantibus & confortantibus in genere.

VOCABULA duo ſunt alterare, & roborare. Diſtincta videntur officia, ſed coincidere poſſunt in easdem materias, certis intemperiebus familiares & appropriatas. *Nomen.*

Alterantia. ΑΛΛΟΙΩΤΙΚΑ᾽ ALTERANTIA appellari poſſunt, quatenus reſpiciunt cauſam affectûs præter naturam, quæ adhuc generatur, & eſt intemperies.

Roborantia Τονικὰ, ῥωννύοντα, βεβαιωτικὰ, ἰσχυρωτικὰ, ROBORANTIA *confortantia*, vocari queunt, quatenus reſpiciunt ἐνεργείας actiones, quæ dupliciter conſiderari queunt: 1. ut ſunt determinatæ, quatenus à modo ſubſtantiæ carnoſæ, fibroſæ & ſpirituoſæ certâ ratione proportionatæ proficiſcuntur, quales ſunt chyli, ſanguinis & ſeminis generatio. 2. quatenus ſunt δεκτικαὶ eorumque, τόνος, ῥώμη, βεβαιώτης, ἰσχὺς καὶ τελείωσις, *tenor, robur, virtus & perfectio* amiſſa reſtituenda, ut quoad ejus fieri poteſt exerceantur 1. ἱκανῶς, ἀρτίως, ὁλοκλήρως, κατὰ τὸ χρήσιμον. 2. ἀλύπως. 3. ἀνεμποδίστως, *integrè & ſufficienter*, deinde *ſuaviter & ſine moleſtiâ*, demum *conſtanter & perſeveranter*.

Si quis quærat, an non hæc roborantia pertineant ad ὑγιεινὴν conſervatricem partem? ei reſpondetur. PARVA LAESIO harum actionum pertinet ad ὑγιεινήν: magna ad θεραπευτικήν. ὥσπερ, *inquit Galenus 12.* θεραπευτικῆς μεθόδου *cap. 5.* τῆς ὑγιεινῆς ἔργον ἐστὶ τὸ κατὰ μικρὰ τὴν εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπὴν ἐπανορθοῦσθαι, οὕτω τῆς θεραπευτικῆς τὸ κατὰ μεγάλα. *Veluti enim mutationem in non naturalem habitum, quæ ſenſim paulatimque irrepit, corrigere, ſanitatis tuendæ artis ſunt partes: ita eam, quæ multa ſimul irruit, ſarcire, ad medendi peritiam ſpectat.*

Dubitatio vulgatam turbat doctrinam, an dentur ſpecificè alterantia, certis partibus appropriata, earumque actiones ſpecificè roborantia. *Dubitatio*

Mitigat eam *Sennertus inſtit. lib. 5. parte. 1. ſect. 1. cap. 4.* & συμπάθειαν talem ſingularem ab occultis proprietatibus, quibusdam cum partibus adſcribit. *mitigatur.*

Quamvis autem multa talium autoritatem impetrare videantur majorem ab opinione hominum, quam fidâ rerum magiſtrâ experientiâ, tolerari tamen poſſunt. Cavendum, ne, dum lites acriùs ventilantur, ægrotorum expugnetur ſalus, & antequam ſopiantur, de ipſorum conclamatum audiatur vitâ.

VIAE,

VIAE per quas virtus roborantium internorum medicamentorum ad partes illibata deveniat multum curioſis faceſſunt negotii. Nullæ aliæ monſtrari queunt, quàm quas obſervant chylus & ſanguis. Magna intercapedo & viarum diſtantia. Acquieſcere animus poteſt, qui expendit, cum medicamentis aliter rem ſe habere, ac cum alimentis. Hæc variis mutationibus, imò generationibus, in quâ novæ producuntur ſubſtantiæ, ſunt obnoxia: illa talibus ſe ſubducunt, & magis alterant, quàm alterantur. Sic integris viribus cum chylo & ſanguine circulato ad longinquas oras, navigare, partibusque etiam remotiſſimis beneficia exhibere poſſunt. *Scrupulus de internis roborantibus.*

EXTERNA localia vires ſuas internis communicant partibus, *tranſmiſſione* virtutis per poros cutaneos, membraneos, carneos, imò etiam oſſeos.

Inconſideratè ſcribit *Paracelſus libro 2. de viribus membrorum interiorum*, cor, cerebrum, jecur, lienem, ſi à cauſis naturalibus impetantur, nullam reſiſtendi habere vim, quieta ſolùm ſedere, ſed *remedium* eſſe inſtar cordis cujusdam externi, cerebri externi, epatis externi, quod reſiſtat, quodque quieſcentibus inditam materiam peccantem ex humano corpore aut ſpiritu vitæ eliminent: medicumque magis, quando cor confortare vult, de corde externo, quàm interno ſollicitum eſſe debere, oſtendit, deque *ſingulis ſpecificis roborantibus, cordialibus, cephalicis, epaticis, ſpleneticis, nephriticis, felleis, pneumonicis* diſtinctis capitibus agit. *Sententia Paracelſi non adprobatur.*

Suffragiô rectiùs ſentientium ſtabilita eſt ſententia *Hippocratica 6. epidem.* τῶν νόσων αἱ φύσιες ἰητροί. *Morborum naturæ medicatrices*, ceu cauſæ principales, medicus & medicamentum, miniſtraliter. *Enucleans.*

CAPUT II.

Alterantia & roborantia proponuntur in ſpecie & 1. cephalica calida & ſicca, cerebro & nervis dicata interna, ſimplicia & compoſita.

RADICES *Pæoniæ* palmam præripiunt aliis. Hanc ab externâ ſignaturâ commendant chimici. Folliculus totius floris concluſus analogiam habet capitis, cum ſuturis & venulis meninges irrigantibus. Flores mox excludendi, externam aperientes pelliculam cranium repræſentantem, ſingularem oſtendunt convenientiam. *Iris florentina* odore & virtute cerebrum roborat Caryophyllatæ, angelicæ, diptami albi. Pentaphylli & tormentillæ radices, chinæ æquiparat. Imò præfert: inque humoribus catharrhoſis, qui apoplexiam, & ſeroſis, qui podagram generant, abſumendis, multum ſe ſæpe effeciſſe refert *Tabernæmontanus. Angelicæ, acori veri* radix etiam celebris eſt.

FOLIA *betonicæ, chamæpithyos, euphraſiæ, hyſſopi, lauri, majoranæ, lavendulæ, primulæ veris, rorismar. rutæ, ſalviæ, ſerpilli.*

FLORES. *aurant. betonicæ, balauſtiorum, calendulæ, lavend. lil. convall. majoranæ, ocimi, ſummit: pæon, primulæ veris, ſalviæ, ſtœch. arabicæ ſummitates, tiliæ, tunicæ.*

SEMINA *ocimi baſilici* licet caput repleant, ſimul tamen etiam confortant. *Coriandri* ſemen recens, frigidum & ſiccum, gravi & injucundo odore moleſtum, πλεῖον δὲ ληφθὲν κινῦν τὴν διάνοιαν ἐπικινδύνως, *immodicè ſumtum mentem non levi periculo tentans*, ſi exſiccetur, & præparetur, modicè calidum eſt, non modò non graveolens, ſed cerebrum confortat, καὶ κωλύει τὰς χυμῶν ἀναθυμιάσεις ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον φέρεσθαι. *& prohibet vapores ex vitioſis humoribus petere caput*, ſicque à vertigine, unde & nomen Schwindel-Kraut / præſervat. *Celebria ſunt grana peoniæ.*

FRUCTUS: *anacardin, baccæ lauri, juniperi, citri, aurant.*

LIGNA: *aloes,* ξυλοαλόη *dictum, buxinum, guajacinum, juniperinum, rhodium, corylinum, viſci querni.*

CORTICES: *cinamomi, citri, macis.*

AROMATA: *cubebæ, cardamomi, nux moſcata, macis, caryophylli.*

SUCCI: *opobalſamum, ſtyrax calamita in granis.*

RESINAE: *thus, maſtiche.*

MARINA *ſuccinum flavum, album, ambra.*

ANIMALIUM PARTES: *τῦ κάστορ@ ὄρχις fibri teſticulus, moſchus, zibetum.* Cranium humanum, & præcipuè os triquetrum magni à multis fiunt. Ungula alcis. Perlæ.

MINERALIA: *argentum, cinnabaris, corallia. κιννάβαρι* duplex: VETERUM nativum unum, *à Dioſcoride lib.5.cap.63.* delineatum, RECENTIORUM factiticium duplex: unum vulgare ex ♁ & ☿ parabile; à chimicis ♃o adſcriptum alterum. Inde pulveres cephalici cinnabarini parantur, ſed non omnes eandem inſiſtunt viam. *Quercetanus* pulverem ſuum ad vertiginem conficit ex minerali nativo, vero, lucido, huncque etiam, ut cinnabari, contra obtrectatores defendit *lib. tetras affectuum capitis, inſcripto. Crato* minerale magnetem epilepſiæ vocat. *Sennertus* melius eſſe cenſet *inſt. ſub butyro* ♃*ii* ſumere nativum. *Hartmannus praxi chimiatr. Finckius & Barthius* eligunt factitium, in collo retortæ, dum deſtillatur butyrum ♃*ii*, hærens, ad confectionem pulveris antiepileptici.

PRAEPARATA ſicca: SPECIES *diacaſtorei, diambræ, diamoſchi dulcis*, ad differentiam alterius amari dictæ, dianthos, diapæon. diaxyloaloes, pliris archont. Contrà apoplexiam *ſpecies* Auguſtanorum excellunt in infirmitatibus cerebri.

CHIMICA: *bezoard.* ☽. *cinnabaris* ♃. *fecula pæoniæ.* SALIA ſimplicium prædict. *cranii humani, cornu & ſanguinis cervi volatile.* ELAEOSACCHARUM *cinamomi, lavendulæ, majoranæ, caryophyllorum.* EXTRACTUM *cephal. Querc. majus & minus, ligni aloes, lil. convall., pæoniæ, roriſmarini, valerianæ. Eſſentia ambræ, in formâ ſiccâ, cum ſaccharo parata.*

SPISSA PRAEPARATA: CONSERVA *betonicæ, calendulæ, chamæpithyos fl. flavo, citri, lilior. convall., majoranæ, pæoniæ, primulæ veris, roriſmarini, ſalviæ, ſtœchados Arab., tiliæ, tunicæ.*

CONDITA *cort. aurant. citri, nucis juglandis, moſcatæ in Indiâ conditæ.*

ROB *juniperi, ribium.*

ANDIDOTUS *cephalica major & minor Querc., confectio cephalica Myn ſichti. Theriaca. Mithridatium.*

LIQUIDA PRAEPARATA: ACETUM *lil. conv., rutæ. Poſſunt & aceta compoſita fieri ex ſpeciebus cephalicis, & tingi fl. pæon.*

AQUAE ſimplices, compoſitæ, *Anhaltina*, *apoplectica*, *amara, ab aliis dulcis dicta*, & *acida*. *Aqua hirundinum, picarum dulcis, acida ſimplex* & *compoſita*. *Aqua apoplectica Mynſichti, Riverii*. *Aqua Epileptica Langii*. *Aqua apoplectica ſeu vitæ mulierum*, Weiber *aqua vitæ*.

SPIRITUS *ceraſor. nigr., lil. convall., roſar., theriacalis camphoratus*, ⊕li *philoſophicus ſtriatus, ſecundinæ humanæ*, *oo ſimplicium dictorum*.

ESSENTIA *caſtorei, ſuccini*.

ELIXIR *cephalicum Minſichti*, & *Rolfincii chim. in artis form. redact. ſect. 2 cap. 2. Vitæ Math*.

SIRUPI ſimplices cephalicorum. Inter compoſitos excellit *ſirupus cephalicus Minſichti*.

CAPUT III.

Magiſtralia cephalica calida. 1. Pulveres, & Tragemata.

℞.	*radicis doronici* ℥ß.	*angelicæ* ʒiij.
	tormentillæ	*quinquefolii*. a ʒij.
	ligni aloes	*rhodii* a ʒiij.
	mari veri Mß.	*cubebar* ʒij.
	ſuccini flavi prep.	*macis* ʒj.
	fl. balauſtior.	*peoniæ* a p. vij.
	ambræ gryſeæ ℈ß.	*moſchi fini* ℈j.
	ſacch. canarienſis ad pondus omnium.	
	fol. ☉	VI.

M. In ſcatula. S. tragema analepticum.

DOSIS ℈j. ʒſ. ſuper orbiculo panis albi in vino macerato.

℞.	*tragem. analeptici* ℥ß.	*magiſt cornu alcis* ʒj.
	magiſt. perl.	*corall.* a ʒſ.
	oo cinam. citri	*angelicæ* a. g. vj.

M. in ſcatulâ S. Hauptſtärck-Triſenet.

℞. trag.

℞. *trag.* *analeptici* ℥ſ.
magiſt. *c.* *alcis* ʒj *perl.* ʒſ.
ſalis ſuccini vol. *C. C.* a. g. vj.
eleoſacch. *cinam.* *citri*
angelicæ *majoranæ* a ℈ij.
M. In ſcatulâ S. Hauptſtärck-Triſenet.

℞. *rad. tormentillæ.* *acori veri* a. ℥ſ.
fl. calendulæ *pæon. fl. pleno,* a. Mſ.
ſum. beton. *Arab. ſtœch.* a. no. x.
roriſmarini *majoranæ* a. p. vj.
ſem. coriandri *ſeſelios mont.*
aniſi *fœniculi* a ʒij.
cinamomi acuti *nuciſtæ.*
caryophyll. *cubebar.* a. ʒj.
ſacchar. albi *ad pondus omnium.*
M. In ſcatulâ S. Triſenet zum Haupt.

℞. *rad. ireos* *flor. quinquefolii* a. ʒij.
ſem. aniſi, ocimi, caryoph., pæon. a. ʒiij.
coriand. præp. cubeb. cardam. a. ʒj.
fl. primul. veris, roriſmar. a. p. vj.
corall. rub. præp. *cinam. caryophyll.* a ʒj.
nucis moſc. *macis* a. ʒiij.
ſp. diambr. *diamoſch. dulcis* a. ʒj.
°°° *ſuccini* ℈j. *lavendulæ* ℈ſ.
ſacchari reſinati ad pondus omnium.
S. Hauptſtärckendes-Triſenedt.

℞. *rad. galangæ.* *zedoariæ,* *acori veri* a. ʒj.
cinam. *nuc. moſc.* *macis*
caryophyl. *thuris in granis,* *maſtichis* a. ʒij.
ſem. aniſi, *rutæ,* *coriandri*
rotul. *diamb.* *diamoſchi.* d. a. ℥j.
ſacchari canthi ℥iſ. F. Tragema.
DOS: cohlear ß. uffm Schnit geröſter Semlen im Wein geweichet.

℞. *cube-*

℞. *cubebarum* ℥ſ. *cardamomi* ʒiij.
ſem. card. ben. dauci cretici a. ʒj.
rad. pæoniæ. helenii a. ʒj.
ſacchari albi ℥ij. M. F. Pulvis S. P. cephalicus.

Veſperi orbiculus panis albi imponatur in ſcutellâ parvâ. Inſpergatur pulveris cochlear dimidium. Superfundantur vini cochlearia v. Stent per horam. Comedat iturus cubitum. Reiteretur ter in ſeptimanâ.

℞. *thuris* ℥j. *myrrhæ* ℥ſ. ☉ *foliati* ℈j. M.

Pulvis hic ex tribus muneribus Chriſto infanti oblatis adſcribitur *Marſilio Ficino*, ad acuendas principes functiones, judicium, ingenium, & memoriam.

℞. *ſp. diambræ diamoſchi dulc.* a. ʒj.
magiſt. corallor. perl. a. ℈j.
ſmaragd. præp. ℈ſ. *conſ. man. chr. perl.* ℥ſ.
M. F. Pulvis. DOSIS ℈j.

CAPUT IV.

Elæoſacchara cephalica proponit.

Simplicia. ℞. *elæoſacch. cinamomi.* ℥ſ. In vitro lato S. Hauptſtärck: Zimmet-Zucker.

℞. *elæoſacch. ſuccini* ℥ſ. In vitro S. Agſtein-Zucker.

℞. *elæoſacch. roriſm.* ℥ſ. In vitro S. Roſmarin Zucker.

Compoſita. Vulgaria. 1. ℞. *pulv. rad. ireos fl. pæoniæ.* a. ʒiij.
nuc. moſc. ʒj. *cubebar.* ℈j.
ſacchari albiſ. ℥vj. *Irrorentur*
☍ *aniſi fæniculi, ſuccini*
rutæ, caryoph. cinam., ſalv. a. ℈ſ.
Miſceantur & S. Hauptſtärckender Fluß-Zucker.

℞. *lapid.*

℞. *lapid.* ♋ *non coctorum cœruleorum pulver.,perlar. prap.* | 3.
corall. prap. a. ℈j. *viſci querni prap.*
rad. paon. ſl. pleno, Aprili menſe, decreſc. ☽. *coll.* a. ʒj.
ſacchari albiſ. canar. refinati ℥ij.
In mortario vitreo miſtis adde
ol. *ſuccini* *ligni rhodii*
majorana *cinamomi* a. ℈ſ.
Benè permiſta S. Hauptſtärckendes Triſenet.
Datur ℈ſ. ℈j. in cochleari juris vel vini, vel ʒj. ʒiſ. ſuprà orbiculum panis albi vino irrigandi.

℞. *magiſt. cornu alcis* ʒij. *ſalvia* ʒj. 3.
ſalis ſuccini vol. *ſang. humani* a ℈ſ.
ſacch. albi ℥j. *Benè permiſtis* adde
ol. *ſuccini* *citri* *cinam.* a ℈ſ.
In ſcatulâ S. frühe und nachmittags Pulver.

℞. *aq. apoplect. ol. aniſi ſuccini, cinamomi* 4.
majorana lig. rhod. caryophyll. a. g. x.
ſacchari canar. refinati ℥j.
ſuper leni ignis calore, in vitreo mortario miſtis, adde
lap. ♋ *cœrul.* *corall. prap.* a. ʒß.
perl. prap. ℈j *viſci querni prap.*
rad. iridis *paonia* a. ʒj.
M. in ſcatulâ. S. Hauptſtärck-Triſenet.
DOSIS cochl. dimid. cum pane & vino.

℞. *elaoſacchari compoſiti moſcardini ambrati,* *nobiliora.*
ch. in artis form. red. lib. 4. ſect. 6. cap. 2. ℥ſ. *ambrata.*
In ſcatulâ, turcicâ papyro adornatâ S. Hauptſtärckung. *1.*

℞. *ambra gryſea* g. v *moſchi* ℈ſ.
Cum ſacch. canthii *flavi* ℥ſ.
tere ſummâ diligentiâ in pulverem, cum ſpiritu roſarum redige in maſſam, in vitro hermeticè ſigillato ſub terrâ per menſem adſervandam.

Adde huic

°₀° cinamomi, *citri* a ℈ſ.

In vitro benè clauſo detur. DOSIS ℈j in cochleari vini Hiſpanici.

CAPUT V.

Pulveres cephalici cinnabarini.

℞. *cinnabaris mineralis ſplendentis* ℥ſ.
In alcool teratur ſuper marmore, adde
magiſt. perlar. corallor. a ℈ij.
croci ℈j. *fol. auri aut potiùs ceraunochryſi* gr. x.
Stent in digeſtione lenis caloris. Inſigne eſt reſtaurativum, & grato ſe commendat colore. S. Kühl-Tinctur.

℞. *florum papaveris erratici* m. j. *roſ. rubr. viol.* a. m. ſ.
cichorii, boraginis, bugloſſi a. m. ſ. *ſantali rubri.* ℥iij.
aquæ roſ. fragr. vel font. comm. ſp. ⊖*l. benè acidulatæ q. ſ.*
M. infuſa in vitro optimè clauſo digere in B. M. per integrum diem naturalem. Colaturæ adde:
ſacchari albiſſimi ad gr. ſaporem, ſucci citri depurati ℥iiſ.
Digerantur iterum benè clauſo vitro. Poſt filtrentur diligentisſimè per chartam bibulam.
S. TINCTURA ROSARUM COMPOSITA.

℞. *florum violarum Martiarum rec. vel exſicc. q. placet.*
aq. ſcorzoneræ, vel fontanæ communis q. ſ.
ſpir. ⊖*l. vel* 🜍 *ad gratam aciditatem*
Sic Tinctura ſenſim extrahitur in leni digeſtivo calore.
Colaturæ adde *ſacchari albiſſimi q. ſ.*

CAPUT XXV.

Claretum cordiale temperatum.

℞. *cinamomi* ℥ij, *ſacchari albi* ℥iiij,
contuſa ponantur in manicam Hippocratis, perquè eam ſæpius transmittantur
Aqua fragorum, endiviæ a. ℔j.
donec vis tranſeat in aquam. S. Stärck- und Durſt-Julep.

CAPUT XXVI.

Emulſiones cordiales.

℞. *aq.*

℞. *aq. fragorum ſimplicis*, *acetoſæ*, *boraginis*,
roſarum albarum, *cardui benedicti* a. ℥ij,
perlarum pp. *coralliorum pp.* aa. ʒſ. *magiſterii C. C.* ʒj.
In fictili S. Perl-Milch. Edulcari poteſt, ſi ægri palato arrideat, ſaccharo perlato.

℞. *aq. ceraſorum nigrorum*, *acetoſæ*, *cichorii* a. ℥vj,
coralliorum pp. ʒj. *perlarum orientalium pp.* ʒſ.
ſacchari perlati ℥iſ. S. Aqua perlata.

℞. *margaritarum oriental. pp.* ℈j. *matris perlarum pp.* ʒſ.
aquæ bugloſſi, *boraginis* a. ℥iij,
ſacchari perlati ʒij. In fictili S. Perl-Milch.

℞. *ſmaragdi pp.* ℈ſ. *margaritarum pp.* ℈j,
In vitreo mortario terantur cum julepo roſaceo. Adde
▽ *acetoſæ hiſpanicæ* ℥ij, *fragorum*, *taraxaci* a ℥j,
ſacchari perlati rotulati q. s. S. liebliche Edelgeſtein-Milch.

℞. *marg. oriental. pp.* ℈j, *magiſterii cornu elephantis* ʒſ.
Cum julepo endiviæ emulſioni factæ adde
aq. ſcordii ſ. ℥j. *cardui benedicti*, *galegæ* a. ℥ſ.
ſacchari perlati ℥ij. S. Krafft-Perlen-Waſſer.

℞. *marg. ppt.* ℈j, *ſucci citri* ℥ſ, *julepi de endiv.* ℥j,
F. l. a. Emulſio. Adde
aq. carſunculi, *cinamomi* a. ʒij.
acetoſæ hiſpanicæ, *rubi Idæi* a. ℥ij.
pulveris bezoardici albi ℈j. S. Krafft-Waſſer.

℞. *marg. orient. pp.* ℈iſ. *aq. fl. borag. bugloſſi*,
violarum, *cinamomi*, *ſacchari candi albi* ℥ſ.
jul. roſacei q. s. ad gratiam ſap. S. Krafft-Perlen-Waſſer.

℞. *ſmaragdi ppt.* *corall. rubr. pp.* a. ℈ſ.
lap. bezoard. or g. vj. *aquæ fl. pæoniæ*,
meliſſæ, *contra febres* a. ℥ij *conf. ſaccharatæ perlatæ* ʒiſ.
M. S. Edelgeſtein-Waſſer.

CAPUT

CAPUT XXVII.

Emulſiones ex ſeminibus & fructibus.

℞. *ſem. melonum exc.* ʒß, *cucurbitæ enucl.* ℥ß,
amygdalorum dulcium exc. ʒvj, ▽ *ſcorzoneræ q. ſ.*
F. Emulſio ad ℔ß. Adde *ſacch. perlati q. ſ. ad ſaporis gratiam,*
♁ *diaphoretici* ℈ß, *marg. pp, matris perlarum pp.* a. ℈j.
aq. cinamomi ʒiij. In fictili S. Stärck-Milch.

℞. *aq. hordei cum paſſulis & cinamomo, acetoſæ* a. ℥iiij.
F. Emulſio l. a. Colatura lactea per linteum facta edulcetur
ſacchari perlati ʒiij. Adde
coralliorum, perlar. ppt, a. ℈ß, *aquæ cinamomi* ʒj. M.

℞. *amygdalorum dulcium excort. ſem. papaveris albi* a. ʒiij,
nucleorum perſicorum, malorum armeniacor. a. n. v,
F. Emulſio *in aq. acetoſæ, taraxaci,*
ſcorzoneræ, roſarum a. ℥iij. Adde
ſp. diamargariti fr. ʒß, *cryſtall.* ⊕ *cum roſ.* ▽ *pp. & ſol.* ℈ß,
julepi roſacei ℥j. F. Emulſio.

CAPUT XXVIII.

Recta horum decoctorum, juleporum, exhibendi ratio.

BEne hæc attendenda. *Eraſiſtratus, referente Galeno. 4. de rat. vict. acut. t. 49.* recitat, de fortibus ciborum & potuum facultatibus, illos *ἐγκαίρως tempeſtivè* ſumtos maximum juvamentum, *ἀκαίρως intempeſtivè*, maximum detrimentum adferre. Utrumque verum etiam eſt de his decoctis & julepis. In tempore venire omnium rerum eſt primum. *Eraſiſtrati ſententia.*

τὸ πόσον, QUANTITAS modica Celſi verbis determinatur *l. 3. cap. 6.* Cum febris ſitim accendat, & tum maximè aquam exigat, cum illa periculoſiſſima eſt, docendus æger, ubi febris conquievit, protinus quoque ſitim quieturam: largioremque *Quantitas ad mentem Celſi.*

acceſſionem fore, ſi quod ei datum fuerit alimentum, ita celeriùs ſitire deſinere eum, qui non bibit.

Ariſtotelis. *Ariſtoteles ſect. 1. probl. 75.* πολλάκις καὶ κατ' ὀλίγον, *ſæpe & parum* in febribus bibere jubet. Et ratio additur: quod enim multum eſt, παραῤῥεῖ *præterruit*, quod paucum, ſed ſæpe, διαβρέχει, καὶ εἰς τὰς σάρκας χωρεῖ, *madefacit & in carnes concedit.*

Tralliani. *Trallianus* in hecticâ poſt cibum ſumtum jubet πίνειν ψυχροῦ ὕδατος, ὅ τι βούλει, *frigidæ aquæ tantum bibere, quantum vult æger.*

Primeroſii. Conſuetudinem parco præbio talia refrigerantia, decocta & julapia in febribus ardentibus exhibendi improbat *Primeroſius de vulgi erroribus libro 4. capite 11.* largiori manu propinare jubens.

Conciliatio. CONCILIATIONI fores aperiunt, qui docent: SITIS ſedandæ & cordi robur addendi ſcopo ſæpe & parum, FEBRIS CURANDÆ & refrigerandi univerſi corporis intentione, largiores hauſtus propinandos.

Tempus. TEMPUS exhibendi, SITIS ſedandæ causâ, ſæpe & parum, quodlibet aptum eſt. FEBRILI calori mitigando UNIVERSALE IN CONTINUIS eſt STATUS, apparentibus coctionis ſignis, in continuis ardentibus: PARTICULARE hora minoris afflictionis. IN INTERMITTENTIUM paroxyſmis aptum tempus, in ORDINARIA & ſui arbitrii curatione, eſt, ὅταν, *ut loquitur Hipp. lib. 1. de victûs ratione in acutis t. 46.* μὴν οἱ πόδες ψυχροὶ ἔωσιν, *cum pedes frigidi fieri incipiunt*: in COACTA quodlibet aptum.

MODUS exhibendi frigida naturæ gratus. Refrigerari poſſunt in cellâ ſubterraneâ, vaſe excepta, in calidioribus regionibus nive circumvallato, ſic ſine vitiis nivis bibuntur. Cavendum tamen τὸ ἄγαν. Tepida vel calida palato æſtuanti ingrata.

CAPUT XXIX.

Externa cordialia frigida.

℞. *unguenti*

℞. *unguenti roſati albi* ℥ſ, *mucilag. ſem. pſyllii, cydoniorum cum* ▽ *violarum extracta* ā. ℥ſ. *Unguentū.*

Super igne caleſiant ad conſumtionem aquoſitatum. Adde ☉ *camphoræ* g. v. S. Sälblein.

Inungi poterit etiam ſpina dorſi in ſanguinis calidioris exuberantiâ, hæmorrhoidum nimio fluxu, dejectionibus, & vomitionibus ſanguinis.

℞. *aq. roſaceæ, fragorum, nymphææ, acetoſæ* ā. ℥ij. *Epithemata.*
✠ *i roſacei, pulv. roſarum rubrarum, ſantali rubri* ā. ʒj. *camphoræ* g. iiij. F. Epithema. S. Hertz-und Pulß-Waſſer.

℞. *ſp. pro epithemate cordis* ℥ſ, *de gemmis frigidi* ʒſ.
In ſcatula S. Species zum Pulß-Säcklein. Sacculi in epithemate madefiant, & pulſibus applicentur.

CAPUT XXX.

Recta topicorum cordialium applicandorum ratio.

QUANTITATEM continuam & diſcretam determinat gradus infirmitatis cordis, cui σύμμετρον eſſe debet externum remedium. Unâ vice indicationi huic ſemper ſatisfieri nequit, iteratis inſiſtendum. Imprimis epithemata liquida vel ſolùm linteaminibus applicata, cum facilè ſiccentur, crebrò mutanda, ut ſic, unâ vice quæ non obtineri poteſt æqualitas, obtineatur ſecundâ vel tertiâ vice. Ut æqualitati indulgeatur, conſideranda eſt in cordis affectibus diſtantia medicamenti externi à loco affecto, & tantò generoſius applicandum, ne dum per cutim cuticulâ denſâ ſuperſtratam, & pinguedine, muſculis, oſſibus & pleurâ intervallatam tranſire, cumque circulato ſanguine longas ambages terere debeat ejus virtus, detrimentum patiatur. Non itaque infirmitati cordis, ut duo, mederi ſufficit auxilio ſimili, ut duo, ſed neceſſarium uti auxilio, ut quinque vel ſex, & tamen metus non aberit, *Quantitas.*

ut proportionatis & æqualibus viribus ad cor perveniat. Illuſtramenta peti queunt *lib. 4. ſect. 1. cap. 24.*

Qualitas. DE QUALITATE medicus debet eſſe ſollicitus. TEPIDA actu nonnunquam applicanda, nonnunquam calida vel frigida. TEPIDA quidem diſſolvere magis *à nonnullis*, ipſo etiam *Galeno*, cenſentur tonum partium, ſed nonnunquam ſunt ex uſu, ut æqualitas obtineatur ſymmetra parti minùs benè habenti.

FRIGIDA incommodum ſecum ferunt, quod poros claudant, & repellant, commendantur tamen ſæpe, ob gratiam, quam ineunt apud ægros. Frigidorum applicatio confirmari poteſt autoritate Hippocratis, cum *libro de liquidorum uſu*, ſcribit, *καὶ ἀκρέων ἐν λειποθυμίᾳ τὸ ψυχρὸν καταχεόμενον ὠφελέει. In animi deliquio frigidam externis partibus affundere prodeſt.* Sed diverſa videtur ratio.

CALIDORUM applicatio maximì videtur juvaminis.

TEMPUS quodlibet univerſale anni, & particulare morbi topica hæc admittit.

Tempus. LOCUS commodus triplex : dorſum, *τὸ ὑποκάτω* ſiniſtræ mammillæ, & carpus. Topicorum cordialium illinitio

Locus. DORSALIS ET BRACHIALIS nititur ratione. Vis topicorum hoc modo arteriæ magnæ & venæ cavæ intrà breve temporis ſpacium, vi circulationis, communicatur. SUB SINISTRA MAMMILLA, micat cordis & pericardii apex. MEDIUM ſternum, ſub quo cordis baſis, ob oſſeam *σύςασιν* non transmittit vires medicamentorum. Hoc cum non conſideraret Matthæus, illuſtrisſimi Erneſti, Marchionis Brandenburgici, palpitatione cordis laborantis Archiater ordinarius, & non corrigeret errorem chirurgi, mediâ thoracis ſternique regione, epithema applicantis; Eſthius verò medicus celebris Heidelbergâ in conſilium advocatus cum rogaretur à Principe, num applicatio ritè facta, id inficias iret, contemtim ex aulâ fuit dimiſſus.

Novus applicandi modus. Conſideratu dignus *modus hic* eſt. Utrinque ſupra & infra cubitum ligatur brachium. Evacuata mediana impletur cordiali liquore. Vincula removentur. Clauditur vulnus. Vi circulationis ſubſtantia & virtus ad cor deferuntur.

CAPUT

CAPUT XXXI.

Dubia de cardiacis confectionibus, & 1. de confectione διὰ κοκκῶν βαφικῶν, autore Meſue, concinnata.

Suſpectæ fidei redditur à ſpecioſo ingrediente *Lazureo lapide*, qui purgandi per alvum vim habet. Inde in infirmitatibus cordis non videtur naturæ labaſcenti patrocinari, ejusque cauſam agere. *Dubitatio. 1.*

At ſalva res eſt! Exaltantur antidotorum vires, ſi purgantibus nobilitentur. Tribus dotibus antidotus prædita eſſe debet. 1. ut ſit alexipharmaca, venenoque reſiſtat. 2. ut cor, quò venenum pellat, roboret. 3. expultricem cordis & aliarum partium ſtimulandi vim habeat. Theriaca eo fine ſerenitatis nomine illuſtris recipit rhabarbarum ad ℥vj, & agarici ℥xij. *Reſolutio.*

II. *Johannes Manardus in annotat. in Meſuen diſtinct. 1. de electuariis*, contemtim inſultat huic confectioni, duplici nomine. In hac, *inquit*, confectione nunquam jactarem pecunias, 1. nam neque in ſerico, neque in cocco, vel baphico vel chermes nuncupato, agnoſco vim, niſi conſtringentem: colorisque rubri ratione lædere potiùs cor, quàm juvare, ſpiritus & ſanguinem trahendo. 2. cyanei ratione vomitum & ſeceſſum citabit, quæ præ exiguâ ejus quantitate perficere non valens, lædet magis quàm juvabit. *Dubitatio. 2.*

℞. 1. negando ſolam conſtringendi vim ineſſe. Emicat etiam vis confortandi, tot ſeculorum firmata experimentis. Inanis eſt attractionis metus. *Reſolutio. 1.*

2. Studiò infrà ordinariam doſin cyaneus lapis additur, ut naturam ſaltem ſtimulet, non turbet. *2.*

Tertia Dubitatio. III. *Hercules Saxonia prælect. pract.* erroris incuſat eos maximi, qui confectionem hanc ſumunt quotidie ad ℈j. vel ʒſ. Nam lapis lazuli medicamentum eſt venenatum, ut propterea ſi non ſumatur in magnâ doſi,& dejiciatur,manens in corpore, paulatim ſanguinem deſiccet,comburat atque ulcera inducat.

Reſolvitur ℞. venenatum eſſe lazureum lapidem, negatur, & præparatum, quantumvis maneat in corpore, tantas noxas afferre.

Dubitatio. 4. IV. *Dodonæus praxi* electuarium alchermes ad palpitationem cordis utile eſſe concedit, ſi abſque lapide lazuli fuerit præparatum: aliter adverſùs cordis palpitationem dari non poteſt, niſi detur ad humoris melancholici expurgationem, quo caſù juſto pondere exhibendus à ʒj, ad ʒiſ, *ut Meſue ſcribit.*

Reſolutio. Non placet hæc ſententia. Loquitur de lapide lazuli in ſubſtantiâ ſumto, per ſe ſolo. Rarus hic eſt utendi modus, neque de eo quidem eſt lis. Lotus ingreditur alchermes confectionem, non ad *ἀξιόλογον* corporis evacuationem, ſed expultricis irritationem tantùm.

CAPUT XXXII.

De electuario de ovo.

Nucis vomicæ noxiæ qualitates Incurrit cenſuram eo nomine, quod recipiat nucem vomicam, quæ certo experimento canibus, felibus, lupis, vulpibus, corvis, unde etiam Kraen-Augen appellatur, eſt venenum. Hæc cauſa fuit hactenus, *inquit Hoffmannus lib. 2. de plantis officinalibus*, cur electuario de ovo Maximiliani I. ab empirico obtruſo hactenus uti noluerim. Poteſt nux hæc homini etiam nocere. Non improbatur inſtitutum Auguſtanorum, qui idem præparant ſine nuce vomicâ.

Aſſeritur electuarium. Interim innumeris experimentis lux veritatis emicans innoxium electuarii uſum oſtendit. Non ſemper malus ſemel malus.

LIBRI

GUERNERI ROLFINCII,
PHIL. ET MED. DOCT. ET PROF. PUBLICI,
ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS COMMENTATORIÆ
LIBER IX.
De materiis præſidiorum pharmaceuticis, quæ reſpiciunt cauſam morbi, quæ adhuc generatur, & ſecundùm generationis ſuæ principia requirit materias alterantes, & roborantes in infimo ventre.
SECTIO I.
De alterantibus & roborantibus ſtomachicis.
CAPUT I
ſtomachica calida complectitur.

IN GENERE tenendum, quod inter omnes radices præſtantisſima ſit ACORI: inter herbas MENTHA criſpa rubra. CAPPARES conditi plus proſunt omnibus floribus: ANISUM & FOENICULUM plus commodi adferunt omnibus ſeminibus: CINAMOMUM prævalet omnibus *Simplicia generalia.*

omnibus corticibus. CARYOPHYLLI præcellunt omnibus aromatibus : CYDONIA plus juvant omnibus fructibus. Ἡ ῥητίνη τῆς σχίνου ἀπ' ἐνίων καλουμένη μαστίχη, *reſina lentiſcina nonnullis appellata* MASTICHE plus prodeſt cæteris reſinis: CASTOREUM plus ipſum confortat omnibus animalium partibus.

Specialia: radices, IN SPECIE intemperiem frigidam conſolantur; RADICES ARI ſucculentæ ab exteriori cortice liberatæ & exſiccatæ, ACORUS VERUS Dioſcorideus, non quidem pro vero calamo aromatico habendus, *autore Monardo hiſt. aromatum lib. 1. cap. 32.* ſed ei tamen ſubſtituendus, *autore Matthiolo lib. 5. epiſt. ad Balthaſarem Pepulum myropolam Bononienſem,* in quâ quæ *in commentariis in Dioſcoridem lib. 1. cap. 2. & 17.* validisſimis argumentis docuerat, repetit, videlicet calamum odoratum non eſſe radicem acori hujus. *Galanga, pimpinella, china, zedoaria.*

folia, FOLIA: *Abſinthium,* quod per y & i ſcribi poteſt, δύναμιν, *autore Dioſcoride,* ἔχει θερμαντικὴν, στυπτικὴν καὶ ἀποκαθαρτικὴν τῶν ἐνεχηκότων στομάχῳ καὶ κοιλίᾳ χολωδῶν, *vim habet calefacientem, aſtringentem, & quæ in ſtomacho & alvo hærent, bilioſorum expurgatricem.* Myrrha Germanorum dici poteſt. Ponticum tenuifolium gratius eſt ſtomacho, magis aſtringit, minùs calefacit, vulgare minus aſtringit, magis calefacit. Utrumque βαθύπικρον, minùs amarum autem ponticum, quod ſanguinem depurandi vi præditum eſt inſigni. Videntur autem τὰ πικρὰ, *autore Galeno de ſimpl. medicam. facultatibus,* κακοστόμαχα, *amara ventriculo eſſe inimica, Galenus* ſe ipſum explicat, & addit: ſe loqui de iis, quæ ſunt μόνον πικρὰ, *ſolùm amara,* nullas autem præterea corroborandi facultates habent. ἡδύοσμος ἥμερος *ſuaveolens* μίνθη, γνώριμον βοτάνιον *mentha,* vulgatæ notitiæ herba, rubro quæ eſt caule, criſpo folio, eique *affinis,* odoris moſchati, caule rubro, ſed foliis glabris. *Eruca* hortenſis ſativa aceto irrigata, vel piſta ventriculi cruditates abſumit. Lactucæ foliis miſceri poteſt in acetariis grato conjugio.

flores, FLORES *& ſummitates menthæ, origani.*

ſemina. SEMINA *aniſi, carvi, anethi, cardamomi, coriandri.*

LIGNA

LIGNA *Guajacum, rhodium.* CORTICES *aurantiorum, citri, cinamomi, canellæ albæ.* *Ligna.*

AROMATA. *πέπερι, autore Dioſcoride lib. 2. cap. 148. δύναμιν ἔχει θερμαντικὴν καὶ πεπτικήν. Piper calefacit, & coctioni patrocinatur.* Integra grana hoc officium exhibent, quod præſtito calefaciendi officio, nullum augmentum calori hepatis præbeant, ſed ut deglutita ſunt, excernantur. *ζιγγίβερις, autore eodem, cap. 49. δύναμιν ἔχει θερμαντικὴν, πεπτικὴν, μαλακτικὴν κοιλίας, καὶ ἐπιεικῶς εὐστόμαχον. Zingiberis vim habet calefacientem, coctionem adjuvat, alvum leniter mollit, ſtomachoque eſt accommodatum.* SICCI uſus ſecurus. CONDITUM in magnâ copiâ ſumtum non facilè coqui teſtatur experientia quædam. Exiſtimatur tamen Zingiber in TZINA & BENGALA conditum, tenerum illud & molle, ſupraque linguâ quaſi liquescens, tale non eſſe. *Aromata.*

GOMMI-RESINA *lentiſcina,* quæ dicitur *maſtiche,* excellit. *Gommi.*

ANIMALIUM PARTES. TUNICÆ VENTRICULORUM MERGI, STRUTHII, GALLINARUM commendantur, & communi extolluntur ſuffragio. *τὴν κοιλίαν τῆς αἰθυίας mergi ventriculum* quidam commendant, *ait Galenus de ſimpl. medicam. facultatibus lib. 11. ſive* arefactus ſit, ſive elixus. Ipſe autem ſtatim ſuum ſubjungit judicium. *πειραθέντες δὲ ἡμεῖς, inquit, αὐτοῦ, ματαίαν εὕρομεν τὴν ὑπόσχεσιν, ὥσπερ καὶ τοῦ ἀλεκτορίδων ἔνδον χιτῶνος, ὃν καὶ αὐτὸν ἔνιοι σκελετεύοντες ὠφελεῖν φασὶ, εἰ ποθείη, τοὺς στομαχικούς. At nos id experti, vanam eſſe promiſſionem comperimus: ſicut ſanè etiam id, quod de internâ tunicâ gallinarum memoriæ eſt proditum. Ajunt enim quidam, ſi ea arefacta bibatur, juvare ſtomachicos.* *Animalium partes.*

Idem confirmat *libro 3. de aliment. facult. cap. 21.* ſtruthiocameli & mergi ventriculum è catalogo coctionem juvantium medicamentorum expungens. *Ἀλλ' οὐδ' αὐτὰ πέπτονται ῥᾳδίως, inquit, οὔτε τῶν ἄλλων ἐστὶ πεπτικὸν φάρμακον, ὥσπερ ζιγγίβερι, πίπερι, καὶ καθ' ἕτερον τρόπον, οἶνός τε καὶ ὄξος. Verùm nec ipſa facilè coquuntur, neque aliis in eo ipſo, ceu medicamenta auxiliantur, veluti zingiber & piper, & præterea aliâ ratione vinum & acetum.*

Mineralia. MINERALIA. Thermas docet *Galenus 7. methodi medendi cap. 4.* intemperiem ventriculi frigidam & ſiccam emendare. CAROLINÆ in hâc viciniâ principem obtinent locum. Dejectoriâ vi cruditates expurgant, calefactoriâ intemperiem corrigunt. ACIDULÆ tutiores, ſi epar laboret æſtu, ferro & ♁ ſcatentes, cum pauco ☉ & ♀. Egranæ excellunt. In retentrice ventriculi læsâ ἡ δὲ βῶλος ἐκ τῆς Ἀρμενίας prodeſt.

Sicca præparata. PRÆPARATA. SPECIES *aromatici roſati Gabrielis, caryophyllati, diacinamomi, diagalangæ,* διὰ κυμίνου, διὰ ἀνίσου *Meſues, roſatæ novellæ, Abbatis Nicolai, diaxyloaloes Meſues, diazingiber. Nicolai, confectio ad vermes, diacalaminthes,* διὰ τριῶν πεπέρεων, *ſpecies ſtomachales Mynſichti.*

PULVIS STOMACHALIS DOMESTICUS cum foliis ſenæ.

℞.	*fol. ſenæ electæ* ℥iij.	*cochleariæ* m. ſ.
	ſalviæ auritæ rubræ,	*rutæ* a. m. ſ.
	radicis pimpinellæ,	*ari,*
	valerianæ hortenſis,	*zedoariæ* a. ℥j.
	ſeminis cumini, aniſi,	*petroſelini, dauci,*
	zingiberis, caryophyllorum,	*nucis moſchatæ, galangæ* a. ℥ß.
	ſacchari albi ad pondus omnium	S. Triſenet.

TRAGEA STOMACHALIS BIRCMANNI ex radice ari, *à Quercetano* deſcripta *pharm. dogm. reſtituta,* calefacit frigidum & exſiccat humidum ventriculum, fermentumque deperditum reſtaurat.

TRAGEA GROSSA ex inciſis ſpeciebus, in Auguſtano, duplex deſcribitur: *una* conſtat ex ſpeciebus & confectionibus, *altera* ex confectionibus & rotulis. Stomachicæ ſunt utræque. S. Triſeneth nach dem eſſen. Celebres hæ ſunt:

℞.	*ſp. arom. roſati, diamoſchi*	*dulcis, diambræ* a. ℥xvj.
	diagalangæ,	*diacymini* a. ℥xij,
	ſacchari ℔x	*in quantitate ſufficiente.*
	aquæ roſarum ſoluti	F. Tabellæ.

His

His in taleolas diſſectis adde

conf. aniſi, fœniculi, coriandri, carvi a. ℔j.
cinamomi electi, caryophyllorum a. ℥xviij, *macis* ℥vj,
cubeb. cardam. nuc. moſch. zz. albi, roſ. rubr. a. ℥iiij,
glycyrrhizæ raſæ ℥xij. Incidantur aromata, & commiſtis invicem F. Pulvis groſſus. S. Pfaffen-Futter.

℞. *confectionis carvi, fœniculi* a. ℥j,
rotularum diacinamomi ℥ij.
Incidantur groſſo modo. S. grob Pulver.

MORSELLI IMPERIALES duplices ſunt: VULGATI *officinales, in antidotario Auguſtano deſcripti,* & RARIORES. Hi recipiunt: *amygdalorum dulc. excort.* ℥j. *carnis citri cond.* ℥j,
zingiberis conditi ʒvj, *nucis Indicæ cond.* ℥ſ,
caryophyllorum ʒj, *macis,*
nucis moſchatæ, galangæ, cardam. a. ℈j,
ſacchari in ▽ *roſarum. ſol. q. s.* ℥xvj, F. Morſelli.

TROCHISCI *de aniſo* noti ſunt.

CHIMICA: FECULA *radicis ari,* ſeu loco ejus, radix ejus mundata & pulveriſata quæ nobilior, utpote ſale volatili adhuc inſtructa. SAL *abſinthii, juniperi.* ELÆOSACCHARUM *aniſi, fœniculi, cinamomi, caryophyllorum, nucis moſchatæ.*

SPISSA PRÆPARATA. ANTIDOTI *magnæ, Mithridatium,* imprimis autem *Theriaca* ob carnem *viperinam,* potenter calefaciunt & exſiccant. DARI poſſunt ad pondus ℈ſ, vel integri, duabus horis ante prandium, vel cœnam, ita ut ſuperbibatur hauſtus vini Hiſpanici. *Spiſſa.*

CONSERVA *menthæ* proſunt & *abſinthii* vulgaris & pontici.

LIQUIDA PRÆPARATA. ▽ CINAMOMI miras vires afflat ventriculo: VITÆ, 🜄 ſimplex pauperibus, cum aromatibus ditioribus prodeſt. 🜄 STOMACHALIS *Mynſichti, ſaccharo* vel *miva cydoniorum* edulcatus jucundiſſimus eſt. 🜄 rhenani, in quo *mentha* macerata fuit, edulcatus, multæ eſt expectationis. *Aqua* MASTICHINA *Mynſichti* bonarum virtutum. *Liquida.*

SPIRITUS *cinamomeus cydoniatus.*

℞. *ſucci cydonior. recenter per ſubſidentiam depurati exp.* ℔j,
cinamomi in fruſtula conciſi, & parum conquaſſati ℔j.

Stent per octiduum in digeſtione, poſt deſtillentur. Boni eſt ſaporis. Poteſt etiam parari ſine deſtillatione, ſolâ digeſtione *cum ſaccharo canarienſi*, & poſt filtrari. Elegantiſſimi itidem ſaporis. S. Zimmet und Quitten Magen-Waſſer.

Infuſum. ℞. *fol. calamenthæ, ſalviæ, naſturtii aquatici, vel criſpi* a. m. ſ.
fl. beton. roſ. rub. a. p. v, *menthæ balſamitæ corymb.* a. p. vj.
radicis cyperi, helenii, ſarſaparillæ, rhapontici veri a. ʒj,
xyloaloes ʒſ, *ligni ſancti, ſaſſafras,*
ſeminis coriandri, leviſtici, citri, aniſi, fœniculi a. ℥ſ.
Conciſa contuſa s.a. irrorentur miſt. ſimpl. ʒſ, *ſp.* ☽, ♀*ri*, a. ℈j.
S. Species zum Magen-Wein per infuſionem.

Julepus. JULEB EX VINO *Arnoldi de villâ novâ*, deſcriptum *antidotario Auguſtano*, quod *ex vini.* ℔iij *& ſacchari* ℔ij paratur, ventriculi & cordis robur tuetur, crudos humores partim incidit, partim concoquit.

℞. *ſem. aniſi, fœniculi* a. ℥iij,
radicis glycyrrhizæ, enulæ,
angelicæ a. ℥vj, *zingiberis* a. ℥j,
granorum juniperi ℥vj, *ficuum recentium* n. xij,
paſſularum maj. ℔ſ. *dactylorum* n. iij, *acori veri* ℥ij,
fol. hyſſopi m. iij, *ocimi baſilici, abſinthii* a. m. ij.
Inciſa contuſa inf. in 🜈 q. s. *per duos dies.*

Poſt deſtilla, & colora partem aliquam cum ſandalis rubris, vel tornâ ☉, partem ſibi relictam ſerva. S. 🜄 vitæ.

Spiritus. ℞. *maſtichis chiæ* ʒiij, *galangæ, cinamomi,*
carnis cydoniorum exſicc. a. ʒj. 🜈 *rectificati* ℔j.

Digere per biduum, poſt deſtilla. S. Spiritus maſtichis.

℞. *radicis ari ſuccidæ* ℔ſ, *acori veri* ʒj,
zedoariæ, galangæ, *pimpinellæ* a. ʒij,
ſem. aniſi ℔ſ, *fol. ſenæ Alexand.* ℥j.

corticum

corticum tamariſci ℥ij. *raſura ligni ſaſſafras* ℔½.
Conciſa, contuſa ſtent vitro clauſo in *vini veteris* ℔iij. *per dies* iij.

Poſt deſtillentur ex cucurbitâ vel vitreâ vel terreâ per alembicum. ☉. Aqua ari.

SIRUPI *mentha & abſinthii* huc pertinent. *Sirupus.*

Sirupus MASTICHINUS ita paratur:

℞. *maſtichis* ℥iij, *aq. menthæ* ℥viij, *roſarum* ℥vj. *ſacchari albiſſ.* q.s. *Coque ad conſiſtentiam ſirupi.*

SIRUPUS ſtomachalis *Solenandri*. *Miva cydoniorum* ſimplex & aromatica, ventriculum frigidum & humidum, & à pituitoſis humoribus laxum confirmat, coctionem juvat.

LIQUAMEN, ⁂ ſeu balſamum MASTICHIS internum, ⁂ *maſtichis.* deſcribitur magnis cum encomiis *à Steph. Strobelbergero in maſtichologia p. 98.* ejusque mentio fit *in libello de cur. morb. puerorum.* Multæ felicitatis eſt in omni uſu, ob quâ maſtix celebrari ſolet.

℞. *maſtichis granatæ & electæ* ℥ſ, *olei olivarum recentiſſimi* ℥iiſ.

In phiolâ mediocri impone in carbonibus ignitis in igniariâ arulâ menſali comprehenſis, donec oleum ad fervorem tendens maſtichen liqueſcentem in ſe recipiat, fiat incorporatio ſimilis balſamo.

Magni eſt uſus. 1. Infantibus, dyſenteriâ, vomitionibus, intumeſcentiâ, torminibus ventris decumbentibus præſens eſt auxilium. 2. Obmuteſcet quodlibet ventriculi & inteſtinorum vitium frequens. 3. Omnis ætas, pro variorum morborum naturâ laudat maſtichen verè potabilem, liquamenque aureum, quo vulnera, apoſtemata, variæque læſiones internæ ſanationem ſibi polliceri queunt.

UTENDI MODUS. Datur ℥j in cereviſiâ vel juſculo calido.

CHIMICA. *Elixir proprietatis Paracelſi, vulgare, exaltatum rhabarbaro & ſcammonio,* ut oſtendit *chimia in artis formam redacta, Elixir* ⊕*li Mynſicbti.* SPIRITUS ⊕*li ſimplex, philo-* *Chimica.*

ſophicus, Miſtura ſimplex, compoſita. Singula hæc defectum fermenti reſarciunt.

CAPUT II.

Præparata ſtomachica magiſtralia calida ſicca.

1. Pulveres, & τραγήματα.

Tragemata.

℞. *ſeminum aniſi, fœniculi, coriandri pp.* a. ℥v,
fol. menthæ criſpæ ſiccæ p. iiij. *radicis glycyrrhizæ raſæ* ʒij,
maſtiches ʒj, *panis biſcocti albi* ℔¼,
ſacchari albi ad pondus omnium. M. F. Tragema.

℞. *ſpec. aromatici roſati* ℥ſ, *ambræ gryſeæ* g. v,
☍ *aniſi* ℈ſ, *ſacchari albi* ℥j. S. Magen-Pulver.

℞. *fol. menthæ ſiccæ, ſummitatum euphraſiæ,* a. p. v,
ligni ſandali rubri, cinamomi, cardamomi a. ʒj.
nuc. moſchatæ no. j, *ſeminis aniſi, fœniculi* a. ʒiij,
ſacchari roſati tabulati, ad pondus omnium.
Contuſa. ſ. a. S. Tragema ad oculorum caliginem poſt cibum.

℞. *cinamomi, glycyrrhizæ* a. ʒj,
galangæ ʒſ, *coriandri ppti* ʒj,
nucis moſchatæ, cubebarum a. ℈j.
radicis pæoniæ, iridis a. ʒj,
ſummitatum hyſſopi, origani, aa. p. iiij.
ſeminis aniſi, fœniculi, aa. ʒij,
croci ℈ſ. *zingiberis* ℈j,
ſacchari opt. ℥j. F. Pulvis ſubtiliſſimus. S. Trieſenet im Anfang der Mahl-Zeit.

℞. *panis albi toſti* ℥ij, *coriandri pp.* ℥ſ,
fl. roſarum rubr. ſicc. p. v, *maſtichis* ʒiij,
cinamomi acuti, nucis moſchatæ a. ℥ſ,
coralliorum rub. pp. ʒij, *ſacchari* ℥iiij.
In ſcatulâ S. Magen-Pulver nach dem Eſſen/zur Schlieſſung des Magen-Mundes.

℞. *ſeminis*

℞. *ſeminis coriandri pp.* ʒvj, *cinamomi electi* ʒij.
maſtichis, nucis moſch. macis a. ʒj, *xyloaloes* ℈j,
ſacchari roſati tabulati q. s. F. Pulvis.

℞. *ſem. coriandri pp.* ʒij. *cubebarum, cardamomi* a. ʒß,
fl. roſarum rubrarum, maſtichis, menthæ a. ʒj,
elæoſacchari aniſi, fœniculi, cumini a. ʒß,
ſacchari roſati tabulati q. s. S. Triſeneth ein Löffelchen voll auff zwey-Schnit geröſter und in Wein geweichter Semlen zu nehmen.

℞. *ſp. aromatici roſati, caryophyllati* a. ʒj,
diapliris archont. diacinamomi,
diazedoariæ a. ℈j, *nuciſtæ* no. ij.
interioris tunicæ ventriculi gallinæ ʒß,
ſacchari albi ℥iß. S. Τράγημα στομαχικόν.

℞. *radicis ari pulveriſatæ, cryſtallorum* ♀ *rubr.* a. ʒj,
⊖ *abſinthii, juniperi* a. ℈j. M. F. Pulvis.

℞. *trageæ ſtomachalis ex radice ari Querc.* ℥iiij.
In ſcatulâ S. Magen-Triſeneth.

℞. *trageæ aroniæ Quercetani* ℥iij,
fol. & ſum. majoranæ, betonicæ, ſalviæ rubræ,
roriſmarini, menthæ criſpæ, ſylv. moſchatæ aa. p. ij,
ol. menthæ, macis, caryophyllorum
cinamomi, anethi, fœniculi a. g. vj,
ſacchari roſ. tabulati ℥j. Vermiſcht Haupt und Magen-Zucker.

℞. *trageæ ſtomach. Quercet.* ℥ß, *ſumm. menthæ, cochl.* a. p. vj.
trochiſc. de capparibus, de rhabarbaro a. ʒj.
cinamomi electi, maſtichis a. ʒß, *nucis moſchatæ* no. j.
🝆 *aniſi, rhodii, menthæ, fœniculi* a. g. vj.
M. In ſcatulâ S. Triſeneth.

CAPUT III.

Elæoſacchara.

℞. *elæoſacchari* *menthæ* ℥ij.
In ſcatulâ S. Kräuſemüngen-Zucker.

℞. *elæoſacchari ſtomach. chimiæ in artis formam redactæ* ℥ij.
Detur.

℞. *magiſterii menthæ Zwelferiani* ʒj, ꝏ *menthæ* ℈j, *ſacchari albiſſimi* ℥j. M. S. Krauſemünz-Zucker.

℞. *ol. menthæ, fœniculi, abſinthii, cinamomi, aniſi* a. g. vj. *ſacchari albi* ℥ſ. Super igne leni M. S. Vermiſchter-Zucker.

CAPUT IV

morſellos proponit.

1. cum extractu.

℞. *ſpecierum diagalangæ* ʒſ, *dianiſi* ℈ij,
diambræ ℈j, *macis, nucis moſchatæ* a. ʒj,
extracti xyloaloes, *zedoariæ* a. ℈j,
coralliorum rub. pp. ʒſ, ꝏ *ſuccini* ℈j,
ꝏ *cinamomi,* *caryophyllorum, aniſi.* a. g. x.
ſacchari in ▽ *roſarum ſoluti* ℥v.
conſervæ menthæ, *naſturtii aquatici* a. ℥ſ,
M. F. *Morſelli, pondere* ℥j.

2. cum foliis ☉.

℞. *fl. roſ. rubr. electorum,* *bugloſſi,* a. ʒij,
conſolidæ regalis, *balauſtiorum, cyani, tunicæ,* a. ʒj,
amygd. dulcium exc. ℥iiſ, *pinearum, piſtaciorum* a. ℥x,
carnis citri recentis ʒiij, *caryophyllorum* ʒij,
cinamomi optimi ʒiij, *ſpec. imperialium* ℥j,
ſacchari albiſſimi ſol. in *ſucci citri* ℥ij,
aq. roſ. cinam. a. q. s. ℔ij. *fol.* ☉ n. vj. *Ultimò* adde *confectionis variorum colorum cum moſcho q. ſ. F. ſtratum,* F. l. a. Morſuli. In ſcatulâ. S. Morſelli cum foliis ☉, à le mode dicti.

℞. ꝑ.

℞. *ſp. imperialium* ℥ij, *amygd. dulc. exc. pinearum,* a. ℨiij. *cum conſerv.*
ſp. diacinamomi, *aromatici roſati.* a. ℨj.
cortic. citri aurant. ſaccharo obductorum a. ℥ſ.
conſervæ primulæ veris, *menthæ, violarum,*
hepaticæ albæ pratenſis, *rorellæ* a. ℨij.
ſacchari albi ſoluti *in aq. menthæ q. s.*
F. Morſelli pondere ℥ſ. S. Conſerv Morſellen.

℞. *amygd. dulcium ambroſ. exc. pinear. non rancid.* a. ℥ſ,
fl. roſarum rubrarum p. vj, *lavendulæ* p. ij,
macis, *cortic. citr. flav. recentis* ℥ſ,
confect. alchermes ℈j, *cinamomi acuti* ℨſ.
conſervæ cochleariæ, menthæ, roſarum rubrarum a. ℥ſ,
ſacchari albi ſoluti *in aq. aniſi q. s.*
F. Confectio in Morſellis.

CAPUT V.

Rotulæ.

℞. *ſpec. diarhodon abbatis,* *roſatæ novellæ* a. ℨj.
ſacchari albi ſoluti in aquâ menthæ ℥iij, Adde
ol. menthæ, cinamomi a. g. vj. F. Rotulæ.
S. Magen-Küchlein.

℞. *ſpec. aromatici roſati, roſatæ novellæ, diarhodon* a. ℨj,
extr. acori veri ℈ß. *ſacchari albi ſoluti in*
aq. cinamomi ℥ß, *menthæ, ſucci berberum* a. q. s. ℥v,
ol. menthæ, g. x, *cinamomi* g. viij,
F. Rotulæ. In ſcatulâ S. Dau-Küchlein.

℞. *extr. calami aromatici, galangæ, enulæ* a. ℈ß,
ireos ℨß, *feculæ ari* ℈iiij, *conf. alchermes* ℨij,
ſacchari optimi ſoluti in aq. cinamomi; ſucci citri q. s. ℥viij,
ol. deſtill. aniſi, fœniculi, aurantiorum, citri a. g. x,
menthæ, caryophyllorum a. g. vj. F. Rotulæ.
S. Stärck-Küchlein. Dentur 4. 5. 6.

℞. *ſpec. diarhodon abbatis, diapliris archontikῶν* a. ʒij,
roſata novellæ ℈ij, *extracti acori veri* g. vij.
ſacchari albi in aq. menthæ q. s. *ſoluti* ℥xij.
ſub finem addendo
ol. cinamomi, ligni rhodii a. g. vj. *citri* g. v, *aniſi* ℈ß.
F. *Orbiculi.*

℞. *ſpec. arom. roſati, diagalangæ, dianiſi* a. ℈ij,
diambræ, diamoſchi dulcis a. ℈j,
macis, nuciſtæ a. ʒj, *bacc. lauri* no. iij,
extracti xyloaloes, corticum citri, aurant. abſinthii a. g. iij,
corall. rub. ppt ℈ß, *ol. ſuccini, anthos* a. g. v.
ſacchari in ▽ *abſinthii ſol. q. s.* ℥viij. F. Rotulæ.

℞. *extr. zedoariæ* ℈j, *croci* ♂ *aperientis* ʒj.
ſpec. arom. roſat. ʒß, *ſacch. in aq. menthæ q. s. ſol.* F. Rot.

CAPUT VI.

Præparata magiſtralia ſtomachica ſpiſſa: electuaria.

℞. *conſ. roſ. rub.* ⊕*l. fl. cochl. betonicæ, menthæ* a. ℥j,
zingiberis conditi ʒvj, *thuris albi, maſtichis.* a. ʒß,
ſpec. arom. roſ. diarhodων abbatis a. ʒß, *roſ. novellæ* ℈j.
cum ſirupo acetoſæ ſimplici, citri a. *q. s.*
ſp. ⊕*li q. s. ad gratum ſaporem.* F. Electuarium.

℞. *conſ. roſ.* ⊕*l. cochl. agerati, menthæ criſpæ* a. ℥j,
acori rubri cond. ʒiij. *perſicorum acidorum cond.* no. j,
conditi corticum aurantiorum, citri a. ℥ß,
trochiſc. de abſinthio, capparibus a. ℈j,
extracti acori, croci ♂ a. ℈j.
aq. cinamomi, menthæ cum vino ♌ a. ʒj.
ſirupi rubi Idæi, roſar. rubr. a. q. s.
S. Stärck-Zucker.

℞. *conſervæ*

℞. *conſervæ abſinthii pontici, menthæ criſpæ,*
ſalviæ, betonicæ, majoranæ a. ℥ß,
florum roſarum rubrarum, anthoſ a. ʒv,
ſpecierum aromatici caryophyllati, roſati,
diaxyloaloes, diamoſchi dulcis a. ℈j,
ſuccini albi ppt. maſtichis a. ʒß,
cinamomi, macis, zingiberis a. ℈j,
extracti zedoariæ, imperatoriæ a. ℈ß.
cum brodio conſerv. zingib. & nuc. aromatitis aa. *q. ſ.*
elixir propr. ℈j. M. F. Elect. Obducatur foliis ☉ duobus S. Güldene Lattwerge.

℞. *conſervæ menthæ criſpæ rubricaulis, cochleariæ,* a. ℥j.
conditi corticum citri, aurantiorum a. ℥ſ.
confect. alchermes, hyacinthi a. ʒj.
ſpecierum dia ῥοδῶν, roſatæ novellæ a. ℈ij.
olei citri, aniſi, cinamomi, caryophyllorum a. g. v.
ſirupi conditi zingiberis, nuc. moſc. in Indiâ conditæ a. q. ſ.
M. F. Electuarium. In pyxide latâ S. Magenſtärck-Zucker.

CAPUT VII

præparata calida ſtomachica magiſtralia humida proponit, & primò quidem decocta, & infuſa.

℞. *ligni ſancti raſpati, ſaſſafras* a. ℥ij, *Decoctum.*
radicis chinæ, ſarſaparillæ a. ʒij,
corticum citri, aurantiorum a. ʒiij.
ſeminis aniſi, fœniculi a. ʒiij,
ſchœnanthous cum toto ʒj. *flor. roſar. rubr.* p. vj,
ſummitatum menthæ criſpæ, ſilveſtris moſchatæ a. p. v.
Coq. in aq. font. ℔iiij, leniter. Colatura datur ad ℥iij.

Solenander improbat hæc decocta *lib. 5. conſilio penultimo*, creditque nullum ex iis ventriculo accedere robur non ſolùm, ſed etiam debiliorem fieri. Alii nauſeabundi ab iis abhorrent, delicatioribus medicamentis adſueti. S. Tranck zur Holtz-Cur.

℞. *ſummit. menthæ criſpæ, balſamitæ corymbiferæ, abſinthii pontici tenuifolii, ſatureiæ* a. p. iij.
fl. ſalviæ, betonicæ, naſturtii Indici, a. p. v.
nucis moſchatæ no. iij, *baccarum lauri* no. iv.
ſem. 4. calid. maj. citri, ocimi,
cinamomi, galangæ, zingiberis a. ℈j.
corticum aurantiorum, citri, rad. capparum a. ʒj.
conſervæ cochleariæ, naſturtii aquatici a. ℥j,
Coq. in ſuff. q. aq. fontanæ. Colaturæ ℔ij. adde
ſirupi menthæ, corticum citri a. ℥j.
S. Träncklein auff vielmahl/ in fictilibus duobus oblatis.

CAPUT VIII.

Aquæ, ſpiritus, elixiria, miſturæ.

℞. ▽ *zedoariæ* ℥iij. S. Zittwer-Waſſer.

℞. *vini rhenani canth.* ſ. *extracti abſinthii liquidi* q. v.
M. S. Wermuth-Wein.

℞. *vini rhenani* ℥ij, *elæoſacch. cinam. citri, aniſi, quod volueris.*
S. Zimmet Aniß Citronen/ Wein.

℞ *miſturæ* ⊖*l.* ♆*ſata theriacalis camphoratæ* ʒiij.
extracti granorum juniperi, acori, cardui benedicti, pimpinellæ, zedoariæ, betonicæ a. ℈ß.
ſirupi menthæ, betonicæ a. ℥j. F. Miſtura.
S. Vermiſchete-Magen-Eſſentz auff etliche mahl. DOS. g. L. & plures, pro ratione liquoris.

℞. *eſſentiæ menthæ* ʒij. *ſpiritus* ⊖ ʒj.
S. Eſſentz. g. xx.

℞. *elixir. propriet. Paracelſi, eſſentiæ abſinthii, menthæ* a. ʒj.
In vitro S. Eſſentz.

CAPUT

CAPUT IX

potiones ex aquis & ſirupis continet.

℞. *aquæ menthæ*, *betonicæ*,
cinamomi a. ℥j, *zedoariæ mitioris* ℥ij.
ſirupi maſtichini Reineri *Solenandri ſtomachalis*,
ſpiritus menthæ cum vino a. ℥ſ, *elixir. prop. Paracelſi* ℈iv.
S. Magen-Träncklein auff vielmahl.

℞. *confectionis ſuccoladæ* ʒj. *vini menthæ* ℥j.
M. pro hauſtu.

℞. ▽ *acetoſæ ſtomachalis* *Mynſichti* ℥iiij.
In vitro. S. ut ſuprà.

℞. *nectaris* ⊕*li* *Mynſichti* ℥iiij.
S. Säuerlich-Waſſer.

℞. *fol. menthæ moſchatæ*, *abſinthii*, *calaminthæ*,
origani, *meliſſæ*, *ſcordii* a. m. iij.
radicis tormentillæ, *acori veri*, *biſtortæ*,
galangæ majoris, *zedoariæ* a. ℥j.
corticum citri, *aurantiorum* a. ℥ſ,
ſeminum aniſi, *fœniculi*, *dauci cretici* a. ℥ſ.
florum agerati, mß. *roſ. rub.* m. j, *balauſtiorum* no. iij
piperis longi, *zingiberis*, *cinamomi*,
nucis moſchatæ, *caryophyllorum* a. ℥ſ,
Conciſa contuſa s. a. dentur ad chartam.
S. Species Zum Säcklein.

CAPUT X.

Externa ſtomachica calida. Species pro ſacculo.

1. Species.

℞. *ſummitat. menthæ criſpæ, abſinthii vulgaris, pontici* a. m. ſ,
fl. roſarum rubr. menthæ, balſ. corymb. chamom. Rom. a. p. viij.
radicis cyperi rotundi, *acori, galangæ.* a. ʒij,
ſeminis aniſi, carvi, *fœniculi.* a. ℥ſ,
Conciſa, contuſa s. a. aſpergantur ol. citri, aurantiorum,
ſuccini a. g. vj, *menthæ, angelicæ.* a. g. ij,
F. Sacculus interpaſſatus. S. Magen-Säcklein.
Addi poſſunt *aromata:*
nucis moſchatæ n. ij, *macis, galangæ,*
zingiberis, cinamomi *baccarum lauri.* a. ʒij,
In ſuſpicione de vermibus, *ſeminis ſantonici.* ʒiij,
Dentur ad chartam S. Species.
Vel conſuantur ſyndone rubro. S. Magen-Säcklein.
Sicci vel decocti in vino, vel cereviſiâ applicari queunt.

2. Emplaſtra.

℞. *ceroti ſtomachalis Galeni* ℥iij. Diſtendatur in alutâ rubrâ. S. Magen-Pflaſter.

℞. *emplaſtri diaphœnicῶν.* ℥ij, Malaxetur cum ol. maſtichino, & extendatur in alutâ rubrâ. S. Magen-Pflaſter.

℞. *gommi tacamahacæ* *puriſſimæ,* ℥iij.
Liquefiat lento △ carbonum. Adde
ſtyracis calamitæ liquefactæ, vel ejus loco, ladani ℥j,
ceræ novæ, ℥ij, Miſta probè
cum fuerint, removeantur ab △ & ſinantur non nihil refrigeſcere. Adhuc tepentibus injiciantur.
moſchi optimi, *ambræ finæ* a. g. v.
trita antè cum tantillo ſacchari fini in pulverem, & ſpatulâ ferreâ continuè agitata. M. Tandem effundantur in cyathum aquæ roſaceæ optimæ, cumque refrixerint, formentur magdaleones, in uſum ſervandi. S. Cerotum ſingulare. Extendatur ſupra corium, uſûs tempore, & applicetur ori ventriculi, donec ſuâ ſponte decidat.

℞. *fol.*

℞. *fol. menthæ, abſinthii, agerati, ſcordii* a. m. j.
radicis tormentillæ ℥iij, *ſem. aniſi, fœniculi* a. ℥j,
florum roſarum *rubrarum.* m. ſ.
Coque in ſ. q. aquæ fontanæ. Colaturam redige lento igne ad conſiſtentiam extracti.

℞. *hujus extracti* ℥x, *olei olivarum* ℥vj,
Coque iterum ad exſpirationem liquoris leniter. Poſt adde:
ceræ ℥iiij, *terebinthinæ Venetæ* ℥ij,
reſinæ tacamabacæ ſelectæ. ℥ij, *maſtichis, thuris,* a. ℥ſ,
coralliorum rubrorum, *alborum* a. ʒiſ.
radicis zedoariæ pulveriſatæ q. s. ad juſtam conſiſtentiam,
cum refrigeſcere incipit, ſub finem, adde
olei cumini ʒſ, *juniperi* ʒj, *cinamomi,*
caryophyllorum a. g. viij. *roſarum* g. v.
M. F. l. a. Emplaſtrum.

℞. *ol. nucis moſchatæ.* ʒiij, *juniperi* ſtillati ℈ſ. *caryophyllorum,* 3. *Balſama.*
fœniculi a. g. xvj, *cinamomi* g. v, *cumini* g. v.
Super igne miſce: adde *balſami de peru* ℈j.
In pyxide ſtanneâ S. Balſam.

℞. *ol. nucis moſchatæ expr.* ʒij, *aniſi, fœniculi.* a. g. vij,
abſinthii, *caryophyllorum* a. g.v,
menthæ, maſtichis aa. ℈ſ. *balſami Peruviani* ʒſ.
F. Balſamum.

℞. *corporis balſami cinamomi* ʒj, ⚗ *cinamomi q. s.*
M. S. Zimmet Magen-Balſam.

℞. *unguenti carminativi* *Mynſichti.* ℥ſ, 4. *Unguenta.*
In pyxide terreâ latâ. S. Magen-Sälblein.

℞. *olei abſinthii, maſtichini* a. ʒſ, *aceti roſacei* ʒiij,
factâ aceti exſpiratione ſuper igne, adde
olei nucis moſchatæ expreſſi ʒiij, *caryophyllorum.* g. x,
ceræ parum. F. Linimentum.

℞. *unguenti*

℞. *unguenti ſtomachalis* ℥ß. *ol. nucis moſchatæ expr.* ʒij.
∴ *aniſi* ʒj. S. Magen-und Nabel-Salbe.

5. *olea.* ℞. ∴ *maſtichini cocti* ʒij. *nuc. moſchatæ, caryophyllorum,*
macis aa. g. x. *χοινάνθȣς cum toto*
ligni aloes a. ʒj. *maſtichis* ʒij.

Terantur terenda & miſceantur.

PRODEST in ſtomachi doloribus; excitat appetitum, etiam in iis, qui eum omninò perdidêre.

℞. *ol. juniperi* ♌*l.* ʒj. *cort. aurant.*
fœniculi, *chamæmeli* a. g. viij.
In pyxide terreâ latâ. S. Blähungs Oel.

6. *Stillicidia.* ℞. *fol. menthæ,* *abſinthii* a. m. iij.
radicis galangæ, *acori veri* a. ℥ij.
corticum citri, *aurantiorum* a. ℥j.
ſeminis aniſi, *fœniculi* a. ℥ij.

Coque in vino q. s. Detur in vaſe capace S. Apozema pro ſtillicidio ſuprà cordis ſcorbiculum.

℞. ∴ *coctorum maſtichis,* *menthæ &c. q. s.*
In vaſe. S. Oel zum Magentrieffen.

Uſus in intemperie frigidâ & humidâ.

Inſtrumenta ad ſtillicidium neceſſaria proponit *Mercurialis tomo 4. conſult. 64.*

7. *Fomenta.* FOMENTATIO ventriculi regionis cum ſpongiâ ſanguine porci ſilveſtris imbutâ magnis extollebatur laudibus, & commendabatur Sereniſſimo Principi Anhaltino LUDOVICO, æternâ virtutum heroicarum memoriâ digno. Antiquis ſeculis, ſine ullâ humanitatis diſtinctione in balneis humano ſolia temperabantur ſanguine, & duntaxa[illegible]bus, *autore Plinio lib. 26. cap. 5.* Nota eſt hiſtoria de Conſtantino Magno lepröſo, medicinam talem contrà lepram meditante. Averſabatur Sereniſſimus, medicis diſſuadentibus. VESICA incluſa fomenta etiam proſunt.

CAPUT

CAPUT XI.

Stomachica frigida, vel temperatiora interna.

RADICES *acori rubri flore flavo, cichorii.*

FOLIA *acetoſæ, lactucæ, dentis leonis.*

FLORES *roſarum, violarum, nymphaeæ.*

SEMINA *quatuor frigida majora & minora.*

FRUCTUS: *ceraſa acida, corna, cucumeres, fraga, caro malorum aurant. citriorum, perſicorum, pruna acida, ribeſia, ſorba, tamarindorum pulpa.* Τὰ δὲ κυδώνια εὐστόμαχα, οὐρητικά. Ὀπτηθέντα δὲ προσηνέστερα γίνεται. χρήσιμα κοιλιακοῖς, καὶ δυσεντερικοῖς. His verbis docet *Dioſcorides lib. 1. cap. 136.* quod *cotonea accommoda ſunt ſtomacho, & urinam cient. Teſta eadem mitiora fiunt. Cœliacis, & inteſtinorum torminibus conducunt.*

LIGNA *ſandala tria* ventriculo favent.

MINERALIA: *Acidulæ* diuturnis ventriculi infirmitatibus proſunt à calidâ intemperie exortis. *Bolus Armenia* ſiccandi facultate humidam intemperiem corrigit, & inde natas inteſtinorum levitates emendat. *Corallia* temperamenti æqualitate robur firmant eorundem.

PRÆPARATA SICCA: *trochiſci de berberibus.*

SPISSA PRÆPARATA: *conſerva acetoſitatis citri, roſarum* 🜿*lata.*

CONDITA *cydoniorum, lactucæ Hiſpanicæ, ribium.*

LIQUIDA PRÆPARATA: *ſuccus uvæ immaturæ, aurantiorum, berberum, citri, cydoniorum, limonum, granatorum, cum aquâ permiſtorum.*

🜄 refrigerantes hîc locum habent, quantumvis ſingulari virtute ventriculum non reſpiciant.

SIRUPI *acetoſæ, endiviæ & alii temperatiores.*

CHIMICA: *tinctura violarum, roſarum.*

CAPUT XII.

Stomachica magiſtralia frigida, vel temperata.

1. Pulveres.

℞. *pulv. ſtomachalis nobilis Mynſichti* ℥ij.
In ſcatulâ S. Magen-Pulver.

℞. *ſp.* Δια τριῶν σανδαλῶν ℥j. *magiſt. C. C.* ʒij,
coralliorum alborum pp. terræ ſigill. ſtrig. a ʒj,
cryſtalli mineralis ʒſ, *ſacchari roſati tab.* ℥j,
S. Magen-Pulver.

℞. *pulv. diacretæ Mynſ.* ℥j.
In ſcatulâ S. Pulver wieder den Soht.

℞. *cryſtalli mineralis* ʒij, *eleoſacchari citri* ʒj.
menthæ ʒiſ, *ſp. diatr. ſandal.* ʒiſ.
M. S. Magen-Saltz.

CAPUT XIII

morſellos continet & rotulas.

℞. *ſacchari albiſſimi in aqua menthæ, cichorii* a. q. s.
ſoluti & inſpiſſati ℥xij,
conſervæ roſarum rubrarum, trifolii acetoſæ, a. ʒj,
cydon. conditorum, lactucæ Italicæ ſaccharo obductæ a. ℥ſ,
terræ ſigillatæ ppt. boli armeniæ pp. cretæ ppt. a. ʒſ,
ſpec. diatrion. ſandalorum, diatragacanthi frigidi. a. ʒj,
C. C. philoſophicè calcinati ſine igne ℈ij,
ſem. melonum excorticat. ℈j, *amygd. dulc. ambroſ. exc.* ʒvj,
M. F. Morſuli in ſcatulâ. S. Stärck-Morſellen zum Magen.

℞. *conſ. roſ. rubr.* ⊕*l.* ℥j, *acetoſæ, fl. cichorii, fl. citri* a. ʒiij.
cydoniorum conditorum, ℥ſ, *lactucæ hiſpanicæ conditæ* ʒij,
ſucci acetoſæ ʒſ, *coralliorum alborum pp.*
C. C. ppt. a. ℈j, *terræ ſigillatæ,*
boli armeniæ, cretæ a. ʒſ,
ſpec. diatr. ſandalorum, diatragacanthi, diamarg. frig. a. ℈ſ,
ſem. melonum, cucumeris a. ʒiij,
ſucci citri, ribium a. ʒij,
aceti roſacei, aq. cydoniorum. a. q. ſ. ℥x.
F. Morſelli in ſcatulâ. S. Magenſtärckende Morſellen.

℞. *corticum*

℞. *corticum granatorum, nucis moſchatæ* a. ʒſ,
macis ℈j, *C. C. pp.* ℈ſ.
boli armeniæ pp. cretæ ppt,
oculorum ♋ *pp.* a. ʒj, *cinamomi* ℈ij,
ſacchari albi ℥vj, *in aq. roſ. q. s. ſoluti.* F. Rotulæ.

℞. *ſpec. diatragacanthæ frigidæ, diamargaritæ frigidæ* a. ʒj.
ſandali albi, rubri a. ℈j. *coralliorum,* ♋ *ppt.*
C. C. uſti a. ℈j, *boli armeniæ,*
terræ ſigillatæ a. ʒſ, *cretæ* ℈ij,
ſacchari albi ſoluti in aceti roſacei, aq. cydon. a. q. ſ.
F. Rotulæ in ardore ſtomachi utiles.

CAPUT XIV.

Electuaria & marmelada.

℞. *conſervæ roſarum rubrarum, violarum, boraginis,*
fl. nymphææ, acaciæ ſylveſtris a. ℥ß,
ceraſorum conditorum enucleatorum, diacydonii ſimplicis,
rob ribium ʒiij. *rad. cichorii conditæ* ℥ß.
ſpec. diamargariti frigidi, diatragacanthæ frigidæ a. ʒſ.
Cum ſirupo ceraſorum, F. Electuarium.
S. Kühl-Magen Lattwerge: addi poteſt
cretæ albæ pulveriſatæ ʒj, *C. C. uſti ppti,*
coralliorum ppt. a. ℈j, *oculorum* ♋ *ppt.* ʒſ.

℞. *marmeladæ Hiſpanicæ cydoniatæ ſcatulam integram*
S. Magen-Stärckung. Præbium ʒij. iij.

CAPUT XV.

Decocta, infuſa.

℞. *radicis cichorii,* *glycyrrhizæ* a. ℥iij,
nymphææ, *acetoſæ* a. ℥ij,
fol. dentis leonis, *acetoſæ hiſpanicæ* a. m. j,
fl. boraginis, bugloſſi, *roſarum albarum,*
balauſtiorum, violarum, *citri* a. p. iij.
cydoniorum n. j. *prunorum acidorum parv.* n. iij.
Coque in ſ. q. aquæ fontanæ. Colaturæ ℥xij, adde
ſirupi cydoniorum ℥iii, *coralliorum, oxymellis ſimplicis* a. ℥j
In fictili. S. Tränckfein auff vielmahl.

℞. *conſervæ fl. boraginis,* *fumariæ* a. ℥j,
aquæ cichorii ℥vj. Stent in infuſione per noctem.
Colaturæ adde *Vini cydoniorum, granatorum* a. ℥iſ.
ſirupi coralliorum, *myrtini* a. ℥ſ M.

CAPUT XVI.

Emulſiones, potiones.

℞. *ſem. 4. frigid. majorum* a. ℥ij, *minorum* a. ℥j.
▽ *endiviæ q. s.* F. Emulſio. Coletur per linteum. Edulcari poteſt colatura, vel non. In fictili. S. Krafft-Milch zum hitzigen-Magen.

℞. *ſeri lactis optimè depurati,* ℔j, *tincturæ roſarum* ⊕l. ℈j.
S. Kühl-Träncklein in entzündungen des Magens.

℞. *aq. acetoſæ* ℥iiij. *cinamomi* ℥j,
ſirupi acetoſitatis citri, *è rubo Idæo* a. ℥j.
tincturæ violarum ℥ſ. S. Magen-Julep.

℞. *ſirupi ceraſorum acidorum,* *acetoſitatis ſimplicis* a. ℥ij,
vini cydoniorum, *aquæ endiviæ* aa. ℥iij M.
S. Magen-Safft. DATUR cochlearis quantitate.

CAPUT

CAPUT XVII.

Externa ſtomachica frigida & temperata.

℞. *fl. roſar. rubrar. balauſt. chamameli Romani* a. mß, *bacc. junip.* ʒiij, *foliorum myrti* mj. *ſandal. omnium* a. ʒj. 1. *Species.*

Pulveriſatis omnibus cum pauco bombace in ſindone rubro fiat ſacculus interpunctus ad formam ſcuti, qui continuò geſtetur. Cum confirmata intemperies calida evicit humidum, ſiccamque ac deſperandam ventriculi inducit tabem, madefiat in aquâ ſimplici, vel ſecundariâ cereviſiâ.

℞. *emplaſtri de cruſtâ panis* *Montagnana* ℥iij. 2. *Emplaſtrũ.*
Malaxetur *cum oleo cydoniorum & maſtichino* aa. *q. ſ.*

Extendatur in alutâ rubrâ, formâ ſcuti. Obducatur ſerico rubro. In miſtâ intemperie addi poteſt *emplaſtri diaphanici calidi q. pl.* S. Magen-Pflaſter.

℞. *olei cydoniorum,* *maſtichini* a. ℥j. 3. *Unguentũ.*
ceræ parum. Miſce. Fiat linimentum.

℞. *unguenti infrigidantis* *Galeni* ℥ß,
ſacchari ♄ ℈ß. Miſce, S. Magen-Kühl-Sälblein.

℞. *fol. hyoſcyami albi, abſinthii Rom.* a. mß, *maſtichis* ʒiij, 4. *Decoctum.*
coque in olei roſ. lil. viol. anethi a. ℥iiij. *vini rubri* ℔ß.

Colaturam infunde veſicæ bovinæ, & dolentem ventriculum fove. Hæ per veſicas fomentationes commodiores licet ſint, minùs tamen efficaces ſunt, iis, quæ fiunt per ſacculos aut cataplasmata coctarum herbarum ipſarum.

℞. ▽ *roſarum, plantaginis* a. ℥ij. *ſacchari* ♄ ℈ß. 5. *Epithema.*
Miſce S. euſſerlicher Umbſchlag.

CAPUT XVIII.

Legitima ſtomachica externa topica applicandi ratio.

Quantum. Τὸ πόσον correſpondeat & æquale ſit gradui intemperiei. *Tempus.* Ὁ χρόνος *tempus* quodlibet applicationi aptum, imprimis hora una aut altera, quæ prandium & cœnam antecedit.

Locus. Τὸ ποῦ *locus* determinatur *à Galeno 13. methodi cap. 17.* Gulæ, quæ proprie vocatur ſtomachus, *ſcribit*, cataplaſmata ſuper ſpinam dorſi imponimus: non autem ad pectus. Idem facimus, cum os ventriculi phlegmone urgetur, ſiquidem ſpinæ gula ſuperiacet, per collum & pectus deorſum uſque ad ventriculum porrecta. Satius, *noſtro arbitratu*, videtur ad latera ſpinæ applicare. Anteriùs locus eligendus medius, verſùs ſiniſtram partem magis, quàm dextram, ne jecori vis inferatur. *Quale.*

Τὸ ποῖον, *quali modô* applicanda ſint, explicat *Galenus 8. methodi medendi cap. 5.* dum in oris ventriculi imbecillitate maſtichen Chiam in oleo nardinô tundere, eôque ἐπ' ἀγγείου διπλοῦ περιυποβεβλημένου, *in duplici vaſe calefacto* madefactam purpuram imponere jubet: Ἔστω γὰρ, *ſcribit*, θερμὸν ἱκανῶς ἕκαστον τῶν τοιούτων κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβολήν, ἐκλύει γὰρ ἅπαντα τὰ χλιαρὰ τὸν τόνον τῆς γαστρός. *Eſto autem abundè calens talium quodque, cùm primùm imponitur; quippe quæ tepida ſunt, omnia ventriculi firmitudinem diſſolvunt.*

Purpuræ vice poteſt fungi lana carpta, vel goſſypii lanugo. Ante inunctionem pars fricari poteſt 🜄, qui verum οἰνέλαιον *vini oleum* eſt, ut pori patentiùs aperiantur. Spiritus hic vini medicis viribus luculentiùs inſigniri poteſt, ſi digeratur ſuper ſpeciebus aromaticis, & aliis ſtomachicis calidis.

LIBRI

LIBRI IX

De materiis præſidiorum

pharmaceuticis, quæ reſpiciunt cauſam morbi, quæ adhuc generatur, & ſecundùm generationis ſuæ principia requirit materias alterantes, & roborantes in infimo ventre,

SECTIO II.

De alterantibus & roborantibus hepaticis.

CAPUT I

hepatica calida complectitur, & 1. interna.

RADICES *quinque aperientes* MAJORES: *apii, aſparagi, fœniculi, petroſelini, ruſci*: MINORES *eryngii, capparis, graminis, ononidis, rubiæ tinctorum.* APIUM dicitur ab apice, quod capitis apicem antiquitùs eô coronabant victoribus, in certaminibus Nemæis & Iſthmicis. Σέλινον Græcis, à Lunæ dominio. In ſpecie officinis uſitatum ἐλειοσέλινον *paluſtre apium.* ΑΣΠΑ'ΡΑΓΟΣ caliditate & partium tenuitate penetrat tam hortenſis, quàm ſilveſtris. FOENICULUM calefacit ἰσχυρῶς in tertio, ſiccat in primo. PETROSELINUM apium antiquorum, & RUSCUS μυακάνθα *murium ſpina* dictus officio hoc funguntur ſtrenuè. ἠρύγγιον ἢ ἠρύγγιον φυλλάκανθον ἢ μηράκανθον nomen habet non ab ἐρεύγω *eructo*, ſed, ut pluribus explicat *Stapelius in Ereſium*, παρὰ ἦρος καὶ ἴγκρος quod multis capitibus, unde & centum capita vocatur, dotata & grata ſit. τὸ ἦρος *grata ab* ἐράω *amo*. Fortè etiam ita appellatur, quaſi τὸ ἦρι ῥιγηλὸν, *quod verno tempore moleſtum* ſit ſpinis. Deduci etiam poteſt παρὰ ῥύγχος *roſtrum*, ῥυγχίον *roſtrellum*, quod verno tempore acuta roſtra promat. Κάππαρις calefaciendi & exſiccandi

poteſtate

piperis longi ℈j. *boracis venetæ* ʒſ.
ſacch. canar. fini ſol. in aq. roſ. cinam. ſucci citri a. *q. ſ.* ℥xvij.
M. F. Morſelli ponderis ʒſ. Inaurentur in apicibus.

CAPUT IV.

Electuaria.

℞. *conſervæ radicis eryngii,* *ſatyrii* a. ℥j,
conf. alcher. ʒij, *cond. zingiberis de bengalâ, cort. citri* a. ℥ſ,
amygdalorum dulcium excort. *nucleorum pini,*
piſtaciorum, avellanarum, *dactylorum* a. ʒiij,
ſcinci marini, priapi tauri, *teſticulor. leporis* a. ʒj,
ſem. paſtinacæ, cinaræ, *erucæ, urticæ* a. ʒij,
piperis albi, galangæ, *cinamomi* a. ʒj.
Tritis terendis, M. omnia cum
ſirupi conſervationis zingiberis, corticum aurant. a. *q. ſ.*
F. Electuarium.

℞. *electuarii diaſatyrii Zwelferi* ℥ij.

Sumatur ante prandium & ante cœnam, quantitate nucis juglandis, ſuperbibendo vini dulcis cyathum. Poſt cœnam circa tempus decubitûs bibat hauſtum vini malvatici.

℞. *electuarii diaſatyrii Zwelf.* ℥ij, *pinearum mundatarum, amygdalorum dulcium excorticatorum* a. ℥ſ, *zingiberis, piperis, cardamomi, galangæ, cinamomi* a. ʒj, *ſp. diamoſchi dulcis* ʒiſ, *mellis deſpumati & ſacchari q. ſ.* F. Electuarium.

℞. *electuarii diaſatyrii* ℔½, *baurach, ſeminis erucæ, paſtinacæ* a. ʒij, *ſuccolatæ Indicæ* ℥j, *ſirupi conſervationis zingiberis q. ſ.* F. Electuarium.

Addi poteſt pro lubitu pulvis noctilucarum in 🜍 i vapore extinctarum.

℞. *electuarii diaſatyrii* ℥iij. *chioccolatæ* ℥j.

Inſictili. S. Stärck-Lattwerge. Confortat vim virilem in coitu. Sumatur mane & poſt cœnam, quantitate duarum caſtanearum & hauſtus malvatici ſuperbibatur. Concubitus celebretur ſub fauſtis aſpectibus ♃. & ♀ in angulis conjunctis, vel cum in ♒ domicilium ♃ & ♀ exaltantur.

℞. *conſervæ radicis eryngii, ſatyrii,* a. ℥ij, *conditi zingiberis de chinâ, corticum citri condit.* a. ℥j, *amygdalorum dulcium excortic. nucleorum perſicorum, piſtaciorum, avellanarum, dactylorum, pulpæ nucis viridis* a. ʒij, *carnis ſcinci marini, priapi tauri, teſticulorum leporis* a. ʒj, *ſem. paſtinacæ, cinaræ, erucæ, urticæ* a. ʒij, *piperis albi, galangæ* a. ℈ſ, *cinamomi* ℥ſ.

Tritis terendis M. omnia cum *ſirupo conſervat. zingib. q. ſ.* F. Electuarium craſſius.

CAPUT

CAPUT V.

Decocta ſatyriaca & liquores.

℞. *decocti ſatyriaci Mynſichti q. v.*
S. ſonderbarer Tranck.

℞. *ſanguinis ſatyrii* ℥iiij. *eſſentiæ ambræ* ℈ij.
S. Stärckunck. Dosis cochlear j. Commendat hoc *Henricus ab Heer obſerv. oppido raris.*

CAPUT VI.

Externa ἀφροδισιακά.

℞. *olei nucis moſch. expr.* ℥ij, *caſtorei, coſtini* a. ʒj, *maſtich.* ʒij, *myrrhæ, ſtyracis calamitæ, euphorbii*, a. ℈j.
In pyxide S. Euſſerlicher Balſam.

℞. *olei formicarum venerei Mynſichti* ℥iiij.
In vitro. S. Euſſerlich Oel.

℞. *balſami Venerei Mynſichti* ℥iij.
S. Balſam. Illinantur lumbi & perinæum.

℞. *ol. nuc. moſc. expreſſi, axung. galli* a. ʒj.
piperis longi, radicis pyrethri a. ℈ſ.
euphorb. ℈j. M. F. Unguentum.

Utile eſt ad ſtatum membri. Illinatur eo regio renum, perinæi, membrum in radice, cavendo præputium & glandem.

LIBRI IX
de materiis præſidiorum
pharmaceuticis, quæ reſpiciunt cauſam morbi, quæ adhuc generatur, & ſecundùm generationis ſuæ principia requirit materias alterantes, & roborantes in infimo ventre,
SECTIO VI.
De alterantibus & roborantibus uterum.
CAPUT I
uterina calida ſimplicia complectitur.

RADICES: *Ariſtolochia rotunda & longa* menſes & ſecundinam movet. *Ἀριστολοχία, autore Dioſcoride lib. 3. c. 4. ὠνόμασται, ἀπὸ δοκεῖν ἄριστα βοηθεῖν ταῖς λοχοῖς, ariſtolochia nominari videtur, quod puerperis egregiè opituletur.* De longâ *in progreſſu capitis*, interiùs & exteriùs uſurpatâ. *καὶ τὰ ἐν μήτρᾳ συνιστάμενα πάντα λόχια καὶ ἔμμηνα καὶ ἔμβρυα ἐκβάλλει. ποθεῖσα μετὰ πεπέρεως καὶ σμύρνης. Pellit, quæ in muliebribus locis ſuperſunt, ſecundas, & menſes, pota, additis myrrhâ & pipere.* Bryonia recentiorum experimento, & coſtus verus Arabibus قسط *coſt* dictus utero favent. *Rubia tinctorum* cient menſes. *Zedoaria* uterum roborat.

HERBAE: *artemiſia, meliſſa, matricaria.* *Γλήχων, πόα γνώριμος, ſcribit Dioſcorides, lib. 3. cap. 31. λεπτυντική. θερμαντική. πεπτική. ποθεῖσα δὲ ἔμμηνα καὶ δεύτερα καὶ ἔμβρυα ἄγει. Pulegium, nota omnibus herba, extenuat, calefacit, & concoctiones adjuvat. Potum, menſes, & ſecundas, & fœtum trahit.*

Calen-

Calendulæ, calidam quam nonnulli ſtatuunt, quod guſtatu ſaporem oſtendat amarum & adſtringentem, nonnulli, qui negant amarorem caliditatis argumentum, cenſent frigidam, menſes ducere & promovere autor eſt *Matthiolus lib. 4. c. 14.* & ſexcentis fœminarum exemplis confirmat. *Pena & Lobelius* ſuccum ejus & teneras comas in ovorum luteis acceptas, & in formam placentæ redactas & manſas, menſes nimis fluentes ſiſtere, cunctantes verò impellere tradunt. *Noſtro arbitratu* magis impulſus dominatur.

Τὸ δὲ Δίκταμνον, ſcribit Theophraſtus lib. 9. hiſtoriæ cap. 18. ἴδιον τῆς Κρήτης. θαυμαστὸν δὲ δυνάμει, καὶ πρὸς πλείω χρήσιμον. μάλιστα δὲ πρὸς τοὺς τόκους ἢ δυστοκίας τῶν γυναικῶν, ἢ γὰρ εὐτοκεῖν φασὶ ποιεῖν, ἢ παύειν, τοὺς πόνους ὁμολογουμένως. Dictamnum Cretæ inſulæ proprium eſt, ut mirabile & ad multa perutile. Sed ad partus mulierum præcipuè confert. Aut enim facilè poſſe parere faciunt, aut certè dolores ſedant. Ὠκυτόκιον vocat *Dioſcorides*. Effectus reſpicit *τὴν τικτουσῶν γυναικῶν βοήθειαν*. Nomen maſculini & fœminini generis, *ὁ καὶ ἡ δίκταμνος, δίπταμος, δίπταμνος καὶ δίκταμος, ἀπὸ τοῦ τίκτειν à pariendo derivatur.* Inde etiam Lucina florentibus coronabatur dictamnis. Folia præcipuè ſunt in uſu. Pellunt non ſolùm fœtum mortuum & vivum, verùm etiam menſes. *Mercurialis* uteri recrementa vacuat.

SABINA latinis, *βράθυς* Græcis quæ dicitur, ejusque folia, *autore Dioſcoride, lib. 1. cap. 89. ἔμβρυά τε ἐκτιτρώσκει, fœtus ſeu immaturos partus expellunt.* Inde infame *ἀτόκιον* habetur. Notum tamen eſt, decoctum, oleum, balneum iteratò uſurpata nullam fœtui intuliſſe noxam. Menſtruo ſanguini vias monſtrat.

SATUREIA *thymi referens, thymbræque ſaporem, πρὸς τὴν ἐν ὑγείᾳ χρῆσιν εὔθετεῖ, gratum in ſanitate habet uſum,* cocta manè bibita menſes ciet. *Ἕρπυλλος ἀπὸ τοῦ ἕρπειν ἐπὶ τὴν γῆν* dictum, *ἔμμηνα ἄγει, menſes ducit ſerpillum, autore Dioſcoride.*

SALVIA honorario ſalutis nomine, & *ἀλθαίνειν* à medendo dicta, in cibum expeti *ſcribitur* à leænis prægnantibus. *ἔστι γὰρ κρατητικὴ συλλήψεως ζωογονητικῆς, nam vitalem conceptum continet, & matrem favet.*

FLORES

FLORES *matricariæ* ſimplici & pleno flore, ſummitates & flores *meliſſæ, chamameli Romani, tanaceti.*

JULI ſeu CATULI juglandis irrorati aquâ fœniculi vel matricali, & rurſus exſiccati exhibentur ad ℈j, additis *ol. ſuccini guttis* iiij. in vino florum cheiri, ſic præfocationi uteri medentur.

SEMINA *cicerum rubrorum, erucæ, ſinapi*, menſes pellunt.

FRUCTUS; *baccæ iuniperi, lauri.* AROMATA uterum reſpiciunt omnia, imprimis *anthophylli, nux moſchata* flore ſuo involuta, *cubebæ, cardamomum, grana paradiſi, cinamomum, canella, crocus.* Philoſophia colûs in gynæceis, gravidis ab effectibus animi, irâ vel terrore commotis, commendat *nucem moſchatam*, ſed non ſine ceremoniâ & quâdam quaſi religione, fortè, ut quæ aliter imperitis placitura non erant, novitate hâc libentiùs admitterentur, & firmiori ſpe exciperentur. Jubet eam nudam vel flore adhuc tectam involvere lino, aſſare ſub cineribus, poſt dividere in quatuor partes. Una earum contuſa excipiatur modico melle in cochleari, & comedatur: altera bihorio exacto, tertia itidem bihorio exacto, quarta eodem temporis curriculo præterlapſo. Et ſic octo horarum ſpacio curationem quatuor hæc præbia abſolvere ceu vera prœbia, & omnes eventus ſiniſtros prohibere, decernit.

Intra juſti præbii terminos exhibitus *crocus menſes expellit* & fœtus. Mulier aliquot diebus laborabat in partu. Hoc eſt experimentum *Rhaſis*, quem citat *Serapio*. Datæ illi in potu *croci* ʒij. & peperit ſtatim. Expertus fuit id poſtea ſæpe, & ſemper fuit ita. Magnum croci encomium: ſed mendum fortè in DOSI. Hiſtorias de ſiniſtris à magnâ croci doſi eventibus propoſuit *Amatus Luſitanus.*

LIGNA & cortices *xyloaloes, citri, aurantiorum.*

GUMMI *ammoniacum, bdellium, galbanum, benzoe. Thus*, [illegible], *ſuffitu* dictum, optimum, maſculum in guttis rotundis, [illegible] *integrum*, & *thuris manna* ſeu purgamentum ejus collectum, cum in ſacculis verſatur ut fiat rotundum, aſtrictoria vi interius ſumptum & in fumi formâ exceptum ſiſtit menſes.

LACHRYMÆ

LACHRYMAE & *reſina, terebinthina, myrrha.*

BITUMINA: *ſuccinum* ὁλήλεκτρον, totum, ſui plenum, meracum, homogeneum, nihil habens alienæ ſubſtantiæ. DUPLEX cum ſit, χρυσήλεκτρον καὶ λευκήλεκτρον *flavum aureum*, matutini ſolis, cui etiam conſecratum, & nomen debet, gratiſſimo aſpectu jucundum, & *album*, notandum, *Crollium baſilicâ chimicâ* ad oleum eligere album, & *Hartmannum id approbare*, ſed cum pretioſius ſit & rarius, *ſuadere* eſſe adſumendum flavum, quod eadem præſtat, modò artificioſâ priùs cum muriâ coctione ad albedinem redigatur. *Vulgus* in judicio de eligendo ſuccino antefert album, etiam opacum quod eſt, eique omne bonitatis argumentum tribuit. *Noſtro* arbitratu cerebro, cordi & utero faventius flavum, tanquam magis excoctum, & ſoli majori familiaritate junctum: coctione cum muriâ flavedine & τῷ ἡλίῳ ſolari ſplendore ſpoliatum, minoris juvamenti.

Ambra utero favet, & fœcunditatem promovet. Fœmina quatuor annos ſterilis, ſingulis diebus 12 ſeptimanarum ſpatio, grano ambræ in cochleari vini Francici deglutito concipit.

AB ANIMALIBUS peregrinis & quidem ab Hyenâ odoratâ Africanâ, ſeu cato zibethico, ejusque vaſculis duobus inter genitale & teſtes ſitis, ſucco odorifero plenis uterus expectat ſalutem.

ZIBETH dictus ſuccus hic *à Scaligero*, ab aliis zivetta, non eſt SEMEN animalis, ut cenſuit *Cardanus*, quo nomine etiam jure reprenditur *à Scaligero*, nam qui adhærent, ſubſuntque teſtes, non eò ſuos ſeminales ductus evacuant, ſed per penem.

Non eſt SUDOR ANIMALIS, ut cenſuere *Scaliger, Matthiolus, Renodæus* & *alii*. Soli utriculi & humor ſolus in illis collectus percipiuntur odorata, non autem pellis, quæ ſudore madet.

EXCREMENTUM dici poteſt proprium ſubſtantiæ glandulofæ folliculorum à teſtibus diſtinctorum, quæ id gignit inſitâ vi & facultate, ac ventriculus chylum generat, ſemen teſtes. Non eſt autem utile animali excrementum, ſed inutile, & fœmina cicur facta delectari videbatur, cum auriſcalpio zibethum extraheretur.

Partium genitalium incolumitati deſtinatum pharmacum eſt. Vis utero patrocinandi indicatur à ſignaturâ, confirmatur ab experientiâ. Generatur in animalis parte tali, quæ uteri habet formam. Eo indicare natura voluit ipſam inclinationem, & proprietatem genitalibus partibus favendi.

AD COITUM inclinationem promovet, ut in folliculis ſuis turgens, animal ipſum ad excretionem ſtimulat. Imò *ἄπρακτα τὰ δὲ μόρια* reſuſcitat, & à morte ad vitales reducit auras, auferendo frigidam impotentiam, dum in oleo aliquo calefaciente diſſolutum glandi inungitur. Inde magnum mulieri in coitu conciliatur ſolatium.

AD CONCEPTIONEM etiam facit. Dum in coitu voluptatem mulieri auget, alacriùs ſemen ejusque *δύναμιν* & ſpirituoſum effluvium admittit.

PRAEFOCATIONI uterinæ favere *Zibethum*, inuncto digito in ſinum mulieris immiſſo, tradit *Gattinaria*. De eo *Caſtor Durantes* magni & ſuaviſſimi in Italiâ Poëta nominis:

Zibethi veneris creſcunt ſolatia odore.
Matricem juvat hoc, ne præfocetur, & indè
eſt adeò vulvæ gratum, ut properanter in illam
quamvis admotum tantùm irrepat.

Umbilici foveæ applicitum revocare dicitur uterum ad inferiora prolapſum ſurſum ſuam in ſedem: devocare ſinui muliebri ſubditum, vel cum oleo odorato aliquo, ut roſarum, admotum. Tam amans hujus eſt odoramenti.

Sive jam præfocatio concedatur ſubſtantiæ, ſive ligamentis ejus, aut motui convulſivo muſculorum abdominis, aut pulmonum conſtipationi & contractioni, anhelitûsque privationi exortæ à Blas, ob actionem regiminis uteri inverſam, ſive abundantiæ ſanguinis flatulenti in pulmonum vaſis cordisque ventriculis collectæ, *Zibethum* facere poteſt officium.

CASTOREUM uterinum eſt. Non eſt *ὄρχις teſticulus* caſtoris ſeu fibri, animalis amphibii, ut ſcriptis indicarat *Dioſcorides lib. 2. cap. 23.* Inane eſt, *quod addit*, eligendos eſſe in caſtoreo *ὄρχεις συνεζευγμένους ἐκ μιᾶς ἀρχῆς*, *teſticulos fibri ex uno & eodem principio conjunctos*. Eſt vaſculum & conceptaculum, quod

in

in mare & fœminâ, in inguinibus utrinque reperitur, è quibus per ſua oſcula *κηρωτώδης melleus* quidam liquor exſudat. Talia vaſcula, glandularum inſtar tumentia, reperiuntur in inguinibus leporum, in quibus meatus eſt varicoſus capreoli modo intortus, è quo liquor effluit. Inde fit, quod lepores utrumque ſexum mentiantur. Succus hic melleus caſtoreus calefaciendi vi in univerſum præditus eſt. Præterquam quòd cerebro faveat, & nervis, utero etiam familiaritate junctus eſt, & cum pulegio miſtus *ἔμμηνα κινεῖ καὶ ἔμβρυα, καὶ δεύτερα ἐκβάλλει, menſes movet & fœtus, ſimul etiam ſecundinas ejicit.*

EQUI TESTES ad fœtum mortuum & ſecundinam expellendam probatum præbent remedium. Commendatur à *Geſnero in epiſt. ad Gaſſerium* pollinis teſtium equi, quantum tribus digitis comprehendi poteſt, bis vel ter repetitum. Idem laudant *Augenius in conſult. & epiſt. medicinalibus: Henricus ab Heer obſerv. 14.* miſtum cum *baurach.* a. ʒj. *croci* ℈ſ. *in aquâ liliorum alborum.* Ad fœtum mortuum expellendum in ſpecie eoſdem commendat *Fonſeca tomo 2. conſult. 81.*

MINERALIA inter ſtannum excellit. In utero ♃ juvans pater nominis ſui menſuram implere creditur. Facilè perſuadetur id iis, in Poëtarum monumentis, qui Jovi cœleſti tot adulteria adfinxere. Semper bonus eſt ♃ cœleſtis, malos etiam aſpectus temperat, ita & terreſtris morboſas conſtellationes mitigat.

BAURAC بورق *Borrax* corruptè. Chryſocolla nonnullis habetur, dicta à virtute aurum ferruminandi. *Nativa* metallicæ naturæ ex illarum eſt numero mercium, quas regio edicto vetitum eſt, in Luſitaniam aſportari. *Factitia* menſes pellit.

PRÆPARATA SICCA: *Pulvis contrà abortum Auguſtanorum & Zvvelferianus mantiſſ. hermet.* roborant uterum.

PULVIS *Dominarum* in gynæceis celebris,

℞.	*radicis diptami albi,*	*ſeminis ſeſeleos,*
	ammeos, cinamomi a. ʒiij,	*cumini* ʒiſ,
	fœniculi, apii,	*carvi* a. ℥ij.

nucis moſchatæ, calami aromatici, zedoariæ a. ℥j, *zingiberis, macis, caryophyllorum* a. ℈ij, *croci* ℈j. *fol. ſabinæ* ʒj. M. F. Pulvis ſubtiliſſimus.

Tragea granorum actes Quercetani ab eodem ad alvi fluxus commendata magnum pondus etiam in uteri habet affectibus.

SPECIES *diacalaminthæ, diaboracis Mynſichti* partum facilitant.

TROCHISCI *hyſterici Renodæi, de myrrhâ.*

PILULAE *de caſtoreo Avicennæ* uterinis doloribus conferunt, craſſos flatus diſcutiunt, & menſtruas excretiones promovent.

CHIMICA: Fecula *bryoniæ, bezoardicum* ♃, Species *diajovis & trochiſci ejusdem confortant & ſuffocationi medentur.*

SAL: ♃ *anglici, artemiſiæ, matricariæ, ſuccini volatile, Eſſentia moſc. ambrata.*

SPISSA PRAEPARATA: CONSERVAE *anthos, meliſſæ, ſalviæ.* Diverſæ ſalviæ operationes conciliantur ab *Hoffmanno.*

CONDITUM *nucis juglandis* immaturæ cum operculo viridi, vulgaris, *antophyllis* transfoſſæ, & *cinamomi ſpiculis. Pyra moſcatellina condita uterum & fœtum roborant. Nux* AROMATITES *moſchata* nondum matura, cum pulpamento in Indiâ condita roborat fœtum & matrem. *Poma aurantia, citria parva integra* ad artis leges condita proſunt *Satyrii bulbi* conditi ad venerem incitant.

ANTIDOTUS *hyſterica major & minor.*

EXTRACTUM *calaminthæ, croci, hyſtericum majus & minus Quercetani, zedoariæ.* Splenis bovis extractum menſes movet ad ℈j. in aquâ appropriatâ ſumtum.

BALSAMA ex *oleis* parata fidelé operam præſtare noverunt.

LIQUIDA: ▽ *abrotani, artemiſiæ, cheiri* ſeu *leucoii lutei, lavendulæ, cinamomi, matricariæ, meliſſæ, pulegii, zedoariæ.* COMPOSITAE aquæ ſuum etiam faciunt officium. ▽ *vitæ alba mulierum* confortat, ▽ *vel infuſio ſeu eſſentia hyſterica Zwelferiana.* ▽. *hyſterica Mynſichti* ſaluberrima ad ſuffocationes. ▽ *dominarum ejusdem* partum facilitat, fœtum mortuum & ſecun-

dinas

dinas expellit. ▽ *ſingularis Crollii*, in quâ hyſtericis ſuffocationem patientibus offerri ſolet ſal Jovis. In Aquæ cochleari ſufficiunt grana iij ſalis. ▽ *Zedoariæ compoſita* recipit *zedoariæ inciſæ* ℥iij, *fl. ſambuci recentium vel ſiccatorum* Miij.

F. S. S. S. donec media cucurbita impleatur. Affunde Vini Rhenani pro ſingulis unciis radicis menſuram j. & pro floribus ℔j. *aquæ ſambuci.* Stent 🝰 duas in leni digeſtione, clauſo vaſe. Poſt ♌ in MB. pro uſu officinæ.

℞. *fol. matricariæ,*
pulegii, meliſſæ,
rad. valerianæ ſilveſtris,
bryoniæ, ireos
diptami albi, leviſtici,
ligni guajacini,
baccarum lauri,
corticum citri,
fl. cheiri Mj,
myrrhæ rubræ,
calaminthæ, artemiſiæ,
ſabinæ, a. Mj,
Zedoar. rubiæ,
florentinæ, raphani,
acori veri aa. ℥j,
ſaſſafras, viſci q. a. ℥ij,
juniperi, ebuli a. ℥ij,
aurantiorum a. ℥ſ,
ſem. rutæ, aniſi a. ℥ſ,
caſtorei, cardamomi a. ʒiij.

Inciſa, contuſa s. a. deſtillentur in Vino Francico q. s. per veſicam. S. Aqua hyſterica præſervativa & curativa.

℞. *nucis moſchatæ,*
cinamomi, macis a. ℥j.
ſummitatum anthos, ſalviæ, a. Mj, *tanaceti* Mij.
rad. bryoniæ,
ariſtolochiæ longæ a. ℥ij,
fol. meliſſæ,
mercurialis a. Mj,
vini albi
generoſi q. s.

Debitâ prægreſſâ digeſtione deſtillatio fiat in MB, vel igne arenæ aut veſicâ cupreâ per alembicum. S. ▽ hyſterica. Dos. cochl. j.

BALSAMUM EMBRYONIS vulgare notum eſt.

℞. *ſummitatum ſalviæ,*
rad. fœniculi, diptami albi,
zedoariæ,
viſci querni, ℥ſ,
meliſſæ, artemiſiæ a. Mj,
pæoniæ cum cortice a. ℥ſ,
galangæ a. ʒiij,
C. C. crudi raſpati ℥iij,

 cortic.

cortic. citri ℥iij, *cubebarum*, *zingiberis albi*, *caryophyllorum*, *nuc. moſch. cinam cardam. macis* a. ℥ij, *fl. primulæ veris*, *roſarum*, *pæoniæ* a. p. vij.

Conciſa, contuſa infundantur in vini malvatici, vel Petri Simonis vel οἰνοσταγματος *q. s.* Stent in infuſo per ♂ viij. leniſſimô hypocauſti calore. Colatura per linteum ſervetur uſui.

S. Balſamum embryonis Rolfincianum.

BALSAMUM *embryonis Zwelferianum* prodeſt fœminis ſæpius abortum paſſis, terrore conſternatis gravidis: arcet animi deliquia, fœtum confortat.

SIRUPI *matricariæ*, *artemiſiæ*, *meliſſæ*.

CHIMICA: SPIRITUS *pulegii*, *ſecundinæ*: ☍ *caſtorei*, *caryophyllorum*, *cinamomi*, *macis*, *myrrhæ*, *ſabinæ*, *ſuccini*.

ESSENTIA *artemiſiæ*, *caſtorei*, *matricariæ*, *ſabinæ*, *pulegii*.

TINCTURA *croci*, *uterina Mynſichti*.

ELIXIR *proprietatis*, *citri*, *uterinum* cum, vel ſine caſtoreo: *Elixir uterinum noſtræ ordinationis*, *chim. arte* propoſitum: *uterinum Crollii* ſatisfaciunt exſpectationi.

CAPUT II.

Magiſtralia præbia. 1. pulveres.

℞. *corticum citri*, *aurant.* a. ℥iij, *xyloaloes* ℨj, *cinamomi*, *galangæ minoris*, *myrrhæ* a. ℨj, *nuciſtæ*, *macis*, *ſtyracis calamitæ* a. ℨſ, *ſacchari albi* ad pondus omnium

S. Tragema confortans uterum.

℞. *pulveris nucis myriſticæ* ℨj. *anthophyllων*, *coralliorum*, *perlarum pp.* a. ℨſ.

M. S. Stärckendes Mutter-Pulver.

CAPUT III.

Pilulæ matricales.

℞. *pulv.*

℞. *pulveris caſtorei*, *myrrhæ* a. ℈j,
aſæ fœtidæ ℈ſ, *moſchi* gr. iij,
extracti croci gr. vij. ⚯ *ſuccini* g. vj,
mucilag. gom. tragacanthæ aquâ artemiſiæ extracta q. s.
F. Pilulæ utiles in debili utero confortando.

℞. *maſſæ pilul. de ſuccino* ʒj, *ſpec. dianthos* ℈j,
⚯ *nucis moſchatæ, macis, citri, caryophyllorum* a. g. vj.
F. Pilulæ. L. Dentur II. pro doſi. Roborant & exſiccant tonum laxiorem.

CAPUT IV.

Spiſſa præparata, magiſtralia.

1. Electuaria.

℞. *conſervæ boraginis.* *bugloſſi*,
roſarum rubrarum a. ℥ij, *meliſſæ* ℥j,
citri conditi ℥j, *corticum aurant. conditorum*,
myrobalanorum chebulorum *conditorum* a. ℥j,
extracti ligni aloes ℈j, *coralliorum rubr. ppt*,
boli armeniæ, *raſuræ eboris* a. ℥j,
fragmentorum lap. pretioſ. a. ℈j, *nucis moſch. cond.* ʒij.
Cum ſirupo de pomis & muvâ cydoniorum, F. Electuarium.

℞. *conſervæ meliſſæ*, *anthous*, *ſalviæ* a. ℥j,
pulpamenti nucis moſch. in Indiâ cond. cum nuce n. j.
nucum juglandium cond. pyrorum moſchatellinor. n. xij,
ſpecierum diambræ ʒj, *aquæ vitæ mulierum* ʒiij,
ſirupi meliſſæ q. s. M. F. Elect. S. Stärck-Zucker.

CAPUT V.

Potiones.

℞ *aquarum*

℞. *aquarum meliſſæ*, *artemiſiæ rubræ* a. ℥ij,
cheiri, *cinamomi*, *antiepilepticæ* a. ℥j,
ſirupi fl. pœoniæ, *caryophyllorum* a. ℥ſ,
conf. alchermes, ʒj, *baurach fact.* g. x, ⊖ *ſuccini* g. vj.
M. S. Mutter-Wäſſerlein ein Löffelvoll.

℞. *trium aquarum fœniculi*, *cumini*, *cherefolii* a. ℥j.
In vitro S. Treib-Waſſer bey inſtehender Geburth.

℞. *aq. matricariæ*, *ſalviæ*, *fl. tiliæ*, a. ℥ij,
lapidum ♋ *pp. ſuccini flavi pp. corall. pp.* a. ℈j,
boracis Venetæ ℈ſ, *croci auſtriaci* g. v.
ſirupi meliſſæ, *artemiſiæ* a. ℥ſ.
In fictili S. Mutter-Waſſer.

℞. *aquæ hyſtericæ n. ord.* ℥ſ, *meliſſæ* ℥ij,
tincturæ violarum ℈ſ, *ſirupi de artemiſiâ* ʒvj.
M. F. Potio. S. Träncklein auff etzliche mahl.

℞. ▽ *vitæ albæ mulierum*, *pulegii*, *artemiſiæ* a. ℥j.
ſirupi meliſſæ, *coralliorum* a. ℥j,
tincturæ coralliorum cum ſucco citri parata ʒij.
M. S. Stärck-Safft auff etzliche mahl.

℞. *Zingiberis*, *caryophyllorum* a. ʒj,
macis, *ſpicæ nardi*, *galangæ*,
ſeminis aniſi, *coriandri pp.* a. ʒij,
ſacchari ℔ſ, *vini Rhenani vel rubr. menſ.* ij,
F. l. a. Claretum.

CAPUT VI.
Uterina calida externa,
1. emplaſtra.

℞. *ligni*

℞. *ligni aloes* ʒiij, *rad. biſtortæ* ʒiij. *galangæ* ℥ſ. *Emplaſtrum.*
caryophyll. ʒvj. *cinamomi, caſſiæ ligneæ* a. ʒij.
fol. pulegii ℥ſ, *matricariæ* ʒiij, *meliſſæ, rutæ, lauri* a. ʒij.
fl. lupuli, chamæm. a. ʒiij, *roſ. rubr.* ℥ſ, *antheræ roſar.* ʒiſ,
ſem. cymini ʒij, *agni caſti* ʒj, *maſtich., ſtyracis calamitæ* a. ʒj,
nuc. moſchatæ ʒij, *corallior. rubr. ſandali citrini*, a. ℥ſ,
trochiſc. galliæ moſchatæ, aliptæ moſchatæ a. ℥ſ,
ladani puriſſimi ℥viij, ☍ *laurini, lilior. albor.* a. ℥iij,
ſpicæ ℥j, *rutæ* ℥ij, *ſuccini* ℈j, *ceræ q. s.*

F. l. a. Emplaſtrum. Aſſervetur in veſicâ, cum ſignamine, Emplaſtrum matricale.

Unguentum contrà profluvium urinæ continuum, poſt partum difficilem, ob labefactatam veſicam. *Unguentum.*

℞. *lap. calam. primò* ✣, *deinde in* ▽ *roſ. bis vel ter loti & ſubtiliſſ. trit.* ʒiij,
lithargyr. argent. ceruſſ. pp. a. ʒj,
ol. roſarum, chamæmel. a. *q. s.*

Agitentur ſimul per horas ij. *poſt cum axungiæ hirci modico*

F. Unguentum agitando, donec conſiſtentiam debitam acquirat.

Hoc pars affecta eſt leniter inungenda, & linteo cooperienda. Miræ eſt efficaciæ, multâ experientiâ probatæ.

CAPUT VII.

Uterina ſpecialia. I. ἐμμηνάγωγά.

INTERNA ℞. *fol. pulegii, dictamni Cretici*, aa. *pug.* ij, *Pulveres.*
☍ *caryophyll.* g. x. M. Datur ad ℈j. in vino malvatico.

℞. *ſem. apii, aniſi, fœniculi, petroſelini* a. ʒj,
cardamomi maj. minoris a. ℈ij. *fol. rutæ* p. iij.
baurach ʒſ. Pulveriſata Miſce.
Impellit menſes pondere ℈j. in vino ſumtus.

Pilula, ℞. *baurach factitii* ℈j, *croci ♂* *ol. ſabinæ, menthæ,* *ſirupi artemiſiæ q. s.* *trochiſc. de myrrhâ* ʒſ, *ſaccharini* ℈j, *cinam.* Ωl. a. g. iij. F. Pilulæ xxiiij. uff iiij.mahl.

℞. *pilularum de ſabinâ* *Mynſichti* ʒj, *cum aquâ meliſſæ,* *in quâ modicum gummi* *tragac. ſolutum,* F. Pilul. xxx. DOSIS X.

℞. *baurach mineralis, trochiſcorum de myrrhâ* a. ʒſ, *°₀° meliſſæ, ſabinæ,* *ligni rhodii,* a. g. ij, *ſirupi artemiſiæ q. s.* F. Pilulæ xxiij.

Utatur caulſaria ſingulis diebus, manè horâ nonâ xj, & ſuperbibat hauſtum aquæ zedoariæ, elæoſaccharo meliſſæ exaltatæ.

℞. *gommi ammoniaci* *myrrhæ, boracis,* *extracti ſplenis bovis,* *✝ ſoluti, galbani* a. ʒj, *piperis, ſabinæ,* *gentianæ, croci* a. ℈j, ♀ ⊕*lati, croci ♂ nigri* a. ℈ſ, *°₀° lavend. ſabinæ* Ωl. a. g. vj. *cum ſirupo matricariæ q. ſ.* M. F. Pilulæ ervi magnitudine. Dantur novem pro vice, aliquot dierum decurſu.

Liquida. ℞. *baurach Veneti* ʒſ, *aq. artemiſiæ,* *croci, ſuccini albi* a. ℈ſ, *ſirupi menthæ* a. ℥j. S. Tränckſein.

℞. *aquæ zedoariæ* ℥iſ. In fictili S. Stärck-Waſſer nach dem Bade.

℞. ▽ *ſabinæ* ℥j, *ſirupi meliſſæ* ʒſ. *°₀° ſabinæ* g. v, Detur.

℞. *baurach*

℞. *baurach factitii* ℈j. *croci, ſuccini flavi* a. ℈ſ.
Ducantur in mortario, *cum* ▽ *menthæ & artemiſ.* a. ℥iß.
ſirupi meliſſæ ℥j. In fictili S. Tränckleín auff ij mahl.

℞. *ſpiritus pulegii* ℥j. *ſalis ejuſdem* ℈ſ.
M. S. præbium pro unâ vice.

℞. *aquæ ſabinæ* ℥ij. 🜔 *ſabinæ* g. vj.
In fictili S. Waſſer vor dem Bade.

℞. *fol. calaminthæ, meliſſæ, pulegii* a. p. iij.
radic. rubiæ tinct. raphani ruſticani a. ℥j.
Coq. in ſuff. q. aq. font. Colaturæ ℥vj. adde
ſirupi artemiſiæ ℥ij. *elæoſacch ſabinæ* ℈ſ.
M. pro duabus doſibus.

EXTERNA adſumtis internis conveniunt. BALNEUM prodeſt *Mynſichtianum contrà ſuppreſſionem menſium.* *Externa.*

℞. *rad. althææ, valerianæ, bryoniæ* a. ℥ij.
fol. artemiſiæ, calaminthæ, ſerpilli,
pulegii, meliſſæ, artemiſiæ a. mj.
ſumm. anethi, fœniculi a. p. ij. M. S. ſpecies pro Balneo.

UTENDI MODUS. Adſumto interno medicamento horâ matutinâ IX. inſideat ægra balneo, usque ad X. Egreſſa & deterſa linteis calidis ſe componat in lecto. Mater ipſi fricet crura, ab imo furſum, & iterum deorſum verſus. Continuentur hæc trium dierum ſpatio. *Utendi modus.*

VAPORARIUM adornatur ex ſcoriis reguli ♁ii, coctis cum lixivio cinerũ artemiſiæ. Super lateres ignitos aut ſcoriam ferri candentem effuſum emittit vaporem, in ſellâ perforatâ vel divaricatis cruribus excipiendum. Commendat eum *chimia in artis formam redacta lib. 5. ſect. 10. cap. 6. & diſſertatio chimica noſtra de* ♁*o.*

Suffitus. SUFFITUS ex ſabinæ foliis, vel ſuffimento de ſabinâ *Mynſichti* prodeſt.

Μητρέγχυτα medicamenta, quæ *μητρεγχύτῃ ſiphone* in ſinum muliebrem injiciuntur, parari queunt ex *decocto artemiſiæ, & oleis cheirino, irino &c.*

πεσσοθετὰ καὶ πεσσοθέματα Græcis, PESSA nonnunquam neceſſaria: Latinis dicti quaſi *πάσσαλοι*, quod peſſulis, clavis ligneis vel ferreis ſerarum ſint ſimiles. Fiunt ex concerptâ lanâ, in digiti teretis formam contortâ, pulveribus item ſuccis adſperſâ, & ſinui muliebri induntur, variis ſcopis idonei locum hic etiam habent. Celebris antiquitus erat in uſu emolliens peſſus & purgans ex ficubus exacinatis. Hunc Hippocrates concinnaturus *τὸ δὲ σῦκον ficum* coquere præcipit, *ἕως ἂν τὰς κεγχράμιδας ἀποβάλλῃ, donec grana abjiciat.*

PESSUS ad ſuppreſſos menſes *Mynſichtianus* facit officium, filo alligatus, & in ſinum muliebrem immiſſus. Detur cum ſignaturâ Mutter-Zäpfflein.

CAPUT VIII.

Menſtrui ſanguinis fluxum ſiſtentia magiſtralia ſicca.

Pulveres. INTERNA. *Puveres.*

℞. *magiſterii ſedativi* g. iij. *croci ♂. aſtring.* g. ij. *coralliorum pp.* g. iij. M. F. Pulvis.

S. Anhaltend-Pulver auff einmahl.

℞. *croci ♂. aſtring. magiſt. lap. hæmatitis* a. ℈ſ. *C. C. uſti pp* ℈j. M. Dividantur in iij. partes æquales in chartis diſtinctis, & unâ generali includantur. S. drey Pülverlein.

℞. *cornu C. uſti pp. lapidis hæmatitis pp.* a. ℈ſ. *ſacchari roſati tabulati* ʒſ. F. Pulvis pro duobus præbiis.

℞. *ſpec. diaplantaginis* *Mynſichti* ℈j.
In chartâ ⸻ S. anhaltende Pülverlein uff ij. mahl.

℞. *muſci cranii humani, croci ♂. aſtring.* a. g. vij.
In chartâ ⸻ S. Stopff-Pülverlein.

℞. *C. C. uſti pp:* *coralliorum rubrorum pp.* a. ʒj.
nucis moſchatæ no. j. *ſacch. roſati tabulati* ʒſ.
M. F. Tragema. S. Gelind-ſtopff-Pulver uff vielmahl.

℞. *ſpec. diamargariti frigidi,* *de hyacintho* a. ʒj.
coralliorum pp. *ſmaragdi pp. C.C. uſti ppt.*a. ℈ſ.
ſacchari albi ad pondus omnium. S. Stärck-Pulver.
Profuit prægnanti, cui menſe VII. fluxere menſes. DOSIS ℈j.

℞. *ſpec. de hyacintho* ʒſ, *C. C. uſti,* Morſuli.
coralliorum rubrorum a. ℈j, *ſmaragdi ppt.* ℈ſ,
croci ♂ aſtring. ʒſ, *cortic. citri flav.*
macis, *cinamomi acuti* a. ℈ij,
ſacchari albiſſ. ſoluti *in aquâ plantaginis* ℥viiij.
M. F. Morſuli. In ſcatulâ S. Stärck-Morſellen.

℞. *ſpecierum* *diamargariti calidi* ʒij, Rotulæ.
ſacchari albi ſoluti *in balſamo embryonum*
Zwelfferiano ʒſ, *aquæ pulegii q. ſ.*
M. F. Rotulæ. S. Stärck-Küchlein.

CAPUT IX.

Spiſſa magiſtralia, & liquida.

℞. *conſervæ roſarum antiquæ, marmeladæ cydoniatæ* a. ℥j. Spiſſa.
croci ♂ aſtringentis, *radicis tormentillæ* a. ʒß.
ſirupi cydoniorum q. ſ. *ſpiritus ⊖li parum.*
M. F. Electuarium. S. Stärck-Latwerge.

℞. *conſervæ florum nymphææ,* *ſymphyti rubri* a. ʒſ,
laudani opiati g. iij. F. Bolus. S. Nacht-Zucker.

Liquida.

℞. *Tinctura* ♂ *aſtringentis* ℈ſ.
In vitro mundo. S. Tinctur. DOSIS g. iij. in hauſtu juris piſorum.

℞. *aq. plantaginis*, *millefolii rubri* aa. ℥ij, *ſirupi coralliorum Quercetani* ℥ß. M. S. Tränckle in.

℞. *aquæ millefolii rubri* ℥j, *ſirupi coralliorum* ℥ſ, *laudani opiati in* ♀ *ſoluti* g. iij.
M. S. Abend-Tränckle in.

Ευπόριστον præſtantiſſimum *Septalii lib. 7. animadverſione 45.* propoſitum.

℞. *aq.* ℔vij. *cort. aurant. acid. ſubvirid. in philyras inciſ.* n. iij. Coque ad duarum partium conſumtionem. Porriguntur manè colaturæ ℥viij. vel IX. Valentius ſi deſideratur, additur *foliorum piloſellæ* Mj. aut *chalybs ignitus* in colato ſæpius exſtinguatur.

DECOCTUM *Mynſichti* contrà uteri hæmorrhagiam magni æſtimatur.

VINUM MEDICATUM ex *radice biſtortæ*, *tormentillæ*, *acori paluſtris rubrâ radice*, *conſolidæ majoris* a. ʒij. *fol. plantag.* Mj. *fl. roſar. rub.* p. iij. Conſuantur in ſacculo & imponantur urceolo, rubro vino pleno. Bibat ægra in prandio & cœnâ.

VITELLUS OVI crudus in vino rubro diſſolutus, per aliquot dies, ſingulo manè ſumtus fluores nimios ſiſtere perhibetur.

Externa.

EXTERNA. *Oſſa bufonis* mundata, & in ſindone rubro collo appenſa.

Cingulum lineum *foliis burſæ paſtoris*, & *millefolii rubri*, ut & *polygoni hæmorrhoidalis Aldroandi* refertum, hypochondriis admotum & geſtatum prodeſt.

PESSUS *Mynſichti* contra uteri hæmorrhagiam celebris eſt.

℞. *unguenti*

℞. *unguenti ſtyptici* *Mynſichti* ℥j.
In pyxide terreâ lata S. Sälblein.

℞. *ung. comitiſſæ* ℥ſ. In pyxide. S. Sälblein.

CAPUT X.

In ſuffocatione uterina.

INTERIUS convenit PULVIS THOMÆ MUFFETI *Angli* ex *julis ſeu catulis juglandis* aquâ fœniculi vel matricali aliquâ irroratis & iterum exſiccatis. DOSIS ℈j. in vino florum cheiri. Addi poſſunt *ol. ſucc.* g. ij. *Interna. Pulveres.*

℞. *bezoardici* ♃. g. vj. In chartâ S. Mutter-Pulver.

℞. ∴ *camphoræ, ſuccini* a. g. iij. Exhibeatur in vino.

Mulieres vulvæ ſtrangulationibus obnoxias mirum in modum juvat bryonia, adeò ut eas à ſtrangulatu liberet. Novi, *inquit Matthiolus lib. 4. cap. 176.* mulierem aliquot annos hoc morbo vexatam, annuo ſpatio, qua vinum radicis bryoniæ cubitum itura hauſiſſet, convaluiſſe. *Bryoniæ commendatio.*

EXTERIUS præter *ligaturas & frictiones extremorum*, titillationes etiam membrorum genitalium, præcipuè ſi ortum habeat à ſemine, expedit injicere cingulum abdomini transverſim, paratum ex corio humano, vel cervino. *Externa.*

PENNÆ PERDICUM combuſtæ naribus admovendæ.

VERRUCAS *genuum equorum* ad ℥j, & alam fœtidam ad ʒij. cornuum ſeu ungularum capræ ʒij. permiſta commendat *Paracelſus tomo 4. de morbis amentium.* Pars injiciatur carbonibus in arulâ igniariâ, & per tritorium ſeu infundibulum fumus excipiatur ſinu muliebri. Zeucht vom Herzen die ſuffocation, entledigét das Haupt/ leutert das Gehirn und ganzen Leib/ mehr denn müglich iſt.

EMPLASTRUM *de galbano* officinale applicetur umbilico; vel emplaſtrum *ceroneum*, quod commendat *Riverius.*

NODULUS ex *caſtoreo* & *aſâ fœtidâ* naribus applicetur.

FEMORIBUS ſuaveolentia admoveantur, ut *zibethum, moſchus, ambra, nux moſchata, caryophylli.* Interdum tamen ad ἰδιοσυγκρασίαν reſpiciendum, & naribus ſuaveolentia admovenda, & contra.

CAPUT XI.

Gravidis convenientia medicamenta interna.

IN ABORTUS PERICULO ad uterum & fœtum roborandum, tùm primis menſibus cum fœtûs exordium factum, tum ultimis propè tempus pariendi.

Pulveres. ℞. *pulveris contrà abortum Zwelferi* ʒj.
In pyxide ligneâ S. Stärck-Pulver.

Porrigatur ℈j. in malvatico.

℞. *viſci quercini Hiſp., quod terram non attigit, pulv.* ʒiij.
rad. pæoniæ maris, juſto tempore collectæ,
ſem. pæoniæ, tiliæ a. ʒſ, *fl. lil. convall.* p. v. *cubeb.* ʒj.
corticum citri, aurantiorum a. ʒij.
magiſt. C. alcis, cervini, ungulæ alcis a. ℈ij.
oſſis de corde cervi n. ij, *corall. rubr. perlar.* a. ʒſ.
fol. ☉ n. x. *tabularum confortant. acidarum Zwelf.* ℥ij.

F. Pulvis. Exhibeatur prægnanti ad præſervationem fœtus ab epilepſiâ, ejusque confortationem. Doſis ℈ſ, ℈j. Quotiescunque gravida ad iram commovetur vel terrore percellitur, exhibeatur.

℞. *magiſterii perlarum, coralliorum* a. ℈ſ, *cornu elephantis* ʒſ.
maſtichis, granorum chermes a. ʒj, *croci* ℈ſ.
tabul. conf. acid. Zwelferi ℥ſ. M. F. Pulvis.

Morſelli. ℞. *ſp. de hyacintho* ʒj. *corall. rubror. pp.*
ſmaragdi præparati, croci & aſtring. a. ʒſ.
corticum citri ſacch. obductorum, aurantiorum a. ℥ſ.
macis, cinamomi acuti a. ℈ij.
ſacchari albi ſoluti in aq. fl. citri q. s. ℥vj.

M. F. Morſuli. In ſcatulâ S. Stärckung. Omiſſis corticibus citri ſaccharo obductis, inde formari poſſunt rotulæ.

CAPUT

CAPUT XII.

Externa abortum præcaventia.

EXTERIUS *lignum meſpili*, amuleti loco de collo ſuſpenſum, & ſic geſtatum præſervare ſcribitur ab abortu, & dubiam hominis ſpem certam reddere.

℞.	*pulveris matricariæ,*	*artemiſiæ* a. ℥iij.	*Emplaſtrũ.*
	nucis moſchatæ, macis a. ℥ij.	*maſtichis* ℥ſ.	
	caryophyllorum,	*ſanguinis draconis* a. ℥j.	
	fl. roſarum rubrarum,	*balauſtiorum* a. p. iiij.	
	terebinthinæ reſinæ,	*ceræ* a. *q. ſ.*	

M. F. Emplaſtrum. Diſtendatur tenuiter in corio albo, conſpergatur pulvere cinamomi, & ſindone obducatur. Quod reliquum eſt, detur in veſicâ, oleo chamæmelino obductâ.

℞.	*unguenti Comitiſſæ* ℥ſ.	⁂ *nuciſtæ* ♌︎*lati*	*Unguentũ.*
	In pyxide bracteatâ.	S. Rück‑Sälblein.	

℞.	*balſami ſtyptici*	*Mynſichti.* q. v.	*Balſamum*

℞.	*ol. nucis moſchatæ*	*expreſſi* ℥ij.
	macis, caryophyllorum,	*citri* ♌︎ a. ℈ß.
	maſtichini cocti ℥iij.	M. F. Balſamum.

℞. *cruſtam panis toſti* Imbue ▽ vitæ mulierum.

CAPUT XIII.

Spem uteri defendentia, & facilem partum reddentia, ſimplicia.

POſt inſeſſus humectantes duarum ſeptimanarum ſpatio, ſingulâ bis continuatos, cogitandum eſt de ipſo conflictu, quem tanti *non nemo* æſtimat apud *Euripidem*, ut malit decies in acie pugnaturus ſtare, quàm ſemel parturire. *Inſeſſus.*

Ex regno vegetabili, EX VEGETABILI regno convenit *crocus* orientalis ad ℈ſ. ſumtus. An croco in majori doſi ſumto fœtus tingi poſſit? in medio relinquitur. *Dictamni*, cujus

mater amorum olim Dictæâ carpſit ab Idâ,
puberibus caulem foliis & flore comantem
purpureis,

virtus in difficili partu eſt nota. *Conſolida regalis à Cratone* commendatur.

minerali, A MINERALI regno mutuò ſumuntur *baurach* & in littore mari in Boruſſiâ collectum *ſuccinum.*

animali. ANIMALE regnum promit *ſecundinam humanam* & ☐ mariti. *Stercus equinum* in vino expreſſum & percolatum ſecundinam & fœtum expellere ſcribitur. Hoc ad ſecundinam expellendam, inſciis puerperis, utebatur Keila Delpheuſis obſtetrix, *teſte Foreſto lib. 28. obſerv. 80.* Arçanum teſtium equinorum ab *Horatio Augenio* publicatum commendat *Henricus* ab *Heer obſerv. 14.*

Preparata officinalia. Sereniſſima ac Celſiſſima Princeps ac Domina, Domina ELEONORA DOROTHEA, *Duciſſa Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, Montium, nata Princeps Anhaltina,* DNA *Clementiſſima,* ἡ νῦν ἐν ἁγίοις, in ſummâ obſervantiâ habebat TRIGAM *aquarum ſcalatarum, fumariæ, fœniculi* & *melanthii.* Cujusque cochlear unitim exhibebat ter unius dimidiæ horæ intervallo. Sublevabantur anxiæ muliérculæ, & melius ſe habere prædicabant.

Nucis aromaticæ in Indiâ cum operculo & floribus conditæ fruſtum, & Nux juglans, vel *pyra moſchatellina* condita per intervalla exhibeantur.

℞. *baurach factitii,* *caſſiæ ligneæ optimæ,*
elæoſacch. cinam. a. ℈j. Detur *in aquâ fœniculi.*

℞. *baurach factitii, troch. de myrrhâ, elæoſacch. citri,* a. ℈ſ. M.

℞. *ſpecierum diaboracis Mynſichti* ʒß.

Datur in ▽. *cinamomi* periculoſè parturientibus, vel cum vino dulci, ter, diſtinctis vicibus, imprimis cum jam apparuerit exploratori digito, vel oculo l'encouronnement de l'enfant,

fœtus

fœtûs coronatio, id eſt, cum jam vertex capitis aperit os uteri, ſicque quaſi coronâ cinctus, regio diademate inſignitus, exitum minatur quidem, ſed cunctatur.

℞. *teſtium equi pp., boracis Venetæ* a. ℥j, *croci* ℈j. Exhibetur pulvis *in* ▽ *artemiſiæ cum vino* ℈*latâ*. Henricus ab Heer præ aliis commendat.

CAPUT XIV.

Externa partum facilitantia.

Aετίτης *aquilinus lapis* ex argumento nominis magnam, *autore Plinio lib. 36. c. 21*, habet famam. Binos inveniri *ajunt*, marem unum, fœminam alterum; nec ſine iis aquilas parere. Non naſcuntur in nidis, ſed in illos transportantur. Lapis crepitans *à Boethio lib. 2. cap. 197.* Klapperſtein appellatur. Fœmina continet aliquid inventre lutoſi, concreti, crepitaculi inſtar, cum concutitur, ſonum edens, hocque ſonitû ſobole ſe gravidam, uteroque gerere confitetur, prægnantibusque & puerperis obſequioſam pollicetur operam. *Lapis aquilæ.*

Ἀετίτης λίθος, ita *Dioſcorides lib. 5. cap. 100.* ὁ ἐν τῷ κινεῖσθαι ἦχον ἀποτελῶν, ὡς ἑτέρου ἐγκύμων λίθου ὑπάρχων, κατόχιον ἐμβρύων ἐστί. *Aquilinus lapis reſonat commotus, ceu lapide alio intra ſe commoto prægnans partus continet*, Lapillus hic κάλλιμος *à pulchritudine* vocatur. *Terra* ſi ſit, totus lapis vocatur γεώδης : *aqua* ſi ſit, vocatur ὑδροφανής, ἔνυδρος. Si liquidum aliquod bitumen ſuavi odore ceu in vaſe concluſum inveniatur, *autore Agricolâ lib. 5. de naturâ foſſilium c. 17.* πτέρυχος dicitur. Spem uteri defendere & fœtui prodeſſe oſtendit ſignatura. Circa lapillum, *inquit Scaliger exerc. 102.* offudit ſe materia ab illo ſeparata, quæ poſt indurata præbet uteri prægnantis ſpeciem.

MODUM, quo prodeſt, tradit *Dioſcorides libro 5. cap. 100.* ὅταν ὀλισθηραὶ ὦσιν αἱ μῆτραι, περιαπτόμενος ἀριστερῷ βραχίονι ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῆς ἀποτέξεως, ἄρας ἐκ τοῦ βραχίονος, περίαπτε τῷ μηρῷ, καὶ ἐκτὸς ὀδύνων τέξεται. *Siniſtro brachio adalligatus contra muliebrium locorum lubricitatem fœtus in utero retinet. Parturientibus tamen à brachiô ſublatus, femori adalligandus eſt, ut ſine dolore fœtus excludantur.* *Applicationis modus Dioſcoridem.*

Qqqqq 2 Siniſtro

Confirmat cum Lemnio.

Siniſtro brachio alligatum prohibere abortum & partum retardare, femori autem ſiniſtro, accelerare partum experimento comprobat *Leivnus Lemnius de occultis naturæ miraculis libro 4. cap. 12. & Franciſcus Valleriola obſerv. medicarum lib. 1. obſervat. 10.* Hic addit, niſi excluſo fœtu & ſecundinâ auferatur, ipſum uterum etiam excluſionis periculum incurrere ſolere. Hunc effectum perſpexit in Poſſoni Joberri, civis Valentini, & Valentiæ Allobrogum urbani prætoris uxore, cum mulierculæ lapidem aëtiten magnum cruri alligaſſent, & edito partu per imprudentiam non amoviſſent, poſt paucas horas, foràs prodeunte matrice, mortem miſeræ laboranti attulit.

In dubium vocant alii.

Vim hanc tot laudibus decantatam in dubium vocant *Geſnerus*, fiduciæ plus adſcribens, quàm virtutibus & meritis, & *Primeroſius lib. 4. cap. 57. t. 5.*

CAPUT XV.

Poſt partum obſervanda.

℞. *olei cinamomi* gr. v. *ſuccini* g. iiij. M.

In hauſtu *aquæ fontanæ* coctæ exhibeantur ad dolores poſt partum ſedandos.

Poſt aliquot horas in quiete relicto infanti, primus porrigatur cibus.

In Galliâ *vinum* ceu primum alimentum cochl. 1. quantitate porrigitur. 1. ſpiritus reficit. 2. pituitoſa & mucoſa incidit. 3. cerebrum vapore confortare, ajunt.

In Germaniâ porrigitur *ſaccharum penidium* pulveriſatum, cum ℔ *amygdalorum dulcium*, vel modicum *mannæ calabrinæ*, ad mundandum ventriculum.

Theriaca gr. 1. exhibetur nonnunquam vel ſolùm, vel cum prioribus commendatur.

Non inconſultum eſt, ipſi mammas maternas admovere. Coloſtrum illud naturæ gratum, & purgandis inteſtinis uſui eſſe poteſt *autore Spigelio. Vide Vesling. epiſt. poſthum. 28.*

CAPUT

CAPUT XVI.

Recta internorum & externorum uterinorum applicatio proponitur ad legem libri 4. ſect. 1. cap. 24.

TO' πόσον contrariorum medicamentorum reſpondere debet morbo uterino, cujuscunque ſit intemperiei, ut adſit Ἡ ἐναντίωσις. 1. *ratione eſſentiæ* & accidentium. Si calidus ſit morbus, frigida debet eſſe remedii materia, & idem judicandum de cæteris. Debet etiam 2. contrariari τῷ μεγέθει τῆς δυσκρασίας, *gradui exceſſûs*, & majoris eſſe valoris, quàm morbus ipſe. Si intemperies calida ſit gradus quarti, uterinum medicamentum habere debet proportionem majoris inæqualitatis frigefacientis in gradu quarto vel quinto, nec ulteriùs adſcendere, ne non ſolùm diſpellat intemperiem calidam, ſed etiam frigidam introducat. *Contrarietas ratione eſſentiæ, & gradus.*

Ἡ δὲ σύμμετρος ἐναντίωσις etiam ut adſit, neceſſe eſt, & conſiderandum, an temperamentum uteri ferre poſſit hunc vel illum contrarii remedii gradum. *Contrarium ſimile debet eſſe medicamentum.*

Conqueritur fœmina de ſterilitate. Judicatur oriri ab intemperie frigida & humidâ. Indicatur remedium 1. *ratione eſſentiæ* calefaciens contrarium. *Quantitatis intemperiei in gradu* ratione indicatur calefaciens duplex ἄμετρον, καὶ σύμμετρον. ἄμετρον, ut illum queat vincere & debellare, σύμμετρον *ſimile* temperamento uteri, ne hoc lædatur. Niſi enim τὸ προσῆκον μέτρον *juſta menſura* obſervetur, metus eſt, ne SI INFRA MODUM FIAT, intemperiei frigidæ, quæ cauſa erat ſterilitatis, quippiam relinquatur, καὶ τὸ δὲ τῆς νόσου λείψανον, & *hæ morbi reliquiæ* fermenti inſtar ſanguinem uteri alimentarium inficiant, & recidiva pejor ſuâ ingruat radice. SIN MODUS EXCEDATUR, verendum eſt, ne contraria huic calida inducatur intemperies, & ex ſcyllâ incidamus in charybdin. *Hoc illuſtratur exemplo ſterilitatis &*

IN PARTU DIFFICILI CONTRARIETAS ratione eſſentiæ detentionis fœtûs, & gradûs detentionis ſeu impedimenti *partus difficilis.*

menti tàm ἄμετρ@ quàm σύμμετρ@ etiam attendenda. Medicamenta fœtum moras nectentem officii admonentia in uſum duci debent, eâ moderatione, ne, ſi minus valida ſint, nihil proſint, ſi naturæ vim inferant, obſint.

Locus applicationis.

Τὸ πȣ̃ *Locus applicationis* internorum via eſt ordinaria alimentorum. Novum inventum recentiorum, quo medicamenta per venam brachii apertam infuſa, affectis partibus cum circulato ſanguine communicantur, hîc etiam locum habet.

Locus externorum applicandorum, abdomen. Os uteri internum per ſyphones

EXTERNORUM LOCUS & applicandi MODUS non unus. Suprà pubem & coccygis os minus commodus locus videtur. Longiùs diſſitus anticâ parte veſicâ, poſticâ, recto inteſtino & ſacro oſſe vallatur. In gravidis diſtentus uterus anticâ parte nudus levamen à topicis exſpectare poteſt. In ſuffocatione matricis umbilico & pudendo applicari ſolent. LIQUORES per μητρέγχυτα injici poſſunt in os uteri internum, ad ipſum fundum, ſed non niſi ab anatomes perito, aut qui hujus arat vitulâ. Non enim à quolibet angiportus hic digitis explorari, multò minus à ſyphone trajici poteſt.

& peſſaria.

PESSARIA duorum generum ſunt: quædam in ſinum muliebrem inſeruntur, quædam in uteri cavum induntur.

De his Roſſetus agit, &

De his agit *Franciſcus Roſſetus, libro de partu cæſareo, ſectione 6. cap. 3. & 4.* Præſtant id, quod tempore geſtationis uteri natura in procidentiâ præſtare ſolet, & impediunt, quò minus hæc domus, id eſt uterus, per proprium oſtium egrediatur. Confirmat eadem *Caſparus Bauhinus appendice hiſtoriarum.*

Bauhinus.

Exingens.

At multa hîc occurrunt obeliſco digna, quorum fides ſit penes autores.

Circulus,

CIRCULO LIGNEO BUXINO etiam prolabentes uteri coerceri queunt.

GUER-

GUERNERI ROLFINCII,
PHIL. ET MED. DOCT. ET PROF. PUBLICI,
ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS COMMENTATORIÆ
LIBER X.
de materiis præſidiorum pharmaceuticis, quæ reſpiciunt cauſam morbi, quæ adhuc generatur, & ſecundùm generationis ſuæ principia requirit materias alterantes, & roborantes in artubus.

CAPUT I
arthritica calida complectitur.

RADICES *rha pontici veri, caryophyllatæ, chinæ, ſarſæparillæ; diptami albi.*

FOLIA, *pentaphylli, betonicæ, agrimoniæ.* χαμαίδρυς φύλλα ἔχουσα σμικρὰ τῷ σχήματι, καὶ τῇ σχίσει δρυὶ ὅμοια, *chamædrys folia habens mole quidem parva; figurâ & diviſuris quercui ſimilia,* articularis habita fuit à Genuenſibus medicis, cum, *autore Veſalio libro de radice chinæ ad Joachimum Roelantium,* ab iisdem decoctum commendatum fuit Carolo V Imperatori, pro perpetuo podagræ ex illo facto decocto ex vino vel aquâ deſtillata. χαμαίπιτυς *humicaulis picea* ab odore dicta, melinis

luteis

luteis floribus, tertia *Dioſcoridis*, noſtra eſt officinalis. IVA ignotæ originis in officinis, nomen eſt, *moſchata & thus terræ ab odore ab aliis, autore Plinio lib. 24. cap. 6.* arthritica ab articulorum juvamine inſignitur. AJUGA vel *autore Plinio l. c.* ABIGA dicitur propter abortus. Ἀναγαλλὶς φοινικοῦν ἄῤῥην antipodagrica eſt herba, *autore Aegineta.* Angelica ſilveſtris, herba Gerhardi, podagraria, odore Angelicæ dicta. *Salvia honoris nomine à ſaiute dicta.*

FLORES *anthos, chamameli, hyperici, lavendulæ, primulæ veris, ſtoechados Arabicæ, centaurei minoris.*

SEMINA *cardui benedicti, fœniculi.* BACCÆ *juniperi, lauri.*

LIGNA *guajaci, juniperi, lentiſci.* CORTICES *cinamomi.*

Τὸ γόμμι ἀμμωνιακὸν, χυλὸς δένδρου ναρθηκοειδοῦς, ἄρθρων καὶ ἰσχίων ἀλγήματα, *autore Dioſcoride,* πραΰνει. *Ammoniacum ſuccus ferulæ arboris, articulorum & coxendicum dolores lenit.*

Ἡ ῥητίνη τερμινθίνη προάγει, πασῶν μετ' ταύτην ἡ σχινίνη. His verbis *Dioſcorides* ordines beneficiorum ſtatuit, à reſinis quæ proficiſcuntur. Locum etiam hi habent in articulis roborandis. *Terebinthina antecedit omnes.* Excipit hanc *lentiſcina.*

AB ANIMALIBUS: *caſtoreum, C.C., formicæ, hirundines uſtæ, lumbrici terreſtres, & ſcarabæus unctuoſus in vagâ arthritide.*

Animalia. OSSA HUMANA, quantumvis arthritidis origo videatur, habere quid δυσδιάγνωστον, à proprietate cenſentur arthriticos juvare & epilepticos. Experientiam aliorum, quos ipſe novit, allegat *Galenus 9. de ſimpl. medicam. facultatibus.* Commendantur *à Paracelſo*, & recipiuntur in pulverem antipodagricum. *Hartmannus* in pedibus ſi ſit dolor, eligit oſſa pedum, ſin in manibus, oſſa manûs, præſertim ſi ſint calcinata. Sal enim eorum ſolvit ventrem, & ☿ ab oſſibus & ligamentis educit. Sed conſiderandum, plus fortè tribui illis, quàm revera in iis eſt. In calcinatione ſal volatile avolare, paucisſimum autem fixum vel nullum relinqui videtur: φιλαδελφία familiaritas nulla cum oſſibus, quæ etiam doloris hujus ſenſum non percipiunt.

Lumbrici. LUMBRICI TERRESTRES ſingulari virtute adverſantur doloribus articulorum vagis, ceu antidotus anodyna ſpecialis. Exterius appoſiti ſex vel ſeptem jucundo ſpectaculo exiliunt

exiliunt, circumgyrantur, incurvantur, tabeſcunt, emoriuntur. Intereà peccantium humorum ardorem mitigant. Interiùs exhibiti egregium faciunt officium.

PRAEPARATA SICCA: ANTIDOTUS *antipodagrica, quæ ab Ægineta lib. 7. cap. 11.* primo loco recenſetur ſub titulo *Preparata ſicca.* ποδαγρικὰ βοηθήματα & vocatur ἡ διὰ κοραλλίου, à præcipuo ingrediente anagallide, ruſſeum ſeu puniceum florem habente, quæ colore vocatur corallium, magni à veteribus fuit æſtimata. *Recipit rhei barbarici, pæoniæ, myrrhæ trogloditicæ, ſpicæ nardi* a. ℥ij, *folii* ℥i. καρυοφύλλου *grana* XV. *anagallidis* ῥύσιον ἄνθος ἐχούσης, *habentis* FLOREM *phœniceum, quam corallium vocant* ℥ſ, *ariſtolochiæ longæ & rotundæ* a. ℥iiij. DATUR ℈j. quotidie, concoctione probè factâ.

TEMPUS deſignatur ab eodem. Incipere oportet ab æquinoctio autumnali, quod eſt circa Septembris XXIV. diem, & continuare ad dies L. & intermittere rurſus ad dies IX. & quieſcere ſub cane, id eſt, à Julii XXIV. usque ad Auguſtum completum. Subjungitur ibidem ἡ τοῦ ἀγαπητοῦ ποδαγρικὴ ἄσκηλος, καὶ ἡ Πρόκλου ποδαγρική. Antidotos has, cum nulla mellis mentio facta, pulveres fuiſſe veroſimile eſt. Celebris eſt pulvis *Cratonis* arthriticus.

CHIMICA: *magiſt. perlarum, coralliorum, oculorum* ♋, *Sal chamædryos, chamæpityos, C. C., ſuccini volatile.*

PILULAE *antipodagricæ Hartmanni* delineatæ *à Rhenano* ☉ *è puteo emergente,* magnis laudibus in cœlum elatæ.

SPISSA *præparata:* ANTIDOTUS *podagrica Procli, & antiſchiadica,* commendata *ab Æginetâ lib. 7. cap. 11.* CONSERVA *anthos, betonicæ, chamædryos, chamæpityos, ſalviæ.* ROB *juniperi, ſambuci.* EXTRACTUM ET ESSENTIA *ſpiſſa chamædryos, chamæpityos, gentianæ.* *Spiſſa.*

LIQUIDA *præparata:* ▽ *artemiſiæ, betonicæ, primulæ veris, chamæpityos, ſalviæ.* *Liquida.*

Ex ulmariâ totâ deſtillatam aquam Sileſiis & Moravis conſuetam commendat *Spigelius lib. de arthritide.* ▽ *arthritica Auguſtanorum, obſervatis notis Zwelferianis deſtillata.*

SPIRITUS ſeu cum vino deſtillatæ aquæ ſimplicium adductorum.

CHIMICA. ESSENTIA *chamædryos, chamæpityos, roriſ-marini, ſalviæ.* TINCTURA ☉, *♄ii tartariſata, ♂ dulcis cum ſuccis parata, ſuccini.* ELIXIR *proprietatis arthriticum.* °° *Ωlatia cephalicorum & nervinorum, ſuccini.* SPIRITUS *antipodagricus, Knöfelio adſcriptus,* paratur h. m.

℞. *limaturæ* ♂ ℔j. ⊕*li Romani* ℔iſ. ☿ ℔iſ.

Deſtilletur per retortam, more ſpiritus ⊕li, & rectificetur. Præbium ſunt guttæ xij. in hauſtu vini, vel juris pulli. Ingruentibus doloribus dilutus 🜄 lumbricato applicatur cum linteis tenerioribus.

℞. *ſpiritus* ⊕*li à* 🝎 *rectificat.* ☿ *à* 🝎 *rect.* a. ℥ſ.

M. Circulentur per menſem. Reſiſtit articularibus morbis & podagræ, ſi ſingulo mane per menſem in juſculo carnis, cum radice paſtinacæ parato, propinetur, habitâ proportione vehiculi ad g. xij. xx. xxv. Exteriùs etiam illitus cum 🜄 arthritico prodeſt.

SIRUPI *chamædryos, chamæpityos, de ſtœchade, adiantinus Fernelii, coralliorum* excellunt.

CAPUT II.

Magiſtralia arthritica ſicca, ſeu pulveres.

Pulvis. ℞. *rad. pæoniæ, valerianæ, diptami albi* a. ʒij.
fol. chamæpityos, chamædryos, betonicæ a. m. ſ.
fl. primulæ veris, centaur. minoris, lil. convall. a. p. iij.
ſem. aniſi, fœniculi, ligni ſancti a. ʒij.
nuciſtæ no. ij. *caryophyll. Ind. macis* a. ʒſ.
oſſium hum. pp. cryſtallorum ☿. a. ʒj.
elæoſacchari cinamomi, aniſi, citri a. ʒß. M. F. Pulvis.

CAPUT III

morſulos, rotulas & pilulas exhibet.

℞. *ſpecierum*

℞. *ſpecier. dianthus, diamoſchi dulcis* a. ʒſ. *Morſelli.*
extracti chamæpityos, juniperi, xyloaloes,
ligni ſancti a. ℈j.
conſervæ anthos, betonicæ, chamæpityos a. ʒiij.
radicum cichorii ſaccharo obductarum ℥ſ.
corticum aurant, citri eodem modo pp. a. ʒij.
magiſt. C. C. oſſis humani a. ʒſ. *perlarum pp.* ℈j.
ſacchari albi ſoluti in 🜄 *majoranæ, ſalviæ* a. *q. ſ.* ℥xij.
°°° *ſuccini* ℈ſ, *macis, cinam.* a. g. iij. M. F. Morſelli.

℞. *ſp. dianthus, diamoſchi dulcis, diambræ* a. ʒj. *Rotulæ.*
ſacchari in aquâ chamæpityos & betonicæ q. ſ. ſol. ℥viij.
addendo ſub finem
°°° *ſuccini* ℈ſ, *anthus, ſalviæ, cinamomi* a. g. ij.
M. F. Rotulæ.

℞. *pulv. chamæpityos, fl. anthus* a. p iij. *oſſis hum. ppt.* ℈j. *Pilulæ.*
terebinthinæ Cypriæ in aq. beton. lotæ q. ſ. °°° *ſuc.* ℈ſ.
F. Pilulæ piſi minoris magnitudine.

CAPUT IV.

Spiſſa præparata.

℞. *terebinthinæ reſinæ ſelectæ in aq. betonicæ lotæ* ʒij. *Bolus.*
chamæpityos pulveriſatæ q. ſ.
M. F. Boli ſex ſaccharo adſpergendi. Si corpus ſit præhumidum, additur, cum magni ſpe levaminis, trochiſcorum de viperis ℈j. Dantur ſoli, vel quadrante horæ ante uſum decocti lentiſcini per aliquot dies continuos, cum tenui victu & ſudore.

℞. *conſervæ betonicæ, anthus, chamæpityos* a. ʒſ.
ſpec. dianthus, aromatici roſati, diamoſchi dulcis a. ℈ſ.
°°° *ſuccini, macis, caryophyllorum, cinamomi,* a. g. j.
F. Bolus cum ſaccharo. Dividatur in duas portiones & adſumatur.

Electuarium.

℞. *conſerva chamæpityos, anthus, ſalviæ, betonicæ* a. ℥ſ.
extracti ligni guajacini, *ſaſſafras* a. ℈j.
centaurii minoris, *rob. juniperi* a. ʒij.
oſſium humanorum ppt. *C. C. uſti ppt.* *ſuccini pp.* a. ʒj.
magiſterii margarit. ℈j. ☍ *macis, cinamomi* a. ℈j.
ſirupi de ſtœchade Arabicâ, corall. Quercet. aurant. q. ſ.
F. Electuarium molle.

℞. *ſpiritus ligni ſancti,* *ſaſſafr. rectif.* a. ʒj.
perlarum pp. *lapidum* ♋: *corall. pp.*
concha margaritif. pp. ad norm. chim. in art. form. red. a. ℈ij.
extracti meliſſæ, betonicæ, ſpecierum diambræ a. ʒj.
conſerva ſalviæ, majoranæ, *ivæ arthriticæ* a. ℥j.
☍ *ſuccini, ligni rhodii* a. ℈ſ. M. F. Electuarium.

CAPUT V.

Liquida præparata.

Potiones.

℞. *ſirupi de ſtœchade Arab.* ℥ii. *betonicæ,*
chamæpityos *coralliorum Querc.* a. ℥j.
ſp. diamoſchi dulcis, *diambræ* a. ʒſ.
magiſterii perlarum ℈j. *aq. cinamomi* ʒiſ.
In fictili. S. Stärck-Safft.

℞. *aq. deſtillatæ chamæpityos,* *betonicæ,*
ſalviæ a. ℥j. *lavendulæ* ℥iſ. *cinamomi* ℥j.
ſirupi betonicæ, ſtœchad. Arab. corall. Querc. a. ℥j.
julepi roſacei ℥iſ. *ſp. dianthus* ʒj. *aromatici roſati,*
diamargariti calidi a. ʒſ. *ſuccini pp.* ℈j.
M. F. Potio. S. Glieder-Waſſer.

Vinum medicatum.

℞. *fol. chamæpityos,* *chamædryos,*
betonicæ, *majoranæ,* *ſalviæ* a. m. j.
anagallidis phœniceæ, *roriſmarini* a. m. ſ.
fl. primulæ veris, geniſtæ, *ſtœchadis Arab.* a. m. j.
baccarum lauri n. vj. *nuciſtæ* n. ij.

cinamomi

cinnamomi ℥ß, *macis* ʒij, *castori veri* ʒj, *caryophyll.* ʒj. *ligni guajacini, ſaſſafras* a. ℈iij, *rad. caryophyllatæ* ℥j, *diptami albi, cichorii* a. ℥ſ, *lumbricorum terreſtrium cum vino contuſorum* n. xij.

Inciſa contuſa ſ. a. dentur ad chartam. S. Species zum Wein.

℞. *lumbricos terreſtres* no. xij.

Contuſos in mortario cum vini cochlearibus vj. exprime per linteum. Expreſſum miſce cum vini cantharo dimidio. Dantur cochlearia iij. matutinâ nonâ & pomeridianâ quartâ. *Vinum lumbricatum.*

DECOCTUM LENTISCINUM probatæ habetur bonitatis. Parari poteſt ex *raſuræ ligni hujus* ℥ii, *juniperi vel viſci querni* ℥j. *ſummitatum betonicæ, chamædryos* a. p. iiij. *Aq. communis* ℔vj. Bulliant ad conſumtionem medietatis. Detur hauſtus ſingulis diebus manè & veſperi.

CAPUT VI.

Arthritica calida externa.

RADICES, FOLIA omnia, quæ interiùs commendata. Primulæ veris tuſa & membro dolenti applicita, efficaciſſimè prodeſſe in quâcunque corporis parte, ſcribit *Fernelius 5. methodi cap. 27.*

GUMMATA *opopanax, bdellium, myrrha, galbanum.* AMMONIACUM *gummi* λύει τοὺς περὶ τὰ ἄρθρα πόρους, *autore Dioſcoride,* μετὰ μέλιτος καταπλασσόμενον, ἢ καὶ πίσσῃ μιγέν. ποιεῖ καὶ πρὸς κόπους, καὶ ἰσχιάδας συγχριόμενον, *ſolvit quæ in articulis occurrunt lapidoſa tophoſa, mellis aut picis emplaſtri modulo miſtum.*

Indomitam lenit quæ, TACAMAHACA, podagram,
& omne corporis πάθος,
illam prætulerim, quam venditat India, gemmis
Arabumque gazis omnibus.
Nam quis divitiis validos non præferat artus,
triſtique ſenſu liberos.

VINACEA *στέμφυλα* ſunt, non ſola grana & acini uvarum, ſed *τὰ ὑπόλοιπα ἀποθλίμματα, γεώδη καὶ σκληρὰ, ἢ στερεὰ λείψανα, ſed uvarum reliquiæ terreſtres & duræ, & ſolidæ, autore Galeno 6. de ſimplicium medic. facultatibus*, conſtant 1. ex membranoſo uvarum tegumento. 2. ſeminibus ſeu nucleis, *γίγαρτα* Græci dicunt. 3. acinorum radice, quæ ex palmite enaſcitur, unde & ipſi acini pendent, quam *Galenus βότρυχον* nominat, alii, *ut ipſe ait citato loco, στέμφυλον*. Sarmenta vocat *Plinius lib. 23. cap. 1.* partes illas, in quibus acini fuêre. Hiſce partibus 4. ſemper conjungitur aliquid carnis acinorum, & muſti portiuncula, per carnem diſperſa, ut patet ex diluto, aquâ ſuperinfusâ, quod vinum ſapore & odore refert. Græci vocant *τρύγα*, Attici *δ᾽ἀπεμίαν*, noſtrates, *ait Galenus, στεμφυλίτης*, Latini loram, Jenenſes ʒaur. Caro tamen hæc reſpectu trium priorum exigua eſt. Recentia ſunt calida, & podagrarum diſcuſſione, ſi pedes iis immergantur, memorabilia. Commendat talia balnea *Crato libro 4. conſil.* & vulgare Auſtriacis remedium vocat.

AB ANIMALIBUS petitur populare auxilium. CASEUS vetuſtus diſſolutus cum jure, in quo petaſo vel pedes ſuilli fuêre elixata, in malagmatis mollis, in conſiſtentiam redactus dolorem diſcutit, cutimque emollit, aperit, ut gypſi, vel cretæ inſtar collectus tartarus eximi queat. Pulvis molaris lapidis ſi addatur, tantò præſentius auxilium.

FORMICARUM ſilveſtrium majorum nidus, cum parte terræ, gummi & bitumine ab ipſis collecto, includitur ſacco. Coquitur in aquâ. In balneo huic inſideat æger. *Μεταϛυγκριτικὸν* eſt hoc formicarum balneum, acres ex alto evocans humores, eosque diſcutiens.

CAPUT VII.

Præparata ſicca.

Pulvis. ℞. *gummi elemi, animæ, reſinæ tacamahacæ* a. ʒij. *ſuccini flavi* ℥j. *ligni aloes* ʒj. *rhodii* ʒij. *maſtiches, mannæ thuris* a. ʒij. *benzoin.* ℥j.

Conciſa contuſa, F. Pulvis. S. ſuffumigium arthriticum.

LAPIS ANTIPODAGRICUS recipit *⊕li albi,* ○ a. ℥iiij. *Lapis.*
lithargyrii utriusque a. ℥j. *lapidis calaminaris,* ℥vj.

Pulveriſata coque in vini canthari parte quartâ, donec lapideſcat. Solutus in *vino rubro* aut *aceto* linteis duplicatis calidè applicatur.

Emplaſtrum *diapalma* dictum, *de meliloto, nervinum, oxycroceum, ad tophos* Hartmanni, *de hermodactylis* Zacuti Luſitani. *Emplaſtra.*

℞. *ceræ novæ* ℔j. *terebinthinæ reſinæ ad duritiem coctæ,*
picis navalis, *gommi ammoniaci,* *bdellii* a. ℥iiij.
ſuccini flavi pulver. ℥vj. *terebinthinæ reſinæ* q. ſ.

F. Emplaſtrum. Ante inungatur locus tincturâ ♀, ne extractis ab emplaſtro partibus tenuioribus, relinquantur craſſæ à ♀ reſolvendæ.

℞. *gommi ammoniaci in* ✚ *lavendulæ ſoluti & colati* ℥ſ.
carannæ, *tacamahacæ* a. ʒiij.
mucilag. ſeminum lini, & fœni græci cum ▽ *parati* a. ℥ſ.
pulveris hermodactylorum, *radicis ireos* a. ʒiij.
balſami Peruviani ʒj. °°o *ſuccini, lavendulæ* a. g. x.
°°o *juniperi* ℈j. *philoſophorum* ʒij.
ceræ & terebinthinæ *reſinæ* q. ſ.

F. Emplaſtrum ad roborandam ſpinam dorſi, & articulos in frigidâ deſtillatione.

℞. *euphorbii, cocci gnidii, piperis, rad. pyrethri, ſinapi albi* a. ℥j.
aluminis plumoſi ʒiij. *ſandali rubri in* ▽ *macerati* ℥j.
ceræ, terebinthinæ reſinæ, ſevi hircini q. ſ.

F. Emplaſtrum applicandum membris atrophiâ laborantibus.

CAPUT VIII.

Spiſſa præparata.

Unguentum vegetabile.

UNGUENTUM NERVINUM Auguſtanorum frigidos nervorum morbos & dolores tollit. *Unguentum paralyticum Mynſichti* membra reſoluta recreat.

℞. *ſaponis Veneti* ℥ſ.	🜄 *rectificati* ℥j,
opii thebaici aquâ	*roſarum ſoluti* ʒj.
croci,	*camphoræ* a. ℈j.

In mortario marmoreo miſce ad conſiſtentiam unguenti. S. *unguentum arthriticum & podagricum.* Illitum partibus dolentibus adfert levamen. Cum temporis tractu ſiccatur, renovari poteſt affuſo 🜄.

Unguentum iſchiadicum *Felicis VVurzii parte 3. capite 23.* propoſitum, *ex alumine plumoſo* reverberato, & oleo vel unguento nervino paratū, an decantatas vires habeat? dubitatur.

℞. ☍ *lumbricorum. amygdal. dulc.*	*liliorum alb.* a. ℥j.
axungiæ humanæ, urſi,	*catuli* a. ℥ſ,
unguenti reſumtivi ℥iſ,	*pulv. euphorbii* ʒij.

Cum modico ceræ ad lentum calorem, miſce pro molliuſculo linimento.

In fictili. S. Sälblein zu ſchmieren nach dem Bade.

UNGUENTUM arthriticum domeſticum.

℞. *anſerem pinguem deplumat. exenterat.* Ventrem imple:

flor. primulæ veris,	*ſummit. ſalviæ,*
roriſmarini, hyſſopi,	*chamameli,*
artemiſiæ a. m. ſ,	*nucis moſchatæ* n. iiij.

Aſſa in veru, & pinguedine ſæpe irriga. Benè excoctum contunde totum. Stent cum pinguedine ad ☉ per 4. dies, poſt prelo exprime per linteum diligentiſſime. Stent ad ☉ donec clareſiant. Inungantur eo frigido languentia membra.

℞. *lumbricorum terreſtrium mundatorum canth.* j.

Moriantur in vino in ſcutella terreâ latâ. F. Unguentum cum pinguedine humanâ, contrà ἀτροφίαν membrorum.

CAPUT

CAPUT IX.

Cataplaſmata mollia.

IN arthriticis doloribus, etiam vagis, nonnulli magnifaciunt cataplasmata.

℞. *medullæ panis albi q. v.* *croci parum.* 1.

Coque in lacte bubulo. Extendatur in linteo, aliud ſuperponatur, & applicetur.

℞. *radicis bryoniæ, ireos florentinæ, hermodactylorum* a. ʒſ. 2.
fol. chamæpityos, chamædryos, tabaci noſtratis a. Mſ.
fl. chamameli utriusque, meliloti a. p. v. ♀ *rubri* ℥j.
ſeminis aniſi, *baccarum lauri* a ℥ß.

F. Pulvis zum Weichpflaſter in Waſſer und Nachbier zu kochen und zwiſchen doppelt Tüchlein auffzulegen.

Hæc cataplaſmata facere creduntur officium primo appulſu, ſed cum refrigeſcunt, repellunt, cum metu impulsûs in alia loca ſi non nobiliora tamen æque ignobilia, quæ irruptio ſine tranſitu per cor, & anxietate fieri nequit.

Cataplaſma de caſſiâ *Zacuti Luſitani* ſingulari encomio commendatur. 3.

CAPUT X.

Liquida præparata, ſpiritus vegetabiles, & animales.

℞. *balſami vitæ* *Anhaltini* ℥j, *Vegetabiles*
opii in eo ſoluti ʒj. *croci* ℈j.
In pyxide miſce, & illine. S. Reſolvit ſpiritus.

℞. *fol. menthæ Saracen.* m. ij, *roriſmar. ſalviæ* a. mſ.
fl. cheiri, lavendulæ, *liliorum convallium,*
chamameli Romani, *ſalviæ* a. p. ij,
ſeminis urticæ *Romanæ* ʒiij,

radicis ari, raphani ruſtic. a ℥ ij, *piperis longi* ℥iſ.

Contuſa ac conciſa infundantur ad ſupereminentiam quatuor digitorum in 🜄. Stent per 14. ☍ quotidie agitando. Hinc, factâ colatione cum aliquali expreſſione, ſervetur ad uſum. S. Wohlriechend Glieder-Waſſer.

Videtur quidem excedere caliditate, ſed notandum, ſine calore nullam fieri attractionem.

Animales ſpiritus. 1. ℞. *formicas majores q. v. vini veteris* a. *q. ſ.*

Deſtillentur ex arenâ vel veſicâ. In deſtillato iterum imponantur novæ formicæ. Digerantur per triduum, & deſtillentur. Irrorentur ſpiritu hoc membra dolentia.

2. ℞. *Lumbricorum terreſtrium cantharum* j. 🜄 *canthar os* ij.

Deſtillentur per alembicum. In vitro S. Regen-Würmen Spiritus.

CAPUT XI.

Spiritus minerales.

Spiritus minerales. ℞. *ſpir.* ✳ ʒj. 🜄 *lumbricati* ℥j.

M. & plumaceolo dolenti loco illine. Addi poteſt modicum camphoræ.

℞. *ſpir.* ⊖ ʒj. ✳ ʒſ. 🜄 *camphorati* ℥j.

M. cum plumaceolo illinitur dolentibus, imò etiam tophaceis locis, aliquoties in die. Lenit dolores, & ⊖ ♀reum coagulatum, proficuo ægrorum ſpectaculo, reſolvit, & in halitus convertit, ut vapor elevatus viſu & odoratu percipiatur, qui aliis ſanis partibus illitus non advertitur.

CAPUT XII.

Aquæ antipodagricæ.

AQUA *antipodagrica viridis Martini Rulandi* celebris eſt. ℞. *calcem vivam.* Immerge in aquam fontanam, ut ſal elicias. ℞. hujus aquæ ℔iiij. In eâ extingue laminas chalybis ferventis duodecies. Poſt immerge in eâdem æs uſtum pulveri-

pulveriſatum ad ℥iiij, *cinnabaris* ℥ß. Stent per iiij vel v. dies, & viridem ea aqua acquiret colorem ex ⊕lo interno æris uſti. Mentionem ejus faciunt *Hartmannus praxi chim. Libavius de magiſteriis formalibus*: commendat eam *Quercetanus* conſilio *de arthritide & calculo*.

Alia aqua antipodagrica Rulandina ex decocto *florum chamæmeli & meliloto, ✡ mortificatâ, aquâ forti vivâ, decocto myrtillorum, ligni braſilii, vel minio tincto*, proponitur, & perſtringitur *à Johanne Oberndorfero in apologiâ*.

AQUÆ *antipodagricæ Quercetani & Michelii patricii Lucenſis* deſcribuntur *à Quercetano conſilio de arthritide & calculo*.

℞. *aquæ florum chamæmeli* ℥iiij. *ſpiritûs ⊕li ♂is* ℨj.

M. Suſpendatur in eâ ſandalum rubrum, ut tingatur, ne advertatur, quæ ſint ingredientia. Illinitur dolentibus locis.

CAPUT XIII.

Balſama arthritica externa.

℞. *balſami podagrici Crollsiani, baſilicâ chim. propoſiti*, qui paratur ex ⊕lo, melle, ♀, terebinthinâ q. v. In pyxide latâ detur. *Balſama.*

℞. *balſami Mynſichti*, inter liquores miſtos propoſiti, huic qui eſt ſimilis.

℞. *balſami* ſeu *linimenti mollis paralytici Mynſichti* ℥j.

Nuchæ & membris reſolutis inunctum penetrante ſuâ virtute ſuccurrit.

℞. *balſami ſpaſmatici* *ejusdem* ℥j.

Prodeſt membris convulſis in actu curationis & præſervationis.

℞. *balſami podagrici* *ejusdem* ℥j.

Partes dolentes eo illinuntur, & lintea calida imponuntur.

CAPUT XIV

Balnea & inſeſſus exponit.

Balnea. IN LAXITATE *articulorum* poſt arthritidem vagam inveteratam, commoda ſunt duo balnea:

I. PRIMUM RESOLVIT ♀. Paratur ex ⊖ ♀ri ℔j, ⊖ ℔¼, *radicibus althaeae, fol. malvae, chamameli* a. Miiij. Coquuntur *in* ▽ *fontanâ*, ad inſeſſum ad umbilicum.

II. ALTERUM CONFORTAT tendines & articulos. Paratur ex vinaceis & ſtrue formicarum majorum, ſacco incluſis & decoctis in ▽ fontanâ, in quâ ſcoriæ ferri ignitæ aliquoties exſtinctæ.

III. IN PODAGRA, pro reſolutione ♀ri *in articulis* ſtabulantis laudatur ποδόνιπτρον ſeu PEDILUVIUM concinnatum ex thermis calidis, ut Carolinis, ad frigidam, elumbem, relictam juncturarum intemperiem, & moleſtum lumbifragium: hâc tamen limitatione, ut admittatur aliquot dierum ſpatio potio in matutinis earundem, ut corpus à ſarcinâ impurâ liberetur. Sic eventus optatus magis reſpondebit voto. IN FECIBUS VINI calidis magna ſpes locatur, dilutis cum cereviſiâ vel vino ignobiliori.

IV. Iſchiadicis muriam infundere jubet *Dioſcorides*; à frigidâ deſtillatione languentibus. Clariùs *Celſus l. 4. c. 24.* Aquam marinam vel muriam fervefacere oportet, ac in pelvim conjicere, ex eâque pedes fovere, ac pallâ circumtectâ hominem tegere.

V. Vel ℞ *lixivium ex cineribus* τῶν λειψάνων ſeu *ſarmentorum vitium*, vel fagi. Colaturæ adde aluminis ℥ij. Calefiant in fictili vitreato citrà ebullitionem. Manè & veſperi tam altè pedes immergantur, ut aqua ſaltem ſuprà talos exſtet.

VI. *Solenander ſect. 4 conſilio 24.* commendat muriam fungi rubentis *quercui adnati*, non circà truncum, ſed *radices*, quem ὑπόδρυν appellat, *in ſchidia* ſciſſi, ſale adſperſi, facto S. S. S. & in hypogæo liqueſcentem. Hanc partibus illinit roborandis.

VII. IN PARALYSI balnea proſunt naturalia & artificialia. PRIORA omnium admittit conſenſus. ARTIFICIALE balneum, cum thermæ naturales deſunt, proponit *Mynſichtus*.

GUER-

GUERNERI ROLFINCII, PHIL. ET MED. DOCT. ET PROF. PUBLICI,

ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS COMMENTATORIÆ

LIBER XI.

De materiis præſidiorum pharmaceuticis, quæ reſpiciunt cauſam morbi, quæ adhuc generatur, & ſecundùm generationis ſuæ principia requirit materias alterantes, & roborantes alexipharmacas.

SECTIO I.

continet alexipharmaca ſimplicia officinalia.

CAPUT I.

In genere exponitur nomen. Differentiæ.

NOMINANTUR ἀλεξιφάρμακα ἢ ἀλεξητήρια, quæ venenatis diſpoſitionibus reſiſtunt, ab ἀλέξω, *arceo, auxilium fero.* Bezahartica generali indigitantur nomine. *Nonnulli* diſtinguunt: & ἀλεξητήρια vocant, quæ punctionibus & morſibus animalium medentur: ἀλεξιφάρμακα, quæ deleteriis

Nomen.

Diſtinctio inter alexiteria & alexipharmaca.

deleteriis medicamentis reſiſtunt: *ἀντίδοτα*, quæ intus duntaxat adſumuntur. *Alii ἀλεξιτήριον* vocant, quaſi ſervans & defendens à feris veneuoſis: *ἀλεξιφάρμακον*, quod juvans ſimpliciter dicitur.

De differentiis vulgata doctrina. DIFFERUNT, quod quædam ſint *generalia, & communia*, quæ omnibus venenis adverſantur, cor roborando & ſanguini tonum quendam reſtituendo, ut faciliùs reſiſtant malignæ impreſſioni, alia verò ſint ſpecialia, quæ cor & ſanguinem ſalutaribus inſtruunt armis, ut huic vel illi veneno reſiſtere queant. Utraque tamen & ipſa venenis hiſce adverſantur.

Profundior penetratio. Ut venena ſunt, *autore Scaligero*, quatuor generum, *exercitatione tertiâ ſect. 2. quædam* primâ manifeſtâ calidâ qualitate nocent, ut aqua epota frigida homini labore & ſole æſtuanti, *quædam* ſecundâ, ut crocus, aperiendo, & ſpirituum vias laxando, *quædam* tertiis, ut cantharides & lepus marinus, *quædam* aliâ vi, quam quidam à tota nominant ſubſtantiâ, & ſpecificam virtutem, ut ſcorpii venenum, minimo ictu & inſenſibili materiæ quantitate mortem adferens. Totidem modis iis medicamenta contraria eſſe convenit. Ultima ſingulatim alexipharmaca vocantur.

Quomodo agant. Occultâ hæc agere qualitate hactenus judicatum.

Paracelſici, ut malignam & peſtilentem diſpoſitionem, propter noxæ, virulentiæ, violentiæ, & effectuum ſimilitudinem, arſenicali & napellino ſali adſcribunt, acri & volatili, ita etiam medicamenta huic convenientia ſalino abundare volunt principio.

De contrarietate demonſtralia, deni. *Ἐναντία εἶναι τὰ δὲ ἀλεξιτήρια ταῖς σωμάτων φύσεσιν, ὥσπερ καὶ τὰ δηλητήρια, contraria eſſe alexipharmaca naturis corporum, ut venena*, ſtatuit *Galenus 5. de ſimplicium medicamentorum facultatibus cap. 18.* Quod temperamentum facit, ut corpus lædatur: id ipſum facit, ut corpus non lædatur. Ergò, ſi illud eſt contrarium, erit contrarium & hoc. Quæ enim uno tertio conveniunt, ea inter ſe conveniunt. Ita argumentatur *Hofmannus lib. 6. variarum lectionum cap. 8.*

1.

Mediam naturam habere alexiteria inter venena & medicamenta tradiderat *Galenus de ſimpl. med. facultatibus.*

Scaliger.

Scaliger exerc. 33. ſect. 2. id applicat theriacæ, eamque, cum ex veneno ſit compoſita, & iis, quæ illi adverſantur, ſtatuit ex duobus extremis naturâ medium factum eſſe. *Scaligeri applicatio ad theriacam.*

Non ſunt medium alexiteria ἐπιγεννής, ut quædam pars ſit venenum, quædam medicamentum. Venena tota talia ſunt, quatenus agunt; alexiteria etiã tota talia ſunt, quatenus agunt. *Explicatur medium hoc.*

Alexiteriam vim habere poſſunt venena. Aconitum, *ait Plinius lib. 27. cap. 2.* omnium venenorum ocyſſimum eſt, & tactis quoq; genitalibus fœminei ſexûs animalium eodem die inferre necem. Hoc tamen in uſum humanæ ſalutis cedere, in vino datum calido, & ſcorpionum ictibus mederi docet experientia. Ea eſt natura, ut hominem occidat, niſi inveniat, quod in homine perimat. Cum eo ſolo colluctatur, velut pari intus invento: mirumque exitialia ambo venena cum ſint, in homine commori, ut homo ſit ſuperſtes. *Venena poſſunt eſſe alexiteria.*

Modus, quo ſingula hæc fiant, variis modis explicari ſolet.

CAPUT II.

vegetabilium è claſſe alexipharmaca proponit, & 1. radices.

RADICES, ὄνυχες, *ungues, ſpicæ & ſtica allii ab ἄλλεσθαι exiliendo*, quod citò creſcat, dicti, capitis ſpicæ albæ τῆς κεφαλῆς τοῦ σκορόδου τὰ ὦτα, *capitis allii auricula* dictæ, primum merentur locum. Σκόροδον dicitur ἴσως σκαιὸν ῥόδον παρὰ τὸ σκαιὸν ὄζειν. *quaſi rudis & injurioſa roſa, quod aſperum quid redoleat.* *Radices allii.*

Ἀντιφάρμακον ἐστι πρὸς τὰ δηλητήρια, καὶ τῶν ἰοβόλων δήγματα, ὥσπερ σχεδὸν ἡ θηριακή. *Antipharmacum ac remedium eſt contra venena & venenatorum morſus, veluti fermè theriaca.* Inde *Galenus* τῶν ἀγροίκων θηριακήν, *theriacam ruſticorum* appellat 12. θεραπευτικῆς μεθόδου *cap. ultimo.*

ANGELICA ab angelo cenſetur monſtrata. ANTHORÆ radix tribus vel quatuor partibus olivarum inſtar, aut oblongorum teſticulorum more protuberans, flore ſuperiore, parte cucullo, aut caſſidis capitis cavo operimento ſimili ornata, *Angelica, Antiphthora.*

ornata, & ſingulari ſignaturâ armata, in ſpecie Thoræ, in genere omnibus venenis adverſatur. Per vomitum agit vel ſudorem.

Biſtorta. BISTORTA ruſeſcentibus radicibus retorta, & ſerpentis jacentis in modum in ſe contracta, cumque primum è terrâ erumpit, linguæ ſerpentis tenui pelle veſtitæ formam obtinens. Utroque & præterea virium reſpectu ſerpentaria dicitur.

Contra Venena. CONTRAHYERVA, Hiſpanico idiomate, quaſi alexipharmacum appellata, ad ℈ſ. pondus adſumtum, per vomitum agit vel ſudorem.

Carlina. CARLINA quaſi Carolina dicta, à Carolo magno, primo ejus nominis Romanorum Imperatore, cujus exercitus olim liberatus & præſervatus ejus fertur uſu, duplex eſt: *καυλώδης ϗ ἄκαυλος*. Primæ radix eſt officinalis, oblonga, digitalis craſſitudinis, fuſci coloris κατὰ τὸ ἐκτὸς ϗ διαβάθυς, *extus & intus.*

Scorzonera quaſi nigra Viperina. SCURZO vel SCORSONERA alexipharmaca eſt, viperæ enim, quæ ſcurzo Hiſpanico idiomate notatur, morſui medetur. VIPERINA ergò rectè dicitur. Innotuit potiſſimùm ejus virtus præterito ſeculo. Johannes Odoricus Melchiorius Germanus ſereniſſimæ Reginæ Bohemiæ medicus exſiccatam plantam à Petro Cannizero, medico Cæſareo, acceperat, rogante, ut quænam eſſet, edoceret. Servus, qui eam adferebat, Hiſpanicus, addebat, in Cataloniâ à quodam ſervo Aphro fuiſſe oſtenſam. Cum quidam, *ajebat*, meſſores à viperis demorderentur, hic, qui in Africâ plantam hanc noverat, propinato ejusdem radicis ſucco, incolumes ſervabat omnes, quotquot demorſi fuerant, ſed nemini plantam oſtendebat, ne lucro defraudaretur. Quo poſtea factum, ut vafriores quidam obſervantes à longinquo tractum, à quo Afer ille plantam deferebat, illuc conceſſerint: plantamque conſequuti ſint, inventis reſciſſæ nuper herbæ reliquiis.

Aliæ radices. *Tormentillæ, valerianæ, zedoariæ, vincetoxici, ſucciſæ, gentianæ, helenii, imperatoriæ, diptami albi, radices* prioribus faciunt paria.

CAPUT III.

Radix doronici an venenata?

DURONICI,

DURONIGI, DURUNGI Serapionis *libro de temperamentis ſimplicium cap. 325.* commendatur ad dolores generatos ex ventoſitatibus groſſis inflativis, & in ſpecie confert ventoſitatibus matricis, morſibus & puncturis venenoſorum animalium, bibitum, & cum ficubus admotum. Intrat etiam confectiones magnas. Confortat cor, & confert tremori ejusdem. *Serapionis judicio ſalutaris eſt cordi.*

Alii ad cerebri confortationem, animi hilaritatem, malignas & peſtilentes febres, imprimis vertiginem arcendam extollunt. Eo fine recipitur *à Meſue in ſpecies diambra, diamoſchi, electuarium lætificans Rhaſis, de gemmis, & electuarium de ove Maximiliani I. Imperatoris.* *Alii cerebro etiam ſavere ſtatuunt.*

Legitimum hoc Arabum Doronicum ad nos non defertur. *Legitimum ad nos non defertur.*

Meminêre tamen *Petrus Pena, & Matthias Lobelius, ſtirpium adverſariis novis*, mechini ſeu zingiberis fuſci officinarum, ejusque raræ varietatis, quæ vulgatum zingiber aut mechinum refert, ſed elegantiore aſpectu, colore mechini, cortice zingiberis albi, ſed ſquamatim geniculato & ferè articulato, adſpectu pellucido, guſtu, quàm zingiberis multò acriore. Hoc Mechinum *Johannes Pona in hiſtoriâ Baldi montis*, quod in ſaccis zingiberis nonnunquam reperitur, ſimile eſſe legitimo formâ externâ, colore & facultatibus exiſtimat. *Succedaneum Lobelii & Penæ.* *Johannis Ponæ.*

An verò Arabum Duronigi vulgare noſtrum Doronicum floribus luteis, ſcorpii radice præditum, ſuccedaneum poſſit eſſe, ſub judice lis eſt. *An Arabum Duronigi ſit noſtrum Doronicum?*

Matthiolus ſtatuit, non eſſe hoc Doronicum. Id oſtendit titulus: quod *falſò* doronicum vocant. Ipſe autem exiſtimat, eſſe aconitum. *Addit,* Antonium Cortuſum Patavini horti præfectum ſe primum monuiſſe, doronicum inter aconita recenſendum. Venenum eſſe Cortuſus expoſuit, factô periculô in cane ſuo, cui porrexerat quatuor drachmas, crudis carnibus occultatas. Supervixit ſex horas, alacris, lætus, & cum domeſticâ caniculâ pluries venerem exercuit, & tempore cœnæ avidisſimè comedit. Sed circà ſeptimam repentè, ac ſi epilepſiâ laboraret, totus in terram cecidit, ubi horrendo ſpaſmo correptus, ſpumante ore paulo pòſt convulſus interiit. *Commendat* *Matthiolus negat.*

 Cortu-

Cortuſum hujus experimenti autorem, dehortaturque medicos, quibus ſalus proximi curæ eſt, à pernicioſo & pernecabili hujus uſu, autorque eſt, myropoliis è ſuis ut pharmacopœi eliminent. Non Doronicum, ſed Dæmonicum in poſterum adpellandum cenſet, quod Diabolus in illius locum thelyphoni genus hoc intruſerit. *Quod autem aliqui* Doronici hujus nocumenta haud agnoverint, inde factum putat, quod cardiacis modicâ quantitate inderetur, & aliis antidotis admiſtis venenoſa ejus vis diſſiparetur. *Provocat* ad Geſneri literas Cortuſo inſcriptas, in quibus ille fatetur, ſe, adſumtâ hâc radice, in magnum vitæ periculum incidiſſe, à quo tamen laconicis ſudatoriis & antidotis fuerit liberatus. *Probat* etiam, ea, quæ brutis ſunt venena, etiam homini non parcere, exemplo vomicæ nucis.

Hofmannus ſentit idem. *Hofmannus lib. 2. de medicamentis officinalibus cap. 4.* his ſubſcribit.

Non eſſe venenum homini ſtatuunt alii. *Alii* conſtanter affirmant, non eſſe homini venenum, ſed ſolis canibus, lupis & pardalis, nec ex confectionibus cordialibus & cephalicis eliminandum. Quamvis enim canibus & lupis ſit ejus uſus funeſtus exinde tamen haud infertur, homini eſſe lethale venenum. Quodque aliis cibus eſt, aliis fuit acre venenum. Differt natura à naturâ, alimentum ab alimento: Aloe ſaluberrimâ interficitur vulpes: homo reficitur. Sturnis cicuta eſt cibus, homini venenum. Nux vomica feles, canes, aves, picas interimit: illa tamen tuto & magno cum commodo adverſus lethifera & epidemicos morbos in electuariis cordialibus & in ſpecie *electuario de ovo Maximiliani I. Imperatoris*, homini exhiberi prædicatur.

Penæ & Lobelii ſententia. *Petrus Pena & Lobelius* hoc pluribus, *in ſtirpam adverſariis novis*, explicant, Matthioli præcipitantiam miris exagitantes modis. Nullum in Doronico vulgari maleficium agnoſcunt, quam illud, quod ex neglectâ doſi promanat, eodem modo ut in croco, moſcho. Uſum comendant ergò moderatum. Utamur, *ſcribunt*, moderatè, ſi non ut aromate, ſaltem ut antidoto, quemadmodum etiam in electuar. de gemmis uſurpatum videmus.

Geſnerus. *Conradus Geſnerus in epiſtolâ quadam ad Adolphum Occonem*

quem homini venenum lethale haud eſſe conteſtatur, dum refert: ſe radices hujus Doronici ſiccas integras, melle conditas, in pollinemve tritas ſæpe eſitaſſe, &, quo hæc ſcribebat, die, ex aquâ calidâ drachmas duas radicum contritarum hauſiſſe, ægrotisque illam ſæpe cum utilitate conſuluiſſe. *Idem lib. 1, ep. 17.* Doronicum officinarum eſſe venenatum, planè apud me γελοῖον eſt. Ego cum ſæpius in montibus repererim, & herbam & radices ſæpe cum voluptate edi. Radices ſuaviſſimæ, flos aromaticus: uſus radicis ad epilepſiam, vertiginem omnibus modis ſaluberrima, ſi quæ alia radix. Et *2. epiſt. 20.* eadem repetit, & hodie, *ſubjungit*, ut Matthiolum manifeſtè redarguerem, ex aquâ calidâ ℥iij. radicum contritarum ſumſi, & hilariter vivo.

Ægrotis eandem ſæpe & per ſe & cum aliis utiliſſimè conſuluit, in vertigine præſertim & epilepſiâ. Miſcuit interdum gentianam, & viſciſcobem, & aſtrantiam. Hoc modo mirè prodeſt Epilepticis, ſi uſus ejus continuetur.

Hæc citat etiam *Dodonaus*, cui conſentit *Camerarius* in *horto*, imò ait: de noſtro Doronico certè non poſſum affirmare, quod ſit venenatum. *Dodonaus.*

Illud fortaſſe non eſt commentitium, quod Matthiolus in Dioſc. ait: Geſnerum faſſum eſſe ad Cortuſium, incidiſſe ſe uſu Doronici in magnum vitæ periculum, à quo tamen Laconici uſu & antidotis liberatus fuerit. Copiæ hoc adſcribendum. Econtrà à vero alienum, quod *nonnulli* tradunt & meminit *Coſtaus in Meſuen*, in electuario de Aromatibus, mortuum eſſe Geſnerum uſu Doronici, teſtatur enim *Wolfius in vitâ ipſius*, peſte mortuum eſſe. *Dubitatio*

Conceditur, in nimis magnâ quantitate nocere potuiſſe, quemadmodum & ipſe Geſnerus teſtatur, ſe paulò poſt ejus uſum gravitatem ſtomachi, & circà præcordia anxietatem ſenſiſſe: hoc tamen nihil refert, nam & ſic crocus & moſchus inter venena referri deberent, quæ mole occidere queunt. Et inde etiam in uſu radicis doronici fieri potuit, quod recente ſucco turgidam adhuc eſitarit. Exſiccata certè minorem creaviſſet moleſtiam. Quod de ſemine coriandri humido & ſicco, idem etiam de radice hâc, quod humida & recens magis noceat, minus verò exſiccata, verum eſt. *reſolvitur.*

Velſchius. *Georgius Hieronymus Velſchius diſſertat. medico-philoſophicâ de ægagropilis* veneni crimen à noſtro doronico removet.

CAPUT IV.

Folia herbarum alexicacarum.

Scordium. FOLIIS palmam præripere videtur σκόρδιον, ἀπὸ τοῦ σκορόδου *allio*, cui acrimoniâ & odore ſimile eſt, dictum. Ἐνεργέστατον καὶ κάλλιστον, *efficaciſſimum & optimum* cenſetur Creticum, *Galenus* tamen, quod aliis in locis creſcit, οὐ φαῦλον *non contemnendum* judicat. Noſtras, quod in hiſce regionibus reperitur, recens, viride & vegetum, ſæpe melius transmarino, ſitu confecto & foliis lacero & pulverulento.

Noxiis putredinibus & venenis ſcordium adverſari confirmat *Galenus lib. 1. de antidotis capite 12.* γέγραπται, *inquit*, ἀπό τινων ἀνδρῶν ἀξιολόγων, *literarum monumentis traditum eſt à quibusdam celebribus viris*, cum in prælio interemtorum cadavera inſepulta jacuiſſent, quæcunque ſuprà ſcordium fortè fortunâ ceciderant; multò minùs aliis computruiſſe, eâ præſertim ex parte, quâ herbam tetigerant. καὶ δὴ καὶ πεπίστευται τοῖς σηπεδονώδεσιν ἰοῖς τῶν ζώων καὶ φαρμάκων δηλητηρίοις ἀνθίστασθαι. *Inde perſuaſum eſt omnibus, tàm reptilium venenis, quàm noxiis medicaminibus, quæ corpus ad putredinem diſponunt, ſcordium adverſari.*

Alliaria. ALLIARIAM ad ſcordium proximè accedere, ejusque ſucco ſe ceu vicario in malignis ulceribus uti, tradit *Fabricius Hildanus centuriâ 2. obſerv. 94.*

Millefoliū. MILLEFOLIO attribuit virtutes ſalutares cum probatiſſimis medicis Vulgus, corollas januarum poſtibus & ædium laquearibus appendens. Inde ἀχίλλειον, *tantarum virium quantarum fuit Achilles*: στρατιώτης, *fortiſſimus miles*: σιδηρίτης μυριόφυλλον, *quod ferri inſtar reſiſtat, millefolium* cognominatur.

Vetonica. *Vetonicam*, ejusque ſuccum, florumque conſervam, ſpiritus mirè exhilarare, & peſtis contagia arcere perhibetur.

Nomen trium commune. NOMINE hoc celebres ſunt diverſæ plantæ. 1. BETTONICA propriè dicta, de quâ librum integrum ſcripſit Antonius Muſa, Auguſti Imperatoris medicus. Κέστρον dicitur quaſi

1.

ἀκεστρον

ἀλεξ-ερῶν, quod *inſidioſa vitæ tela arceat.* Bettonica ſcribo, *inquit Hofmannus libro de medicam officin. cap. 37.* ratione originis; Vettones enim ſeu Vectones populos fuiſſe Hiſpaniæ conſtat.

2. CARYOPHYLLUS coronarius, TUNICA corrupto vocabulo à Vettonicâ dictus, tàm ſilveſtris quàm altilis, alexipharmacus cenſetur à Lonicero, & Fernelio. 2.

3. VERBENA, ἱερὰ βοτάνη à ſuperſtitioſo Romanorum cultu auguſtâ voce dicta, & ritibus belli & pacis, ad Jovis aras deſtinata. 3.

Singulæ malignitati adverſari perhibentur. *Dodonæus* falli ait, qui ſuccum aut decoctum verbenæ peſte laborantibus exhibent, non modò, quod à patre mendacii veri aliquid exſpectent, ſed etiam quod pro ſalutari remedio nihil ad ſanitatem conferens exhibeant. Fertur enim à Cacodæmone tanquam arcanum aliquod revelatum. Cenſura nimis rigida. *Dodonæi invectiva.* *Ἐπίκρισις.*

Calendula venenoſis diſpoſitionibus reſiſtere cenſetur. *Eraſtus epiſt. medicinali 24.* magis nihil in quâdam peſte profuiſſe refert, quàm ſuccum calendulæ à principio exhibitum. Succus ad ℥iiij potus, ad glandulas peccantem protrudit materiam. *Mindererus de peſte cap. 15.* eundem ad ℥iij ſumtum ſalutari eventu confirmat. *Calendula.*

Roſmarinus & *roſmarinum*, ex recto & obliquo dici ſolitum, adverſatur venenis. *Ruta* alexipharmaca. *Roſmarinus.* *Ruta.*

Cardui benedicti, galegæ, folia magnam de ſe exſpectationem præbent. *Carduus benedictus.*

Salviæ alexiteriam vim infringere videtur hiſtoria *Joh. Bocatii* de duobus amaſiis, ſalviæ foliis maſticatis, ad alteram vitam migrantibus, repetita *à Mizaldo lib. 1. cent. 1.* Huic ſimilis, quæ recenſetur *à Paræo libro de venenis cap. 24. & à Doringio libro de venenis* repetitur. *Salvia.*

CORTICES *citri, aurantiorum, fraxini.* *Cortices.*

FLORES *citri, galegæ, cyani, millefolii, roſarum.* *Flores.*

SEMINA *acetoſæ, angelicæ, cardui benedicti, citri, napi, ocimi.* *Semina.*

trandi vis, 🝞tio promta, facilis ſolutio in 🜄, qui ad olei naturam quod accedat, docet *chimia in artis formam redacta*, & oleoſis quibuſcunque. Singula argumenta, ſingula pondera.

Dubitatio. Nullam his inferunt vim, qui frigidam adſerunt. In eâ aliquandiu fui opinione, camphoram eſſe calidam, ob odorem & partium tenuitatem, *ſcribit Garcias ab horto hiſt. aromatum lib. 1. cap. 9.* ſed poſtquam experimento didici, inflammationibus & ambuſtis mederi, ſententiam mutavi.

Non ſatis faciunt dubioi qui in camphorâ diverſas partes calidas adſerunt & frigidas, ut in rhabarbaro. Tota quanta eſt calida: tota quanta calidos edit effectus.

Ἐπίχει-σις. 1. 2. Obſervandum hîc, ex accidente, evocatis calidis effumationibus, frigidos camphoram effectus edere. Simile attrahit ſimile. Materiâ per penetrantem, attrahentem & digerentem facultatem conſumtâ, ceſſare inflammationem & tumorem manifeſtum eſt, imò internos etiam ardores vi ſuâ diaphoreticâ, & putrefactionem humorum coercente, ut alia plura remedia, temperamento calida, diſſipare poteſt.

Alexipharmaca ineſt ipſi virtus. ALEXIPHARMACA virtus ipſi ineſt præcellens, agnita *à Johanne Cratone pluribus in locis.* Noſtris laudibus, *inquit Mindererus libro de peſte cap. 15.* meritò celebranda venit camphora, non mirabile modò, ſed & forte & efficax peſtis alexerium, ſiquidem hæc aſſumpta, interno noſtro calore mox ignita, & in corporis quaſi meditullio flagrans, coinquinatos ſpiritus, eosque tetro miaſmate pollutos, aut inſpiratos, ac circum præcordia hærentes, exhaurit, & ſicco planè igneoque calore pervadens partim diſſipat ac expellit, partim combuſtione abſumit, partim verò corrigit & emendat. Proinde camphoram inter fortiſſima alexiteria non immeritò repoſuerim. Laudes has *nemo non* libenter admittit.

CAPUT

CAPUT VI

Succum balſami arboris alexicacum proponit. Ejus nomen, ſubſtantia, natale ſolum.

Ὀποβάλσαμον, inter cordialia relatum *libro 8. ſect. 2. cap. 1.* in theriacâ Andromachi locum ſuum tuetur. *Cordiale eſt opobalſamum.*

Δένδρον *arborem* βάλσαμον vocat *Theophraſtus libro 9. hiſtor. cap. 6.* non magnam, ſed exilem, ἡλίκον ῥοὰ μεγάλη *qualis eſt punica magna.* Poſt ipſum *Dioſcorides* etiam arborem vocat. Potiùs eſt φυτὸν θαμνῶδες, *planta fruticoſa.* *An arbor, an frutex.*

APPELLATUR Balſan *ab Arabibus*, βάλσαμον *à Græcis.* Singularis ſuavitatis reſina inde collecta vocatur دهن *dohen.* *Balſan* notat, *pingue quodcunque ex balſamo, lentum, inungique aptum*, imò unguenta, *liliaceum* &c. & per excellentiam hunc ſuccum. *Nomen.*

Δάκρυον lachryma reſina potiùs eſt, quàm ὀπὸς *ſuccus.* Hoc tamen nomine inſignitur *à Dioſcoride.* Reſinam potiùs eſſe, quam gommi, oſtendit inflammabilitas. Id innuunt *Græci*, cum βαλσαμέλαιον appellant. Eſt lachryma pinguis & oleaginoſa, & ut loquitur *Strabo lib. 16. p. 525.* γάλακτι γλισχρῷ παραπλήσιος, *lacti viſcido ſimilis.*

NATALE ſolum eſt Arabia dives, odorifera, felicis cognomine olim inclyta, odorum eâ circumfluens copiâ, ut faſtidium incolis pariat aſſiduitas voluptatis. Inde factum, quod reges ſuos παρὰ τὰς κοπρῶνας, ut *Strabo* loquitur, *propè ſterquilinia* ſepeliverint, hoc faſtidium averruncaturi. *Natale ſolum Arabia dives.*

Ibidem ſilveſtre & ſpontè naſcens, nullibi aliàs reperitur. Ita explicandus *Theophraſtus, loco citato.* ἄγριον δὲ οὐδὲν εἶναι βάλσαμον οὐδαμοῦ, *ſilveſtre balſamum nullum uſquam repertum accepimus.* At ſciendum in Arabiâ ſpontè creſcere. *Creſcit etiam in ſilveſtribus.*

In Arabiâ colligi juſſit Alexander Magnus, cum, *autore Strabone lib. 16.* apud animum conſtituiſſet καταστρέψασθαι τὴν χώραν ταύτην, σκηψάμενος τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου, ἐπειδὴ οἱ μόνοι τῶν ἁπάντων οὐ πρεσβεύσαιντο οἱ Ἄραβες, ὡς αὐτὸν τὸ δ᾽ ἀληθὲς *In Arabiâ colligi juſſit Alexander Macedo*

 ὀρεγόμενον

Balnea. IN LAXITATE *articulorum* poſt arthritidem vagam inveteratam, commoda ſunt duo balnea:

I. PRIMUM RESOLVIT ♀. Paratur ex ⊖ ♀ri ℔j, ⊖ ℔½, *radicibus althaeae, fol. malvae, chamameli* a. Miiij. Coquuntur *in* ▽ *fontanâ*, ad inſeſſum ad umbilicum.

II. ALTERUM CONFORTAT tendines & articulos. Paratur ex vinaceis & ſtrue formicarum majorum, ſacco incluſis & decoctis in ▽ fontanâ, in quâ ſcoriæ ferri ignitæ aliquoties exſtinctæ.

III. IN PODAGRA, pro reſolutione ♀ri *in articulis* ſtabulantis laudatur ποδόνιπτρον ſeu PEDILUVIUM concinnatum ex thermis calidis, ut Carolinis, ad frigidam, elumbem, relictam juncturarum intemperiem, & moleſtum lumbifragium: hâc tamen limitatione, ut admittatur aliquot dierum ſpatio potio in matutinis earundem, ut corpus à ſarcinâ impurâ liberetur. Sic eventus optatus magis reſpondebit voto. IN FECIBUS VINI calidis magna ſpes locatur, dilutis cum cereviſiâ vel vino ignobiliori.

IV. Iſchiadicis muriam infundere jubet *Dioſcorides*, à frigidâ deſtillatione languentibus. Clarius *Celſus l. 4. c. 24.* Aquam marinam vel muriam fervefacere oportet, ac in pelvim conjicere, ex eâque pedes fovere, ac pallâ circumtectâ hominem tegere.

V. Vel ℞ *lixivium ex cineribus* τῶν λεψάνων ſeu *ſarmentorum vitium*, vel fagi. Colaturæ adde aluminis ℥ij. Calefiant in fictili vitreato citrà ebullitionem. Manè & veſperi tam altè pedes immergantur, ut aqua ſaltem ſuprà talos exſtet.

VI. *Solenander ſect. 4 conſilio 24.* commendat muriam fungi rubentis *quercui adnati*, non circà truncum, ſed *radices*, quem ὑπόδρυον appellat, *in ſchidia* ſciſſi, ſale adſperſi, facto S. S. S. & in hypogæo liqueſcentem. Hanc partibus illinit roborandis.

VII. IN PARALYSI balnea proſunt naturalia & artificialia. PRIORA omnium admittit conſenſus. ARTIFICIALE balneum, cum thermæ naturales deſunt, proponit *Mynſichtus*.

GUER-

GUERNERI ROLFINCII,

PHIL. ET MED. DOCT. ET PROF. PUBLICI,

ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS COMMENTATORIÆ

LIBER XI.

De materiis præſidiorum pharmaceuticis, quæ reſpiciunt cauſam morbi, quæ adhuc generatur, & ſecundùm generationis ſuæ principia requirit materias alterantes, & roborantes alexipharmacas.

SECTIO I.

continet alexipharmaca ſimplicia officinalia.

CAPUT I.

In genere exponitur nomen. Differentiæ.

NOMINANTUR ἀλεξιφάρμακα ἢ ἀλεξητήρια, *Nomen.*
quæ venenatis diſpoſitionibus reſiſtunt, ab ἀλέξω, *arceo, auxilium fero.* Bezahartica generali indigitantur nomine. *Nonnulli* diſtinguunt & *Diſtinctio*
ἀλεξητήρια vocant, quæ punctionibus & morſi- *inter ale-*
bus animalium medentur: ἀλεξιφάρμακα, quæ *xiteria &*
alexiphar-
 deleteriis *maca.*

deleteriis medicamentis reſiſtunt: *ἀντίδοτα*, quæ intus duntaxat adſumuntur. *Alii ἀλεξιτήριον* vocant, quaſi ſervans & defendens à feris venenoſis: *ἀλεξιφάρμακον*, quod juvans ſimpliciter dicitur.

De differentiis vulgata doctrina. DIFFERUNT, quod quædam ſint *generalia, & communia*, quæ omnibus venenis adverſantur, cor roborando & ſanguini tonum quendam reſtituendo, ut faciliùs reſiſtant malignæ impreſſioni, alia verò ſint ſpecialia, quæ cor & ſanguinem ſalutaribus inſtruunt armis, ut huic vel illi veneno reſiſtere queant. Utraque tamen & ipſa venenis hiſce adverſantur.

Profundior penetratio. Ut venena ſunt, *autore Scaligero*, quatuor generum, *exercitatione tertiâ sect. 2. quædam* primâ manifeſtâ calidâ qualitate nocent, ut aqua epota frigida homini labore & ſole æſtuanti, *quædam* ſecundâ, ut crocus, aperiendo, & ſpirituum vias laxando, *quædam* tertiis, ut cantharides & lepus marinus, *quædam* aliâ vi, quam quidam à tota nominant ſubſtantiâ, & ſpecificam virtutem, ut ſcorpii venenum, minimo ictu & inſenſibili materiæ quantitate mortem adferens. Totidem modis iis medicamenta contraria eſſe convenit. Ultima ſingulatim alexipharmaca vocantur.

Quomodo agant. Occultâ hæc agere qualitate hactenus judicatum.

Paracelſici, ut malignam & peſtilentem diſpoſitionem, propter noxæ, virulentiæ, violentiæ, & effectuum ſimilitudinem, arſenicali & napellino ſali adſcribunt, acri & volatili, ita etiam medicamenta huic convenientia ſalino abundare volunt principio.

De contrarietate doctrinalis. deni. *Ἐναντία εἶναι τὰ δὲ ἀλεξητήρια ταῖς σωμάτων φύσεσιν, ὥσπερ καὶ τὰ δηλητήρια, contraria eſſe alexipharmaca naturis corporum, ut venena*, ſtatuit *Galenus 5. de ſimplicium medicamentorum facultatibus cap. 18.* Quod temperamentum facit, ut corpus lædatur:

1\. id ipſum facit, ut corpus non lædatur. Ergò, ſi illud eſt contrarium, erit contrarium & hoc. Quæ enim uno tertio conveniunt, ea inter ſe conveniunt. Ita argumentatur *Hofmannus lib. 6. variarum lectionum cap. 8.*

2\. Mediam naturam habere alexiteria inter venena & medicamenta tradiderat *Galenus de ſimpl. med. facultatibus.*

Scaliger.

Scaliger exerc. 33. ſect. 2. id applicat theriacæ, eamque, cum ex veneno ſit compoſita, & iis, quæ illi adverſantur, ſtatuit ex duobus extremis naturâ medium factum eſſe. *Scaligeri applicatio ad theriacam.*

Non ſunt medium alexiteria ἐπιγενὲς, ut quædam pars ſit venenum, quædam medicamentum. Venena tota talia ſunt, quatenus agunt, alexiteria etiã tota talia ſunt, quatenus agunt. *Explicatur medium hoc.*

Alexiteriam vim habere poſſunt venena. Aconitum, *ait Plinius lib. 27 cap. 2.* omnium venenorum ocyſſimum eſt, & tactis quoq; genitalibus fœminei ſexûs animalium eodem die inferre necem. Hoc tamen in uſum humanæ ſalutis cedere, in vino datum calido, & ſcorpionum ictibus mederi docet experientia. Ea eſt natura, ut hominem occidat, niſi inveniat, quod in homine perimat. Cum eo ſolo colluctatur, velut pari intus invento: mirumque exitialia ambo venena cum ſint, in homine commori, ut homo ſit ſuperſtes. *Venena poſſunt eſſe alexiteria.*

Modus, quo ſingula hæc fiant, variis modis explicari ſolet.

CAPUT II.

vegetabilium è claſſe alexipharmaca proponit, & 1. radices.

RADICES, ὄνυχες, *ungues, ſpicæ & ſticæ allii ab* ἄλλεσθαι *exiliendo*, quod citò creſcat, dicti, capitis ſpicæ albæ τῆς κεφαλῆς τοῦ σκορόδου τὰ ὦτα, *capitis allii auricula* dictæ, primum merentur locum. Σκόροδον dicitur ἴσως σκαιὸν τὸ ῥόδον παρὰ τὸ σκαιὸν ὄζειν, *quaſi rudis & injurioſa roſa, quod aſperum quid redoleat.* *Radices allii.*

Ἀντιφάρμακόν ἐστι πρὸς τὰ δηλητήρια, καὶ τῶν ἰοβόλων δήγματα, ὥσπερ σχεδὸν ἡ θηριακή. *Antipharmacum ac remedium eſt contra venena & venenatorum morſus, veluti fermè theriaca.* Inde *Galenus* τῶν ἀγροίκων θηριακὴν, *theriacam ruſticorum* appellat l. 12. θεραπευτικῆς μεθόδου *cap. ultimo.*

ANGELICA ab angelo cenſetur monſtrata. ANTHORÆ radix tribus vel quatuor partibus olivarum inſtar, aut oblongorum teſticulorum more protuberans, flore ſuperiore, parte cucullo, aut caſſidis capitis cavo operimento ſimili ornata; *Angelica. Antiphthora.*

ornata, & ſingulari ſignaturâ armata, in ſpecie Thoræ, in genere omnibus venenis adverſatur. Per vomitum agit vel, ſudorem.

Biſtorta. BISTORTA ruſeſcentibus radicibus retorta, & ſerpentis jacentis in modum in ſe contracta, cumque primum è terrâ erumpit, linguæ ſerpentis tenui pelle veſtitæ formam obtinens. Utroque & præterea virium reſpectu ſerpentaria dicitur.

Contra Venena. CONTRAHYERVA, Hiſpanico idiomate, quaſi alexipharmacum appellata, ad ℨſ. pondus adſumtum, per vomitum agit vel ſudorem.

Carlina. CARLINA quaſi Carolina dicta, à Carolo magno, primo ejus nominis Romanorum Imperatore, cujus exercitus olim liberatus & præſervatus ejus fertur uſu, duplex eſt: *καυλώδης καὶ ἄκαυλος*. Primæ radix eſt officinalis, oblonga, digitalis craſſitudinis, fuſci coloris *κατὰ τὸ ἐκτὸς καὶ διὰ βάθους, extus & intus.*

Scorzonera quaſi nigra viperina. SCURZO vel SCORSONERA alexipharmaca eſt, viperæ enim, quæ ſcurzo Hiſpanico idiomate notatur, morſui medetur. VIPERINA ergò rectè dicitur. Innotuit potiſſimùm ejus virtus præterito ſeculo. Johannes Odoricus Melchiorius Germanus ſereniſſimæ Reginæ Bohemiæ medicus exſiccatam plantam à Petro Cannizero, medico Cæſareo, acceperat, rogante, ut quænam eſſet, edoceret. Servus, qui eam adferebat, Hiſpanicus, addebat, in Cataloniâ à quodam ſervo Aphro fuiſſe oſtenſam. Cum quidam, *ajebat*, meſſores à viperis demorderentur, hic, qui in Africâ plantam hanc noverat, propinato ejuſdem radicis ſucco, incolumes ſervabat omnes, quotquot demorſi fuerant, ſed nemini plantam oſtendebat, ne lucro defraudaretur. Quo poſtea factum, ut vafriores quidam obſervantes à longinquo tractum, à quo Afer ille plantam deferebat, illuc conceſſerint: plantamque conſequuti ſint, inventis reſciſſæ nuper herbæ reliquiis.

Aliæ radices. *Tormentillæ, valerianæ, zedoariæ, vincetoxici, ſucciſæ, gentianæ, helenii, imperatoriæ, diptami albi, radices* prioribus faciunt paria.

CAPUT III.

Radix doronici an venenata?

DORONICI,

DURONIGI, DURUNGI Serapionis *libro de temperamentis ſimplicium cap. 325.* commendatur ad dolores generatos ex ventoſitatibus groſſis inflativis, & in ſpecie confert ventoſitatibus matricis, morſibus & puncturis venenoſorum animalium, bibitum, & cum ficubus admotum. Intrat etiam confectiones magnas. Confortat cor, & confert tremori ejusdem.

Serapionis judicio ſalutaris eſt cordi.

Alii ad cerebri confortationem, animi hilaritatem, malignas & peſtilentes febres, imprimis vertiginem arcendam extollunt. Eo fine recipitur *à Meſue in ſpecies diambræ, diamoſchi, electuarium lætificans Rhaſis, de gemmis, & electuarium de ove Maximiliani I. Imperatoris.*

Alii cerebro etiam favere ſtatuunt.

Legitimum hoc Arabum Doronicum ad nos non defertur.

Legitimum ad nos non defertur.

Meminêre tamen *Petrus Pena, & Matthias Lobelius, ſtirpium adverſariis novis,* mechini ſeu zingiberis fuſci officinarum, ejusque raræ varietatis, quæ vulgatum zingiber aut mechinum refert, ſed elegantiore aſpectu, colore mechini, cortice zingiberis albi, ſed ſquamatim geniculato & ferè articulato, adſpectu pellucido, guſtu, quàm zingiberis multò acriore. Hoc Mechinum *Johannes Pona in hiſtoriâ Baldi montis,* quod in ſaccis zingiberis nonnunquam reperitur, ſimile eſſe legitimo formâ externâ, colore & facultatibus exiſtimat.

Succedaneum Lobelii & Penæ.

Johannis Ponæ.

An verò Arabum Duronigi vulgare noſtrum Doronicum floribus luteis, ſcorpii radice præditum, ſuccedaneum poſſit eſſe, ſub judice lis eſt.

An Arabum Duronigi ſit noſtrum Doronicum?

Matthiolus ſtatuit, non eſſe hoc Doronicum. Id oſtendit titulus: quod *falsò* doronicum vocant. Ipſe autem exiſtimat, eſſe aconitum. *Addit,* Antonium Cortuſum Patavini horti præfectum ſe primum monuiſſe, doronicum inter aconita recenſendum. Venenum eſſe Cortuſus expoſuit, factô periculô in cane ſuo, cui porrexerat quatuor drachmas, crudis carnibus occultatas. Supervixit ſex horas, alacris, lætus, & cum domeſticâ caniculâ pluries venerem exercuit, & tempore cœnæ avidisſimè comedit. Sed circà ſeptimam repentè, ac ſi epilepſiâ laboraret, totus in terram cecidit, ubi horrendo ſpaſmo correptus, ſpumante ore paulo pòſt convulſus interiit. *Commendat*

Matthiolus negat.

Cortuſum hujus experimenti autorem, dehortaturque medicos, quibus ſalus proximi curæ eſt, à pernicioſo & pernecabili hujus uſu, autorque eſt, myropoliis è ſuis ut pharmacopœi eliminent. Non Doronicum, ſed Dæmonicum in poſterum adpellandum cenſet, quod Diabolus in illius locum thelyphoni genus hoc intruſerit. *Quod autem aliqui* Doronici hujus nocumenta haud agnoverint, inde factum putat, quod cardiacis modicâ quantitate inderetur, & aliis antidotis admiſtis venenoſa ejus vis diſſiparetur. *Provocat* ad Geſneri literas Cortuſo inſcriptas, in quibus ille fatetur, ſe, adſumtâ hâc radice, in magnum vitæ periculum incidiſſe, à quo tamen laconicis ſudatoriis & antidotis fuerit liberatus. *Probat* etiam, ea, quæ brutis ſunt venena, etiam homini non parcere, exemplo vomicæ nucis.

Hofmannus ſentit idem.

Hofmannus lib. 2. de medicamentis officinalibus cap. 4. his ſubſcribit.

Non eſſe venenum homini ſtatuunt alii.

Alii conſtanter affirmant, non eſſe homini venenum, ſed ſolis canibus, lupis & pardalis, nec ex confectionibus cordialibus & cephalicis eliminandum. Quamvis enim canibus & lupis ſit ejus uſus funeſtus exinde tamen haud infertur, homini eſſe lethale venenum. Quodque aliis cibus eſt, aliis fuit acre venenum. Differt natura à naturâ, alimentum ab alimento. Aloe ſaluberrimâ interficitur vulpes: homo reficitur. Sturnis cicuta eſt cibus, homini venenum. Nux vomica feles, canes, aves, picas interimit: illa tamen tuto & magno cum commodo adverſus lethifera & epidemicos morbos in electuariis cordialibus & in ſpecie *electuario de ovo Maximiliani I. Imperatoris*, homini exhiberi prædicatur.

Penæ & Lobelii ſententia.

Petrus Pena & Lobelius hoc pluribus, *in ſtirpum adverſariis novis*, explicant, Matthioli præcipitantiam miris exagitantes modis. Nullum in Doronico vulgari maleficium agnoſcunt, quam illud, quod ex neglectâ doſi promanat, eodem modo ut in croco, moſcho. Uſum comendant ergò moderatum. Utamur, *ſcribunt*, moderatè, ſi non ut aromate, ſaltem ut antidoto, quemadmodum etiam in electuar. de gemmis uſurpatum videmus.

Geſnerus

Conradus Geſnerus in epiſtolâ quadam ad Adolphum Occonem

conem homini venenum lethale haud eſſe conteſtatur, dum refert: ſe radices hujus Doronici ſiccas integras, melle conditas, in pollinemve tritas ſæpe eſitaſſe, &, quo hæc ſcribebat, die, ex aquâ calidâ drachmas duas radicum contritarum hauſiſſe, ægrotisque illam ſæpe cum utilitate conſuluiſſe. *Idem lib. 1. ep. 17.* Doronicum officinarum eſſe venenatum, planè apud me γελοῖον eſt. Ego cum ſæpius in montibus repererim, & herbam & radices ſæpe cum voluptate edi. Radices ſuaviſſimæ, flos aromaticus: uſus radicis ad epilepſiam, vertiginem omnibus modis ſaluberrima, ſi quæ alia radix. Et *2. epiſt. 20.* eadem repetit, & hodie, *ſubjungit*, ut Matthiolum manifeſtè redarguerem, ex aquâ calidâ ℥iij radicum contritarum ſumſi, & hilariter vivo.

Ægrotis eandem ſæpe & per ſe & cum aliis utiliſſimè conſuluit, in vertigine præſertim & epilepſiâ. Miſcuit interdum gentianam, & viſciſcobem, & aſtrantiam. Hoc modo mirè prodeſt Epilepticis, ſi uſus ejus continuetur.

Hæc citat etiam *Dodonæus*, cui conſentit *Camerarius* in *horto*, imò ait: de noſtro Doronico certè non poſſum affirmare, quod ſit venenatum. *Dodonæus.*

Illud fortaſſe non eſt commentitium, quod Matthiolus in Dioſc. ait: Geſnerum faſſum eſſe ad Cortuſium, incidiſſe ſe uſu Doronici in magnum vitæ periculum, à quo tamen Laconici uſu & antidotis liberatus fuerit. Copiæ hoc adſcribendum. Econtrà à vero alienum, quod *nonnulli* tradunt & meminit *Coſtæus in Meſuen*, in electuario de Aromatibus, mortuum eſſe Geſnerum uſu Doronici, teſtatur enim *Wolfius in vitâ ipſius*, peſte mortuum eſſe. *Dubitatio*

Conceditur, in nimis magnâ quantitate nocere potuiſſe, quemadmodum & ipſe Geſnerus teſtatur, ſe paulò poſt ejus uſum gravitatem ſtomachi, & circà præcordia anxietatem ſenſiſſe: hoc tamen nihil refert, nam & ſic crocus & moſchus inter venena referri deberent, quæ mole occidere queunt. Et inde etiam in uſu radicis doronici fieri potuit, quod recente ſucco turgidam adhuc eſitarit. Exſiccata certè minorem creaviſſet moleſtiam. Quod de ſemine coriandri humido & ſicco, idem etiam de radice hâc, quod humida & recens magis noceat, minus verò exſiccata, verum eſt. *reſolvitur.*

Velſchius. *Georgius Hieronymus Velſchius diſſertat. medico - philoſophicâ de agagropilis* veneni crimen à noſtro doronico removet.

CAPUT IV.

Folia herbarum alexicacarum.

Scordium. FOLIIS palmam præripere videtur *σκόρδιον*, ἀπὸ τοῦ σκορόδου *allio*, cui acrimoniâ & odore ſimile eſt, dictum. Ἐνεργέστατον καὶ κάλλιστον, *efficaciſſimum & optimum* cenſetur Creticum, *Galenus* tamen, quod aliis in locis creſcit, οὐ φαῦλον *non contemnendum* judicat. Noſtras, quod in hiſce regionibus reperitur, recens, viride & vegetum, ſæpe melius transmarino, ſitu confecto & foliis lacero & pulverulento.

Noxiis putredinibus & venenis ſcordium adverſari confirmat *Galenus lib. 1. de antidotis capite 12.* γέγραπται, *inquit*, ἀπὸ τινῶν ἀνδρῶν ἀξιολόγων, *literarum monumentis traditum eſt à quibusdam celebribus viris*, cum in prælio interemtorum cadavera inſepulta jacuiſſent, quæcunque ſuprà ſcordium fortè fortunâ ceciderant, multò minùs aliis computruiſſe, eâ præſertim ex parte, quâ herbam tetigerant. καὶ δὴ καὶ πεπίστευται τοῖς σηπεδονώδεσιν ἰοῖς τῶν ζώων καὶ φαρμάκων δηλητηρίοις ἀντιπράττεσθαι. *Inde perſuaſum eſt omnibus, tàm reptilium venenis, quàm noxiis medicaminibus, quæ corpus ad putredinem diſponunt, ſcordium adverſari.*

Alliaria. ALLIARIAM ad ſcordium proximè accedere, ejusque ſucco ſe ceu vicario in malignis ulceribus uti, tradit *Fabricius Hildanus centuriâ 2. obſerv. 94.*

Millefoliũ. MILLEFOLIO attribuit virtutes ſalutares cum probatiſſimis medicis Vulgus, corollas januarum poſtibus & ædium laquearibus appendens. Inde ἀχίλλειον, *tantarum virium quantarum fuit Achilles* : στρατιώτης, *fortiſſimus miles* : σιδηρίτης μυριόφυλλον, *quod ferri inſtar reſiſtat, millefolium* cognominatur.

Veronica. *Veronicam*, ejusque ſuccum, florumque conſervam, ſpiritus mirè exhilarare, & peſtis contagia arcere perhibetur.

Nomen trinum commune. 1. NOMINE hoc celebres ſunt diverſæ plantæ. 1. BETTONICA propriè dicta, de quâ librum integrum ſcripſit Antonius Muſa, Augusti Imperatoris medicus. Κέστρον dicitur quaſi

ἀκεστρον,

ἀκέςορον, quod *inſidioſa vitæ tela arceat.* Bettonica ſcribo, *inquit Hofmannus libro de medicam officin. cap. 37.* ratione originis; Vettones enim ſeu Vectones populos fuiſſe Hiſpaniæ conſtat.

2. CARYOPHYLLUS coronarius, TUNICA corrupto vocabulo à Vettonicâ dictus, tàm ſilveſtris quàm altilis, alexipharmacus cenſetur à Lonicero, & Fernelio. 2.

3. VERBENA, ἱερὰ βοτάνη à ſuperſtitioſo Romanorum cultu auguſtâ voce dicta, & ritibus belli & pacis, ad Jovis aras deſtinata. 3.

Singulæ malignitati adverſari perhibentur. *Dodonæus* falli *ait*, qui ſuccum aut decoctum verbenæ peſte laborantibus exhibent, non modò, quod à patre mendacii veri aliquid exſpectent, ſed etiam quod pro ſalutari remedio nihil ad ſanitatem conferens exhibeant. Fertur enim à Cacodæmone tanquam arcanum aliquod revelatum. Cenſura nimis rigida. *Dodonæi invectiva.* *Exineatio.*

Calendula venenoſis diſpoſitionibus reſiſtere cenſetur. *Eraſtus epiſt. medicinali 24.* magis nihil in quâdam peſte profuiſſe refert, quàm ſuccum calendulæ à principio exhibitum. Succus ad ℥iij potus, ad glandulas peccantem protrudit materiam. *Mindererus de peſte cap. 15.* eundem ad ℥iij ſumtum ſalutari eventu confirmat. *Calendula.*

Roſmarinus & *roſmarinum*, ex recto & obliquo dici ſolitum, adverſatur venenis. *Ruta* alexipharmaca. *Roſmarinus.* *Ruta.*

Cardui benedicti, galega, folia magnam de ſe exſpectationem præbent. *Carduus benedict. ut*

Salviæ alexiteriam vim infringere videtur hiſtoria *Job. Bocatii* de duobus amaſiis, ſalviæ foliis maſticatis, ad alteram vitam migrantibus, repetita *à Mizaldo lib. 1. cent. 1.* Huic ſimilis, quæ recenſetur *à Paræo libro de venenis cap. 24. & à Doringio libro de venenis* repetitur. *Salvia.*

CORTICES *citri, aurantiorum, fraxini.* *Cortices.*

FLORES *citri, galegæ, cyani, millefolii, roſarum.* *Flores.*

SEMINA *acetoſæ, angelicæ, cardui benedicti, citri, napi, ocimi.* *Semina.*

Fructus. FRUCTUS: Κεδρόμηλα. Ῥωμαιστὶ κίτρεια, μῆλα μηδικὰ τὰ νῦν κίτρα. *Mala medica, quæ nunc citra* appellantur. *Limones, aurantia, cydonia, nuces avellanæ, juglandes, vomica.*

Nux vomica an ſit venenum homini. Nucem vomicam canibus, corvis, felibus eſſe venenum experientia teſtatur: an homini, dubitatur. Quod non *rarò aliis cibus eſt, aliis eſt acre venenum. Georgius Melichius Auguſtanus, pharmacopœus Venetus diſtinctione 1. ad electuarium de aromatibus Galeni,* nuces vomicas canibus venenum, homini innoxias eſſe, oſtendit exemplo 1. Turcarum, qui eas innoxiè eſitant. 2. Germanorum, qui electuario de ovo, quod non exiguam vomicæ nucis quantitatem recipit, cum ſummo juvamine utuntur. 3. mulieris infamis, cui non parva copia porrecta, ut moreretur, ſed ſupervixit. Sententiis variis collectis *Sennertus in paralipomenis* concludit: non eſſe venenum homini, ſed cum fructu miſceri alexipharmacis, ut electuario de ovo, non quidem ut vomitorium, nec ut alexipharmacum, ſed ut narcoticum, quo veneni peſtilentis vis nonnihil ſiſtatur.

Matthiolus comm. in Dioſcoridem, lib. 4. cap. 73. homini venenum eſſe confirmat hiſtoriâ mulieris. *Hofmannus de medicamentis officinalibus libro 2. cap. 74.* venenum ſtatuit eſſe non qualitate, ſed propriâ ſubſtantiâ.

Balneum. Sopiendæ ſunt lites, non ſerendæ. Abſtineat ab uſu, à jurgiis & contentionibus qui abhorret. Electuarium hoc tam præſentis auxilii ingredientibus eſt nobilitatum, ut ſine vomicis nucibus facere queat officium.

CAPUT V

baccas, aromata, lacbrymas, reſinas proponit.

Bacca juniperi, herba Paridis. BACCAE *juniperi, lauri, ſambuci.* Solanum quadrifolium, *Paridis* herba dictum, ementitâ araneæ formâ, quam baccarum reflexis exiguis alabaſtris, per maturitatem exprimit, ſignaturâ ſuâ virtutem ſingularem indicat.

καρποβάλσαμον. حب البلسان *καρποβάλσαμον, baccas balſami* appellant Arabes, θηριοδήκτοις *à viperâ demorſis prodeſſe* notat *Dioſcorides.*

INTER

INTER AROMATA non negligendus *crocus*, quem *Ἐὐώδη μόνον bonitate odoris tantùm* commendabat *Theſſalus*, *alii* ℥iij pondere potum *θανάσιμον* mortiferum proclamant, *autore Dioſcoride lib. 1. cap. 25.* ipſe autem maturare, mollire, urinam ciere, *εὐχροίαν ποιεῖν gratum colorem conciliare*, & pluribus aliis utilitatibus excellere docet. *Poſtera* ætas conſentit, nimiâ doſi excedere ſalutis terminos, & veneni inſtar nocere, quantumvis non excedat ſecundum caliditatis gradum, imò admirando mortalitatis modo, ut memorant *Aben-Tſine & Serapio*, hominem ridendo interimere. *Reumerus exercit. 7. de ſcorbuto*, chimicos *refert*, in librâ croci dextantem veneni repeziſſe. Modum autem, quo id experti ſint, non addit. Funeſta exempla croci in nimiâ doſi ſumti producunt *Amatus Luſitanus*, *Zacutus Luſitanus praxi medicâ admirandâ lib. 3. obſerv. 139.* *Aromata crocus.*

Cinamomum, cardamomum utrumque, majus & minus. *Cinamomum.*

LIGNA: *aloes, juniperi.* CORTICES *citri, aurantiorum.* *Ligna.*

LACRYMAE. *Myrrha auxiliatricis operæ eſt*, utraque tùm naturalis ſponte efluens, *στακτή*, tum artificialis, vi expreſſa, *πλαστή*, modò habeat dotes *à Dioſcoride libro 1. capite 59.* propoſitas. Cum leniſſimâ adſtrictione exſiccet, & corpora tum mortua, tum viva à putredine præſervet, non immeritò antipeſtiferis adnumeratur remediis. *Lachryma: Myrrhae*

NOMEN كافور *cafur*, Arabicum eſt: *ἀκφυρα* Græcum. Non eſt bitumen, ſed reſina arboris in Indiæ parte, quæ T' ſina dicitur. Rara eſt, quæ ex inſulâ Burneo advehitur. Reſina & lachryma eſt arboris, quæ Arabibus capur dicitur. *Succus arboris Caphur alexipharmacus.*

TEMPERAMENTUM ejus CALIDUM adſeritur ab *Averrhoe*, *Matthiolo*, *Sennerto in paralipomenis*, *& lib. 1. medicinæ practica*, *Angelo Salâ in hydræologiâ cap. 13. Gothofredo Mœbio lib. de camphorâ.* *Temperamentum calidum. Autoritates.*

RATIONES eandem caliditatem adſtruunt. 1. Subſtantia reſinoſa eſt. 2. affectiones calidæ: odor, inflammabilitas, ſapor aromaticus: piperis æmulus, exhalatio in auras facilis, pene- *Rationes.*

trandi

trandi vis, ≌tio promta, facilis ſolutio in 🜄, qui ad olei naturam quod accedat, docet *chimia in artis formam redacta*, & oleoſis quibuscunque. Singula argumenta, ſingula pondera.

Dubitatio. Nullam his inferunt vim, qui frigidam adſerunt. In ea aliquandiu fui opinione, camphoram eſſe calidam, ob odorem & partium tenuitatem, *ſcribit Garcias ab horto hiſt. aromatum lib. 1. cap. 9.* ſed poſtquam experimento didici, inflammationibus & ambuſtis mederi, ſententiam mutavi.

Non ſatis faciunt dubioi qui in camphorâ diverſas partes calidas adſerunt & frigidas, ut in rhabarbaro. Tota quanta eſt calida: tota quanta calidos edit effectus.

Ἐπίχειρσις. 1. 2. Obſervandum hîc, ex accidente, evocatis calidis effumationibus, frigidos camphoram effectus edere. Simile attrahit ſimile. Materiâ per penetrantem, attrahentem & digerentem facultatem conſumtâ, ceſſare inflammationem & tumorem manifeſtum eſt, imò internos etiam ardores vi ſuâ diaphoreticâ, & putrefactionem humorum coercente, ut alia plura remedia, temperamento calida, diſſipare poteſt.

Alexipharmaca ineſt ipſi virtus. ALEXIPHARMACA virtus ipſi ineſt præcellens, agnita *à Johanne Cratone pluribus in locis.* Noſtris laudibus, *inquit Mindererus libro de peſte cap. 15.* meritò celebranda venit camphora, non mirabile modò, ſed & forte & efficax peſtis alexerium, ſiquidem hæc aſſumpta, interno noſtro calore mox ignita, & in corporis quaſi meditullio flagrans, coinquinatos ſpiritus, eosque tetro miaſmate pollutos, aut inſpiratos, ac circum præcordia hærentes, exhaurit, & ſicco planè igneoque calore pervadens partim diſſipat ac expellit, partim combuſtione abſumit, partim verò corrigit & emendat. Proinde camphoram inter fortiſſima alexiteria non immeritò repoſuerim. Laudes has *nemo non* libenter admittit.

CAPUT

CAPUT VI

ſuccum balſami arboris alexicacum proponit. Ejus nomen, ſubſtantia, natale ſolum.

Ὀποβάλσαμον, inter cordialia relatum *libro 8. ſect. 2. cap. 1.* in theriacâ Andromachi locum ſuum tuetur. *Cordiale eſt opobalſamum.*

Δένδρον *arborem* βάλσαμον vocat *Theophraſtus libro 9. hiſtor. cap. 6.* non magnam, ſed exilem, ἡλίκον ῥοὰ μεγάλη *qualis eſt punica magna.* Poſt ipſum *Dioſcorides* etiam arborem vocat. Potiùs eſt Φυτὸν θαμνῶδες, *planta fruticoſa.* *An arbor, an frutex.*

APPELLATUR Balſan *ab Arabibus*, βάλσαμον *à Græcis.* Singularis ſuavitatis reſina inde collecta vocatur دهن *dohen.* *Balſan* notat, *pingue quodcunque ex balſamo, lentum, innugique aptum*, imò unguenta, *liliaceum* &c. & per excellentiam hunc ſuccum. *Nomen.*

Δάκρυον lachryma reſina potiùs eſt, quàm ὀπὸς *ſuccus.* Hoc tamen nomine inſignitur *à Dioſcoride.* Reſinam potiùs eſſe, quam gommi, oſtendit inflammabilitas. Id innuunt *Græci*, cum βαλσαμέλαιον appellant. Eſt lachryma pinguis & oleaginoſa, & ut loquitur *Strabo lib. 16. p. 525.* γάλακτι γλισχρῷ παραπλήσιος, *lacti viſcido ſimilis.*

NATALE ſolum eſt Arabia dives, odorifera, felicis cognomine olim inclyta, odorum eâ circumfluens copiâ, ut faſtidium incolis pariat aſſiduitas voluptatis. Inde factum, quod reges ſuos παρὰ τοὺς κοπρῶνας, ut *Strabo* loquitur, *propè ſterquilinia* ſepeliverint, hoc faſtidium averruncaturi. *Natale ſolum Arabia dives.*

Ibidem ſilveſtre & ſpontè naſcens, nullibi aliàs reperitur. Ita explicandus *Theophraſtus, loco citato.* ἄγριον δὲ οὐδὲν εἶναι βάλσαμον οὐδαμοῦ, *ſilveſtre balſamum nullum uſquam repertum accepimus.* At ſciendum in Arabiâ ſpontè creſcere. *Creſcit etiam in ſilveſtribus.*

In Arabiâ colligi juſſit Alexander Magnus, cum, *autore Strabone lib. 16.* apud animum conſtituiſſet καταστρέψασθαι τὴν χώραν ταύτην, σκεψάμενος τὴν αἰτίαν τοῦ πολέμου, ἐπειδὴ οἱ μόνοι τῶν ἁπάντων οὐ πρεσβεύσαιντο οἱ Ἄραβες, ὡς αὐτὸν τὸ δ᾽ ἀληθὲς *In Arabiâ colligi juſſit Alexander Macedo*

Uuuuu ὀρεγόμενον

ὀρεγόμενον πάντων εἶναι κύριον, καὶ τρίτον αὐτῶν θεόν, occupare Arabam regionem, prætendens cauſam belli; quod Arabes ex omnibus gentibus legatos ad ipſum non miſiſſent, revera omnibus dominandi impulſum cupiditate, & pro tertio optantem coli Deo, ſi libertatem patriam ipſis reſtituiſſet, cum duos tantùm, Jovem & Bacchum, eos venerari intelligeret.

ejuſque culta & inculta loca.

Proſper Alpinus Arabiam felicem balſamiferam, *libro de plantis Aegyptiis,* & *libro proprio de balſamo vocat,* ſimulque Mechæ & Medinæ balſami arborem numeroſè ſponte, in cultis & incultis locis creſcere *addit.* Subjungit, Arabes lucri ſpe ex hiſce transferre in ſua viridaria fœcunda & pinguia: ita ut nonnunquam pulcherrima ibi cernantur BALSAMETA.

In Judæam ex Arabiâ arbuſcula delata.

IN JUDAEAM ex Arabiâ detulit Regina Sabæ *τὴν ὀποβαλσάμου ῥίζαν, ἣν ἔτι νῦν ἡμῶν ἡ χώρα φέρει ſucci balſamici plantam, quam etiam nunc noſtra fert regio.* Verba ſunt *Joſephi ἀρχαιολογίας Ἰουδαϊκῆς lib. 8. capite 2.*

Locus collectionis in Judæâ, circa Hiericho.

Locum etiam deſignat *libro 14. capite 7.* in ſpecie. *ἐπὶ ἱεριχοῦντα, οὗ τὸν φοίνικα τρέφεσθαι συμβέβηκε, καὶ τὸ ὀποβάλσαμον μύρον ἀκρότατον, apud Hierichuntem, ubi palmeta ſunt præſtantiſſima, & opobalſamum provenit, inter unguenta præſtantiſſimum.*

Magnâ ibi fuit exculta arbor in copiâ. Inde Romam transvecta.

Tantâ in copiâ illis in locis fuit exculta arbuſcula, ut Judaicum opobalſamum ferè ſolum fuerit in uſum medicum expetitum. Inde *Plinius lib. 12. cap. 25.* uni terræ Judææ balſamum conceſſum *ſcribit* quondam, & in duobus tantùm hortis, utroque regio. Inde delatam arbuſculam hanc oſtendêre urbi Imperatores Veſpaſiani: in triumphum autem duxit Pompejus Magnus.

Judæa conſecrat Juſtinus.

Ejus ſuffragio niti videtur *Juſtinus lib. 36. hiſtoriarum.*

Andromachus Palæſtinum opobalſamum elegit.

Andromachus in theriacam ſuam expetit, ſingulari honoris prærogativâ illâ, quæ *Palæſtino de palmite balſama ſudant.*

Inde Judæa balſamifera.

Inde in Syriam & Aegyptum delata arbor.

In Syriam & Aegyptum ex Judæâ transportata, arbuſcula nunc ibidem integris excolitur balſametis, in ſilveſtribus licet locis nuſpiam reperiatur. ANNO M CCCC LXXIX. Johannes Tucherus Noribergenſis quadringentas propè ſtirpes balſami vidit in horto Aegypti Mattaria. Noſtro ſeculo paucæ ſolum

ſolùm obſervantur. Devaſtati ſunt hi horti injuriâ temporum, & perſequutionum Turcicarum.

Αὐτόπτης Petrus Bellonius, Græciâ, Syriâ & Aegypto perluſtratis vidit in hortis excultam, & ejus formam habitumque divulgavit. Vidit *Melchior Guilandinus*, *Boruſſus* in Aegypto. Alibi etiam feliciter adoleſcunt. Natas in Cretâ è carpobalſamo plantas in horto alebat *Honorius Bellus*. *Ibi obſervavere Bellonius, Guilandinus.*

CAPUT VII.

Notæ bonitatis.

KΡιτήρια bonitatis adnotavit *Dioſcorides libro 1. cap. 18.* ὁ δ' ὀπὸς, *inquit*, καλὸς ὁ πρόσφατος. τῇ ὀσμῇ εὔτονος. καὶ εἰλικρινής. καὶ μὴ παροξύζων. εὐδίετος. λεῖος. στύφων καὶ δάκνων μετρίως τὴν γλῶσσαν. *Probatur recens balſami liquor, qui firmo & ſincero odore ſit, nec acido ſapore ſentiatur: qui itidem citiſſimè penetret, levorem habeat, & linguam leniter adſtringat & erodat.* *Delectus & bonitatis notæ à Dioſcoride adnotatæ.*

Ereſius à divinâ eloquentiâ nominatiſſimus ſenex *hiſt. plantarum lib. 9. capite 6.* unius notæ *εὐοσμίας odorati ſpiritus ſuavitatis & fragrantiæ* facit mentionem. Διαφορὰν δὲ, *ſcribit*, φαίνεσθαι, κατὰ τὴν εὐοσμίαν, *præſtans quid videri odoris bonitate.* *Ereſius adnotat odoris bonitatem,*

Addit: licet non multum colligatur, τὴν δ' ὀσμὴν εἶναι καὶ πολλὴν, ὥστε ἀπὸ μικροῦ πολλὸν ἐφικνεῖσθαι τόπον, *delinificam & ſuavem odorati halitus gratiam tamen ſubitò per longum ſpatium permeare.* *& ſubitam diffuſionem.*

Odoris GRATIAM indicat *Plinius lib. 12. capite 25.* cum omnibus odoribus præferri *ſcribit*: ÆSTIMATIONEM *Joſephus antiquitatum lib. 14. cap. 7.* cum balſamum τῶν ἐν Ἱεριχοῦντι τιμιώτατον *rerum in Hierichunte optimarum honoratiſſimum & pretioſiſſimum vocat.* *Odoris gratia.*

SPECIEM foliorum arboris & odoris addit *Aben-Sina*, *cum libro 2. canonis tractatu 2. cap. 84. ſcribit*: شبيه الرائحة بالسداب *odorem ſimilem rutæ habet.* *Species odoris Abenſina.*

Veſlingii. *Veſlingius opobalſami vindiciæ, inſcripto libro*, omne fert punctum, cum ſcribit: ſelectiſsimum opobalſamum odoranti, fragrantiam ſibi obviam veniſſe optimi olibani, myrrhæque ϑεοσμίᾳ ſuperiorem: non eam tamen, quæ ſimplicis vel ambræ vel moſchi vel abelmoſchi eminus perceptis odoribus, quos geſtantium corpori aut veſtimentis conciliant, præferri queat.

Variat odor in terminis bonitatis. Odora balſamici ſucci hæc gratia non ſemper eodem gradu ſenſui humano blanditur. Odor dum colligitur, eſt validus: dum ſervatur, mediocris: dum ſeneſcit, evaneſcit. Αὐτόρρυτος ὁ δὲ ὀπὸς, odorum & virtutum collectione pretioſus in infantiâ. Non cedit huic, artificioſo qui fluit vulnere. Suaviſsimus odor, quem vegeta ſpargit juventa, in ſummo & medio vaſis: imbecillis qui in fundo & à ſenectâ confectus. Hinc modò terebinthinæ reſinæ, modò myrrhæ, modò thuris odor, omnis tamen in laude poſitus.

CAPUT VIII.

Electio ratione modi collectionis, temporis, & loci in vaſe.

Optimum: OPtimum eſt τὸ αὐτόρρυτον, quod *ſponte naturâ* laxato cortice *manat*, paucum quidem & tenui guttâ.

Mediocre. SECUNDÆ bonitatis eſt, quod inciſo cortice arboris colligitur. MODOS ratione *inſtrumentorum, & temporis diverſos proponit Dioſcorides l. c.* τὸ δὲ ὀποβάλσαμον λεγόμενον ὀπίζεται ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα καύμασιν, ἐκτεμνομένου σιδηροῖς ὄνυξι τοῦ δένδρου· ῥεῖ δὲ ὀλίγον. *Balſami liquor ita dictus, ardentiſſimo canis æſtu excipitur, inciſâ arbore, ferreis unguibus. Fluit autem parum, tenuis guttæ ploratu.*

Modus quo fit ὀποβάλσαμον, autore Dioſcoride, inciſo cortice ferro, unguibus.

Avicenna aſſerit idem. Poſt ortum الشعري *alcerahe*, id eſt, *ſirii, ſeu canis majoris*, ſcribit *Avicenna loco citato*, factâ inciſione cum ferro, colligitur.

Contrà Joſephus lapide findi ſcribit. Colligitur τὸ ὀποβάλσαμον, *autore Joſepho antiq. Judaicarum lib. 14. cap. 7.* μύρον ἀκρότατον, ὃ τῶν θάμνων τεμνομένων ὀξεῖ λίθῳ ἀναπιδύει, ὥσπερ ὀπὸς, *opobalſamum inter unguenta præſtantiſſimum, inciſis acuto lapide fruticibus, ſucci in modum ſcatens.*

Plinius

Plinius lib. 12. cap. 25. inciditur vitro, *ſcribit*, lapide, oſſeisve cultellis: ferro lædi vitalia odit. Tum enim emoritur. Succus hoc modo prolectus, è plantâ manans, *autore Plinio l. 12. cap. 25.* eximiæ ſuavitatis, ſed tenui guttâ, ploratu, lanis exceptus, parva colligitur in cornua. *Plinius, non ferro, ſed lapide.*

Diſſenſum de inſtrumento ita limitat & componit *Braſſavolus in examine fructuum, pag. 203.* Cæſura, *inquit*, balſami antiquitus fiebat ferreo cultro, vel unguibus ferreis. Sed quia viſum eſt ferro plantam lædi, propterea ad vitrum, lapides, oſſeosve cultros converſi ſunt. *Diſſenſûs conciliatio Braſſavola.*

VILIORIS notæ eſt, qui repetito caudicis, ramorumque vulnere fluit, ſuccus. *Vilioris.*

VILISSIMÆ ÆSTIMATIONIS, qui per πυρεγχυίαν ex ligno, ramis, & foliis excoquitur. *Viliſſima nota.*

NULLIUS MOMENTI, qui per ſolius ſeminis ſeu carpobalſami expreſſionem paratur. *nullius momenti.*

Melior eſt balſami ſuccus, in ſupremo vaſis, quo adferri ſolet, quàm medio, vel fundo ſubſiſtens. *Electio ratione vaſis.*

CAPUT IX.

Adulterandi modi, & fraudes agnoſcendi varii.

SALOMONIS tempore jam tum adulterabatur. *Scripſit enim*: ſicut balſamum non mixtum odor meus. *Salomon.*

Dioſcorides ſuo tempore adulteratum fuiſſe notat, & pro ingenuitate ſuâ notas falſimoniæ addit. *Dioſcorides*

Theophraſtus lib. 9. hiſtor. plantarum cap. 6. in valle Syriæ ſtatuit naſci, ſed *ἄκρατον impermiſtum* nullum, *ἀλλὰ μόνον συμπεφυρμένον κεκεραμμένον, ſed, quod miſtum colligitur ſolùm,* etiam in ipſâ Græciâ vendi. *Theophraſtus.*

Galenus lib. de antidotis cap. 13. ſcribit, ſe adiiſſe loca, ubi opobalſamum naſcitur, ſciens, cum peregrè naſcatur, adulterari. Addit, plures ſe fraudes didiciſſe, ſed impoſturas veritum, in publicum proferre piaculum duxiſſe. *Galenus.*

Modi adulterandi varii. MODOS adulterandi plurimos deſignavere *Plinius*, *Dioſcorides*, *Matthiolus in epiſtolis & commentario in Dioſcoridem.*

Adulteratio. Notæ à Dioſcoride allegatæ hæ ſunt. 1. ἐπισταγεὶς γὰρ ὁ
ἀκέραιος εἰς ἐρεοῦν ὕφος, καὶ ἐμπλυθεὶς, κηλῖδα οὐ ποιεῖ οὐδὲ ἄσπι-
1. λον. Ὁ δὲ δεδολωμένος προσμένει. 2. καὶ γάλακτι δὲ ἐπισταγεὶς
2. πήγνυσι τοῦτο, ὅπερ δεδολωμένος οὐ δρᾷ. 3. ἔτι ὁ ἀκέραιος ἐπιχυ-
3. θεὶς γάλακτι ἢ ὕδατι, χεῖται ταχέως καὶ γαλακτοῦται. ὁ δὲ δεδολωμέ-
νος ἐπιπλεῖ καθάπερ ἔλαιον. συστρεφόμενος ἢ διαχεόμενος ἀστε-
4. ροειδῶς. 4. τῷ μὲν τοι χρόνῳ καὶ ὁ ἀκέραιος παχυνόμενος, ἑαυτοῦ
χείρων γίνεται. *Lanea enim veſti inſtillatus, qui ſincerus eſt, tum ablutus, nec maculam nec maculæ veſtigium relinquit. Adulteratus verò inhæret. Idem lacti inſtillatus, id coagulat, quod adulteratus non facit. Sincerus præterea lacti aquæve infuſus, disjicitur quàm primum, & lactis modo albeſcit: adulteratus olei modo in ſummo fluitat, denſaturque & ſtellæ modo radiatur. Quin etiam ſincerus vetuſtate craſſeſcens, bonitatem ſuam amittit, fitque ſe ipſo deterior,* igneis aereisque partibus, cum ſuaviſsimo halitu, ſenſim faceſcentibus.

Avicenna facilis ſolutionis facit mentionem. Διέσιν *ſolutionem* inter notas bonitatis recenſet *Avicenna lib. 2. canonis, tract. 2. cap. 84.* cujus hæc ſunt verba, quæ interpres non expreſſit: بالتحلل بسرعة *reſolvitur in celeritate, vel ſubitò.*

CAPUT X.

Venenis reſiſtit vipera.

Vis alexiteria probatur autoritate Pauſaniæ. ALEXITERIA contrà viperarum morſum balſamicæ reſinæ & lacrymæ vis nota eſt ex *Pauſaniæ Boeoticis* ſive *lib. 9.* Refert, viperas circa balſami plantas ſua habere cubilia, plures uno, alio pauciores loco. Τροφὴ γὰρ αὐτοῖς ὁ τῶν βαλσάμων ἐστὶν ὀπὸς ἥδιστος, καὶ ἔτι καὶ ἄλλως τῇ σκιᾷ τῶν φυτῶν χαίρουσιν, *eſt enim eis balſami liquor cibus multò ſuaviſſimus: ipſâ etiam fruticis umbrâ maximè delectantur.* Cum tempus eſt colligendi ſuccum, Arabes conveniunt in ſacrum lucum, κροτοῦντες δύο ξύλων σκυτάλας ἀπελαύνουσι τοὺς ἔχεις, *complodentesque duas lignorum regulas quilibet viperas abigunt.* ἢν δὲ καὶ ὑπὸ ἔχεως δηχθῆναί τῳ συμβῇ, τὸ

μὲν

μὲν τραῦμά ἐστι ὁποῖον, καὶ ἀπὸ σιδήρου. δεῖγμα δὲ ἄπεστι τὸ ἀπὸ τοῦ ἰοῦ. ἅτε γὰρ σιτουμένοις τοῖς ἔχουσι μύρων τὸ εὐοσμότατον, μετακεράννυσι σφίσιν ἐκ τοῦ θανατώδους ἐς τὸ ἠπιώτερον ὁ ἰός. Quod ſi quem morſu appetierint, plaga eſt, qualis è ferri vulnere, ſed veneni omninò expers, quod ſcilicet balſami paſtu, liquoris unius omnium præſtantiſſimi, veneni acerbitas illa miteſcit.

Alexiteriam venenis reſiſtendi vim adnotavit etiam *Avicenna loco citato.* *Avicenna.*

Alexipharmacam vim habere contrà virulentos ſerpentium morſus, & peſtilentis veneni vim, aut domandam haud ſcire ſe, *ait Veslingius libro opobalſami vindiciæ inſcripto*, utrum hoc balſami ſucco inter magnates Aegyptios vel uſu receptius, vel æſtimatione majus quicquam fuerit, cum nullo non anno, vel Tunetenſium, vel Byzantinis triremibus, Alexandriam primò, deinde etiam propinqua in oppida lues inveheretur. *Veslingii.*

Quemadmodum internorum viſcerum putredinem & corruptionis labem emaculat, jecori, pulmonibus & renibus ulcere infeſtatis ſuccurrit, vulneribusque medetur, ita etiam cordi & ſanguini patrocinatur, & tàm putredinem, contagioſis graſſantibus morbis, arcendo, quàm calorem refocillando, τῆς φύσεως εὐεργούσης *naturæ benè operantis*, & virus diſſipantis conatus benignè promovet. *Confirmatio.*

MODUS UTENDI non unus. Adſumunt aut ſimplicem liquorem, aut pulveri alicui peſtilentiali largiori doſi permiſtum. In publicum prodeuntes illinunt nares, pectus: adjecto *agallacho, ambrâ,* hypoglottidas formant. *Utendi modus.*

CAPUT XI.

Argumenta, quibus ſinceritas opobalſami impugnatur ab autoritate deprompta.

NOn dari genuinum balſami ſuccum confirmari poteſt ἀρχαῖς ἀπὸ τῶν ἔξω καὶ ἔσω, *principiis extrinſecis, & intrinſecis.* *Non dari genuinum probatur.*

AUTORITAS

Autoritate aliorum, &

AUTORITAS eſt clariſſimorum virorum, prioris & noſtri ſeculi. Periiſſe plantam ſeu arbuſculam, & ſimul ſpecioſas ex eâdem lachrymas, *quas ungue duro ſaucius quondam pluit*

Aegyptius fragrante cortex vulnere,

teſtatur *Cardanus lib. 8. de ſubtilitate*, relatione *Petri Martyris*, Hiſpanici ad Sultanum, Aegypti dominum, legati, cui tantum fidit, ut etiam illis, qui referebant, adeò propagatam, ut paſſim in hortis Chairi habeatur, contradicat, præcipuè cum ſatis conſtet omnium teſtimonio, etiam eorum, qui propagatam eſſe volunt, jam ab eo tempore neq; fructum neque lignum, nedùm ſuccum illum celebratiſſimum ad nos deferri: undè verum balſamum interiiſſe exiſtimandum eſt, ſuppoſitam verò ejus locô plantam aliam, incolarum ambitione vel avaritiâ.

Plinii.

Plinius in duobus hortis Judææ tantùm viſas eſſe docet. Perire potuerunt facilè in tot perſequutionibus, imò totali urbis ſanctæ everſione.

Fruſtrà ergo ex Tantali horto deſideratur fructus, qui oculos noſtros fugit & manus, osque appetitûs plenum eludit.

Communis de defectu legitimi, abundantiâ adulterati querela.

II. Omnis ætas de defectu legitimi conqueritur. Adulteratam reſinam ferè clamant omnes.

Graviſſimorum medicorum, prioris & noſtri ſeculi, de genuino qui deſperantes, pro eo recipiunt ἀντιβαλλόμενον quoddam in theriacam, ſuffragia abundè teſtantur, non dari legitimum.

Subſtitutiones adulterium confirmant Galenus. Auguſtani. Amatus & Monardes.

Galenus libro περὶ τῶν ἀντιβαλλομένων de ſubſtitutis medicinis ſuccedaneum opobalſami deſignat *myrrhæ guttam*, τῆς μύῤῥας ςακτην. ☍ *nucis moſchatæ* expreſſum ſubſtituunt *Auguſtani*: ☍ *hyperici Lucas Ghinus, cinamomum, terebinthinam alii.*

Amatus & Monardes, Aegyptium & Syriacum balſamum legitimum periiſſe rati, cum iis tantùm locis à *Dioſcoride, Plinio, & Theophraſto* tribuatur, occidentale balſamum in Indiâ occidentali, & imprimis regno Peruano natum, odore ad gommi benzoinum accedens, ſubſtituerunt.

CAPUT

CAPUT XII

reſpondet ad argumenta adverſariorum, ab autoritate deſumta.

HIs ſusque deque habitis tenendum eſt, & opobalſamum in rerum naturâ exiſtere, idemque genuinum ex Arabiâ Romam & Venetias delatum theriacis antidotis immiſceri. Ut balſamum planta, *autore Plinio nat. hiſt. lib. 12. cap. 25.* triumphante Veſpaſiano, ita ſuccus ejus, ſedente Maximo PONTIFICE Urbano VIII, Romanam vidit lucem, in uſum theriacæ traductus, adeò, ut nunc triumphet theriaca, legitimo hoc ingrediente nobilitata, & Roma novo honore cumulata. *Adſeritur genuinum opobalſamum.*

Quemadmodum autem de ipsâ plantâ olim dubitatum memorant annales: ita etiam hoc noſtro ſeculo de ſucco contentiones agitatæ fuêre à quibusdam pharmacopæis Romanis, qui cum viderent *Antonium Manfredum & Vincentium Pannutium*, opobalſamum à præſide, conſiliariisque collegii medici approbatum theriacæ ſuæ miſcere, hancque bonitatis famâ emtores plurimos allicere, veriti, ne ſuæ theriacæ vileſcerent, dicteriis idem inceſſere, & theriacam cum eô paratam diffamare auſi fuerunt, ceu malam mercem, & adulterino ſucco infamem. *Ut de plantâ dubitatum olim, ita noſtro ſeculo de ſucco.*

Re ad ſummum Pontificem delatâ, mox ſedata illa intemperantia. Delecti, & cognoſcendæ cauſæ præfecti fuêre medici, ἀντάξιοι ἄλλων, quibus ſuffragio ſuo ſuccurrêre *Petrus Caſtellus & Johannes Veslingius*. Unanimiter hi legitimum opobalſamum nunc eſſe ad manum ſtatuerunt, theriacamque illam, cum eo paratam, aliis præferendam.

AB AUTORITATE *Cardani* deductum argumentum non parvi faciendum. Fidem habemus *legato regis Hiſpaniarum*, viro ſuprà laudem poſito, & magno Heroicæ ſuæ nationis ornamento, qui ſuo tempore nullam arborem obſervavit propè Cahierum, & illis, in quibus in oriente verſatus ipſe fuit, locis. Sed negamus neceſſitatem conſequentis *à Cardano* introductam, *R. ad autoritatem Cardani.*

 ctam,

etiam, quod inde ſequatur: ergò periit omninò, & in omni loco. *Διαῤῥήδλω Guillandino*, quærenti; Nunquid Balſami planta in Ægypto vivit? reſpondet *Proſper Alpinus in dialogo de plantis Aegypti cap. 14.* nequaquam. In Arabiâ, quæ ejus eſt natale ſolum, & præcipuè circa primarias duas ejus urbes Meccham & Medinam naſcitur in ſilveſtribus locis. His proxima eſt Sabæorum terra. In Arabiâ creſcit ſponte ſuâ. In hortos translata felicius luxuriat. In Judæâ & viridario circâ locum devotionis el Mattharia vocato, parcè nunc excolitur, & non niſi magno labore adſervatur, vitis modo ſingulis annis amputata: ſæpè etiam planè perit. Et niſi novæ ex Arabiâ ſubſtituentur, nullum earum ſæpè exiſteret veſtigium.

Non creſcit in Ægypto ſponte ſuâ.

Contradicit Scaliger Cardano.

Deſiiſſe balſamum negat *Scaliger exercit. 157. ſect. 1.*

Bellonii confeſſio.

Petrus Bellonius lib. 2. obſerv. cap. 29. ſe, niſi in hortis prope Cahirum, & Materea arborem hanc vidiſſet, noviter vitis modo putatam, & jam nova germina producentem, facilè adduci potuiſſe *ſcribit*, ut credidiſſet in Hierici planis nunquam arborem balſami viſam, ſed vidit & diffidentiam ſuam ambiguam tantus vir agnovit.

Viderunt alii.

Nunc in oriente toto diligentius excolitur. Viderunt *Honorius Bellus, Guillandinus & alii.* Nec ſolùm Aegyptius aër ferax balſami, ſed etiam alibi reperitur.

Proſper Alpinus

Refert *Proſper Alpinus libro de plantis Aegypti inſcripto, capite 14*, Venetiis apud ſe plantam vidiſſe viventem veriſſimam; *Jacobum Contlarenum Senatorem, Johannem Vothum nobilem Anglum, Franciſcum F. narium Gallum, Joachimum Jungermannum Germanum*, verumque etiam opobalſamum; ab ejus foliorum alis diſſectis deſtillaviſſe.

Weſlingius vidit.

Vidit *Weſlingius lib. citato*, opobalſamum optimæ notæ, antequam in orientales proficiſceretur provincias, Venetiis apud illuſtriſſimum Johannem Juſtinianum, & Pompejum Sprechium inter Venetos pharmacopœos peritiſſimum: in Aegypto deinde apud Othomannum Abutalibem à Seriffo Arabum proregi miſſum, & Cahiri, apud illuſtriſſimum civium Venetorum conſulem Aloſiyum Cornelium, notis Dioſcoridæis fulgentiſſimum.

Alebat

Stirpes balſami in horto ſuo alebat Illuſtriſſimus Contarenus.

Alebat in horto ſuo à Burgofuoro, non procul à municipio Caſtelli S. Petri, *Illuſtriſſimus Nicolaus Contarenus, Girolami filius*, ſeculi hujus Alcinous, Dominus patronus, ob ſummam in me propenſionem & gratioſam inclinationem, ſine venerabili honoris præfatione nunquam nominandus, ſtirpes balſami ex carpobalſamo natas, quæ feliciter adoleſcebant, eâ foliorum in infantiâ ſerie, quæ proponitur ab *Abdellâ* Hebræo *apud Proſperum Alpinum, libro, de balſamo; qui inſcribitur, cap. 3.* quarum ut & plantarum ſelectiſſimarum, *bonduch Indiani, lutea majoris cretica, gaidarothymi cretica, claſlivida cretica, ſesban, ſophera, abelmoſchi, bammia Aegyptiaca, melochia, ſeſami, alypi, quamoclith, piſtacia.* &c. contemplatorem me eſſe volebat & admiratorem, quoties à ſtrepitu, civilique remotus ambitione, magnificentiſſimi in urbe Palatii ſplendori, ſecundantis fortunæ blandimentis, ſummorumque honorum illecebris mediâ æſtate valedicens, inter tot amœna Floræ ſidera, publicas curas honeſto volebat diffindere otio.

Ad manum etiam habebat opobalſamum.

Ad manum idem habebat opobalſamum, Cahiro miſſum, criteriis Anazarbæi excellens.

Dubitandum itaq; non eſt, & ſtirpem balſami nunquam periiſſe, & ſuccum nullo non tempore abundaſſe: ὅπερ ἔδει δεῖξαι.

Ratione probatur non eſſe defiiſſe opobalſami arborem.

SANA RATIO ſtirpem hanc cum ſuo balſamo periiſſe haud admittit. Rerum ſublunarium ſpecies ſunt ſempiternæ, adeoque indelebiles, ut alicubi neceſſariò reperiantur. Univerſalis natura ſpeciem ipſam, licet ſpeciei individua pereant, interire non ſinit.

Plinii ἐναντιοφανὲς conciliatur.

A Plinii ſuffragio petitum argumentum levi negotio diluitur. Negatur ſoli Judææ conceſſum balſamum. Arabia eſt ejus natale ſolum. Plinii ignorantia non pariterrori patrocinium.

Ad ἀντιβαλλόμενα convertit ſe oratio.

II. Illorum, qui ἀντιβαλλόμενα ſubſtituerunt, allegatio, non probat, nullo unquam tempore reperiri legitimum opobalſamum, ſed aliquo ſolùm tempore non fuiſſe ad manum, cum theriacam præparare animum induxerunt ſuum.

CAPUT XIII

rationes, quibus opobalſamum oppugnatur, & illegitimum ad nos deferri oſtenditur, in ſcenam producit.

I. A loco natali incerto contra opobalſamum depromitur argumentum.

I. DE LOCO NATALI cum ambigatur, nihil certi de ſinceritate ſucci ſtatui poteſt. Uni terrarum Judææ conceſſam hanc arborem tradunt *Plinius, Juſtinus.* In Judæâ ejusque convalle quâdam tantùm (intelligit ſine dubio Hierichuntinam) & Ægypto *Dioſcorides*, in Syriâ *Ereſius* naſci contendunt. Aben-ſina arborem Ægypti vocat.

II. à copiâ.

II. COPIA noſtri ſeculi adulterium confirmat. GENUINI balſami paucitas adſignatur *à Dioſcoride. Plinius* memorat Alexandrum Magnum, res ſuas in Arabiâ agentem, die toto parùm collegiſſe.

III. à pretii vilitate.

III. PRETII VILITAS non genuinum, ſed adulterium oſtendit. *Dioſcorides lib. 1. cap. 18.* ſcribit: πωλεῖται ἐν τῷ τόπῳ σταθμὸν πρὸς διπλοῦν ἀργύριον. *vendi in loco, quo naſcitur, duplo ad pondus ejus argento. Theophraſtus loco citato* refert, πωλεῖται τὸ μὲν ἄκρατον δὶς πρὸς ἀργύριον. τὸ δὲ ἄλλον κατὰ τρόπον τῆς μίξεως, *vendi ſincerum argento ad drachmam, reliquum pro modo adulterationis.*

Propter hanc raritatem & caritatem teſtatur *Juſtinus Trogi Pompeji epitomator Philippicarum hiſtoriarum libro 36.* opes genti Judæorum creviſſe vectigalibus opobalſami, & *Diodorus Siculus lib. 2. bibliothecæ hiſt. textu laterali 93.* in Arabiâ felice in quâdam valle γίνεται τὸ καλούμενον βάλσαμον, ἐξ οὗ πρόσοδον λαμπρὰν λαμβάνουσι, *naſci balſamum, quod vocant, unde luculentum ipſis accedit vectigal.*

Tam pretioſus habetur theſaurus opobalſamum, ut Imperator Turcarum ſingulis annis non plus, quàm ℔ iij. dono accipiat à Seriph Mechæ & Medinæ Domino. Iterum Imperator ſolis magnatibus & confœderatis ſuis parcâ manu, ſingularis gratiæ argumento, dono det unam aut alteram unciam. Mercatoribus autem non venditur.

Vilitas autem pretii noſtro hoc ſeculo tollit omnem fidem ſinceritatis. Legitimus eſſe non poteſt hic ſuccus, qui in theriacam recipitur, *ait Manardus libro 6. epiſtolâ 3.* quia totius theriacæ pretium perverteret.

IV. Comparatio moderni cum notis *Dioſcorideis* non correſpondet. 1. In moderno deſideratur, quod οὐκ ἔστι πρόσφατος, *non ſit recens*, & à matre ſuâ calens, ſed longo marium intervallo ſitum contraxerit. *IV. Nota legitimi non deprehenduntur in moderno.* *1.*

2. οὐκ ἔστι εὔτονος τῇ ὀσμῇ, *nec validus eſt odore*, nec ſpeciem odoris, quam Abenſina requirit, nempe rutaceam obtinet. *2.*

3. Εἰλικρίνεια *ſinceritas* deeſt in moderno, & ſimplicitas, ſed alienis rebus apparet permiſtus. *3.*

4. ὁ παρεξύζων *acidus* in moderno guſtus ſymmetriæ temperamenti nativi exceſſum notat. *4.*

5. εὐδίετος *facilè humectans, ſolubilis* modernus non eſt ſuccus, aut averſæ manui adhærens, ut legitimus. *5.*

6. Ἡ λειότης *levitas* etiam deeſt moderno. Aſperior multò, quàm debebat, tactui occurrit. *6.*

7. Ἡ δὲ στύψις καὶ δῆξις οὐ μετρίως γινομένη, *aſtrictio & mordicatio illa excedens* notat adulterationem. *7.*

8. Quin etiam adulterii *a Dioſcoride* aſſignatæ manifeſtæ adſunt notæ. IN SOLIDA, ut laneum pannum ἐπισταγεὶς *inſtillatus* modernus ſuccus, quantumvis elotus, κηλῖδα ποιεῖ καὶ σπίλον *maculam relinquit & notam*, quod ſincerus non facit. At ſumma probatio, *autore Plinio lib. 12. cap. 25.* ut lac coagulet, & in veſte non faciat & relinquat maculas, ultra hanc notam nulla datur perfectior; norma eſt bonitatis ſummæ, & omnium opobalſamorum regula. *8.*

Deinde IN LIQUIDA, ut γάλακτι ἐπισταγεὶς *lacti inſtillatus* modernus balſami ſuccus οὐ πήγνυσι τοῦτο, *lac non coagulat.* Caret ergò debitâ caliditate & moderatâ aſtrictione. Non coagulare autem lac, ut coagulum; teſtatur ipſe *Proſper Alpinus lib. de plantis Aegyptiis cap. 14.* Ergo pro genuino non habendus. *D mum.* Nodernus balſami ſuccus infuſus aquæ οὐ γαλακτοῦται, ſed ἐπιπλεῖ καθάπερ ἔλαιον, συστρεφόμενος καὶ διαχεόμενος ἀστεροειδῶς *innatat, ſicut oleum converſus & diffuſus in*

 modum

modum ſtellæ. Hoc autem indicium eſt τῦ δεδολωμένου adulterati.

9. 9. Color non eſt lacteus, ſed fuſcus.

CAPUT XIV

rationes, dubiam reddentes legitimationem opobalſami, diluit.

I. I. Ὁμολογούμενον eſt, genuinum natale ſolum eſſe ARABIAM FELICEM. Inde deductæ coloniæ in Judæam, Syriam, & Ægyptum, in quibus regionibus etiamnum balſameta in privatis viridariis excoluntur, & læto luxuriant ſpectaculo, præcipuè in Ægypti illo horto, qui Mataria vocatur.

II. II. COPIA non adulterium, ſed diligentem culturam, præ ſeculis prioribus probat.

III. III. DE TOLERABILI PRETIO eadem ratio. Largus noſtro ſeculo proventus annonæ caritatem minuit. Magni quidem æſtimat Imperator Turcarum, quod adſportatur ex Mechâ, ſed aliis ex locis petitum non minoris æſtimationis. Venditur utrumque mercatoribus. Omnia venalia auro. Salvator venditus fuit pretio XXX. argenteorum. Margaritæ & pretioſi lapides, quantumvis theſauri inſtar adſerventur, venduntur tamen. Nullum fortalitium inexpugnabile, in quod aditus patet aſino auro onuſto. Turcæ pecuniarum avidiſſimi, nullam è manibus lucrandi ſibi elabi patiuntur occaſionem.

IV. IV. Legitimum notas habere bonitatis Dioſcoridæas, αὐτοψία docet.

1. 1. RECENS haberi poteſt. In illo terrarum diſcrimine ex Arabiâ integris viribus advehitur.

2. 2. τῆς ὀσμῆς εὐτονία & quidem πηγανώδης, *odoris rutacei conſtantia* non deeſt. Variat tamen hæc odoris qualitas, ratione ætatis. In infantiâ, cum colligitur, rutacea videtur: in conſiſtente ætate olibanum & myrrham æmulatur.

3 Since-

3. Sincerum eſt, & purum. 3.

4. Nulla aciditas in genuino advertitur. 4.

5. Ευδίεσις *ſolutio, & madefactio* adeſt يتحلل بسرعة *reſolvitur in celeritate.* 5.

6. Ἡ λειότης levitas & mollities adſunt. 6.

7. Simulque στύψις καὶ δῆξις *aſtrictio & mordicatio.* 7.

8. Negatur adulterationis notas adeſſe. IN LANEUM PANNUM inſtillata gutta, quo primum inſidet orbe, inſiſtit, nec in latum profundumq; ſe ſpargit, imò aquâ elui ſe patitur. *Deinde* LACTI inſtillata gutta idem coagulare videtur, dum per ſuperficiem celeriter diffunditur, & quando cum ſtylo revocatur, concreti lactis portionem ſecum ducit. Nec hanc coagulationem in dubium vocat *Alpinus*. Dicit, comparatione factâ, non inducere tàm perfectam coagulationem, qualem excitat coagulum ex ventriculis vitulorum depromptum, non negat coagulationem abſolutè. *Demum* negatur, non lacteſcere. Reverà gutta aquæ indita in tenuem telam expanditur, ſtyli acumine recollecta γαλακτοῦται. 8.

9. Tempora diſtinguenda. Sciſſo cortice ſuccus in vaſe ſuſceptus γλισχρῷ γάλακτι παραπλήσιος *tenaci lacti eſt perſimilis*: in conchis collectus coagulatur, alium præ ſe ferens colorem. 9.

CAPUT XV.

Duo adhuc, contà opobalſamum adferuntur & diluuntur argumenta.

I. PRæcipuum argumentum reſtat, quod modernum & antiquorum opobalſamum nullam habeat confortandi vim. 1. Ejus nulla fit mentio *à Dioſcoride, Theophraſto, & aliis.* Ergò malè inter cordialia refertur. 2. Vulneraria eſt planta, & ſuccus traumaticus. Hinc *Scaliger exercitat.* 8. ſibi vulnus periculoſum ſub oculo hoc ſucco curatum fuiſſe teſtatur. 1.

Ἐπιεικέτερ

A. II. Ἐπιμίτρε loco opponitur aries Herculeus, qui hic eſt, quod domi nata remedia ſufficiunt cuilibet regioni, privatæ & publicæ. Non deſunt Europæ, & in Germaniæ his vel illis urbibus & pagis, uti alimenta, ita etiam medicamenta, quæ ſufficiunt curandis morbis, reparandis viribus & peſti oppugnandæ & expugnandæ, ut opobalſamo opus haud ſit. Incurrit id in cenſuram *Plinii* quâ *lib. 24. cap. 1.* medicos reprahendit, qui Indos, Aethiopes, Arabes vocant in auxilium. Fraudes hominum & ingeniorum capturæ officinas invenêre iſtas, in quibus ſua cuique venalis promittitur vita. &c. Hæc omnia quadrant in opobalſamum ex Arabiâ felice petitum. Exiſtimatur in Europâ, imò Germaniâ ſolâ ſatis eſſe remediorum, & naturam indigentiæ horum populorum ſuccurrere domi ſuæ.

R. I. R. I. Sit ita, vetuſtati non adeò exactè cognitam fuiſſe alexipharmacam vim. Tantò notior nunc eſt in Turciâ & Ægypto. Ab Aſiæ incolis diſcere debemus, quid nobis ſit ex uſu.

II. II. Hunc ſcrupulum omnibus exoticis medicamentis opponit, & diluit *Primeroſius lib. 4. de erroribus vulgi cap. 7.*

CAPUT XVI.

Alexipharmaca ab animalibus petita: cornua, bezaar.

Cornua. CORNUA CERVI, ALCIS excellunt, ut & ELEPHANTI. Unicornu ſeu MONOCEROTIS CONU, plus habet virium in ſpe, quàm in re. Capellanus Caroli IX. Galliarum regis archiater, crebrò dicere ſolebat, ſe perlubenter eum morem de cornu unicornis fruſto in pateram regiam demergendo, ſublaturum, niſi ſciret hanc opinionem & ſuperſtitionem tàm altè animis hominum inſediſſe, ut vereretur, eam expugnari poſſe.

Os de corde cervi. Oſſi DE CORDE cervi, *à Matthiolo in lib. 2. Dioſcoridis cap. 52.* magna vis cordialis tribuitur in peſte. DOSIS ℈j. vel ʒſ.

BEZAAR

Lapis bezaar.

BEZAAR lapis, in ventriculo animalium quorundam qui reperitur, duplex adſignatus fuit *lib. 8. ſect. 2. cap. 11.* orientalis & occidentalis. De utroque librum ſingularem ſcripſit *Caſparus Bavhinus.* Præſtantior orientalis.

Praconia lapidis.

Nota ſunt laudum præconia, quibus hic lapis mactatur, non ſolùm contrà venena quævis, ſed & ad alios morbos plurimos, ceu PROBATISSIMA panacea. Hinc factum, ut Imperatores & reges, principes & magnates eundum inter ſua *κειμήλια* reponant, & in GEMMARUM pretioſiſſimarum cenſu habeant, imò auro ipſi in virtutibus æquiparent.

Cavendus adulterinus.

Cavendus adulterinus, ex ſucco quarundam plantarum arte, etiam in Indiis ipſis, factus, à mercatoribus avaritiæ œſtro percitis. Tam multi, *inquit Monardes,* adulterini advehuntur, ut ex centum vix denos legitimos invenias. Confirmat *Joſephus à Coſtâ lib. 4. hiſt. naturalis cap. 42. Valleſius lib. 4. methodi medendi cap. 2.* veretur, ne omnes ſint falſi. Eadem mens *Saxonia libro de plicâ Polonicâ.*

Notæ bonitatis.

Notas & ſigna bonitatis proponit *Bavhinus lib. de lapide Bezaar cap. 31. & ſequentibus.*

Temperamentum. Virtus antipeſtilentialis adprobata.

TEMPERATÆ eſſe videtur naturæ in manifeſtis qualitatibus, totâ ſubſtantiâ cor reſpicere, peſtisque virus diſſolvere, autoribus *Monarde, Lacuna,* & aliis. *Crato libello de præcautione à febri peſtilenti* in febribus acutis laudat, & ſi in majori doſi adſumatur, etiam in peſte. *Boodt lib. de lapid. & gem. 2. cap. 193.* interiùs & exteriùs ſiniſtri lateris brachio applicatum in peſte prodeſſe ſtatuit.

In dubium vocata.

Nullius efficaciæ in malignis febribus, & peſte eſſe tradunt *alii. Hercules Saxonia, lib. 3. de venenis cap. 10.* dum Venetiis medicinam fecit, ſe maximam copiam conſumpſiſſe, refert, nec tamen egregiam operam ſenſiſſe. Sudorem quidem excitavit, ſed imperfectum. Uſum ſe, *addit,* non ſophiſtico, ſed genuino, & quidem in primatum ædibus. Genuino laus debetur & commendatio. Ejusdem ſententiæ ſunt illi, qui ſine fructu hoc lapide uſi ſunt, allegati *à Bavhino cap. 43.*

Præſentiſſimum adverſus viperæ morſum auxilium urinam humanam cum ſaccharo calidè potam deſignat *Zacutus Luſitanus praxi admirandâ lib. 3. obſervat. 90.*

CAPUT XVII.

Alexipharmaca viperæ.

Nomen.

Ἔχιδνα Græcis dicitur fœmina, *παρὰ τὸ ἔχειν ἐν αὐτῇ τὴν γονὴν, quod ad interitum uſque contineat conceptum.* Rectiùs *Suidas & Etymologus παρὰ τὸ ἔχειν ἐν αὐτῇ τὸ ζῶον, quod animal in ſe contineat* & excludat vivum. Ἔχεις dicitur viperæ maſculus. Malè *Iſidorus in originibus*, vipera, quod vi pariat. *Ariſtoteles* ſerpentum primum genus vocat *ᾠοτόκον, oviparum*, alterum *ζωοτόκον viviparum.* In horum numero vipera quaſi vivipara dicta.

Coitus.

Coeunt mas & fœmina *περιπλοκῇ περιελιττόμενοι ἀλλήλοις circumplicatione corporum* per longitudinem *circumvoluti invicem.* Talem coitum in vallis urbis Patavinæ ſub finem veris, cum libidini indulgent, bis ex inſidiis obſervavimus. Excipitur geminus penis in *δίκρουν* uteri ſinum ſeu vaginam, in eamque ſemen immittitur.

Fabuloſa Aeliani narratio.

Fabuloſum eſt, quod ſcribit *Aelianus lib. 1. de animalibus cap. 24.* poſtquam ad coeundi finem pervenerunt, *τὴν νύμφην τοῦ γαμέτου διακόπτειν τὸν τράχηλον τῆς κεφαλῆς, fœminam marito morſu præſcindere collum à capite.*

Primùm apparet τὸ ᾠοειδές.

Formatis vaſis apparent *ζῶα ova*, vel potiùs *τὰ ᾠοειδῆ oviformia*, mollia membranea, oblonga, numero vicena vel plura.

Excluditur non ovum, ſed animal.

τὸ ᾠοειδὲς licet appareat, non tamen ovum excluditur, ſed animal. *τῶν δ' ὄφεων, ita Ariſt. 5. hiſt. animalium c. 34. ὁ μὲν ἔχις ἔξω ζωοτοκεῖ ἐν αὐτῷ, πρῶτον ᾠοτοκήσας. Vipera ex ſerpentibus una animal edit, cum intrà ſe ova primùm pepererit.* Ovum hoc, *ſubjungit*, eſſe *μονόχρουν, μαλακόδερμον unius coloris, molle, τὸν δὲ νεοττὸν ἄνωθεν περιγίνεσθαι fœtumque novellum supernè conſiſtere, non in ovo cotineri.*

Pariuntur

Modus excluſionis.

Pariuntur catuli ſeu viperulæ, *addit*, involuti membranis, quæ tertiâ rumpuntur. Evenit interdum, ut qui in utero adhuc ſunt, abroſis membranis prorumpant: ſingulos diebus ſingulis parit, plures quàm viginti. *Hæc Ariſtoteles.*

Animal edere confirmat Aelianus, Veslingius, Rolfincius.

Τίκτειν οὐκ ᾠά, ἀλλὰ βρέφη *parere non ova, ſed animantes fætus edere* confirmat *Claudius Aelianus de animalibus lib.* 1. *cap.* 24. Aſtipulatur *Veslingius epiſtolâ, Marci Aurelii Severini, lib. de viperâ Pythiâ, inſertâ* αὐτόπτης.

Noſtro idem pariendi modus viviparus ſtabilitur ſuffragio. Patavii aliquoties quadriennii curriculo, remotis arbitris, obſervatus, tandem etiam oculis Johannis Rhodii, tùm amici intimi, qui etiam, me præſente, in honeſtam rei memoriam, in analectis ſuis adnotavit, communicatus.

Fabula.

Fabuloſum ergo, quod refert *Aelianus loco citato*, & elegantibus verbis exprimit *Nicander libro de theriacâ* naſci, *viperulas* idoneas ad perniciem inferendum, in ipſoque partu matris alvum διεσθίειν, περιέναι, καὶ κατ' αὐτὰ τιμωρεῖν τὰ βρέφη τῷ πατρὶ, *fætus exedere*. ἀμήτορες ἐξεγένοντο *orbos matre prorumpere, ulciſcentes* hunc in modum ὁμόδυνον *patrem*, cui à matre in coitu caput erat morſu ablatum.

Numeroſa proles ſaluti humanæ deſtinatur.

Numeroſa editur proles, ſingulis annis bis, non in hominum pernitiem, ſed ſecuritatem & humanæ vitæ propagationem & ſalutem. Ut ex ſerpente mors; ita & vita. Morituro homini ſerpentis culpâ aut dolo, ſalus à ſerpente. Olim apud Romanos, vipera ſymbolum ſalutis. Ad latus ſolis in antiquo numiſmate omnium vitæ auctoris utrinque vipera, Æſculapii inſigne baculus cum ſerpente baculo involuto. In monetâ, à Coorum republicâ in honorem Hippocratis cusâ, baculus appoſitus cum viperâ, quaſi humanæ vitæ adjumento.

CAPUT XVIII.

Calidum viperis adſignatur temperamentum.

Galenus ita ſentit.

AUtoritas magna eſt *Galeni*, qui carnes viperæ *1. de ſimpl. med. facult. cap. 2.* calefacientes eſſe ſtatuit, & exſiccantes, condireque jubet, ut anguillas, oleo, anetho, ſale & porro.

Rationes deſumuntur à conſtitutione corporis.

RATIONES caliditatem adſtruentes petuntur à conſtitutione naturæ ipſius, & effectibus.

I. CONSTITUTIONE naturæ ipſius. 1. Eâdem viſcerum gaudet perfectione, quâ alia ſanguinea. 2. Pulmonibus prædi-
1. 2. 3. ta eſt more animalium ſanguineorum, 3. vivax eſt animal, &
4. 5. 300 attingens annum. 4. locis æſtuoſis delectatur. 5. abundat
6. 7. 8. felle. 6. eſt ſalaciſſimum animal. 7. eſt fœcundiſſimum. 8. pa-
9. rit fœtum vivum. 9. more ſanguineorum coit, concipit, parit.
10. 10. Chimica ἀνάλυσις ſale volatili penetrantiſſimo abundare
11. docet. 11. Siti torquentur, qui viperam comederunt; ſitis verò eſt deſiderium frigidi & humidi.

ab effectibus.

II. AB EFFECTIBUS: 1. vipera eſt ſudoriferum, ut *Job. Hartmannus* nominarit bezaardicum animale. 2. uſurpatur
1. 2. in affectibus frigidis. 3. carne utuntur mulieres ad menſes
3. ciendos.

Fœmina eligitur.

Ad uſum eligitur fœmina, quæ 1. pulpoſior, & carnoſior,
1. quia ſanguinis dilutioris copiâ prævalet, multâ naturæ condentis ſollicitudine, ne deficerent fœtibus alimenta, & cum torpidior in agendo, minores ſubſtantiæ patitur effluxus. 2. quia
2. cum vere ineunte latibula relinquunt, mares in Venerem ruunt, & ſic ſtrigoſiores fiunt & macilentiores.

Veneni in viperâ loc.

Venenata licet ſit vipera, non tamen in toto, ſed certâ parte ſub hamatorum mobilium cavorum dentium tunicis, & veſiculis eos ambientibus, ipſisque dentibus tantùm talis eſt. Ibi continetur humor venenatus. Abjicitur ergo caput & cauda: caput quidem, *autore Galeno lib. de theriacâ ad Piſonem cap. 9.* quia venenum continet, cauda, quia oſſea eſt, carniſque nihil obtinet, & viroſum edit halitum, inſuavibus & ſordidis obſita ſuccis. In amputatione membrorum viperæ, capitis & caudæ, venenum ſecedit. Ocyſſimum viperæ venenum eſſe confirmat hiſtoria de Cleopatrâ, *à Galeno libro de ther. ad Piſonem cap. 8.* adſignata.

Caro

Caro etiam *à Galeno lib. de theriacâ ad Piſonem cap. 8. & 9. & 1. de antidotis cap. 8.* venenata ſtatuitur. Sed nihil minus. Nutritius cibus eſt caro, paſtillis & trochiſcis ad antidotos conficiendis inſervit Primus Andromachus miſcuit theriacæ, quæ anteà ſine viperis parabatur. Elephantiaſin curare carnis uſum tribus hiſtoriis illuſtrat *Galenus libro de ſubfiguratione empiricâ cap. 12.* In plicæ Polonicæ curatione in prandia & cœnas expetitur.

Caro non eſt venenata.

Præparatur caro hæc COCTIONE, in cibis, cum medullâ panis miſtione, & in TROCHISCOS FORMATIONE. Viperis *Plinius naturalis hiſtoriæ lib. 29. capite ultimo* in cibis quoſdam uti refert.

Præparatio fit coctione, & in trochiſcos, & in pilulas reductione.

IN PILULAS redigitur caro. Panis triticeus benè coctus, teſſella exſectâ & medullâ extractâ, excavatur, ut capere queat carnem. Mox reponitur teſſella, & rimæ glutine ex farinâ & aquâ facto illinuntur. In furnum iterum reponitur, donec caro ſiccetur. Ex hâc pulveriſatâ cum opobalſamo formentur pilulæ, in ligneâ pyxide, cinamomo, ſtrato ſuper ſtrato facto, opertæ ſervandæ.

Magni æſtimatæ fuêre à Cardinali à Monte. Tres qualibet ſeptimanâ ciceris magnitudine IV. horis ante prandium ſumtæ vitam producunt, valetudinem bonam conſervant, venenis, putredinibus, podagris, catarrhis reſiſtunt.

Aeſtimatio Cardinalis à Monte. Utendi modus.

COR ET EPAR in clibano ſiccatum & pulveriſatum datur ad ℈j.

Cor & epar.

OSSA viperarum pulveriſata etiam adſumuntur.

Oſſa viperarum.

CAPUT XIX.

Serpentes alexipharmaci.

Ζῶα τὰ δὲ ἀνελεύθερα καὶ ἐπίβουλα, *animalia illiberalia & inſidioſa*, ab *Ariſtotele 1. hiſtoria animalium cap. 1.* appellata, nolunt ſine munere præterire, prudentiæ laude aliàs celebria. Iisdem in coitu utuntur ceremoniis, quibus viperæ. Οἱ δὲ ὄφεις, *autore Ariſtotele libro 5. hiſtor. cap. 34.* ᾠοτοκοῦσιν. ἔξω τὰ δὲ ᾠὰ, ἀλλήλοις συνεχῆ ἐστιν, ὥσπερ αἱ τῶν γυναικῶν ὑποδερίδες·

Serpentes animalia inſidioſa. Ceremonia eorum in coitu.

ὅταν δὲ τέκῃ, εἰς τὴν γῆν ἐπῳάζει. ἐκλέπεται δὲ καὶ ταῦτα τῷ ὑστέρῳ ἔτει. Cæteræ ſerpentes ova pariunt foris contexta ad monilis, hoc eſt, ornamenti mulierum, quod ambit collum, ſimilitudinem. Incubant quæ pepererint in terrâ, & fœtum ſequente excludunt anno.

Proſunt

Non ad pernitiem tantùm videntur nati, verùm etiam ad ſalutem. Proſunt exuviis, pulvere & ſale.

exuviis.

EXUVIÆ nominantur ab *Ariſtotele 8. hiſt. animalium cap. 17. γῆρας ſenecta, χέλυφος* δερματικὸν appellat *idem*, & ἔσχατον *δέρμα, cutaceum folliculum & ultimam cutim* SPOLIUM ab aliis indigitatur, & VERNATIO. Spoliatâ hâc pelliculâ vipera, renovato quaſi corporis nitore, ſequioris ætatis vitium ponit.

Cutis ſerpentum, imprimis autem viperarum, duriuſcula eſt. Hanc bis circa vernum & autumnale tempus obtegit alia cuticula pellucida, ſquamarum ſubditarum ordines eleganter repræſentans.

Abjicitur hæc binis deſignatis temporibus, *autore Ariſtotele l. c.* primò ab oculis, deinde à capite. Intrà noctem tota exuitur, initio facto à capite ad caudam, inter lapidum, veprium, terræque anguſtias, *γίνεται ἡ δὲ ἀπόδυσις*, *autore eodem, loco citato, ἐκδυομένου τοῦ ἔνδον ἐκτός. Fit autem exutio hac verſione partis interioris ad extra.* Interior pars extrà, & exterior intrà vertitur.

Diſſenſus in exuendi modo.

Diſſentit in exutionis modo *Severinus de viperâ Pythiâ pag. 261. obſerv. 3.* & αὐτόπτης teſtatur, ſe exuere anguem, ſenectam ab imo caudæ extremo ad ſuperiora retorquendo, & ad os reducendo, ut ea demum expulſa ſerici vermis exuvias deponentis referat modum.

Uſus.

Exteriùs appenſum ſpolium præſervat à peſtilenti infectione. Pulvis & ſal vulgatæ notitiæ.

Cineris uſus.

Integrorum ſerpentum combuſtorum CINIS exhibitus Principem magni nominis à ſerpente in manu demorſum, ad ʒſ. exhibitus, cum jam brachium intumeſceret, liberavit. Videatur *chimia in artis formam redacta lib. 5. ſect. 13. cap. 2. & 3.* Mirum profuiſſe, cum incineratione volatilia ſalia in auras exſpirarint, & parum ſalis fixi ſupereſſe potuerit.

CAPUT

CAPUT XX.

Scorpius alexiterius.

Σκορπίος, venenatum licet ſit animal, alexiterius tamen eſt. Ex unâ parte in perniciem videtur armatus aculeo, ex alterâ in ſalutem remedio. *Σκορπίος οὐκ ᾠὰ, verba ſunt Aeliani lib. 6. de animalibus cap. 20. ἀλλὰ ζῶα ἀποτίκτει. Scorpius non ova, ſed fœtus animantes parit.* Ictu peractô albicans venenum ex caudæ extremo vulneri immittit. Calidum eſt hoc venenum, non frigidum. Ictis locum ſtatim inflammari notat *Dioſcorides.* Itali ad manum habent 🝆 ſcorpionum, Patavii, Bononiæ, Romæ, in ſuſpectis locis, ſcientes, ſcorpiones venenum alere vitæ inſidioſum.

Ut conſularis ſuburbanus *apud Plinium lib. 11. natur. hiſt. cap. 16.* conſtructis ex cornu translucido alveis, apum fœturam ſpeculabatur, ita & nos ſcorpionum. Excludebantur numero IX vivi, ſubalbicantes, è ſcorpione in vitro pellucido concluſâ. Hujus ſpectaculi participem faciebamus *Johannem Rhodium*, amœnitate ejus qui mirificè recreatus, bonæ memoriæ ſervandæ causâ, ſuis ejus mentionem inſerebat analectis.

Αὐτὸς δὲ ὁ πλήξας σκορπίος λειοτριβηθεὶς καὶ ἐπιτιθέμενος τῷ πλήγματι, ſcorpius exactè contritus, & ſuper vulnus impoſitus, commendatur *τοῖς σκορπιοπλήκτοις à ſcorpione ictis, à Nono, lib. de ſingularum corporis humani partium morbis curandis cap. 268.* In officinis paratur duplex oleum ex vivis ſcorpionibus: ſimplex & compoſitum, utrumque Meſuei. 🝆 ſcorpionum *Matthioli comm. in libri 6. Dioſcoridis præfatione celebre eſt.*

CAPUT XXI.

Mineralia alexipharmaca.

Mineralium, μεταλλευτὰ quæ appellantur, agmen ducit perfectiſſimum metallum ☉, cordi favens & venenis reſiſtens.

Inter mineralia *ὀρυκτὰ foſſilia* APPELLATA, locum habent terræ & lapides.

BOLO

Terra. BOLO ARMENIÆ multum eminentiæ tribuit *Galenus de ſimplicium medicamentorum facultatibus capite de terris.* Ἐν τῷ μεγάλῳ, ſcribit, τούτῳ λοιμῷ παραπλησίῳ τὴν ἰδέαν ὄντι τῷ κατὰ Θουκυδίδην γενομένῳ, πάντες οἱ πινόντες τούτου τοῦ φαρμάκου διὰ ταχέων ἐθεραπεύθησαν. ὅσους δὲ οὐδὲν ὤνησεν, ἀπέθανον πάντες, οὐδὲ ὑπ' ἄλλου τινὸς ὠφελήθησαν, ᾧ καὶ δῆλον ὅτι μόνους τοὺς ἀνιάτους ἔχοντας οὐκ ὠφέλησε· πίνεται δὲ μεθ' οἴνου λεπτοῦ τὴν σύστασιν, κεκραμμένου μετρίως μὲν εἰ ἀπύρεκτος εἴη, παντάπασιν ὁ ἄνθρωπος. ἢ βραχὺ πυρεταίνοι, πάνυ δ' ὑδαροῦς, εἰ πυρέττοι μειζόνως. οὐ μὴν οὐδὲ σφοδροὶ κατὰ τὴν θερμασίαν εἰσὶν οἱ λοιμώδεις πυρετοί. *In magnâ hâc peſte, cujus eadem facies fuit, atque ejus, quæ Thucydidis memoriâ graſſabatur, quotquot hoc medicamen bibêre, celeriter curati ſunt. At quibus non profuit, omnes interiêre: ſcilicet, cum nec alio quovis juvarentur. Unde colligitur, quod iis duntaxat non fuerit auxilio, qui planè erant incurabiles. Ceterum bibitur ex vino albo, conſiſtentiâ tenui, modicè diluto, ſi aut planè febri careat, aut levi eâ teneatur: ſin gravius febriat, admodum aqueo. Non tamen calore vehementes ſunt febres peſtilentiales.* LEMNIA terra vera, *turcica, ſileſiaca ſtrigonienſis* ejuſdem efficaciæ.

CERATITES lapis, lithomarga alba, unicornu foſſile pro monocerotis habitum, nonnunquam repræſentans integra animalia, nonnunquam partes, dentes & oſſa alia, venenum peſtilentiale per ſudorem diſpellere aptum eſt.

Lapides quinque pretioſi. LAPIDES foſſilium, mineralium claſſem ornantes, præcipui ſunt quinque pretioſi, qui potiſſimum in uſus noſtros expetuntur. *1. Saphirus.* SAPPHIRUS caſtitatis cultor & virginei pudoris amaſium, cœruleo reſplendens colore, & diaphanus fulgore, purpuræ regali ornamento coronatus, ſimilitudinem throni cœleſtis repræſentans, ut cutis vitia fœdamque ſcabiem geſtatus abſtergit, ita etiam alexipharmacâ vi omnes venenorum malitias infringit, exteriùs & interiùs uſurpatus. *2. Hyacinthus.* HYACINTHUS ut coloris gratiâ, oculis, ita favoris amplexu cordi placet. *3. Sardius.* SARDII, à Sardis inventoribus patriis, & rubente colore nomen adepti, maxima olim veneratio, unde in ſacris ſextum conſtituitur fundamentum cœleſtis Hieruſalem. Ut incantamenta, rixas & terrifica ſomnia collo & digitis appenſus temperat, geſtantis

geſtantis animum ad gaudium excitat, audacem reddit, timorem pellit, mentem acuit, à veneficiis faſcinationibusq; potenter tuetur, ita etiam intus & extus uſurpatus peſtilenti infectioni reſiſtit, & tonum cordis firmat. GRANATI, ut variis ludunt coloribus, miniato, hyacinthino, obſoleto, nigrum mentientes ſanguinem, violaceo, martialibus dediti influentiis, ita etiam variis malignæ diſpoſitioni obviam eunt virtutibus. *4. Granatus.* Alexicacus eſt conſpicuus viridi cum luce SMARAGDUS, ſimul ſplendens, & è liquido translucens, ita, ut fulgere videatur, nomini ſuo conformi effectu. *5. Smaragdus.* Hebraicâ enim voce inſignitur בָּרֶקֶת *barechet*, derivatâ à בָּרַק *Barack*, quod ſignificat *fulgurare*. Quartum in ſacris ſtatuitur fundamentum cœleſtis Hieruſalem. Medicis virtutibus reſplendet, caſtitatis amans, odio proſequitur illicitas obſcœnas voluptates, & quaslibet cordi ſtructas inſidias diſpellit.

BUFONITEN lapidem à colore ita dictum commendat ſignatura, exteriùs appenſum vel in annulo geſtatum. *Bufonites lapis.*

CAPUT XXII.

Alexipharmaca oleoſa, bituminoſa.

SUlphur in horum numero eſt. Ambra utraque, gryſea, & flava, ſeu ſuccinum, *χρυσήλεκτρον, καὶ λευκήλεκτρον, καὶ πρώτως διαυγές, flavum totum, vel album, imprimis perſpicuum quod eſt.* *♀. 1 ſuccinum.*

Ambarum communi nomine & gryſeum & flavum vocatur. Arabica vox Ambar eſt.

Æthiopica lingua ita vocat balænam, vulgo enim falſò perſuaſum, ambarum eſſe ſemen balænæ. Recto incedunt tramite, qui bitumen, quod è fontibus in mare effunditur, atq; ibi concreſcit, ſtatuunt. *Garcias ab Horto aromatum & ſimplicium hiſtoriâ lib. 1. cap. 1.* terræ quandam ſpeciem eſſe probat, ex magnâ ejus, quæ reperitur, quantitate. Sed bituminoſa ejus natura his non tollitur. Nam & fontes dantur bituminoſi, & terræ. VIRTUTEM alexipharmacam confirmat *Crato*. Exhiberi in peſte poteſt matutinis horis g. j. ij. iij. in ovo ſorbili, ſuperbibi hauſtus vini. *Eſſentia* ambræ prodeſt.

Zzzzz LIBRI

LIBRI XI
De materiis præſidiorum
pharmaceuticis, quæ reſpiciunt cauſam morbi, quæ adhuc generatur, & ſecundùm generationis ſuæ principia requirit materias alterantes, & roborantes alexipharmacas,

SECTIO II
præparata alexipharmaca,
officinalia, interna continet.

CAPUT I
ſicca & 1. pulveres proponit.

Pulvis bezoardicus. 1. 2. PUlvis *bezoardicus albus* duplex, delineatus ſub titulo cordialium, *lib. 8. ſect. 2. cap. 12. pag. 714.* utilem locat operam. DOSIS ℈ſ. ℈j.

3. *bezoardicus ſimplex* ℞. *terræ ſigill. ſileſiacæ rad. diptami albi, tormentillæ* a. ʒiij, *angelicæ, gentianæ* a. ʒſ. *petaſitidis, zedoariæ, C. C. pp.* *ſuccini albi pp.* a. ʒj, *raſuræ Eboris, oſſis de corde Cervi, coralliorum rub. corticum citri* a. ℈j. S. Pulvis bezoardicus ſimplex.

4. *cum pretioſis.* ℞. *pulveris bezoardici prioris* ʒij. *lapidis hyacinthi pp.* ʒſ, *margaritarum pp.* g. xvj, *rubini, granati, bezoardici oriental.* *veri* a. g. viij, *fol.* ☉, ☽. a. a. no. iij. F. Pulvis bezoardicus compoſitus cum pretioſis.

PULVIS BEZOARDICUS, celeberrimi nominis, NICOLAI *Præpoſiti in antidotario Auguſtano* deſcribitur. Huic conformis eſt ſequens, iisdem vel ſimilibus illuſtris ingredientibus, nec minoris virtutis. *Nicolai.*

PULVIS CONTRA FEBRES MALIGNAS.

contra febres malignas.

℞. *C. C. ſine uſtione pp.* ℥ß, *oſſis de corde cervi* ʒß,
terræ ſigillatæ ſtrigonienſis, boli armenæ a. ʒj,
rad. angelicæ, zedoariæ, tormentillæ,
pentaphylli, contrabiervæ a. ʒj,
herbar. acetoſæ, ſcordii, card. benedicti a. p. iij,
ſem. citri excortic. acetoſæ, aquilegiæ a ʒj,
oculorum ♋ *pp. ſuccini albi, coralliorum rubror. pp.*
ſandali citrini a. ʒß, *croci, ſmaragdi pp.*
hyacinthi pp. a. ℈j, *fol. auri* n. v.

Radices per horas 24. macerentur *in aceto ſcordii*: poſtea exſiccentur & pulveriſentur ſingula ſeorſim ac F. Pulvis. S. Pulvis contra febres malignas. Excellunt præterea: *Cæſaris rubeus* contrà peſtem: rubeus Pannonicus: rubeus Pannonicus alter; Saxonicus, ſeu de VIII ſimplicibus, ſinguli in antidotario Auguſtano deſcripti.

Pulveres: viperarum vulgaris, & Zwelferiani, 1. confortans, 2. alexipharmacus primus, alexipharmacus alter. 3. Bezoardicum animale, ſeu pulvis ex ſolis cordibus & hepatibus viperarum. *Pulvis de viperis & ſerpentibus Zwelfferi.*

Paracelſi pulvis propoſitus *libro 1. de rebus naturalibus cap. 7.* hic eſt. *Pulvis Paracelſi.*

℞. ♀. *purgati id eſt, florum* ℥x, *myrrhæ* ℥iß,
aloes hepaticæ ℥j, *croci orientalis* ℥ß,

M. F. Pulvis. Es iſt ein præſervativ in allen Fiebern / curativum in allen Huſten. Ein halb Quentlein genommen in der Peſt præſervirt auff 3. Tage. Sudoriferum in peſte inſigne, ſumtum in ✠ ſcillæ, aut rutæ.

Repetitur idem pulvis *lib. 1. de præparat.* paulò mutatâ doſi, in conſervatione ſanitatis.

℞. *florum* ♀ ʒß, *myrrhæ rubræ, croci orient.* a. ℈ß.
aloes hepaticæ, ad pondus omnium. DOSIS à ℈ß ad ℈j.

Radices præparatæ. ℞. *radicis angelicæ brugoienſis q. v.*

Macerentur in ♱ *bezoardico & rurſus exſiccentur.* In ſcatulâ S. præparirte angelicken Wurtzel In ore detinendæ, cùm infecta loca adeunda. Eodem modo præparari queunt radices zedoariæ.

Species. SPECIES *cordiales Alexandri Benedicti: ſpecies cordiales temperatæ: de hyacintho: liberantis* cum & ſine aloe: *electuarii de bolo: diaſolu Mynſichti, ſerpentum: ſpecies de gemmis ſine pretioſis calidæ, & frigidæ Zwelferi.*

CAPUT II.

Pulveres chimici alii.

Chimici pulveres alii. BEzoardicum minerale ♂le, ☉. ☽. ♃. *Pulvis Bezoardicus primus, ſecundus & tertius Solaris Zwelferi, pharmacopœâ regiâ.* Celebre eſt *Bezoardicum cervinum alexipharmacum primum, ſecundum, & tertium Zwelferi.* MAGISTERIUM *C. C. alcis, unicornu Mynſichti. & lapidum pretioſorum rubini, perlarum.*

Salia. SAL *angelicæ, cardui benedicti,* cornu & ſanguinis cervi volatile, ſal viperarum, & ſerpentum, modo *Zwelferiano* paratum, alexipharmacam obtinet virtutem, delineatum *chimiâ in artis formam redactâ.* SALIA THERIACALIA ſub titulo: I. *Sal theriacale compoſitum* ex viperis, ſal theriacale aliud, modus alius ſalis theriacalis ex viperis, theriacale ſimplex *ſeu ſal commune, proponuntur à Zwelfero.*

CAPUT III

morſellos continet & rotulas, & trochiſcos officinales.

Morſelli. MOrſelli de ſuccino Cratonis commendantur.

℞. C. C.

℞.	*C.C. philoſ. ppti,*	*ſuccini albi ppti,*
	boli armenæ pptæ a. ℥ij.	*oſſis de corde cervi* n. vj,
	macis, ſem. citri,	*cardui benedicti* a. ℈iiij,
	coralliorum rubrorum,	*margaritarum ppt.*
	hyacinthi a. ℥j.	*ſpec. liberantis ſine aloe.*

florum roſarum, boraginis ſaccharo obductorum a. ℥j, *fol. auri* no. v. *ſacchari ſol. in aq. roſar.* ℔iſ,

M. F. Morſuli. S. Morſuli. de cornu cervi. Datur unus manè, & de præſervatione eo die non dubitetur.

ROTULÆ ſpecierum liberantis, cum vel ſine aloe, horis matutinis & veſpertinis no. vj, ſumtæ magnam ſpem faciunt, hominem eo die præſervatum iri. *Rotulæ.*

CAPUT IV.

Trochiſci & pilulæ.

TROCHISCI viperini Galenici ex carne viperarum, & pane triticeo, baſes ſunt theriacæ Andromachi. Laude digni ſunt *trochiſci viperini Zwelferiani,* 1. *confortantes & alexipharmaci.* 2. *alii alexipharmaci & confortantes.* 3. *trochiſci ſublinguales peſtilentiales alii* delineati *pharmacopoeâ regiâ, claſſe* 12. *Trochiſci.*

PILULÆ peſtilentiales *Avicennæ, Ruffi, & Plateri.* *Pilulæ.*

CAPUT V.

Præparata ſpiſſa officinalia.

CONSERVÆ *florum calendulæ, citri, aurantiorum, utriuſque pulpæ, galegæ, ſcordii, cardui benedicti.* *Conſervæ.*

CONDITA *radicis angelicæ, ſcorzoneræ, nucum juglandium,* immaturarum, ab extremo tenui cortice liberatarum, & *corticum citri* lanceis, loco *cinamomi,* transfixarum, totius *citri & aurantiorum.* *Condita.*

ROB *ribium, ſambuci, juniperi.*

Electuarium diaſcordii. *Pauli Ritii hiſtoria.* ELECTUARIUM *diaſcordii Fracaſtorii, deſcriptum libro de contagio & contagioſis 3. cap. 4.* Refert *Paulus Ritius Maximiliani* primi Imperatoris archiater, Cæſaream Majeſtatem deſcriptionem hujus electuarii de ovo quibusdam Electoribus communicaſſe, ſimulque indicaſſe, tempore peſtis ſævientis ultrà 1600. homines uſu electuarii hujus vindicatos fuiſſe & à peſte liberatos. *Zwelſerianæ animadverſiones* attendantur.

Doſis. Commendatur in peſte, præſervationis gratiâ, ciceris magnitudine, manè, ſtomacho jejuno: curationis ſcopo ad ℥ß. in vino vel aquâ ſpecificâ ſumptum ad ſudorem.

Cenſura. Cum venenum recipiat nucem vomicam, totâ ſubſtantiâ tale, ejus uſum diſſuadet *Hoffmannus medicam. officin. lib 2. cap. 74.* & monet, ſi utendum ſit, illam auferendam. In hoc conſilio acquieſcere poteſt, qui contentiones averſatur.

Guidonis. *ElectuariumGuidonis contrà peſtem,* ab aliis *electuarium Papæ dictum,* magni æſtimatur *à multis,* parvi *à Zwelſero.*

Salutis bezoardicum

℞. *conſervæ roſarum* ℔ſ. *calendulæ, acetoſæ* a. ℥iiij.
corticum citri ℥ij. *aurantiorum, lactucæ cond.* a. ℥j.
ſp. liberantis ʒij, *mithridatii opt. theriacæ,* a. ʒſ,
pulveris rad. zedoariæ, angelicæ, gentianæ, diptami,
pimpinellæ, valerianæ, tormentillæ a. ʒiij.
cornu cervi pp. ʒv, *terræ lemniæ, raſuræ eboris* a. ʒij,
terræ ſigillatæ ʒv, *coralliorum pp.* ℥ſ.
Cum ſirupi beton. & acetoſ. citri q. s.
ſpiritus ♀. *ad gratum ſaporem.*
M. S. Electuarium ſalutis bezoardicum.

Electuarium alexipharmacum Ingraſſiæ.

Ingraſſiæ.

℞. *rad. tormentillæ, pimpinellæ, diptami albi,*
zedoariæ, mei, gentianæ, carlinæ a. ʒij.
fol. diptami Cretici p. viij. *calami aromatici* ʒij,
baccarum juniperi, ſandali citrini,
ſem. citri, fœniculi, aniſi, apii,
petroſelini, ſcordii, card. bened. cinamomi a. ʒj.

Pulveriſatis

Pulveriſatis omnibus adde *ſir. borag. acetoſæ, citri* a. q. s.
M. F. Electuarium. S. Gifft-Lattwerge.
DATUR nucis avellanæ magnitudine.

Electuarium *Cratonis camphoratum* probatiſſimo fuit in uſu. *Cratonis.*
℞. *fol. ſcordii* ℥iij, *rad. tormentillæ, diptami alb.* *zedoariæ, gentianæ, angelicæ, caryophyllatæ* a. ℥j. *croci, camphoræ* a. ℥ſ. Pulveriſentur & aſpergantur ▽ *cardui benedicti, in quâ diſſolutæ fuerint theriacæ* ℥ij. *Cum ſirupi cardui benedicti q. s.* F. Electuarium. Datur quantitate nucis juglandis.

℞. *nucleor. nucum juglandium mundat.* no. xx. *Juglandium.*
ficuum no. xv, *fol. rutæ recentis* m. ij,
rad. angelicæ. diptami, tormentillæ, a. ℥ij,
zedoariæ, pimpinellæ a. ℥j.
Terantur cum *aceto bezoardico & cum melle.* M. F. Elect.
S. Nuß-Lattwerge. Præbetur nucis avellanæ tuberculo.

CAPUT VI

magnam antidotum, theriacam Andromachi exponit.

Ἡ δὲ Θηριακὴ *appellata* opiata confectio nomen ex duplici obtinet ſignificatu, quod ferarum morſibus conveniat, ſimulque feræ in confectione miſceantur, *lib. de th. ad Piſonem cap. 5.* *Theriaca.*

Τὸ δι' ἐχίδνης φάρμακον καὶ τὸ διὰ κίδνης appellatur. Κίδνης dicitur per ἀφαίρεσιν τοῦ ε & χ in κ mutatione, denſæ in tenuem. Γαλήνην ſerenam cognominare Andromachum, eam quæ viperas habet, rradit *Galenus lib. 1. de antidotis.* Tranquillitatem corpori conciliat & animo. Antiquitus paratam fuiſſe ſine viperis, & Andromachum Neronis medicum viperarum carnes ceu extremam manum addidiſſe, tradit *Galenus.*

Ἡ θηριακὴ, *autore Galeno lib. de theriacâ ad Piſonem 1. cap. 2.* ἐστιν ὡς ἀληθῶς, παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἅπασιν ἐνδοξότατον, διά τε τὸ ἄπλαιστον τῆς ἐπαγγελίας, καὶ διὰ τὸ δυνατὸν τῆς ἐνεργείας. ὅτι γὰρ τις δηχθεὶς ποτὲ ὑπὸ τῶν ἀναιρεῖν εἰωθότων θηρίων, εὐθὺς πιὼν τὴν ἀντίδοτον ἀποθανὼν ἰσώζηται, οὔτ' αὖ προπιών τις, οὔτ' οὐ μετ' πολὺ δηχθεὶς, *Commendatio theriacæ.*

ἰσχυρότερον πρὸς τὸ ἀποκτεῖναι τὸν ἰὸν ἔχω τοῦ θηρίου. Reverà celebratiſſima eſt theriaca apud omnes homines partim ob promiſſionum certitudinem, partim ob actionum efficaciam. Nullus enim unquam traditur occubuiſſe, qui commorſus ab hiſce feris, quæ conſueverant necare, theriacam ſubitò ſumſiſſet. Ac ſi quis prius ipſam bibat, indeque paulò poſt ab alio ſerpente feriatur, irritum eſſe venenum illud, compertum eſt. His plures alias dotes & laudes ſubjungit.

Operationes theriaca dependent ab unâ forma

Operationes has exercet theriaca, quatenus, *autore Galeno libro de theriacâ ad Piſonem, cap. 10, μηκέτι τὴν ἑνὸς ἑκάστου τῶν μιγνυμένων δύναμίν τε καὶ ποιότητα αὐτὴν μένειν, ἀλλὰ συγκεκραμένων πᾶσι πάντων, καὶ ἕνωσιν ἵνα φυσικὴν λαμβανόντων, μίαν μὲν καὶ λοιπὴ ἄλλη ἐξ ἁπάντων τῶν μιγνυμένων τοῦ φαρμάκου γίνεται ἡ φύσις, non ampliùs una cujusque ſimplicis medicinæ facultas, qualitasve permanet, verùm ſingulis quibusque congredientibus, & naturalem quandam unionem ſubeuntibus, quædam alia, diverſaque ex omnium miſtione natura procreatur.*

Forma & natura hac nova eſt.

Φύσις natura hæc ex miſcibilibus ingredientibus reſurgens una eſt, adeoque ipſius theriacæ forma, abolitis aliorum ingredientium formis, de novo nata.

Miſtio hæc etiam in theriacâ eſt vera & perfecta.

Triplex miſtio eſt.

1. 2. 3.

Tres ſunt ſpecies: *1. καθ' ὁρμὴν ſecundum impetum & motum localem*, uti cum grana hordei conglutinantur cum granis tritici. *2. κατὰ σύγχυσιν καὶ κατὰ διόρθωσιν*, id eſt, *ſecundùm mutuam confuſionem & correctionem. 3. κατὰ ἀντιπαρέκτασιν extenſionem violentam*, cum atomorum penetratione junctam.

Miſtio hic locum habet ſecunda.

Una hæc theriacæ forma exultat ex ingredientium miſtione, non primâ, nec tertiâ, ſed ſecundâ.

Miſtio theriaca facta eſt ad leges miſtionis Ariſtotelica.

MISTIO hæc ingredientium theriacæ eſt comparata ad leges miſtionis propoſitas ab *Ariſtotele, lib. 1. de generatione & corruptione, cap.* 10. Non ſunt miſta κατ' ὀλίγα καὶ μικρὰ, *ſecundùm pauca*, aliàs adeſſet σύνθεσις, οὐ κρᾶσις, οὐδὲ μίξις, οὐδὲ ἕξει τὸν αὐτὸν λόγον τῷ ὅλῳ τὸ μόριον, *compoſitio, non temperamentum, aut miſtio, neque eandem habebit rationem cum toto pars.* ἔστι δὲ μίξις καθ' ὅλον, καὶ τὸ μιχθὲν ὁμοιομερές. *Adeſt autem miſtio totalis & miſtum*, theriaca nempe, *eſt ſimilare.*

CAPUT

CAPUT VII.

Miſtionis theriacæ ratio, ejusque una forma.

MIſtio hæc eſt naturæ opus & artis. Ars ingredientia contundit, & liquefacit per minima. Natura parva juxtà ſe invicem poſita faciliùs permutat, confringit, &, ut unius formæ dominium agnoſcant, compellit.

Miſtio hæc eſt opus artis & natura.

Una hæc cum ſit forma, ſemper agit, ſicut eſt, ſemper agit eadem, nunquam ſibi ipſi contraria agit, ratione ſui: ratione qualitatum tamen apparent quædam actiones diverſæ, quibus forma hæc gratiam parem indifferenter referens facit, ut effectus ſequantur obſequentiores.

Forma hæc non agit contraria.

Contrarios effectus edere nonnulli contendunt, dum venenum viperæ calidum, ſcorpionis frigidum, ſiccum tyri, humidum fungorum, domare, ſanguinem ſiſtere, lapides frangere, ſudores pellere docent. Sed venena illa omnia ſunt calida, effectus enumerati omnes acceptum ferri poſſunt caliditati, & occultæ proprietati.

Id probant nonnulli.

Talem miſtionem *καθ' ὅλου* adeſſe neceſſe eſt. Si enim *κατὰ τὰ μικρὰ* miſtio adeſſet, in theriacâ eſſet *σύνθεσις καὶ μίξις μόνον πρὸς τὴν αἴσθησιν, καὶ τὸ αὐτὸ τῷ μὲν μεμιγμένον, ἐὰν μὴ βλέπῃ ὀξὺ, τῷ λυγκεῖ δ' οὐδὲν μεμιγμένον, compoſitio & miſtio ad ſenſum, & idem huic quidem miſtum, ſi non inſpexerit acutè: lynci autem nihil miſtum.*

Niſi perfecta eſſet miſtio, ſed particularis, & ad ſenſum ſolùm, eſſet compoſitio.

CAPUT VIII.

Theriacæ aliæ.

ZWELFERIANA theriaca huic videtur palmam præripere.

Zwelferiana.

THERIACAM *διὰ τεσσάρων* Meſuei *Zwelferus* ferè præferendam cenſet theriacæ Andromachi, modò loco

ariſtolochiæ rotundæ, vel *angelica* aut *zedoaria*, aut nonnihil etiam *de nucibus vomicis* ſubſtituatur.

Auguſtana, Sennertiana. AUGUSTANORUM theriaca communis, & SENNERTIANA faciliores paratu, in oculis habendæ.

Mithridatica Democratis. MITHRIDATICA ANTIDOTUS Damocratis, ad venenatos morſus, à Mithridate Ponti & Bithyniæ rege famam accepit & nomen.

Antidotus aurea Hadrianea. ANTIDOTUS AUREA Hadrianea Mynſichtea, à virium præſtantiâ dicta, datur a ℨſ. ad ℨj.

Bezoardica ☉. ANTIDOTUS ſeu EXTRACTUM BEZOARDICUM SOLARE *Mynſichti* ſummum arcanum proclamatur contrà omnia metallica, animalia, & vegetabilia venena. DATUR à. ℈ſ. ad ℈j.

Orvietana. ORVIETANA ANTIDOTUS ab urbe Italiæ, Orvietum dictâ, in Romaniâ ſitâ, nomen adepta, primum agnoſcit autorem *Hieronymum Ferantem Original.* Poſt ejus obitum venit in manus *Johannis Vitrarii.* Hæreditario jure pervenit ad *Chriſtophorum Contugi,* dictum l'orvietan de Rome, hæredem Vitrarii. Ab eodem venditur Pariſiis cum privilegio regis, publicato anno 1647. Aprilis 9. Vulgaria, & nullo modo ſuſpecta ipſi attribuuntur ingredientia, delineata *à Schrödero pharmacopœâ medicochimicâ capite 41.*

CAPUT IX

continet extracta.

EXTRACTA radicum & herbarum enarratarum proſunt: *angelicæ, zedoariæ, cardui benedicti, rutæ, tormentillæ.*

CAPUT X.

Liquida præparata: aceta.

SUCCI *limonum, aurantiorum, citri, granatorum.*

Aceta. ACETA *bezoardica ſimplicia, calendulæ, ſcordii, galegæ,* & *compoſita* officinalia. Theriacale Auguſtanorum cum

paratum.

♃ paratum. Bezoardica aceta. *Acetum theriacale, mithridaticum, zedoarticum, bezoardicum Mynſichti, theriacale Zuvelſeri.*

℞.	*corticum citri,*	*aurantiorum,*
	radicis zedoariæ,	*valerianæ* a. ℥j.
	fol. meliſſæ,	*rutæ, valerianæ* a. m. j.
	ſummit. rutæ,	*fl. anthos, meliſſæ,*
	boraginis,	*roſarum* a. p. j,
	benzoini ʒiij,	*ſtyrac. calamitæ,*
	cardamomi,	*cinamomi* a. ʒiſ.
	Inciſis minutim	adde,
	mitrid. ℥ſ,	*camphoræ, croci* a. ℈j,
	aceti fl. tunicæ vel	*roſar. rubrar.* ℔iij.
	Reſerventur mixta in vitro.	DOSIS cochl. j.

CAPUT XI.

▽ *deſtillatæ deſignantur.*

SIMPLICES virtutibus herbarum & radicum quibusdam mercurialibus, præcipuè in MB quæ parantur, inſignitæ non ſunt omninò adſpernendæ, ſi non ut principalia agendi inſtrumenta, ſaltem ut vehicula: *angelicæ, cardui benedicti, rutæ, morſus diaboli, veronicæ, tormentillæ, ſcabioſæ, citriorum, aurantiorum, melonum, galegæ.* Conducunt *aquæ typhorum cervi.* *Simplices.*

COMPOSITÆ: *alexipharmaca Zuvelſeriana: theriacalis Mynſichtiana: de cornu cervi ejusdem.* *Compoſita.*

AQUA PETECHIALIS *Sereniſſimi Principis & Domini* DN. LUDOVICI, *Principis Anhaltini, Cothenis principalem ſedem habentis.* *Aqua petechialis Anhaltina.*

℞.	🜄 *ex fecibus*	*deſtillati* ℔iij,
	radicis carlinæ,	*tormentillæ, rha-pontici,*
	ſcorzoneræ, fraxinellæ	*ſeu diptami albi* a. ℥iiiſ,
	ſem. cardus benedicti, rutæ a. ℥ij,	*carpobalſami* ℥j,
	xylobalſami,	*ligni aloes* a. ℥ſ,
	baccarum juniperi,	*lauri* a. ℥j,
	cinamomi, caryophyllorum,	*nuc. moſcatæ* a. ʒvj.

Pulveriſata, conciſa ſtent in digeſtione horarum XXIV. Poſt adde theriacæ ℔ſ. *olei juniperi* ℥ij. Deſtillatio inſtituatur lento igne. Oleum ſupernatans excipiatur ſeorſim. Utrumque ſervetur uſui.

DATUR ℈j. ij. in ſirupo conveniente, jure pulli, vel ▽ cordiali. Præſervat à febribus CONTINUIS, ardentibus & malignis. Ante INTERMITTENTIUM febrium paroxyſmos data dimidiâ horâ, impedit invaſionem.

Aqua theriacalis.

℞. *boli armeniæ,* *terræ ſigillatæ Strigon.* a ʒij,
rad. contrayervæ ʒij, *anthoræ* ʒj,
enulæ, zedoariæ, *imperatoriæ,*
biſtortæ, torment. *angel. vincetox.* a. ℥j,
ſem. erucæ ℥ſ, *fol. card. bened ſcordii* a. m. j,
C. C. crudi ℥ſ, *caryophyllorum, cinamomi,*
ſandali rubri a. ʒiij, *croci* ℈ij,
theriacæ Venetæ, *mithridatii* a. ℥ſ.

Contuſis contundendis additur theriaca, & mithridatium, digeritur in 🜄 ex fecibus, vel vulgaris juniperini, ad eminentiam aliquot digitorum. Pone loco tepido, vel ad ☉ per ʒ ♂ vitro bene munito.

De hoc ſingulo mane ſumatur cochlear ſ. confidat ſe tutum eſſe, licet infectos adeat.

Qui vero corripitur hoc malo, in principio ſtatim cochl. j. bibat.

Inanis credulitas nonnullis perſuaſit, quod, ſi is qui exhibet, ſe non muniat hauſtu, ſtatim corripiatur, ſi vero hauſtu ſe recreet, maneat immunis.

EXALTATUR hæc ▽

Exaltatio ejusdem.

℞. *hujus infuſionis ſeu extractionis per chartam emporeticam diligenter colatæ canth.* ſ.
adde *camphoræ* ℈j, *croci* ℈iſ.

Stent per hor. 24 & aureo ſplendeſcet colore. Coletur iterum, adde
ſpir. ⊖*li philoſ.* ♀. *q. ſ.* M.

AQUA

AQUA XII. APOSTOLORUM
contra malignitatem.

℞. *fol. ſcordii. cardui benedicti, acetoſæ,* *Aqua XI apoſtolorum.*
cardui mariæ, cichorii, ſcabioſæ,
rutæ, ſalviæ, fumariæ, pulegii, aa. m. viij.
galegæ, m. v. *calendulæ cum floribus* m. xiij.

Sint plantæ & radices recenter collectæ, conciſæ parùm humectentur & ♌lentur.

▽ BEZOARTICA.

℞. *rad. enulæ tormentillæ, pimpinellæ,* *bezoardica*
diptami albi, vincetox. valerianæ,
leviſtici, zedoar. aa. ℥ſ.
fol. rutæ, ſalv. a. mj. *cinamomi, caryophyll.*
macis, galangæ, cardamomi, gran. paradiſi,
cortic. citri a. ʒij. *boli armen. C. C. uſti* a. ʒſ.
ſem. acetoſæ ʒij. Inciſis groſſo modo infunde
Vini ♎ti malvatici, aceti a. ℥ix.

Deſtillentur, & ad uſum ſerventur.

℞. *aquæ card. benedicti* ℥ij, *acetoſæ* ℥iſ, *Aqua pro gravidis.*
aceti caryophyll. ʒij, *rad. pentaphyll.* ʒiſ.
tormentillæ ʒj, *zedoariæ* ʒſ.

Inciſa & contuſa bulliant unâ atque alterâ ebullitione. In colaturâ diſſolve,
mithridat. electi ℈ij, *ſp. liberantis ſine aloe,*
electuarii de gemmis a. ℈ſ.
M. F. Hauſtus. S. Gifft-Waſſer für Schwangere.

CAPUT XII

ℴℴ *alexipharmaca.*

ℴℴ *bezoardicarum herbarum, juniperi, citri, angelicæ, zedoariæ, rutæ, camphora chim. artis formâ* delineatum. *Hartmannus praxi chimiatricâ* mirè hoc oleum commendat. SUCCINI oleum celebre.

CAPUT XIII.

Spiritus alexipharmaci.

Spiritus Vegetabiles

Spiritus *baccarum juniperi, ſambuci, theriacalis camphoratus,* delineatus *chimiâ in artis formam redactâ: cordialis alius balſamicus, ibidem.*

Elixir camphoræ. Modus parandi, exhibendi.

ELIXIR *camphoræ* ſeu SPIRITUS VINI CAMPHORATUS *Hartmanni*, delineatus *chim. in artis formam redactâ.*

Solvitur *camphora* minutim inciſa in 🜈, ſinè 🜂. Suſpenditur in eo nodulus croci orientalis. Servatur in vitro obturato, non pleno, ſed ſextâ parte vacuo, loco frigido. Tandem folio ☉ unum aut alterum inditur.

1. PRÆBENTUR INTERIUS IN ACTU PRÆSERVATIONIS, ADULTIS, contagioſis morbis dominantibus, manè guttæ X. XX. JUNIORIBUS IV. V. VI. in calidâ cereviſiâ, vino, juſculo, aut particulâ panis ſimilaginei. EXTERIUS eo imbuitur ſpongiola, hæcque odoratis globulis argenteis vel ligneis inditur. Impedit quo minus alteratus aër ad cor ſalutari ope deſtitutum perveniat: infundi etiam poteſt carbonibus vel fornaci calidæ, & vapore aër alterari.

2. IN ACTU CURATIONIS, cum de infectione & primo inſultu jam adeſt ſuſpicio, illaque confirmatur à rigore, capitis dolore, cordis anxietate, nauſeâ, vomitu, PRÆBEATUR cochlear unum, in vini calidi vel juris pulli hauſtu. Deambulatione modicâ inſtitutâ, æger in lecto ad ſudorem ſe componat.

Minerales ſpiritus.

E MINERALIUM claſſe depromti *ſpiritus ⊕li, 🜍. ♀. terræ ſigillatæ.*

CAPUT XIV.

Tincturæ, eſſentiæ, elixiria, miſturæ, ſirupi.

Tinctura.

Tinctura ſimplex, *baccarum juniperi & herbæ Paridis, chim. in artis form. redactâ.* COMPOSITA, *bezoardica Michaelis, compoſ[illegible] alexipharmaca Rolſinciana,* delineata

chimiâ in artis formam redactâ. DATUR ad præſervationem ad g. x. xij, & ultrà in juſculo manè, ad ℈ſ, ℈j, in hauſtu vini generoſi ad ſudoris eruptionem. *Tinctura ſeu eſſentia mumiæ, Tinctura diaphoretica Paracelſi.*

℞. *vini ſublimati* q. ſ. *theriacæ* ℥ſ,
myrrhæ, croci a. ʒj, *liquoris zingib. piperis* a. ℥ſ,
M. Bibe partem ex vino.

Tinctura ♁*ii, clyſſus* ♁*ii, coralliorum. Tinctura, balſamus, ſeu rubinus* ♀*ris.*

Tinctura ☉, & ☉ *potabile.*

ESSENTIA *ambræ alexipharmaca Zuvelſeri.* *Eſſentia.*

ELIXIR *proprietatis, citri cordiale, peſtilentiale Paracelſi, chim. in art. formam redactâ*, delineatum. *Crollianum elixir antipeſtilentiale, à Zuvelſero reformatum* exhiberi poteſt *in præſervatione* ad guttas iij, iiij, *in curatione* ad ℈j. in liquore liberaliori. Nobile eſt *elixir peſtilentiale Zuvelſeri.* *Elixir.*

MISTURA *contrà peſtem* delineata *chim. in artis formam redactâ lib. 4. ſect. 4. capite 11.* *Miſtura.*

SIRUPI *ex aceto bezoardico, acetoſitatis citri, de corticibus citri, galegæ, ſcordii. De toto citro* qui appellatur, ſirupus laude dignus. *Sirupi.*

℞. *totius citri radulâ triti* ℔j.
rad. ſcorzoneræ. ℥ij.
fol. ſcordii cretici Mſ.
ſem. cardui ſancti ʒij.
ſucci borraginis.
pomor. redolentium
acetoſæ a. ℔ſ.
ſpir. ⊖*li rectificati* ʒij.

Contritis radicibus & ſeminibus fiat infuſio per duos dies naturales. Poſt ebulliat in balneo M. leniter, ad quintæ partis conſumtionem.

Coletur, clarificetur cum *albumine ovi.* Adde *ſaccharum.* F. *ſirupus* juſtæ conſiſtentiæ. Ad odoris gratiam ſuſpende in nodulo
moſchi, ambræ, croci,
cinamomi, fl. citri. q. v.

Convenit in cordis adfectibus à quacunq; cauſâ, frigidâ & calida, præcipuè in frigidâ ſit aromatiſatus. Sine aromatibus præcipuè in febribus ardentibus, malignis. DOſ. ʒij. iij.

LIBRI

LIBRI XI

De materiis præſidiorum

pharmaceuticis, quæ reſpiciunt cauſam morbi, quæ adhuc generatur, & ſecundùm generationis ſuæ principia requirit materias alterantes, & roborantes alexipharmacas.

SECTIO III

præparata alexipharmaca,

magiſtralia interna continet, & externa.

CAPUT I

Sicca: pulveres exhibet.

Pulveres.

℞. *pulveris bezoardici albi cum pretioſis* ʒj,
ſalis viperini Zvvelferiani ℈j. M.
In pyxide ligneâ tornatili. S. Bezoardiſch Hertz-Pulver auff viermahl.

℞. *pulveris viperarum alexipharmaci Zvvelferi* ℈ſ,
lapidis bezoardici orientalis g. iij. M. F. Pulvis.

℞. *pulveris Saxonici ſive de ſimplicibus* viii. ʒſ,
🜄 *ſeu elixir camphoræ* g. vij. M. Detur in vino.

℞. *ſuccini albi* ℈ij, *ſem. ocimi caryophyllati* ʒiſ,
acetoſæ, cardui bened. citri a. ʒij,
rad. gentianæ, tormentillæ, dictamni albi a. ʒiiſ,
boli armeniæ, terræ lemniæ, cinamomi a. ʒſ,
margar. ppt. hyacinthi ppti, oſſis de corde cervi
ſandalorum omnium a. ʒſ. M. F. Pulvis S. Agtſtein-Pulver.

℞. *ſpec.*

CAPUT II.

Trochiſci & rotulæ.

℞. *mithridatii optimi,* *electuar. de ovo* a. ʒij,
zedoariæ, *rad. angelicæ* a. ʒiſ.
xyloaloes electæ, *macis* a. ʒj,
cortic. citri, *ireos odoratæ* a. ʒſ,
ſpec. aliptæ moſchatæ, *galliæ moſchatæ, roſ. rubr.* a. ℈ij.
ſacchari optimi ℥vj, adde
mucaginem tragacanthæ ex aquâ roſar. vel ſcorzoneræ.
M. F. Trochiſci. S. Mund Küchlein.

℞. *ſpec. liberant. diamargar. frig. diambræ* a. ʒj,
extracti zedoariæ, angelicæ a. ℈j, *mithrid. optim.* ℈j,
theriacæ Andromach. ℈j, *confectionis alcherm* ʒj,
ligni rhodii, aloes. a. ℈ij, *ſuccini albi ppt* ℈j,
oſſium de corde cervi no. iiij. *ol. caryophyll.*
cinamomi, a. ℈ſ, *angelicæ* g. x.
Cum mucilagine tragacanthæ ex aqua carſunculi.
M. F. Trochiſci. S. Mund-Küchlein.

℞. *radicis zedoariæ ppt.* ℥ſ, *angelicæ* ʒij,
cortic. citri ʒiſ, *macis* ʒſ. *ſacchari opt.* ℥vj,
ol. rutæ g. viij, *angelicæ* g. v. *juniperi* g. iiſ.
Cum tragacanthæ in aq. roſar. ſolutæ q. ſ.
M. F. Trochiſci. S. Mund-Küchlein in Beſahrung.

℞. *ſpec. liberantis ſ. aloe* ʒj, *extracti angelicæ, pimpinellæ* a. ℈ſ. *Rotulæ*
ſacchari albi in ▽ *roſarum ſoluti q. ſ.* ℔j.
Adde ℅ *aq. carſunculi innatantis*
caryophyll, citri, *zedoariæ* a. ℈ſ.
M. F. rotulæ S. Bewahr-Küchlein/ frühe iij. iiij. v. zu eſſen / wie auch nachmittage.

℞. *ſpec. liberant. ſine aloe* ℥ſ, *extracti angel.* ℈ij,
pimpinellæ ℈j, *ſacchari albi in aq. roſar.*
ſoluti ℔j. *ol.* ☉*l. rutæ* g. xvj.
M. F. Rotulæ. S. Bewahr-Küchlein frühe 3 oder 4 zu eſſen.

℞. *rotulæ ſpecier. liberantis* ℥iij.
In ſcatulâ ꝛc. Præſervativ-Küchlein.

℞. *extracti zedoariæ* ℈j, *angelicæ* ℈ij,
ſacchari ſoluti in aquâ roſarum ℔j. ⁂ *ſuccini g.* iij.
M. F. Confectio in rotulis. ꝛc. Extract-Küchlein.

℞. *radicis pimpinellæ, angelicæ, zedoariæ* a. ʒj.
cinamomi, macis, caryophyllorum a. ℈j.
ſpec. liberantis cum aloe, de hyacintho a. ℈ij.
ſacchari, cum aq. roſar. in mucilag. trag. ſol. q. ſ.
M. F. Trochiſci. ꝛc. Mund-Küchlein.

℞. *radicis zedoariæ, angelicæ*, a. ʒij. *macis* ʒſ.
ſacchari fini ʒvj. ⁂ *rutæ, citri, cinam.* a. g. vj.
Cum *tragacanthâ in* ▽. *roſar. q. ſ. ſol.* F. *Trochiſci.*
In ſcatulâ ꝛc. Küchlein in Beſahrung.

CAPUT IIII.

Spiſſa præparata magiſtralia electuaria.

℞. *conſervæ radicis ſcorzoneræ, fol. ſcordii,*
fl. roſarum, boraginis, citri, bugloſſi a. ℥j.
nucum juglandium immaturarum
caryophyll. & cort. citri transfixarum cond. no. iij.
ſp. de hyacintho, liberantis ſine aloe a. ʒj.
extracti baccarum juniperi, zedoariæ, angelicæ a. ʒj,
ſirupi acetoſitatis citri, limonum a. *q. ſ. arcani* ⊖*li parum.*
M. F. Electuarium. Stet per aliquot dies in fermentatione, quotidie bis deprimendo, & agitando. ꝛc. wieder Gifft Zucker.

℞. *corticum citri conditorum* ℥ij, *theriacæ* ʒj,
coralliorum, marg. pp. a. ℈ſ, *terræ ſigill. ſtrig.* ʒß.
ſirupi acetoſiatis citri q. ſ. ⁂ *cinamomi* ℈ſ.
F. Electuarium. ꝛc. Citronen Theriac.

℞. *Conſervæ*

℞. *conſervæ roſarum, ſcordii, acetoſæ* a. ℥j.
corticum citri, aurantiorum condit. a. ℥ſ.
terræ ſigillatæ Strigon. boli armeniæ a. ℈ij.
corall. rub. pp. magiſterii C. C. a. ʒj.
radicis angelicæ, zedoar. tormentillæ a. ʒſ.
ſirupi acetoſitatis citri q. ſ.
M. F. Electuarium. Sumitur tuberculo nucis juglandis.

℞. *cortic. citri, ſemin. citri, coriandri ppti, caryophyll.* a. ℥ſ. *ſpodii, corall. rubrorum, xyloaloes, cinamomi, ſandalorum rubr. raſuræ eboris, zedoariæ, nucis moſchatæ* a. ʒij, *terræ lemniæ* a. ʒiij, *ſerici minutim inciſi, C. C. uſti ppti* a. ℈ij, *oſſium de corde cervi* no. viij. *margar. pptarum, fragmentor. pretioſ.* a. ℈iiij, *fol.* ☉ *fini* no. xxx. *conſervæ roſar. boraginis, bugloſſi* a. ℥ij, *ſirupi acetoſ. citri* ʒiij. *ſacchari albi in aq. meliſſæ ſol. q. ſ.*
M. F. Electuarium. S. Stärck-Zucker für Schwangere.

℞. *electuarii camphorati* ʒvj. *pulv. rad. contrayervæ* ℈ij, *C. C. uſti ppti* ʒij, ♁*ii diaphor.* ʒſ. ⊖ *juniperi, cardui bened.* a. g. xv, *ol.* ♃ *l. rutæ, angelicæ* a. g. iiij, *camphoræ* ℈ſ, *ſirupi cardui bened. q. ſ.* M. S. Electuarium ad præſervationem.

℞. *conſervæ roſ. rubr. antiquæ* ℥j, *acetoſæ, acetoſellæ, fl. anthos* a. ℥ſ, *cort. citri condit.* ʒiiſ, *raſuræ eboris, margarit. ppt. corall. rubror. ppt.* a. ℈j. *zedoariæ* ʒſ, *terræ ſigillatæ* ʒj, *cum ſirupo corall.* M. F. Electuarium.
S. Stärck-Zucker in dyſenteriâ.

℞. *conſervæ borag.* *bugloſſi* ana ℥iſ,
roſarum rubrarum *Ɵlatæ* ℥ij.
carnis citri conditæ ʒj,
corall. rubrorum
C. C. ppti ana ʒij.
ſpec. diatr. ſandal. ʒij,
margarit ppt. ʒj,
cum ſir. acetoſ. citri q. ſ.
M. F. Electuarium.

CAPUT IV.

Liquida præparata magiſtralia.

Decoctum. 1. ℞. *decocti citri* *Mynſichti* ℔j.

Datur in potu quotidiano in peſte, morbis epidemiis, febribus acutis, ardentibus, & malignis, morbillis & variolis. Refrigerat & humectat ventriculum. Bonus hauſtus competit pro unâ vice. Pro delicatis ſine corticibus paratur, ſicque palato magis blanditur.

Addi poteſt *raſura ligni ſantalini rubri.* Sic colore grato rubeſcit, & refrigerandi virtute magis excellit.

Decoctum radicis, ſeminum, & foliorum *echii in vino*, ſerpentum & viperarum morſibus ſuccurrit, præpotum morſus arcet, *autore Dioſcoride lib. 4. capite 28.* Duplex *à Nicandro lib. de theriacâ* ipſi adſignatur nomen. *Echium.* I. Ἐχίειον, διὰ ἀφομοιῶσθαι πρὸς τὸν ἔχιν appellatur. Similitudinem viperæ quærit *Dioſcorides* in ſemine. *ὁ δὲ καρπὸς, inquit, ὅμοιος κεφαλῇ ἔχιος, ſemen capiti viperæ ſimile.* In foliis quærit *Nicander. αὐτὸν ἔχειν, inquit, φύλλα ὅμοια ἔχιος κεφαλῇ, folia habere capiti viperæ ſimilia.*

2. Alcibium. II. ALCIBIUM ab inventore dicitur, & Alcibiadicum. Cum enim hic propè aream dormiens, à viperâ ſub genu dente ictus fuiſſet, excitatus à ſomno, ſuccum maſticatione expreſſum bibiſſet, reſtitutus fuit.

Signatura commendatio. Ita numen in foliis hujus herbæ remedia pinxit, & accipitres ſignaturas phyſiognomonicas ſemini ejus inuſſit, & emblemata & characteres inſculpſit, ut non modò occultæ virtutis indices eſſent, ſed etiam veneni, cui contrariatur, figuram & expreſſam imaginem jucundâ ſimilitudine referret.

Julepus

Julepus.

Julepus hordeaceus contra febres malignas.

℞. *hordei mundi* m. iij, *rad. ſcorzoneræ* ℥iij, *contrayervæ* ℥ſ, *C. C. limati* ℥j.

Infunde in ▽ limpidiſſ. ℔vj. per iij. horas. Poſt coque in ollâ mundâ vitreata, ad hordei crepaturam. Circa finem decoctionis adde *cinamomi confracti* ℥ſ.

℞. *hujus colaturæ frigefactæ* ℔j, *vini granatorum, aut rubi Idæi* ℥ij, *ſirupi de toto citro* ℥iſ, *fl. papav. erratici* ʒvj, *ſp.* ⊖*li*, ⊕. *aut alius acidi q. ſ. ad ſaporis gratiam.*
S. Beſondern-Gerſten Julep.

℞. *julepi, ſive decocti hordei ſuperioris canth.* j. *ſacchari q. ſ. pomum citrium in* viij. *partes inciſum* n. j.
D. in fictili oblato. S. Träncklein.

℞. *aq. ſcorzoneræ, cichorii, meliſſæ, ſcordii, cardui bened. acetoſæ, bugloſſi, boraginis, roſ. fragr.* a. ℔ſ, *C. C. uſti* ℥ij, *corall. ppt.* ℥j *ſirupi acetoſ. citri q. ſ. ad grat. ſapor. ſp.* ⊖*l. q. ſ. ad* gr. *acid.*
M. F. S. Kühl und ſtärck Hirſchhorn-Julep.

℞. *aquæ acetoſæ* ʒiſ, *nucum immaturarum, boraginis, ſcorzoneræ* a. ℥ij, *citri* ℥ſ, *ſirupi aceioſitatis citri* ʒvj, *acetoſ. berberum* a. ℥ſ. *C. C. uſti ppti* ʒſ, *arcani* ⊖*li roſati q. ſ. ad gr. ſap.*
M. F. S. Julep nach dem Schweiß.

℞. *pulpæ tamarind.* ℥ſ, *rad. acetoſæ, diptami albi* a. ℥j, *fruct. berberum ſine nucleis, ribium exſiccat.* a. ʒiij, *fol. endiviæ, acetoſæ, lactucæ Ital. capill.* ♀. á. m. j, *ſem. citri, card. bened.* a. ʒiſ, *hordei mundi* ℥ſ,
Decoque in ▽ *comm.* ℔viij. *ad conſumt.* ℔ij.
In fine adde

Colaturæ fermenti impone

fl. roſarum, violarum, *boraginis* a. p. iij.
aceti de vino roſacei ℥iij, *ſacchari albi* ℔½,
C. C. pp. ʒij, *ſandali cur ni* ℈ij.
Coletur pro Julepo. S. Julep zu Hitz und Durſt.

℞. *nitri ppti* ʒi, *Diſſolve in aq. font.* ℔iſ,
rob. diamoræ ℥j, S. Gurgel-Waſſer.

℞. *vini generoſi* ℔iij, *boli Armenæ*,
galangæ, nuc. moſch. *zingib.* a. ʒij.
rad. angelicæ ℥I. *zedoariæ* ℈v.
cinamomi ʒvj, *ſacchari* ℔ſ.
Miſceantur & percolentur aliquoties. S. Claretum.

CAPUT V.

Aceta.

℞. *radicis* *imperatoriæ,* *angelicæ,*
zedoariæ, pimpinellæ, *diptami albi,*
tormentillæ, *valerianæ* a. ℥ſ,
granorum juniperi ʒvj, *fol. ſcordii, rutæ* a. m. j,
fl. roſ. rubr. ſambuci, *millefolii, lavend.* a. mſ,
ſem. aquileg. citri, *cardui bened.* a. ʒij.
ſtyracis calamitæ, *macis, caryophyll.*
myrrhæ rubræ, *corticum citri* a. ʒiſ.

Inciſa & contuſa infundantur in aceti acerrimi de vino albo ℔vj. Stent ad ☉. Vel loco calido per dies xv. Colatura ſervetur ad uſum. S. Gifft-Eſſig.

℞. *cort. citri, rad. olſnicii, valerianæ, angelicæ* a. ℥j.
fol. rutæ viridis inciſ. *& contuſ.* m. iiij,
theriacæ, *mithridatii* a. ʒvj,
camphoræ ʒj, *aceti vini* ℔ij.

Stent per duos dies vel tres. Colatura S. Eſſig anzuſtreichen/und zum Schwämlein in Bieſen-Knöpchen.

℞. *vitrioli* ℥iij, *vitri* ℥ſ,
aluminis, *myrrhæ* a. ʒj.

Craſſo modo contuſa D. ad chartam. S. Species pro aceto ad ſuffitum. *ὀσφραντικὰ olfactilia* talia aceta, ſpongiâ excepta, reconduntur in vaſculis olfactoriis, myrotheciis ſive pyxidibus perforatis & ocellatis, quæ odores acidos, & alexicacos halitus per foramina ſua in patorem ſeu apertos narium meatus exſpirant. Ex naribus per palatum halitus hi attrahuntur in pulmonum bronchia.

CAPUT VI.

Externa alexipharmaca proponit, & 1. ſicca. Pulveres.

℞. *reſinæ benzoinæ*, *ſtyracis calamitæ*, a. ʒiij, *Pulveres pro ſacculo.*
ſummit. meliſſæ, *majoranæ*, *anthos*,
fl. roſarum, *lavendulæ*, *citri* a. p. iiij.
trochiſc. galliæ & *alipta moſchata* a. ʒſ.
radicis angelicæ, *ireos*, *cyperi rotundi* a. ʒij.

F. Pulvis groſſus, indendus ſacculo ex ſindone rubro vel linteo. Exaltetur ℴℴ *cinamomi*, *citri* a ℈ſ. admoveatur ſubinde naribus, vel ſcrobiculo cordis & pulſuum regioni applicetur.

℞. *xylobalſami*, *xyloaloes*, *ſandali citrini* a. ℥ſ, *Pulveres pro ſuffitu dulces.*
ligni rhodii raſpati ℥j, *aſæ dulcis* ℥ij,
cinamomi, *caryophyllorum*, *macis* a. ʒj.

F. Pulvis groſſus. Detur in ſcatula.

℞. *baccarum lauri*, *juniperi* a. ℥j,
corticum betulæ, *radicis enulæ* a. ʒij.
foliorum rutæ, *ſabinæ*, a. Mß.
cornu hirci, *ungulæ equorum raſæ* a. ℥j.

Contunde, conſcinde g. m. In ſcatula detur.

℞. *pulveris pyrii* ℔ß. Accendantur hinc & inde ℥j. aut ij. S. Soldaten Giſſt Pulver.

℞. *raſuræ*

℞. *raſuræ ligni juniperi* ℥v, *baccar. lauri, juniperi* a. ℥j,
ſuccini, thuris, myrrhæ, *ſtyracis calamitæ,*
benzoini a. ʒvj, *fl.* ♀*ris* ʒij.
M. F. Pulvis. S. Rauch-Pulver.

℞. *baccarum lauri* ℥ij, *juniperi* ℔j.
thuris ℥iſ, *fol. lauri,* *myrrhæ, aloes* a.℥j.
cortic. citri, aſæ dulcis, a. ʒij. *ſtyracis calam.*
ladani a. ℥j. *fol. majoranæ ſiccæ, radic. angelicæ* a. ℥ſ.
M. F. Pulvis groſſus. Guth-Reucher-Pulver.

fœtidus. ℞. *granor. juniperi* m. iiij. *fol. rutæ viridis,*
ſabinæ, ariſtolochiæ longæ *ſcordii,*
quercus, tanaceti lutei, *origani,*
roſarum, valerianæ, *angelicæ, oſtrutii* a. m. ij,
myrrhæ rubræ. ℥iiij. M. contuſa.
S. Stärckendt Reucher-Pulver.

Sacculus cordialis odoriferus. ℞. *rad. valerianæ, leviſtici,* *acori veri,*
angelicæ, zedoariæ, *vincetoxici,*
contrayervæ, *ſandali citrini.* a. ℥ſ,
fol. ſcordii, meliſſæ, *majoranæ,*
menthæ, pulegii, rutæ, *ſpicæ* a. m. ſ.
fl. roſar. rubr. violar. lavendulæ a. ℥j, *macis* ʒiij,
Inciſis contuſis inſperg. *ol. cinam. citri.* a. gt. iij.
D. ad chartam. S. Species zum Hertz-Säcklein.

CAPUT VII.

Trochiſci & candelæ fumales.

Trochiſci. ℞. *florum* ♀. *vel ejus loco* ♀. *flavi crudi* ℥j,
reſinæ benzoinæ *electæ, myrrhæ* a. ʒj.
caryophyllorum *Indicorum* ℥ſ.

F. Pulvis ſubtilis. Seorſim verò priùs contundantur *caryophylli*. Cum *rob juniperi* & balſamo occidentali Peruano benzoini odoris, fiat maſſa in mortario. Ex ea formentur trochiſci, ſeu paſtilli, cum *gommi tragacanthæ in* ▽ *roſarum ſoluto*.

Ex

Ex eâdem maſſâ, additis carbonibus ſalicis & glutine ichthyocollæ Hauß-Blaſen / vel mucilagine tragacanthæ F. candelæ. Non multum emittunt fumi, ſed odorem longè ſpargunt & latè. ♀ris odor maximè conducibilis eſt, continet ♀ reſinam mineralem, verumque eſt minerale balſamum. Acido ſuo ſpiritû mediante atomi ♀ attenuatæ aerem undiquaque pervadunt, ejusque μιάσματα diſſipant.

℞. *reſinæ benzoinæ* ℥ß, *ladani*, *ſtyracis calamitæ* a. ʒiij, *Candelæ.*
xyloaloes, ligni rhodii, *xylobalſami* aa. ʒj,
caryophyllorum, *corticum citri* a. ʒiß,
carbonum tiliæ q. ſ. *moſchi, opobalſami* a. ℈ß.
Cum mucilagine tragacanthæ in aq. roſar. ſolutæ q. ſ.
Formentur candelæ. Accenſæ ſuaviſſimum præbent odorem.

℞. *ladani* ℥ß *ſtyracis liquidæ, calamitæ* a. ʒij, *Pomum ambræ.*
moſchi Alexand ℈ß, *ambræ* g. iiij, *zibethi* g. vj,
⁂ *caryophyl. cinam. nucis moſchatæ, ligni rhodii,* a. g. x.
Cum mucilag. tragacanthæ ▽ *flor. naphthæ factâ, ſub finem* addendo
⁂ *cinamomi, citri,* *ligni rhodii* a. ℈ß.
F. Maſſa. Ex hâc parati globuli, ſindoni rubro involuti, indantur pyxidi argenteæ, vel tornatili, ex cornu elephantis, foraminibus pertuſæ, affabrè concinnatæ.

CAPUT VIII.

Externa alexipharmaca ſpiſſa.

℞. ⁂ *nucis moſchatæ expreſſi, balſami Peruviani* a. ʒß. *Balſama.*
rutæ, citri, angelicæ, ſuccini a. ℈ß. *juniperi* ℈j.
In pyxide eburneâ S. Naſen und Pulß-Balſam.

℞. *ol. angelicæ, zedoariæ,* *roriſmarini* a. ℈ß.
ambræ gryſeæ, *moſchi,* a g. iiij,
⁂ *nucis* *moſch. expreſ.* ʒiij.
In pyxide bracteatâ S. Naſen und Schlaff-Balſam.

 Singulis

Singulis matutinis pator ſeu hiatus naſi uterque, & temporum cava, quà micantes apparent arteriæ, inungantur.

CAPUT IX.

Externa alexipharmaca liquida.

℞ ℅ *ſcorpionum ſimplicis Meſuei.* Detur.

℅ ſcorpionum ſimplicia. ℞. ℅ *ſcorpionum compoſiti Meſuei.* Detur.

℞. *ſcorpionum.* In vitro ſuper carbonum calore ad iram irritentur, & oleo ſtatim infuſo ſuffocentur. Stent ſimul & adſerventur.

Compoſita, Matthioli. ℞. ℅ *ſcorpionum compoſiti Matthioli, ad leges Zwelferianas reformati q. v.* S. Scorpion Oel.

Inungantur eo pulſantes microcoſmi regiones. Præſervat ſanos, medetur ægris, ultrà quodvis aliud medicamentum.

Magni Ducis Hetruriæ, Coſmi Medicæi. ℞. ℅ *ſcorpionum compoſiti, Magni Ducis Hetruriæ, Sereniſſimi Principis ac Domini,* DN. LUDOVICI *Principis Anhaltini amicâ manu communicati. q. v.*

Magnæ eſt efficaciæ, & in veneno adſumto, & in febribus peſtilentibus admirabiles edit effectus.

Uſus generalis. USUS GENERALIS. Singula loca pulſantia inungantur, duorum dierum ſpatio, ſingulis ſex horis. Sequentium dierum duorum ſpatio, ſingulis horis xij. Si opus fuerit, quatuor dierum ſpatio, ſingulis horis xxiiij.

Specialis. SPECIALIS uſus. 1. In ſuſpicione veneni per os propinati, utendi modus adſignatus locum habet. 2. In morſu aut ictu animalis venenati eadem ratio, ſimul tamen ordinaria vulnus curandi ratio non intermittatur. 3. Locus morſûs rabidi canis circumcircà illinatur. 4. Converſaturus cum infectis, tempore peſtis, ſingulis horis XXIV, ſcrobiculum cordis inungat. 5. Bubonum & carbunculorum peſtilentium circumferentiæ eo inungantur.

℅ araneorum. ℞. ℅ *araneorum ſimplicis & compoſiti Minderori.* In vitro S. Spinnen-Oel.

ſcarabæorũ. ℞. ℅ *ſcarabæorum unctuoſorum.* S.

CAPUT

CAPUT X.

Xenexta & amuleta antipeſtilentialia ſimplicia & compoſita.

℞. ☿. *vivum nucis avellanæ putamini, nucleo exemto incluſum. A collo ſuſpende. Eſt amoletum pagoicum Paracelſi. Huic Saxonia plus tribuit libro de peſte, quam oo.* *Simplicia ex Veneno ſolo.* 1.

℞. *arſenicum album. Pulveriſatum, mucilagine tragacanthæ exceptum* redige in maſſam latam, placentæ inſtar, orbicularem, triangularem, imò etiam cordis formam imitantem, & à collo ſuſpende, goſſypio prius involutam, in ſacculo ſerico. Cavendum, ne ſi nuda vel minus cooperta cutim tangat, eam exulceret. Inventio adſcribitur *Jacobo Carpo anatomico Bononienſi.* 2.

℞. *ſapphirum* vel *ſuccinum.* Affrica planetariis ſeptem pulſibus, in gutture, in carpis manuum, propè pedum malleolos, & ad cordis thronum. Suſpende ad collum. Commendatur *ab Helmontio tomo 1. de magneticâ vulnerum curatione, t. 37. 38.* *Ex alexipharmaco ſolo ſimplex* 1. 2.

Lapis bezaar ſindone involutus à collo ſuſpenſus præſervat. 3.

℞. *benzoini,*	*ſtyracis*	*calamitæ* ā. ℥iſ,	*Compoſitū.*
laudani de barbâ ℥iij,		*corticum citri,*	
fol. majoranæ,		*roriſmarini* ā. ʒj.	
olei cinamomi,		*macis* ā. ℈j.	
Cum tragac. in ▽ *roſarum ſolutæ*		*q. ſ.* F. Maſſa.	
Dantur in ſindone		involutæ ʒiij.	

Fiant inde amoleta περιαυχένια, περικάρπια, περικάρδια juſtæ magnitudinis & S. Anhang wider die Peſt.

℞. *antilimici noſtri amuleti delineati chimiâ in artis formam redactâ lib. 5. ſect. 14. cap. 3.* no. j. *Ex cordiaLibus & Venenis.*

℞. *ceræ albæ* ℥j. ∞ *albi, cinnab. factitiæ ex* 🜍 & ☿. a. ℈j.
rad. tormentillæ, *angelicæ* a. ℥ß.
o°o *citri, aurantior.* *cinamomi* a. g. vj.

Impaſtentur, ſindone rubro involvantur & ſuper ſcrobiculo cordis geſtentur à collo ſuſpenſa.

℞. *amuletum Crollianum* ex bufonibus & cordialibus, ☉ & ☽ in ♓ exiſtentibus, cum ſigno ſcorpionis in unâ, & ſerpentis in orben convoluti in alterâ parte concinnati. Attrahit venenum ab intrà & extrà idem conſumit.

Characteres alexipharmaci.

Qui veterum Sophorum, Ægyptiorum & Arabum decreta, nempe ſpecies rerum ita ſe habere, ut numeros, circaque eorum variam in diverſis laminis poſitionem varios producere effectus, adprobant, ſigillis, characteribus καὶ λόγοις ἀναγκαστικοῖς, ὧν ἀπορεῖς διαλύειν, & *verbis coactivis, quorum virtutem enervare impoſſibile, multum tribuunt.* Iisdem nihil tribuitur *in chimiâ in artis formam redactâ.*

Sigillis & characteribus nihil tribuitur.

Bufo.

BUFO in aëre vel umbrâ exſiccatus, buboni inguinali, vel ſubaxillari, per ſe vel in aceto priùs madefactus applicitus, felix eſt ad venenum extrahendum medicamentum. Elicit ſpiritale virus. Si unus non ſufficit, remoto eo alius ſubſtituatur. Commendat eum *Paracelſus libro de peſte ad Stertzingenſes.*

Podex gallinæ.

Anum gallinæ vivæ deplumatum carbunculo, anthraci, aut buboni applicitum attrahere ſcribunt venenum.

CAPUT XI.

Recta alexipharmacorum internorum & externorum applicandorum ratio.

Quantitas præbii continua magna.

Τὸ πόσον τεχνικῷ στοχασμῷ ζητέον. Ut quantitas venenatæ infectionis ſanguinis & cordis, ita & remedii alexipharmaci artificioſâ conjecturâ inveſtiganda. Magnæ malignitati in acutis febribus non opponenda parva bezaardici animalis, vel mineralis doſis. Peſtis ſi feræ bellicæ inſtar copioſam ediderit ſtragem, non poteſt præſervari præbio

exiguo

exiguo, uno vel altero theriacæ exhibito, nec curari præſens, bezoardicæ tincturæ ſudoriferæ exili aliquâ doſi. Copiæ ſunt conſcribendæ, & hoſtis armatâ manu ita adoriendus, ut non ſilendo ſolùm, ſed & perrumpendo cum ſonoris ſudoribus per poros τὸ θεῖον expellatur.

Hiſtoria. Hoc modo curatus, & à peſte liberatus, ſanguineus, boni habitus ſucciplenus ruſticus, aſſumtæ theriacæ ʒj, corpore ſtragulis immerſo, ad ſudorem compoſito. Auribus perceperunt æger & adſtantes leniter fluentis rivi, cum undæ lapillis obviis alliduntur, obtuſum quaſi ſuſurrum & ſibilum, excitatum ſine dubio, dum vehementiâ medicamenti agentis in humidum copioſum excitati flatus, cum exitum meditantibus ſudoribus, quodammodo à cute repercuſſis, colluctabantur, & magnâ vi prorumperent.

Quantitas determinatu difficilis eſt. Juſtam autem quantitatem definire arduum eſt, ac difficile.

Bezaardici lapidis virtus. Imprimis de DOSI BEZAARDICI lapidis, quem nonnulli ceu proprium & ſpecificum peſtilentiæ remedium eſſe ſtatuunt, quorum ſententiam recenſet, deque eâ fert judicium *Sennertus in paralipomenis*, quod adprobatur, ſolliciti ſunt medici.

Bezaardici lapis doſis magna. 1. MAGNAM *nonnulli* præbent, cum nullam noxiam habeat qualitatem, ad g. xx. xxx. *Zacutus Luſitanus medic. princ. hiſtoriâ lib 1. obſerv. 35.* ad ʒj. adſcendit. Sic potentiùs venenum exſtinguere cenſet. Confirmat id hiſtoriâ. Eleonora, calidiſſimi temperamenti, in febrem incidit maleficentisſimam, deterrimis ſignis concomitatam, adeò, ut angore ſummo tribus diebus continuis per os vivos LXII. ejiceret lumbricos. Ex contagio clientes omnes eodem correpti ſunt morbo. Omnibus ea adminiſtrata ſunt auxilia, quæ & inutilem vacuarent humorum copiam, unaque maleficam qualitatem retunderent. At illi, quibus belzaar in parvâ doſi eſt exhibitus, omnes interiêre. Domina autem maximam adſumens quantitatem, interdum unicô hauſtu drachmam, felici eventu revixit; & non ſolùm hæc, ſed alii plures hâc curati via evaſerunt. Nam vehementi veneno vehemens antidotum ſuccurrit.

 Genero-

2. Generoſus & ſtrenuus *Henricus Sigismundus à Vippach*, *Dominus in Gumperdâ & Hohenſchwarm, Ducalis Saxonicus conſiliarius & præfecturæ Lichtenburgicæ, Orlamundanæ, & Rhodanæ Capitaneus*, in magnâ Bel-zaarem lapidem habens veneratione, ceu cordialem ſine pari, ad ſudorem ciendum eo nunquam non utebatur ad ℈ij, in cochleari vini. Largè fluebat ſudor, & quidem cum ſibilo ſubmiſſo, benèque ſemper habebat. Ejus etiam erat ſententiæ, hoc modo ceu infallibili præſidio peſtem profligari poſſe etiam virulentiſſimam.

3. Iisdem ſudoribus ſonoris à malignæ febris impetuoſo inſultu, bezaardici lapidis magnâ doſi, liberatus nobilis. Hic ad diſcutiendam malignitatem pulverem pyrium adſumſerat in cochleari vini, fumum tabaci hauſerat, ſicque lecto ſe concrediderat. Sudores copioſi proruperunt, audito leni ſuſurro molliter delabentis aquæ per gramina. Cum verò nondum fideret ſuæ ſecuritati, altero die lapidem belzaar adſumſit, pondere ℈ij. Sudavit ſonorè & benè habuit.

Ratione ſtabilitur doſis magna. Neceſſitatem magnæ doſeos evincere videtur venenorum nocentiſſima qualitas, non incedens lento pede, aut inducias promittens ſecuras. Cum peſte ſi lentè pugnaveris, expugnaberis, non expugnabis.

Parca doſis commendatur ab aliis. MINUS TUTAM amplam doſin vocant *alii*, cum omnia metallica, & quæcunque venenis adverſantur, aliquâ ex parte naturæ humanæ ſint inimica. Commendant ergo grani j. ij. pondus.

Nemeſis freno & normâ ſuâ nil immenſuratum adprobat. TUTISSIMA per medium via, quia utriusque ultimum eſt vitium. Parva iij. granorum doſis non habet illas vires, quæ venenis & peſtis malignitati reſiſtat. Magna, cum iterari debeat, ventriculum gravat. Commoda videtur doſis hæc.

℞. *lapidis bezaar orientalis,* *ſmaragdi pp.* a. g. vj.
In chartâ S. Stärck-Pulver.

Diſcreta quantitas. Non amat unitatem exhibitio alexipharmacorum. Unicum præbium non exhaurit fontem mali. Quod unicâ vice non

non facit officium, iterandum ſecundâ vel tertiâ eſt. Æqualis contrarietas ut in doſi, ita etiam repetitione attendenda.

τὸ ποῦ LOCUS INTERNORUM notus eſt, OS IPSUM. Per hanc portam intrant ſicca, ſpiſſa & liquida. Suffumigia per hoc & nares in regium cordis lectum, pulmones intrant. Hæc poſteà qualitates manifeſtas & occultas cordi communicant. Intrant etiam hæ per oſſis cribriformis foramina, quantumvis meningis proceſſibus transeuntibus quaſi obturata.

Locus exhibitionis.

EXTERNA loca ſunt ea, quæ arterias habent proximiores, ut carpus, tempora, &c.

Externa loca nota.

ὁ δὲ χρόνος in actu præſervationis & curationis attendendus.

Tempus

Obſta principiis. Serò medicina paratur,
cum mala per longas invaluêre moras.

De fugâ non cogitandum, cum Hannibal occupat portas, nec tùm demum, paries cum proximus ardet, de medicamentis.

MODUS APPLICANDI eligendus is, qui commodus eſt, in quâcunque formâ.

Modus applicandi

In formâ ſpirituosâ & ſubtili citò penetrante medicamenta alexipharmaca, cum 🜅 parata, ut *elixir camphoræ*, conveniunt in aſſuetis, in actu curationis & præſervationis. In non adſuetis temperatiora eligenda, in liquidâ & ſolidâ formâ pulverum. Tenendum tamen, liquida citò penetrantia citiùs vires amittere, ſicca tardiùs, & agere diutiùs.

alexipharmaca proponitur in formâ liquidâ & ſiccâ.

Sumto alexipharmaco ſudorifero non ſtatim indormiendum, ſed vigiles ſpiritus conſervandi.

Informatio poſt ſumtionem.

Nuperus modus *à recentioribus* inventus, *medicamenta* purgantia & confortantia per venas majores injiciendi, & circulationis beneficio cordi & toti corpori communicandi, hic etiam locum habet.

Modus infuſorius per venas.

PURGANTIA

Ut hac locum habet in purgantibus, PURGANTIA *abſque* ullâ oris admotione beneficio ſanguinis circulati vires ſuas exercere tradidit *Caſpar Schottus in mirabilibus artis 1. lib. 11. cap. 21.* Experimentum & adminiſtrandi modum proponit *Philippus Jacobus Sachs in oceano microcoſmico.* Per fiſtulam, ex oſſiculis alaudarum factam, veſicæ bovinæ adaptatam, ex unâ parte, ex alterâ venæ medianæ vel pedis exſtantiori inſertam, infunditur liquor purgans, veſicam comprimendo. Injecto liquore foramen clauditur. Sic ille cordi communicatur, & purgatio brevi ſequitur. *Vino malvatico,* VINUM MALVATICUM eodem modo cani communicatum reddidit eum ebrium, & ſymptomata ebriis conſueta, perturbationes ſcilicet capitis, varias geſticulationes, vomitiones, tandem etiam ſoporem excitavit.

Pluribus de chirurgiâ infuſoriâ agit *Johannes Daniel Major libro peculiari.*

alimentis, Lac caprinum, juſcula carnium, emulſa etiam amygdalata, eodem modo infuſa perhibentur ſuccurrere indigentiæ totius corporis, in diuturnis inediis, cum alimentorum via præcluditur ab anginoſis inflammationibus faucium, inemendabiliſque nauſea & inappetentia, quæ tanta nonnunquam eſt, ut vel ſolâ alimentorum ſolidorum, & liquidorum mentione exhorreſcat æger, dominatur.

ita etiam in alexipharmacis. Locum hunc infuſorium modum etiam habere in alexipharmacis veroſimile. Ad cor integris viribus per brevem hanc viam compendio pertingere queunt.

Modus hic tantum habet veritatis, quantum novitatis: tantum habet rationis, quantum admirationis. Quamvis tam varias digeſtiones non experiantur alimenta & medicamenta, non tamen denegabunt nutriendi & alterandi beneficia. Ἡ δὲ *καρδία ἑστία τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ, cor, arula nativi caloris ignaria* & Veſtalis focus flammulâ ſua mundare & exaltare potis eſt. Majora tamen promittunt auxilia medicamenta, quæ alterant, & in parvâ doſi ſufficiunt, minora alimenta, quæ alterantur & majorem deſiderant copiam.

GUER-

GUERNERI ROLFINCII,
PHIL. ET MED. DOCT. ET PROF. PUBLICI,
ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS COMMENTATORIÆ.
LIBER XII.
De materiis præſidiorum pharmaceuticis, quæ reſpiciunt cauſam morbi per accidens talem, nempe ſymptomata tria; dolorem, vigilias, & immodicas excretiones.

CAPUT I
de iis in genere agit.

SYmptomata hæc olim ſub cauſæ clypeo latitare, & dum ejus habitum induunt, ſolùm indicare, nunc ſub propriâ ratione curationem ad ſe trahere cenſentur.

ANODYNA trium ſunt generum, *autore Galeno de ſimpl. medicam. facultatibus cap. 11. & 12. methodi medendi cap. 1.* triplicis ſtatuuntur ordinis. *Anodyna.*

1. Ἰώμενα *ſanantia*, cauſas reſpiciunt *internas*, calidos ſcilicet humores & vapores, qui chirurgicis ſenſibiliter & inſenſibiliter, & pharmaceuticis per alvum & vomitum vacuantibus *1. Sanantia.*

præſidiis è medio tollendi. Sanantia hæc reſpiciunt etiam cauſas *externas*. Objecta ſcilicet, quæ *triſtem* ſenſum excitare valent, removenda, quæ *jucundum*, oculis & auribus gratum, adducenda. Sic muſici concentus demulcendis doloribus inſerviunt podagricis. Divertitur ſenſûs animadvertentia ab aliis etiam objectis jucundis, ut colloquiis ſuavibus, rerumque jucundarum aſpectu. Divertit etiam DOLOR vehementior alterius loci, *autore Hippocrate 2. aphor. 46.*

2. *Mitigatoria.* ΠΑΡΗΓΟΡΙΚΑ' ϗ *πραΰντικα* partem dolore infeſtatam reſpiciunt, humores calidos, ſiccos, & acres temperando, ſuavesque *ἀναθυμιάσεις* vapores, & cum iis *ἡδύσματα* quædam ſanguini & cerebro communicando. *Hippocrates*, cum gratioſè jubet converſari medicum cum ægris, *6. epidem. comm. 4. αἱ τοῖσι, inquiens, κάμνουσι χάριτες, laborantibus gratiæ*, inter alia jubet, ut mollia tactui offerantur. Quemadmodum ſuaves voces auditui, variegati colores viſui, delicati cibi guſtui, ſic mollia objecta nullis inæqualibus angulis exſtantia, grata ſunt tactui.

ΝΑΡΚΩΤΙΚΑ' incraſſant affluentes humores, & ſenſum partis ſopiunt.

Ἀντάγρυπνα. ΑΝΤΑ'ΓΡΥΠΝΑ ejusdem ſunt notæ. Vigiliis eſt contrarius ſomnus, ut indicatum ordinarium. *Ἰώμενα* cauſas removere jubent, internas & externas, objecta, quæ ſenſum aliquem ad operandum excitare queunt, deinde quæ mentem ad unum aliquem ſenſum blandè divertunt, & animadvertentiam arcent, ut concentus muſici, ſuſurrationes ſubmiſſè loquentium.

Παρηγορικά. ΠΑΡΗΓΟΡΙΚΑ' calidos ſiccos & acres vapores temperant, ſuavesque *ἀναθυμιάσεις* cum circulato ſanguine in cerebrum mittunt.

Ναρκωτικά. Ναρκωτικὰ ſulphureis calidis exhalationibus feroces, mobiles, & quaſi *ὀργασμῷ* turgentes humores, & animales ſpiritus ligant, & iratum archæum demulcent. In tempore & doſi adhibenda moderatio, ne *ναρκωτικὰ* fiant *νεκρωτικά*.

Contra nimias evacuationes ſiſtentia. EVACUATIONES immodicæ easdem ferè habent indicatorum ſiſtentium materias. Corrigunt easdem *τὰ ἰώμενα, παρηγορικά, καὶ ναρκωτικά.*

CAPUT

CAPUT II

de iisdem agit in ſpecie, 1. ſimplicibus radicibus, foliis, &c.

RADIX *mandragoræ*, ἀνθρωπόμορφος, quod *figurâ ſuâ hominis*, vel, *ut innuit Columella in horto, ſemihominis* pedes, imâ parte biſurcatâ, brachia, foliis terræ incumbentibus, repræſentat, dicitur. Inane commentum eſt ex urinâ furum naſci, & certis ceremoniis effodi debere.

Vino incocta præbet potionem commodam, *autore Dioſcoride lib. 4. cap. 74.* ἐπὶ τῶν ἀγρύπνων, καὶ περιοδυνώντων. καὶ ἐφ' ὧν βούλονται ἀναισθησίαν, τεμνομένων καὶ καιομένων ποιῆσαι, *contrà vigilias, & graviſſimos dolores in his, quos ſine doloris ſenſu ſecare aut urere voluerint.* Et paulò poſt: μίγνυται δὲ καὶ εἰς τὰς ὀφθαλμικὰς καὶ ἀνωδύνους δυνάμεις. *Miſcetur etiam oculorum remediis, & quæ ſomno dolorem levant.*

Virtus inter ſoporem & venenum media nota fuit Hannibali, cum per ſtratagema, ſimulatâ poſt leve prælium fugâ, Barbaris hoſtibus relinqueret caſtra, & ſarcinas cum doliis aliquot vini mandragoræ radice medicati. Hoc avidè hauſto ceu meraco, ipſi defunctorum in modum ſtrati, ab ipſo reverſo fuêre trucidati.

In capitis dolore à frigore cautè utendum monet *Galenus de compoſ. medicam. ſecundum loca lib. 2. cap. 1. t. 3.* cum potenter refrigeret.

Verùm rarò in uſum trahitur, frugibus inventis melioribus. Ετίκεισις.

HERBÆ ΥΟΣΚΥΑΜΟΣ *faba ſuis* dicta, quod, *Æliano autore variæ hiſtoriæ libro 1. cap. 7.* οἱ σῦς οἱ ἄγριοι, ἰατρικῆς οὐκ ἀπαίδευτοι, καὶ θεραπείας ἅμα, *ſues agreſtes, non omnino medicinæ & curationis imperiti*, cum herbam hanc comederunt, poſteriori parte reſoluti properent ad fontes, & ibidem comeſtis cancris reſtituantur. Διοσκύαμος à juvandi Jovis æmulâ virtute indigitatur: Συμφωνιακὴ πόα, *à figurâ*, quod cytinis ſuis ordine diſpoſitis figuram muſici referat inſtrumenti, & *effectu*,

quod mente poſt ejus uſum immoderatum moti, variis & diverſis ſonis, vocumque flexione cantent, poſt moderatum autem vigiles ſpiritus, ceu muſico audito ſonû quieſcant, & gratâ harmoniâ in actionibus reſpondeant: tactilis etiam facultas in dolorifico ſenſu & naturalis in expellendi munere modum teneant. Interiùs & exteriùs dolores ſedare, ſomno favere & moleſtas deſtillationes ad oculos, pectus, uterum, καὶ τὰς ἄλλας αἱμοῤῥαγίας, *ſanguinis profluvia alia* ſiſtere confirmat *Dioſcorides libro 4. cap. 67.*

LACTUCA ſativa, *autore Dioſcoride libro 2. cap. 125.* ὑπο-ψύχουσι. ὑπνωτική. κοιλίας μαλακτική. Silveſtris ὑπνωτικὴ καὶ ἀνώδυνος, *refrigerat, ventrem ſubducit, & ſomno dolorem levat.* Somni faciendi gratiâ claudere cœnas avorum ſolebat.

Noſtras verò nunc vel inchoat vel mediat dapes, ſolliciti magis cum ſimus de appetitû, quàm ſomno.

Non dubitandum, lactucam abundare modicâ vi narcoticâ.

PAPAVER *ſativum,* ejusque ſpecies omnes κοινὴν δύναμιν ψυκτικὴν καὶ ὑπνοποιοῦσαν ἔχουσι. καὶ πίνεται πρὸς ἀγρυπνίαν τὸ ἀφέψημα, *communem refrigerandi & ſomnum conciliandi vim obtinent: decoctumque* foliorum, ſeminum & capitum, præcipuè vaſculorum oblongorum unius generis, quod ipſo judice præſtantiſſimum eſt, *bibitur contrà vigilias.*

Στρύχνος *Solanum* frigidi temperamenti ſomno patrocinatur, dolores & immodicas evacuationes ſiſtit.

FLORES *croci, hyoſcyami, nymphaæ, papaveris ſativi & rhœados, roſarum albarum, violarum.*

SEMINA *frigida, majora & minora: hyoſcyami, nuclei perſicorum.*

FRUCTUS: *Pilula hirſuta, echino caſtaneæ* quaſi ſimilis, at mollis, quam ſpongiolam *roſæ* vocant (*Bedeguar* Arabibus inſignitur) ſomno indulgens eſt patrona, unde & Schlaff-Apffel appellatur.

LIGNUM *buxi* ob copioſum ♁ narcoticum eſt, & anodynum.

CORTEX radicis mandragoræ imprimis uſurpatur.

RESINA

RESINA. *δάκρυον δένδρυ ὁμοίυ κυδωνίῳ, ΣΤΥΡΑΞ, lachryma arboris cotoneo ſimilis,* cum ἀνώδυνοις medicamentis, *quæ dolorem ſedant*, miſta dolores, emplaſtris juncta archæum iratum mitigat, febribus, & inquieto ſpirituum animalium motui medetur.

CAPUT III.

Opium, lac, & alabaſtrum.

AGmen ducit OPIUM, *ſuccus celeberrimus papaveris*, qui ratione diverſi parandi modi, *autore Dioſcoride, lib. 4. cap. 65.* duplex obtinet nomen: *μηκώνιον καὶ ὀπός. A Nicandro* vocatur *μήκωνος δάκρυ, papaveris lachryma.* De eo agit *chimia in artis formam redacta.* Opium.

TEMPERAMENTUM ejus calidum adſtruunt recentiores, argumentis deductis à qualitatibus & effectibus. 1. SAPOR AMARUS caliditatis argumentum. Sed opium amariſſimum. 2. ODOR opii eſt teter, gravis, ſulphureus 3. τὸ Φλογιστὸν ſulphuris docet prædominium. 4. ſudorem provocat opium, effectû ſanè calido. 5. *μήκωνος δ' ὀπῦ ποθέντος παρακολυθεῖ καταφορὰ μετὰ καταψύξεως καὶ κνησμοῦ, ait Dioſcorides lib. 6. cap. 17. Propenſio in ſomnum*, oritur à calidâ narcoticâ effumatione: *refrigeratio extremorum* à concentratione caloris: *pruritus* caliditatis argumentum. τὴν παρεμβολὴν committere videtur *Dioſcorides lib. 6. cap. 17.* cum ſcribit: bibitum opii liquorem cum perfrictione prurigineque adeò validâ ſequi ſoporem, ut ſæpenumero, invaleſcente veneno, tanta fiat prurigo, *ὥστε διεγείρεσθαι ὑπ' αὐτῦ, ut qui id hauſerit, eâ vexatione excitetur.* 6. Labia inflammat & fauces. Optimum vocat *Bellonius lib. 3. obſerv. cap. 15.* amarum, guſtu calido, fauces incendens, flaveſcens leoninorum pilorum modo, in maſſam veluti ex granulis diverſi coloris coactum. 7. Sitis, quam excitat, notat caliditatem. 8. Venerem incitat. 9. πεπτικός ἐστι, eſt molle, maturat. *Ejus temperamentum.*

Non ſatisfacit *Capivaccius*, qui *l. 7. prax. c. 9. tract. de venenis*, ne omninò affirmare cogeretur, opium eſſe calidum, partes

 hetero-

heterogeneas, & diverſos frigiditatis & caliditatis gradus in eo exiſtere docuit. A caliditate in tertio, calidos effectus, à frigiditate in quarto *νάρκωσιν* procedere innuit.

Vires. MEDETUR trigæ enarratorum ſymptomatum pari affectionis gradû: ſopit facultatem turbatam, & iratum Archæum ejusque impetum ſedat. SOPIT facultatem triſti ſenſatione, ab influxu humorum continuum ſolvente affectam, in doloribus: ſanguinem & animales ſpiritus variè agitatos FIGIT, eorumque motos COMPONIT fluctus in vigiliis: humores tùm ὠσεὶ, tùm ἕλξει, tùm naturali inclinatione fluentes REFRENAT.

INCRASSATIO in ſingulis habere videtur locum effectibus.

ANIMALIA ſuppeditant LAC, anodynum quod eſt & ſedativum, temporibusque illitum in infantibus ſomnum facit placidum.

MINERALIA: *ἀλάβαστρον* doloribus capitis medetur.

CAPUT IV.

Præparata officinalia ſicca, ſpiſſa, liquida.

Sicca. SULPHUR ⊕li *narcoticum Paracelſi*, & *Tinctura* ex eodem parata.

MAGISTERIUM ſedativum *noſtræ ordinationis*, *ἀνώδυνον καὶ ἀγρυπνον* eſt, omnesque evacuationes ſanguinis, & ſuccorum à ſanguine diverſorum compeſcit. DOS. g. iij. iiij.

Dia κωδειῶν in ſolido uſitatum Auguſtanorum, animadverſionibus Zwelferianis obſervatis, paratum.

TROCHISCI SEDATIVI commendatiſſimarum ſunt virium, parati ex *opii extracto*, cum 🜄, vel *vino malvatico*, artis obſervatis legibus concinnato, liquidiuſculo.

℞. *hujus* ʒiſ. *vel* ʒij, *ſacchari canthii* ℥ij, *cinamomi pulv. q. s.* *moſchi* ℈ſ, *ambræ* g. vj. *mucilag. gommi trag. cum aq. roſ. parata q. s.*

M. F. Trochiſci. S. Bruſtküchlein.

Dolores

Dolores quoscunque leniunt, vigiliis reſiſtunt, defluxionibus ad pectus, ſanguinis ſputo, hæmorrhagiæ, narium & uteri obviam eunt. Magnam opinionem, & ſalubritatis famam jamdudum acquiſiverunt.

CONSERVA *nymphææ, papaveris.* *Spiſſa.*

CONDITUM *caulium lactucæ Italicæ,* qui ampli ſunt & unum, interdum etiam & alterum pollicem æquant craſſitie, vel iidem ſaccharo obducti.

THERIACA recens, ob prædominantem [illegible] opii qualitatem magis activa.

EXTRACTA *croci, opii,* laudatum opii medicamentum delineatum *chimiâ in artis formam redactâ,* obviam it ſingulis prædictis ſymptomatibus.

AQUÆ *lactucæ, nymphææ, portulacæ, ſolani, compoſita Dorncrellii hypnotica.* *Liquida.*

SIRUPI *nymphææ, papaveris.* Porrigatur poſt cœnam cochlear j.

CAPUT V.

Magiſtralia compoſita.

℞. *magiſt. anodyni* g. iij. *coralliorum pp.* *Sicca.*
elæoſacchari citri a. ℈ſ. M. in mortario marmoreo. S. Stärck-Pulver.

℞. *magiſterii anodyni.* g. iiij.
In cochleari cereviſiæ exhibeatur circà noctem, ſpe mitigationis ſymptomatum factâ.

℞. *laudati opii medicamenti* g. iij.
Reformentur cum *oleo citri.* F. Pilulæ v.
In pyxide *magiſterio C. C.* involutæ dentur.
S. Schmertz-Ruhe-Anhaltende-Pillen.

℞. *conſervæ roſarum rubrarum* ℥ij. *Spiſſa.*
laudani opiati ſucco citri ſoluti g. iij. iiij.
magiſt. perlar. ℈ſ. *lapidis bezoard. orientalis* g. ij.
M. In pyxide S. Schlaff-Zucker.

℞. *ſirupi*

℞. *ſirupi de papav.* ℥j, *nymphææ* ℥ſ,
pulveris croci g. ij, *magiſt. anodyni* g. iiij.
M. S. Schlaff-Safft.

Liquida. ℞. *ſem. papaveris albi,* ℥ſ, *lactucæ* ʒij,
amygd. dulc. excorticat. ℥j ▽ *viol. nymphææ* a. ℥viij.

Emulſio. Emulſioni colatæ cum expreſſione adde *ſacchari tabulati q. s.* ad gratum ſaporem. Si dolor, vigiliæ, im[illegible] excretiones urgeant, magiſterii anodyni ſedativi, g[illegible] iij, iiij, per intervalla exhiberi queunt, in cochleari.

℞. *ſirupi nymphææ,* *papaveris albi* a. ℥ß,
aquæ nymphææ ℥iij. *conf. de hyacintho* ʒſ.
M. F. Potio. S. Lind-Träncklein.

℞. *aq. hypnoticæ Dorncrellii* ℥iij, *cinamomi* ʒj,
margarit. pp. ℈j, *magiſt. anodyni Rolfinciani* g. iij.
S. Schlaff-Schmertz-oder Anhaltendes Wäſſerlein.

CAPUT VI.

Externa magiſtralia ſymptomata hæc oppugnantia.

CONveniunt DOLORIBUS & VIGILIIS moderandis cephalica externa *ſuo loco* propoſita, *emulſiones, epithemata.* Accommodari eadem poſſunt aliorum viſcerum doloribus.

EXCRETIONUM immoderationem temperant externa refrigerantia, & ſulphureas calidas ἀποῤῥοίας ſiſtentia. Hæmorrhagias narium, vaſorum pulmonis, uteri, ſiſtit *centinodium polygonum* axillis ſubligatum.

Lapis hæmatites manu detentus.

Bufo exſiccatus manu comprehenſus.

Fruſtum cretæ albæ digito annulari lateri affecto reſpondenti adnexum, donec incaleſcat.

CAPUT

CAPUT VII.

Alia ſymptomata attendenda.

Animi deliquia.

ANimi deliquia & vacillationes ſi urgeant, excipiendæ medicamentis ad certas cauſas, ſanguinis generationem vel contemperationem, generati ſanguinis abſumtionem, ſuffocationem & reſolutionem impedientes accommodatis.

Sitis à pulmonum æſtu:

SITIS, caloris & ſiccitatis ſoboles, cum à nimio pulmonum provenit æſtu, *cryſtallo ori indito, & frigido attracto aëre* mitigatur.

Celebre EST INSTRUMENTUM SITIM SEDANS excogitatum *à Sanctorio Sanctorio, & in comm. in primam fen. Avicennæ quæſtione 87.* deſcriptum. Conficitur ex vitro vel argento in formâ perſicorum lapidis, vel ſimili & foraminibus perexiguis undique pertunditur, repleturque vel ſero lactis, ſucco granatorum, ſirupo citri, vel alio quocunque liquore faucibus grato, & ægri ori inditur. Ex illius foraminibus ſudoris in modum liquor incluſus paulatim ſtillans effunditur, & ſitis optimè ſedatur. Modus, quo per foramina illa exigua inſtrumentum repleri poteſt, facilis eſt, ſi illud calefiat; pòſt calefactum liquori immergatur.

à Viſcerum aliorum intemperie.

Quæ verò à ventriculi, œſophagi, jejuni inteſtini, epatis, *τῶν σπλάγχνων συνεκπυρουμένων, viſcerum æſtuantium* intemperie oritur, mitigatur aquis refrigerantibus, julepis, emulſionibus & largiore potu.

Julapia.

℞. *aq. boraginis, endiviæ, acetoſæ juliolæ,*
fragorum, bugloſſæ a. ℥ii,
ſirupi citri perlati q. s. ad gratum ſaporem. M.

Emulſiones

EMULSIONES parantur refrigerantes & humectantes ex ſeminibus frigidis, cum magiſterio C. C.

Cryſtallus mineralis.

MINERALIS cryſtallus in aquâ fontanâ diſſolutus bibitus, & collutionis oris loco adhibitus internos viſcerum æſtus temperat.

GUERNERI ROLFINCII, PHIL. ET MED. DOCT. ET PROF. PUBLICI,

ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS COMMENTATORIÆ.

LIBER XIII.

De materiis præſidiorum

pharmaceuticis, quæ reſpiciunt cauſam morbi, quæ adhuc generatur, & ſecundùm generationis ſuæ principia requirit materias alterantes, & roborantes univerſales:

lapidem philoſophorum

& ☉ potabile.

CAPUT I.

Affirmantium proponuntur ſententiæ: dari lapidem philoſophorum.

Vilipendunt hæc ſpecifica nonnulli.

FRuſtraneam omnem hanc de confortantibus particularibus diſquiſitionem arguere poſſunt, qui *univerſalem medicinam* in oculis habent & animis. Hanc peroptimè ſanitati ſeu naturali partium viventium, quæ actiones edit diſpoſitioni,

tioni, ſuperaddere poſſe *ajunt* τὴν τελείωσιν τῆς ἐνεργείας, *perfectionem actionis*, ceu modum quendam ſuperadditum actioni in ſuâ eſſentiâ jam conſtitutæ, ut integrè, ſuaviter, & conſtanter illa exerceri poſſit, abſque ullâ infirmitatis notâ.

Hi tamen non omnes eandem de eâ fovent ſententiam.

Nonnulli admirantur univerſalem, ceu arboris vitæ Paradiſo implantatæ æmulam, quæ ita naturam roborare queat, ut indifferenter morborum inſultibus omnibus ſe opponere, & verè ab Hippocrate ipſi adſignatum titulum νούσων ἰατροῦ *morborum medicatricis* defendere queat. Naturam confortare volunt, calidi nativi balſamum reficiendo & τῶν ἐνορμώντων *impetum facientium*, ſpirituoſarum: τῶν ἰσχομένων *contentarum* humidarum fluentium, & τῶν ἰσχόντων στερεῶν μορίων *continentium ſolidarum partium* tonum conſervando.

2. *Alii* non ſolùm naturam roborando, ſed ſimul cauſas morbificas abſumendo & diſſipando, illæſâ corporis ſubſtantiâ, omniq; eo, quod in ipſo naturaliter eſt conſtitutum, intacto, univerſalem medicinam agere docent. Agmen horum ducit *Petrus Severinus in ideâ medicinæ*, dum univerſalem curationem definit per ablationem impuritatum vel radicum morbidarum, quæ perficiatur balſamo naturali remediorum humanæ naturæ convenientium, reſolvente & diſſipante impuritatum ſeminarias tincturas: corroborante verò, conſolidante & cuſtodiente innatum microcoſmi balſamum. Declarant hoc exemplo ignis, qui omnia adurit, & antimonii, quod omnia metalla imperfecta conſumit. 2.

3. *Nonnulli* univerſalem medicinam vocant quatuor elementorum, ſeu primordiorum mundi quintam eſſentiam, quæ alia remedia acuit, iisdem ad effectus conſequendos ſtrenuè opitulatur, & humores in corpore peccantes ad tale obſequium diſponit, ut medicinis iſtis, quæ communiter uſurpantur, non reſiſtant, niſi ſummo vitæ & necis arbitro aliter viſum fuerit. 3.

4. Quidam frontem ita venalem gerunt, ut, *duce Paracelſo libro de viribus membrorum interiorum*, naturam excludant, & cor, aliaque viſcera nullam agendi aut reſiſtendi vim habere, 4.

ſed quieta ſedere, ſtatuant, univerſalem autem medicinam eſſe inſtar cordis, jecoris &c. cujusdam externi, quod reſiſtat, & peccantes humores, viſceribus quieſcentibus, eliminet.

Rationes. RATIONES in favorem tam deſideratæ medicinæ proponuntur *variæ*: 1. ſubtiliſſima eſt, 2. temperatiſſima. 3. Multa medicamenta polychreſta, ſimplicia & compoſita, pluribus morbis conveniunt. Ea virtus ſi intendatur, πάνχρηστον evadere poteſt. 4. UNICAM ſufficere, confirmatur: quia unum eſt, quod læditur, nempe ſpiritus vitalis. 5. una eſt cauſa mortis, nempe exſtinctio caloris nativi. Ergò unum remedium. 6. Una, *inquit Crollius baſilica chimica præfatione*, communis omnium hominum mumia, ſeu ſpiritus vitæ, ſicut & una morborum idea, quæ nihil eſt aliud, quàm interceptio ſpiritûs vitæ. Ergò & una medicina.

CAPUT II

reſpondet ad allata argumenta.

Generalis reſponſio. 1. DIſſenſus tot opinionum facit, ut minus, at ſpecifica plus fidei inveniant. Talis medicinæ univerſalis experimentum adhuc deſideratur. Non ſufficit una medicina. Obſervatum eſt, rerum naturalium vires determinatas eſſe & diſtinctas, medicasque poteſtates diſperſas eſſe in plurima, neque uni medicamento omnes conceſſas. Hinc tanta vegetabilium, mineralium, animalium varietas, ut ſinguli morbi ferè ſingularia habeant remedia. Fruſtra illa eſſent, ſi unum in omnes morbos generalem haberet poteſtatem, à Deo condita. Cum morbificæ cauſæ diverſiſſimæ ſint, iis expugnandis diverſæ facultates & virtutes adhibendæ.

2. Ea eſt rerum naturalium conditio, ut non quodlibet agat in quodlibet, ſed quodvis in determinatum ſeu proportionatum, tùm ratione qualitatis manifeſtæ, tùm occultæ.

Manifeſtarum qualitatum. Et MANIFESTÆ quidem, ſal in corpore peccans non niſi per ſal tollitur & curatur. Agens ut pro ſuâ naturâ agere poſſit, requirit ſubjectum patiens aptum, & illius actionis receptivum. Sic calculus in corpore non diſſolvitur ab oleoſis, mucila-

mucilaginoſis, hæc enim emolliunt, ſed à ſalibus & ſalinis ſpiritibus: contrà ſalia non diſſolvunt ♀rea. Patiens enim non recipit per modum imprimentis in ſe, ſed per modum ſuæ receptivitatis. Sic ignis chartam comburit, quia eſt combuſtibilis, fundit autem ☉ & liquefacit.

OCCULTÆ proprietatis virtus regulam hanc non limitat. Non hæc neceſſariò agit in plurima. Unum uni tantùm appropriatum & ſpecificum. Trahit magnes ferrum, non plumbum. Diverſæ operationes neceſſariò fluunt à diverſis principiis. Nec occultæ naturæ quod eſt, agit in qualitates manifeſtas. Hæ etenim & manifeſtum requirunt contrarium, frigiditas caliditatem &c. Ergo nec eâ ratione medicina univerſalis agere poteſt in qualitates manifeſtas, nec inde natos morbos curare. *Occultarum ratione.*

3. Natura, quantumvis roborata, non ſufficit omnibus expediundis negotiis. Quod naturam roborat, non ſtatim etiam morbum expellit: In veneno porrecto opus eſt alexipharmaco. In febribus exſtinguendis opus eſt purgante. Morborum medicatrix eſt natura, at non ſemper ſola, ſed ſæpiſſimè artis acceſſû ſublevata. Contingit, quod ſoli arti acceptum ferantur curationis adminicula. Illuſtrat hæc *chimiæ lib. 4. ſect. 1. cap. 35.* Natura ultrà virtutem ſuæ ſpeciei agere, & cauſam ſeipsâ non rarò graviorem & potentiorem abſque medicamenti juvamine vincere non poteſt. 3.

AD RATIONEM pro primâ opinione, à SUBTILITATE petitam, quâ inſtar cœleſtis formæ agat, ceu quinta quædam eſſentia ἄφθαρτος κατ᾽ οὐσίαν καὶ ἀνεμπόδιστος κατ᾽ ἐνέργειαν, *incorruptibilis ſecundùm ſubſtantiam, & incompeſcibilis ſecundùm virtutem*, reſpondetur, illam ſubtilitatem eſſe figmentum. Ἄφθαρτος non eſt quinta illa eſſentia, nec in æternarum ſubſtantiarum, quibus τὸ ἐνδέχεσθαι τοῦ εἶναι μηδὲν διαφέρει, *eſſe & potentia non differunt*, cenſu, quia ex corruptibilibus elaboratur, nihilque eſt in eâ, quod vim temporis & ætatis ſubterfugiat. Ἀνεμπόδιστος non eſt, quia materiæ labi immerſa. Non neceſſariò, quod ſubtile eſt, agit in plurima. Nil agere poteſt ultrà ſphæram activitatis ſuæ, quocunque modo. Quantumvis ſubtilis

Prima opinionis examen.

℞.

ad primum membrum.

1.

ſubtilis ſit *οἰνόςυγμα* naturæ & penetrabilis, nullam tamen agendi vim habet in ſalia. Ita nec medicina univerſalis agere poteſt in quælibet objecta.

2. A TEMPERATURA deductum argumentum dilui poteſt ſine negotio. Conceditur, quò quid exactiùs temperatum, eò perfectiores in ſuâ ſpecie edere actiones: ut piper exactè maturum calefacit intenſiùs, quàm vetuſtate corruptum. Hoc minùs, illud magis externis reſiſtit injuriis, & in roborando ventriculo majori cum vigilantiâ officium facit.

Non omnes intemperies per medicamentum aliquod exactiſſimè temperatum corrigi queunt. Contrariatur mediocritas omni exceſſui, & temperamentum exactum & ad pondus intemperiei omni, non tamen iſtâ mediocritate omnis poteſt corrigi exceſſus. Elementares enim cum excedunt, vim inferunt mediocritati.

3. A VARIIS MEDICAMENTORUM SIMPLICIUM VIRTUTIBUS non licet argumentari. Illa ſimplicia non ſunt corpora homogenea. Rhabarbarum terreſtris & fixioris partis ratione aſtringit, ſubtilioris & volatilis reſpectû alvum ſubducit. At medicina univerſalis perhibetur eſſe ſimpliciſſima.

Alterius membri prima hypotheſis diluitur.

ALTERIUS membri *prima* hypotheſis: dari unam mumiam & unum vitæ ſpiritum, conceditur: *altera* etiam, quòd una ſit morborum idea, conceditur, quia una eſt natura hominis, quæ patitur. At hoc de ſpecie ſolùm ita habet, non de individuo. Medicus autem ſpeciei non medetur, ſed individuo. Laborat ergò argumentum morbo *τοῦ ἑπομένου conſequentis.* Cum cauſæ morbificæ plures ſint, omninò & plura remedia ut ſint, neceſſo eſt.

Secunda hypotheſis refellitur.

SECUNDA hypotheſis nullum habet fundamentum. In ACTU MORTIS interceptio ſpiritûs vitæ adeſt, antecedentes variæ eſſe queunt, quæ varia requirunt medicamenta, cauſas removentia.

CAPUT

CAPUT III.

Reliquæ opiniones improbantur.

SECUNDA nullum ab △ & ♁ exemplo patrocinium exſpectare poteſt. Id oſtendit *Sennertus de conſenſu & diſſenſu chimicorum.* Nec △ adurit omnia, nec omnia diſſipat ♁. IGNIS adurit combuſtibilia, non aurum, non vitrum, ſed determinata. ANTIMONIUM imperfecta metalla abſorbet & in auras evomit, auro parcit. Inficias itur, panaceam omnibus corporum dyſcraſiis reſiſtere, iis autem, quæ naturaliter inſunt, parcere. *Ad tres ſequentes rationes reſpondetur.*

TERTIA opinio civitate donari nequit. Unico medicamento, aliorum virtutes propriâ vi agentium intendi poſſe veriſimile haud eſt. Humores morboſi, diverſas corruptionum facies habentes, uno etiam agente refrenari nequeunt.

QUARTA opinio lubricitate & vacillatione certat cum telis aranearum.

CAPUT IV

aurum potabile, rectiùs poculentum & ſorbile, vicarium ſpecificorum confortantium, proponit.

DAri aurum potabile inficias quidam eunt, ad naturam ſolidi hujus corporis, temperatiſſimi, in cujus conſtitutione æqualis omnium elementorum conſpiratio, ut unum alteri nec cedat nec prædominetur, nulli à terrâ putredini, ab aquâ violentiæ, ab aëre mutationi, ab igni corruptioni ſubjecti, cujus moles & ſtructura compactior, ut uni ipſi nil depereat igni, ab eo non niſi difficulter igniatur & accendatur, ſine deperditione ponderis liquetur, imò, quò ſæpiùs arſit, magis proficiat ad bonitatem, reſpicientes. *Dubitatur de τοῦ ἦ εἶναι. Alii adſerunt.*

Crollius baſilicâ chimicâ vulgare aurum potabile vocat putabile. Viæ vulgares ineptæ, *inquit*, humano generi inconducibiles. Aurum in melius non reducunt, neque alterant, ſed neque ſolvunt. Non eſt genuinum ☉ ſorbile. Reduci ſemper putat.

Angelus Sala in ſynopſi aphor. ſect. 2. aphor. 40. nec non *chryſologiâ ſect. 1.* hanc fovet ſententiam: ab auro non poſſe ſeparari ſubſtantiam quandam potabilem, ſed quomodocunque ſeparetur, reduci poſſe denuò in aurum.

Alii oſtendunt ſolvi poſſe in liquorem potabilem.

Alii ſtatuunt, ſolidum quantumvis corpus ſit aurum, enumeratis dotibus præditum, ſubjectum tamen eſſe communi rerum naturalium fato, ut redigi queat in atomos, id eſt, inſectiles particulas minimas, & exilimas moleculas, croci æmulas, tantæ minutiei, ut niſi plurimæ ipſarum fuerint junctæ, effugiant viſum. Phyſicæ diviſioni non amplius ſunt ſubjectæ, & ſola ipſarum congeries viſibilis eſt. Hæ ſi liquori commodo, quantumvis corroſionis haud experti, in vehiculo competente miſceantur, medicamentum eſt pluribus, non uni ſoli, ægritudinibus expoſitum. Vice ergò omnium ſpecificorum in ventrium & artuum, etiam ab occultâ qualitate profectis affectibus fungi poteſt.

Nonnulli ſe oſtentant menſtruo inſipido, quo auri obryzi compage ſolutâ, promittunt medicinam ſorbilem omnibus numeris abſolutam, omnibus ægritudinibus litem intentantem.

Ἐπίκρισις.

℞. concedendo Solare tale medicamentum, cordi ſingulari adſociatione appropriatum confortans, publicam promeritum laudem, quod ubi reliqua omnia ſuccubuerint, ipſum ſolum ab hoſte reportare palmam aptum natum: fieri etiam poſſe, ut pluribus ſuccurrat affectibus, ventrium & artuum, ſed quod ſine corroſivo fiat, omnibus promiſcuè occurrat morborum cauſis, & propterea ſpecificis tot ſeculorum experimentis opus haud ſit, id pernegamus. Rationes contrà medicinam univerſalem *in chimiâ in artis formam redactâ & diſſertatione chimicâ ultimâ* propoſitæ, hîc etiam militant. Ἑνὶ καλοποδίῳ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους, *autore Galeno 5. de ſanitate tuendâ cap. 11.* ἀδύνατον χρῆσθαι τοῖς σκυτοτόμοις. *Unum calapodium ad omnes homines accommodare ſutori impoſſibile.*

CAPUT

CAPUT V.

Butleriana univerſalis medicina.

HElmontius, *libro Butler inſcripto*, meminit lapidis, quem Butlerus intinxit in oleum olivarum. Hoc oleo inuncto & lapide linguæ admoto gravisſimos curavit morbos. *Lapis Butlerianus.*

Adjecit hæc verba: chariſſime, niſi eò devenias, quod unico remedio curare queas quemlibet morbum, manebis in tyrocinio, utcunque ſenex evaſeris.

MERCURIO ſuo diaphoretico efficacem medendi rationem adſcribit *Helmont*. *Mercurius diaphoreticus.*

Hæc auditû ſunt jucunda, ſed non pari excipiuntur applauſû. Multa experimenta finguntur. Non ſola indicatio vitalis attendenda, ſed etiam curatoria, & præſervatoria. *Exinguunt.*

CAPUT VI.

Confectio pro ſalute animarum & corporis, ſingulis his medicamentis conjungenda.

Spiritualis confectio.

℞. *rad. rectæ fidei, ſinceriſſimi cordis,*
largiſſimæ pietatis, certiſſimæ ſpei,
fol. ampliſſimæ miſericordiæ, jucundiſſimæ clementiæ,
fl. viol. i. e. humilitatis, roſ. i. e. char. lil. i. e. puritatis,
ſem. caſtitatis, eleemoſynarum a. ℔. *innumerabiles,*
herbarum abſinthii i. e. contritionis,
aloes i. e. confeſſionis, agarici, i. e. ſatisfactionis,
myrrhæ i. e. pœnitentiæ, thuris i. e. contemptus mundi,
ʒ. diapoſtolorum, diamartyrionis,
trochiſc. diaſanctorum omnium aa. *prout lubet.*

Miſce in mortario conſcientiæ, & terantur piſtillo doloris, agitentur baculo juſtitiæ, cribrentur per paſſionem Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & cum ſaccharo divini amoris diſſolvantur in aquâ lacrymarum, apud ignem latum tribulationis, amaritudinis, & pœnitentiæ, cum patientiâ, donec fiat ſecundum artem conſcientiæ RECTA CONFECTIO CORDIALIS in Morſulis, purâ & ſincerâ mente quotidiè guſtandis, maſticandis, deglutiendis &c.

GUERNERI ROLFINCII,
PHIL. ET MED. DOCT. ET PROF. PUBLICI,
ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS COMMENTATORIÆ.
LIBER XIV.
De materiis præſidiorum therapeuticorum diæteticis.
SECTIO I.
De materiis præſidiorum diæteticorum therapeuticis, pertinentibus ad diætam naturalem.

CAPUT I.
De diætæ nobilitate, prærogativâ, & neceſſitate.

Medicina ſapientia.

Medendi ſcientia ſapientiæ pars primò habebatur, ut & morborum curatio, & rerum naturæ contemplatio ſub iiſdem autoribus nata ſit. Primus Hippocrates ex omnibus memoriâ dignis à ſtudio ſapientiæ diſciplinam hanc ſeparavit, vir arte & facundiâ inſignis. Poſt hunc

alii

alii artem ita docuerunt, ut etiam in diverſas medendi vias pro- *Tres medicinæ partes*
ceſſerint: iiſdemque temporibus in tres partes medicina di-
ducta eſt, ut una eſſet quæ victû, altera quæ medicamentis, ter-
tia quæ manû mederetur.

Contenderunt hæ à primâ ſuâ infantiâ inter ſe de princi- *Contendunt hæ de primatu*
patû non levi, ſed gravi diſſidio. Quælibet prætendit la preſe-
ance & *prærogativam*, quælibet vult ſalutari DAME D' HON-
NEUR, FILIA medicinæ PRIMOGENITA, & MANUS
DEXTRA.

PHARMACIA ſe præ aliis commendabilem reddit, argu- *Pharmacia primum prætendit locum.*
mentis deductis ab antiquitate, objecti varietate, & effectuum
dignitate.

ANTIQUISSIMA videtur eſſe. Deus inſpiravit Adamo
cognitionem virtutis omnium arborum, herbarum, & terræ 1.
fructuum. 2. Ægyptiorum medicina primordia petiit ab ex- 2.
perientiâ ſimplicium in publicis factâ compitis. 3. ἡ ἀρχαίη 3.
ἰητρικὴ ἐκ βοτάνης ἦν. *Prima medicina erat paucarum ſcientia her-
barum.* 4. Aſclepiades ſimplicibus utebatur medicamentis. 4.
Inde cum ſæpiſſimè injungeret uſum aquæ, *Varro* ipſum appel-
labat medicum aquæ dulcis.

CHIRURGIÆ dignitatem tuetur, quod ab heroibus ex- *Chirurgia ſibi jus præcedentiæ tribuit.*
culta, hisque ſolis eam exercere fuerit permiſſum, ut in-
nuere videtur *Aelianus lib. 2. de animalibus cap. 18.*

Dionyſius Tyrannus magnam capiebat voluptatem ab 1.
exercitio hujus artis. Joſina Rex Scotorum chirurgiam, quam
didicit ab Irlandis, cum quibus converſabatur familiariter,
cum parente ſuo eò in exilium miſſus, exercebat feliciter. Me-
moratur in antiquis monumentis fide dignis, nobiles Scotos,
ad exemplum hujus Principis, vulnerum curationibus operam
dediſſe.

2. *Hippocrates lib. de officinâ* ita loquitur de chirurgiâ, ac
ſi non diſtingueretur à medicinâ.

3. Nobiliſſimæ tres partes ortum debent medicinæ 1. Ana-
tome, liber naturæ apertus, nauclerus & oculus medicinæ 2 Ex-
ternorum affectuum ratione dignitatem cum medicinâ, quæ
internis medetur, habet communem. Medici Pariſienſes con-

 ſulta-

ſultationes inſtituunt cum chirurgis, non cum pharmacopœis, & clinicis culinariis. 3. OPERATIONES exercet admirabiles, lithotomiam, ὑπερεμβρυοσυλκίαν, trepanationem, catarrhactæ depoſitionem. In pharmaciâ & diætâ dubitari poteſt, ſanatio magis debeatur naturæ, an arti. In chirurgiâ artis opera eminentiſſima ſunt. Non minus præſidia chirurgica ſunt manus Dei, quàm medicamenta.

Diæta prioribus cedere renuit.

DIÆTAE eminentia magna. Illi in manu ſuâ à medicinâ concredita eſt regimen uſus rerum non naturalium, aeris, motus & quietis, ſomni & vigiliarum, cibi & potus, excretorum, & retentorum, animique affectuum, quibus homo nullo momento carere poteſt.

Aſclepiadis aſſimnum.

Aſclepiades, *autore Celſo lib. 5. in præfatione*, medicamentorum purgantium magnâ ex parte uſum non ſine cauſâ ſuſtulit: & cum omnia ferè medicamenta ſtomachum lædant, malique ſucci ſint, ad ipſius victus rationem potiùs omnem curam ſuam tranſtulit.

Suavitas horum mediorum major, quàm chirurgiæ ferocia, & pharmaciæ nauſea. Ita *Bart en ſa 2. ſepm.*

Et le bon medicin par regime & diete,
ayme mieux ſouſtenir la natura flouette
d'un corps, que ſans mourir languit a tous momens,
que le faire mourir par forts medicaments.

Sine diætâ nihil medicamenta proſunt.

Concluſio.

Non noſtrum inter eas tantas componere lites.

Relinquimus operam hanc aliis, in gravioribus contentionibus ſine ambitione verum ſciſcitari aſſuetis.

CAPUT II.

De diætæ diviſione.

Diæta vox dupliciter accipitur.

DIAETAE vox dupliciter ſumitur: *latè* pro omni ſex non naturalium rerum regimine, ſicque commodè diſtinguitur, in diætam naturalem, vitalem & animalem, & ſtrictè pro moderatione alimentorum ſolâ. Prima acceptio hujus eſt loci.

Prima acceptio.

Sex

Sex hæ res non naturales ſunt media, quæ *dextro uſu* bonum ſanguinem gignunt, & ita ad τὸ εἶναι animalis viam ſternunt, *ſiniſtro uſu* morborum cauſæ fiunt, & ſic ad τὸ μὴ εἶναι faciunt. Iterum duplici munere humanis ſuccurrunt indigentiis: virtute ὑγιεινῇ ſanitatis & virium quod ſupereſt, reficiunt, θεραπευτικῇ verò exceſſum infirmitatis corrigunt. Primum ſcopum exſequuntur, quà ſunt ὁμοιότροπα *ſimilia* temperamento, alterum, quà ſunt ἐναντία *contraria*. *Sex res non naturales ſunt media* *Similia,* *contraria.*

Ἴησις, *inquit Hippocrates lib. 6. epidemiorum ſectione 5. textu 7.* ἀντίνοον μὴ ὁμονοεῖ τῷ πάθει. *medicatio, contrarium cogitans, non conſentit adfectui.* Hæc *Galenus in comm.* ſtatuit innuere, *quod contraria contrariorum ſint medicamenta.* *Sententia Hippocratica.*

CAPUT III.

De diætâ naturali.

NATURALIS diæta magnum ad valetudinem confert momentum. *Naturalis diæta dignitas.*

Galenus de uſu theriacæ ad Pamphilianum, οὐδὲν οὕτως, *ſcribit,* δεινὸν ἰσχυρὸν ἐν ἰατρικῇ βοήθημα, τὸ τὴν ἐξ αὐτοῦ γινομένην ὄνησιν δύναται ἐπαγαγεῖν, ἢ ἀντιπερατούμενον ὑπὸ τῶν κατὰ δίαιταν, ἢ μὴ συνεργούμενον. *Nullum tàm efficax remedium medicina habet, quod ſolitum auxilium afferre queat, ſi ei victus vel reſiſtat, vel non adjuvet.* *Galeni teſtimonium.*

Victûs ratio virtutem ægri, robur naturæ ejusque conſervationem, & morbi profligationem non minùs quàm medicamenta omnia procurat. Turpis calamitas eſt, victûs rationem in morborum magnorum & longorum curatione negligere.

Aretæus diætam commendat *l. 2. curat. diuturnorum cap. 6.* ἢ ἐν τοῖσι ἄλλοισι πάθεσι μετὰ τὴν θεραπείην δίαιτα, ἐς ἰσχὺν καὶ κράτος τοῦ σώματος ἐκπεψίη ἀγαθή. *In aliis morbis poſt curationem diæta ad vires & robur corporis, bona concoctio eſt.*

Suſtentatur, *inquit Cicero l. 2. offic.* valetudo notitiâ ſui corporis, & obſervatione earum rerum, quæ aut prodeſſe aut obeſſe ſoleant, & continentia in victu omni, atque cultu, corporis tuendi cauſâ, & prætermittendis voluptatibus. Et *Plinius* *Adſenſus Ciceronis,*

miratur, quod omnia animalia præter hominem ſibi ſalutaria noſcant.

Seneca.

Cauſam hujus rei egregiam reddit *Seneca*: inter cauſas, *inquit*, malorum noſtrorum hæc una eſt, quod vivimus ad exempla aliorum, nec ratione componimur, ſed conſuetudine adducimur: quod ſi pauci faciunt, nolumus imitari: cùm plures facere cœperunt, quaſi honeſtius ſit, frequentes ſequimur, & recti apud nos locum tenet error multorum. Et *epiſt. 39.* ita loquitur: Voluptatibus, quibus ſe immergunt, in conſuetudinem adductis carere non poſſunt, & ob hoc miſerrimi ſunt, quòd eò perveniunt, ut illis, quæ ſupervacua fuerant, facta ſint neceſſaria. Serviunt itaque voluptatibus ſuis, non fruuntur, & mala ſua, quod malorum ultimum eſt, amant. Tunc autem conſummata eſt infelicitas, ubi turpia non ſolùm delectant, ſed etiam placent; & deſivit *eſſe remedium*, ubi, quæ fuerunt vitia, mores ſunt. Quemadmodum, qui in diætâ peccant, pluries ægrotant, ita qui pluries ægrotant, obſervatis diætæ regulis convaleſcunt. Naturæ morborum curatricis manus ſunt, tùm vitro & vitæ ratio.

Remedium victus potens eſt.

Nullum tàm potens remedium, quod optatam præſtare queat operam, ſi ex victu aut conturbetur, aut non adjuvetur. Quemadmodum eadem multùm admodum in omnibus corporis malis proficit, ita exacta obſervatio ægris tantò magis neceſſaria eſt, quantò magis obnoxia iis infirmitas.

CAPUT IV

victûs in ſpecie ita nominati formam exponit.

Ingredientia totum corpus alterant.

Τὰ *εἰσιόντα cibus* & *potus* primò ventrem quidem, poſt etiam vicinas partes afficiunt, & deinde ſubſequas, ita ut nullus microcoſmi, qui non ab utroque alteretur, ſit angulus. Indicatio inſtituendi victûs petitur à VIRIUM tùm præſentium tùm futurarum CUSTODIA. VARIATIO imperatur à diversâ virium & rerum p.n. proportione, quoad formam, quanti-

quantitatem continuam & diſcretam, tempus, qualitatem, ita ut in omnibus appareat *προσομοίωσις aſſimilatio* & convenientia.

1. *τὸ σχῆμα τῆς διαίτης χτ. τὸ ἰσχυρὸν κ. ἀσθενές.*

forma victus forte & debile ejus reſpiciens, comprehendit ſub ſe duo, ſpeciem & modum ſubſtantiæ.

Species victus tres.

species victus *ab Hippocrate lib. de veteri medicinâ* recenſentur tres: *τὰ ἐδεστὰ, ῥοφήματα καὶ πόματα, ea quæ comeduntur, ſorbentur, & potantur.* Diverſis hæ à *Galeno* deſignantur nominibus *1. aphor.* 4. *παχὺς, λεπτὸς, καὶ σύμμετρος, craſſus, tenuis, mediocris.* Ad *craſſum* victum & plenum pertinent *τὰ ἐδεστὰ,* ſolidæ quæ reſarciunt effluvium ſubſtantiæ: ad *tenuem* partim *τὰ ῥοφήματα*, quæ carnoſas reparant partes: partim *τὰ πόματα, potiones*, ſpirituoſæ quæ reficiunt defectum & effluvium ſubſtantiæ: ad *mediocrem* referuntur, quæ inter cibos ſolidos, & ſorbitiones & potiones mediant.

Tenuis victus tribus diſtinctus eſt gradibus.

Tenuis victus rurſum tribus eſt diſtinctus gradibus. 1. *ἡ δὲ λεπτὴ δίαιτα ἁπλῶς* victus tenuis ſimpliciter alius eſt, & conſiſtit in ſorbitionibus craſſioribus. 2. *πάνυ λεπτὴ, διαίτη ἡ λεπτοτάτη, valdè tenuis ac tenuiſſimus victus* requirit ſorbitiones admodum tenues. 3. *ἀκριβὴς ἡ ἐσχάτως λεπτοτάτη διαίτη, exactè tenuiſſimus victus* expoſtulat *πόματα*, aut omnimodam abſtinentiam.

2. *Modus ſubſtantiæ victûs.*

modus substantiae victus æſtimatur 1. ratione bonitatis & malitiæ, inde cibus *εὔχυμος, καὶ κακόχυμος, boni ſucci vel mali.* 2. ratione ſecundarum qualitatum eſt *εὔ ἢ δύσπεπτος, facilè aut difficilè coctilis.* 3. ratione præparationis, cibi ſuaviores fiunt & gratiores.

Tenuis diæta periculoſa.

in morbis tàm acutis quàm chronicis, generalis Hippocratica locum habet *1. aphor.* 4. propoſita regula: *αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσι αἰεὶ πάθεσι, καὶ τοῖσι ὀξέσιν, οὗ μὴ ἐπιδέχεται, σφαλεραί. καὶ πάλιν αἱ ἐς τὸ ἔσχατον λεπτότητος ἀφιγμέναι, χαλεπαί. Victus tenuis atque exquiſitus in morbis quidem longis ſemper, in acutis verò, in quibus non convenit, periculoſus. Et rurſus, qui ad extremum devenit tenuitatis, gravis eſt. Nam & repletiones, quæ ad extremum deveniunt, graves ſunt.*

Inter

Medium tutiſſimum.

Inter defectum & exceſſum ambigere tutius eſt, inclinare gravius, medium tenere tutiſſimum. Errores in tenui victu, in ACUTIS, prævalente indicatione virtutis, deteriores in defectu; prævalente morbo, deteriores in exceſſu, in pari indicatione pares errores.

οὐ γὰρ ἐκ τῶν καταποθέντων, autore Galeno 11. θεραπευτικῆς μεθόδου cap. 11. ἀλλ' ἐκ τῶν κατεργασθέντων ἐν τοῖς εἰρημένοις σπλάγχνοις, ἡ χορηγία τῆς τροφῆς ἐστιν ὅλῳ τῷ σώματι. Non enim ex iis, quæ devorârit quis, ſed ex iis, quæ in iam dictis viſceribus confecerit, alimentum toti corpori ſuppeditatur.

Victus ſpecies in febribus deſignatur

IN FEBRIBUS victûs ſpecies deſignatur à duobus: 1. febris ſpecie, diſpoſitione ſeu acumine, *ἢ κάτοξυς, ὀξὺς, ἢ μέσος πυρετὸς, ἢ χρονικὸς*, prout febris eſt peracuta, acuta, an media, an chronica. 2. ſtatus diſtantiâ.

1. à ſpecie & acumine febris.

PRIMUM indigitatur *1. aphor. 7. ὅκου κάτοξυ τὸ νόσημα, αὐτίκα τοὺς ἐσχάτους πόνους ἔχει, καὶ τῇ ἐσχάτως λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι. Ubi morbus peracutus eſt, ſtatim extremos habet labores, & extremè tenuiſſimo victu utendum.*

Si febris ſit exactè peracuta, ut quæ primò quaternario finiatur, tenuiſſimus à principio ſtatim indicatur victus, aut omnimoda abſtinentia.

Si peracuta ſit febris, ſufficiunt *τὰ πόματα*: oxymel, melicratum, aqua vel cocta, vel hordeacea, aut Julepi.

Sin acuta exactè, *τὰ ῥοφήματα, ſorbitiones* conveniunt, ſed tenuiores, ut ſuccus ptiſanæ liquidior.

Sin acuta ſimpliciter, quæ decimum quartum attingit, ſorbitio craſſior conceditur, aut ptiſana integra cocta, vel quæ his proportione reſpondent, alimenta ſimilia.

2. Statûs diſtantiâ.

ALTERUM, nimirum OBSERVATIO STATUS, innuitur *1. aphor. 9.* cum *συντεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ, inquit, καὶ τὸν νοσέοντα, εἰ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νούσου, καὶ πότερον ἐκεῖνος ἀπαυδήσει πρότερον, καὶ οὐκ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ, ἢ ἡ νοῦσος πρότερον ἀπαυδήσει καὶ ἀμβλυνεῖται. Coniectari oportet, an æger ſufficiat cum victu perdurare, donec morbus conſiſtat, & numquid prius ille deficiat, nec poſſit cum victu perdurare, vel morbus antea deficiat atque hebeſcat.*

IN DIARIIS ſpecies victûs non magnam requirit ſollicitudinem. Ad reparationem deperditorum ſpirituum momentaneam illam ſufficiunt ῥοφήματα, *ſorbitiones* liquidiores.

In diariis ſufficiunt ſorbitiones.

IN HECTICA craſſiori victui dicata ἐδεστὰ, alimenta *comeſtibilia* ad ſolidæ reparationem ſubſtantiæ neceſſaria ſunt nonnunquam.

In hecticâ comeſtibilia.

IN INTERMITTENTIBUS chronicis, quartanâ imprimis, craſſior victus omninò neceſſarius eſt, illeque appetitui denegari non poteſt. Præceptum clariſſimum eſt *Philoſophi ſect. 1. probl. 57.* Τεταρταίοις πυρετοῖς δεῖ μὴ λεπτύνειν, *in quartanis febribus non oportet attenuare.* Optumè *Gaza* de ratione victûs primam hanc partē cenſuit intelligendam. In acutis morbis attenuare victum oportet, & tantum ſolùm victûs concedere, quantum pro viribus ſuſtinendis, brevi illo tempore, quo duraturæ ſunt febres, ſufficere poteſt, quod cum breve ſit, tenui etiam ſubſtantiâ, & paucâ qualitate opus habet. In quartanis autem febribus, cum diuturnæ ſint, ſi tenui victû uteremur, virtus ſufficere non poſſet ad ſtatum usque morbi, ſed omninò ſuccumberet.

In intermittentibus chronicis craſſior competit victus. Craſſum victum in quartanis imperat Philoſophus.

CAPUT V

victûs exponit quantitatem. Indicatur à virtutis concoctricis robore: coindicatur à temperamento, ætate, regione, conſuetudine.

QUANTITAS continua victûs, differentiæque ejusdem, multum, parum & mediocre, obſervanda, eâdem victûs manente formâ, indicantur à VIRTUTIS ROBORE, præſertim CONCOCTRICIS, & ita moderandæ, ne τὸ πλεῖω καὶ ἐνδεὲς, *copia & indigentia* noceant. Neutri, neque ciborum detractioni, neque adjectioni njmis indulgendum. Ἔτι καὶ διαφέρουσιν αἱ καθ' ἕκαστον παιδεῖαι τῶν κοινῶν, *inquit Philoſophus 10. ethicor. cap. 10.* ὥσπερ ἐπὶ ἰατρικῆς. καθόλου γὰρ τῷ πυρέττοντι συμφέρει ἀσιτία καὶ ἡσυχία. τινὶ δ' ἴσως οὔ. *privatæ educationes differunt à publicis, non ſecus ac in medicinâ, cum enim univerſalem febricitanti inedia & quies conferant alicui, tamen fortè non ita conducunt.*

Quantitas victûs indicatur à virtutis concoctricis robore. Neque detractioni, neque adjectioni nimis indulgendum.

 Inedia

Inedia quidem prodeſſet, ſed à viribus haud admittitur.

Inedia omnimoda quidem omnibus morbis conveniret, lentum remedium, in innumera mala valiturum, imò ſolum τὴν ἔξω τοῦ σώματος κένωσιν, ἣ μὲν λόγῳ θεωρηταῖς ἐκτελεῖται ἐκροαῖς, *vacuationem extra corpus, quæ inſenſibilibus perficitur effluviis*, διαπνεύσις à Galeno indigitatur, expediturum, ſi periculum moræ eſſet nullum. Eſt autem illud ingens; nam partes, alimento deſtitutæ, indebito collabeſcerent fruentes otio, ſpiritus deficiente in auras evaneſcerent pabulo, circulantisque cùm deficeret ſanguinis impulſus, ſimul etiam vitalis molendinæ, cordis nempe, feriaretur motus.

Mediocris abſtinentia conducit.

Commendata itaque à *Galeno* ἀσιτία σύμμετρος, *mediocris inedia*, inter ſpecies διακενώσεως, ſeu κατὰ βραχὺ κενώσεως, admitti nonnunquàm poteſt. Quantum enim detrahitur ſalvis viribus de cibo, tantum & de pravis detrahitur humoribus. Medicus autem officii ſui eſſe ſciat, neque ægrum ſuperfluâ materiâ onerare, neque imbecillum fame perdere.

Continua quantitas alimentorum in genere.

CONTINUA alimentorum ſolidorum & liquidorum QUANTITAS, IN GENERE conſiderata, ſit moderata. Σιτία, ποτὰ, μέτρια. *cibi, potus, moderati.* Ita *Hippocr. 6. epid. comm. 4. t. 7.* Εἰ μὲν ἄνθρωπος ὀλίγα ἐσθίῃ καὶ ὀλίγα πίνῃ, οὐδεμίαν τούτῳ νοῦσον παρέχει. Ita *idem 4. de morbis, ſin homo pauca edat, & bibat, nullum ei morbum infert.*

μέτρῳ μὲν τε φαγεῖν, τε πιεῖν, καὶ μυθολογεύειν.
πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίη δ' ἀλεεινή.
Moderatè cibum potumque ſumas, & loquaris.
Modus omnium optimus: exceſſus autem vitandus.

Limitant hanc quantitatem.

TEMPERANT hanc victûs rationem aut liberaliorem efficiunt in quantitate ipſâ circumſtantiæ virium, temperamenti, ætatis, regionis, anni temporis & conſuetudinis.

1. robur virium.

I. VIRIUM ratione ſit talis, ut VIRES INSTAURET, NON GRAVET. δεῖ δὲ γὰρ μέτρου τινὸς στοχάσασθαι, μέτρον δὲ οὐδὲ σταθμὸν, οὐδὲ ἀριθμὸν οὐδένα ἄλλον πρὸς ὃ ἀναφέρων εἴσῃ τὸ ἀκριβὲς, οὐκ ἂν εὕροις ἄλλο, ἢ τοῦ σώματος αἴσθησιν. *Oportet modum conjecturâ adſequi. Modum autem neque* PONDUS, *neque ullum alium* NUMERUM, *vel* MENSURAM *ad quem iſta referas, ut exactè cognoſcas, non ullum alium invenias, quàm* CORPORIS SENSUM.

Galenus

Galenus 7. methodi medendi cap. 6. menſuram potulentorum & ſolidorum iisdem limitibus circumſcribit: ὁ σκόπος τῆς ποσότητος ἐπὶ μὲν τοῦ πόματος, ὡς μηδέποτ᾽ ἐκπλεῦσαι τῇ γαστρὶ, καὶ κλύδωνος ἐργάζεσθαι ἤγουν αἴσθησιν. ἐπὶ δὲ τῶν σιτίων, μάλιστα μὲν εἰ οἷόν τε, μὴ δὲ βαρῦναι ποτὲ αὐτήν. *Potionis is modus erit, ut nec in ventriculo innatet, nec fluctuationis ullius ſenſum invehat: ciborum verò potiſſimum, ſi fieri poſſit, ut ne gravent quidem.*

Aliter quantitatem determinat *Hippocrates 6. epidem. com. 4. t. 22.* quæ vix fami explendæ ſufficiat. *Ἄσκησις ὑγιείας, inquit, ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων. Sanitatis ſtudium eſt, non ſatiari cibis, nec impigrum eſſe ad labores.*

Avicenna etiam *canonis lib. 3. tract. doctr. 2. cap. 7.* cum reliquiis famis à menſâ ſurgendum monet.

Particulare eſt præceptum, non univerſale. Locum habet hujus menſuræ regula in iis, qui ventriculo frigido præditi ſunt. Hi utplurimum plus appetunt, quàm coquunt. Hos non exſaturari, ſed deſiſtere æquum eſt, antequam ullus gravati ventriculi ſenſus oboriatur. CALIDI cum minus appetant, ſaturi ſecedere poſſunt. TEMPERATI menſuram quantitatis ciborum conſtituant appetitum, non enim plus appetunt, quàm coquere poſſunt.

In omnibus his cùm peccaret Perilluſtris Dn. Dn. JULIUS HENRICUS AB HOYM, Dn. in Droſigt / hypochondriaco-melancholicus, & ad ſtateram panem, ad menſuram exactiſſimè potum examinaret, cibosque alios infrà ſatietatem adſumeret, non ſolum ſibi non conſuluit ad votum, ſed etiam ob pabuli defectum cachexiæ periculum incurrens, pedibus cœpit tumere, veſtigia digitorum retinentibus. Et hydropem certò non effugiſſet, niſi ſolidis rationibus convictus mutaſſet ſententiam. Idem tamen, quod auditu rarum, in magnâ diætæ bonæ obſervantiâ, arthritidis variis inſultibus, & nodoſis articulorum tumoribus correptus, paucorum annorum intervallo, vitam cum morte commutavit.

Illuſtratum exemplo illuſtris viri ad numerum, pondus & menſuram victûs rationem inſtituentis.

Caveant ſibi *κακοστόμαχοι ἀμοχύλιοι, imbecillum habentes ventriculum, & crudum generantes chylum,* flatuoſumque, qui tertiâ vel quartâ poſt cibum ſumtum horâ reſolvitur, aliquâ ex

Admonitio

parte in flatus, qui excernuntur eructationibus, quæ nonnunquam non conclave ſolùm, ſed & integras ædes, imò etiam vicinias ſonitu ſuo complent, ne, dum menſuram & pondus nimiâ obſervant curioſitate, τῇ σώματος αἰσθήσει, *corporis ſenſu* in conſilium non adhibito, peccent in NE QUID NIMIS.

2. *temperamentum.* II. Bilioſi TEMPERAMENTI febricitantes curioſiùs moderentur parci victûs habenas, non facilè enim inediam ferunt, in ægritudinibus his ſibi cognatis. Pituitoſi prolatæ cœnæ moram patientiùs ferunt. διαισθησία orificii ventriculi crebriorem oblationem urget, ne dilatis alimentis καρδιωγμοὶ inſequantur.

3. *ſenſus corporis præcipua quantitatis regula à Galeno adſignata.* III. Imprimis autem individuum quantitatis victûs μέτρον, σταθμὸν καὶ ἀριθμὸν, *modum, pondus, & numerum*, ad quem τὸ ἀκριβὲς, *accuratam menſuram* referre quis poſſit, nullum alium eſſe *ait*, ἢ τὴν τοῦ σώματος αἴσθησιν, *quàm corporis ſenſum*. Vult tantum cibi dandum, qui neque corpus gravet, neque illud marceſcere faciat. Prioris exceſſus ſubjungit τῆς νόσου αὔξησιν, *morbi augmentum*: poſterioris τοῦ σώματος φθίσιν καὶ ἀῤῥωστίαν, *corporis marcorem*.

4. *ætas.* IV. Ad ÆTATIS captum quantitas & oblationum numerus variatur. Γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι, δεύτερον οἱ καθεστηκότες, ἥκιστα μειράκια, πάντων δὲ μάλιστα παιδία, *autore Coo 1. aphor. 13. ſenes faciliùs jejunium ferunt, deinde ætate conſiſtentes, minùs adoleſcentes, omnium minimè pueri.*

5. *regio.* V. REGIONES etiam variant. Copioſior cibus offerendus, Arctois qui febricitant in oris: parcior, qui meridiano appropinquant.

6. *anni tempus.* VI. ANNI TEMPUS quantitatem ciborum determinat. Αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμότεραι, φύσει, *ſcribit Hippocrates 1. aphor. 15.* καὶ ὕπνοι μακρότεροι. Ἐν ταύτῃσιν οὖν τῇσιν ὥρῃσι, καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον. *Ventres hyeme calidiores & vere, ſomnique longiores. Inde & in his alimenta copioſiora exhibenda.*

Plus vel minus bifariam dicitur. Plus vel minus *bifariam* dici poteſt: ſecundùm numerum, vel virtutem. Plus alimenti hyeme porrigendum, & rariùs ſecundùm vim & virtutem, calor enim nativus vegetior: quamvis enim copia ſit major, meliùs tamen coquitur.

A. ſecundùm virtutem.

Æſtate

Æſtate verò plus dandum ſecundùm numerum, *cum enim difficulter cibaria ferant, quod calor nativus, qui ea coquere debet & perficere, paucus habetur, ne univerſum multumque demus, modis omnibus cavendum, ſed ſæpius, & parùm cibi capere permittendum eſt.*

2. ſecundũ numerum.

VII. A CONSUETUDINE, quæ ἐπίκτητος φύσις eſt, quantitas & NUMERUS oblationis ciborum ſuam habet menſuram. Μονοσιτέειν, adſueti rarius: πολυσιτέειν, *pluries comedere ſoliti*, crebriùs accipiant. Qui bis cibari ſoliti, iis in continuis bis ptiſana offerenda. Καὶ οἷσιν ἅπαξ ἢ δὶς καὶ πλείω ἢ ἐλάσσω, καὶ κατὰ μέρος, *& quibus ſemel aut bis, aut quibus plura, aut pauciora, aut particulatim* cibum ſumere moris fuit, eô modô etiam offerendus, *autore Coo a. aphoriſmorum 12. & lib.* περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς, *de veteri medicinâ.*

7. Conſuetudini in quantitate victûs multum tribuitur.

ὥσπερ γὰρ, egregiè *Galenus 5. de ſanitate tuendâ cap. 11.* ἑνὶ καλοποδίῳ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ἀδύνατον χρῆσθαι τοῖς σκυτοτόμοις, οὕτω τοῖς ἰατροῖς ἰδέα βίου συμφέρουσα μία, *ſicuti fieri non poteſt, ut unum calopodium ad omnes homines ſutor accommodet, ita nec medicus unam omnibus, vitæ quæ conducat, ſpeciem.*

Non enim unum calceus omni congruit pedi.

CAPUT VI.

Abſtinentiæ commendatio.

ABSTINENTIÆ magna in curatione morborum vis. Duo abſtinentiæ genera conſtituit *Celſus lib. 2. cap. 16.* Alterum, ubi nihil adſumit æger: alterum, ubi non niſi quod oportet.

Abſtinentia medicina fungitur vice

Ut in præſervatione futurorum, ita etiam in curatione præſentium morborum utriusque abſtinentiæ magna vis.

Commendatio *præſervationis* proponitur à Conſtantio, de quo *Ammianus Marcellinus rerum geſt. libro 21.* In vitâ parcâ & ſobriâ edendi potandique moderatione valetudinem ita retinuit firmam, ut raros colligeret morbos.

in præſervatione,

In *curandâ valetudine* magnum in abſtinentiâ momentum conſiſtere, exponit *Celſus lib. 3. cap. 2.* his verbis: ſæpiùs ſola abſtinentia ſine ullo periculo medetur.

curatione. r.

eſt: ſi enim cibati fuerint in illâ horâ, quâ in digerendo natura occupata eſt, ægritudo confirmabitur, & ſequens paroxyſmus erit moleſtior, propterea ad declinationis horam cibum poſtponere convenit. Non ſolùm autem in febribus menſuranda *ξυμφορία*, *tolerantia* virium ægri ad trutinam particularium acceſſionum, ſed etiam

II. Ad conſuetudinem febricitantis tempus cibationis refertur.

II. CONSUETUDINEM ægri, præcipuè in continuis, quæ continenter affligunt, nullamque vel exiguam videntur habere remiſſionem. His enim cibus dandus eâ horâ, quâ cùm ſani eſſent, cibari conſueverunt, conſuetudo enim facit, ut cibum eâ horâ meliùs tolerent. Experiebatur id nobilis æger, acutâ febre continuâ per ſubingreſſum paroxyſmorum â cacochymiâ bilioſâ laborans. Hic non ferebat rigorem illum commodæ cibationis, *ὅταν ἡ θέρμη καταβῇ εἰς τοὺς πόδας*, *cum calor deſcenderet ad pedes*, neque etiam mutatio hæc adeò accuratè obſervari poterat. Conſuetis ſanitatis tempore cibatus horis meliùs ſenſim habere viſus, ad priſtinam brevi rediit ſanitatem.

III. Symptomatum ratione tempus etiam variatur.

III. Cum finis ſtatùs, aut medium paroxyſmi gravibus ſtipatur SYMPTOMATIBUS, ut lipothymiâ, & ſudoribus diaphoreticis, tum etiam in principio cibum porrigere neceſſitas poſtulat.

IV. ut etiam ratione cauſarum febrim excitantium.

IV. *Galenus 10. θεραπευτικῆς μεθόδου cap. 4.* ratione & experimento monſtrat, ab aliis habitus *παραδοξοποιός*, *abſurda faciens*, poſt etiam, cùm defenderet facta ſua, *παραδοξόλογος*, *abſurda defendens*, quàm utile ſit ante acceſſionem, vel in ipſâ acceſſione cibare, in iis nempe, qui ab inediâ, mœrore, irâ in febres inciderunt. In febri ortâ ex cauſis vehementer ſiccantibus atque exurentibus, ut itinere ſub ſole: evacuantibus, in hypercatharſi: exercitio nimio, in habitu gracili & ſicco, cibandi *καιρὸς* ſe offert etiam in principio. Quæ res ad neceſſitatem ſunt redactæ, minimum dubitationis deſiderant: at præſentiâ animi indigent ad periculum celeriter ſubeundum.

CAPUT

CAPUT VIII

qualitatem victûs exponit in morbis calidis.

COntrarius eſſe debet cauſæ morbi [illegible] cunque curatione, ita tamen ut ſimilis ſit ſimùl [illegible] ramento cordis. Debet eſſe ἀφαιρετικὸς καὶ [illegible]. Debet vires cuſtodire, & intemperiem propulſare. *Victus debet eſſe contrarius rei p. n.*

Temperatos cibos commendat *Galenus lib. de arte medic. cap. 86.* τῶν δ' ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων τὸ μὲν εὐκρατότατον. Ταῦτα γὰρ οἰκειότερα ταῖς εὐκράτοις φύσεσιν. *Cibi & potus optimam habeant temperiem. Sunt enim naturæ convenientiores, qui optimâ fuerint præditi temperaturâ.* *Temperatus.*

ORDINARIO modo IN FRIGIDIS ad caliditatem debet vergere.

IN CALIDIS MORBIS ad frigidum debet inclinare.

Febricitantium victus qualis eſſe debeat, indicatur à viribus, quatenus febrili calore turbatæ, mutationem ſubeunt in temperamento cordis & aliarum partium. *Victus febricitantium*

Talis eſt victus propoſitus *à Coo 1. aphor. 16.* ὑγραὶ δίαιται πᾶσι τοῖσι πυρεταίνουσι ξυμφέρουσι, *victus humidus febricitantibus commodus.* *humidus*

Cum febrile incendium viſcera mirum in modum torreat, & vires pariter hoc æſtu vehementer deterantur, liquet confeſtim, victum hunc plurimùm utilitatis præſtare. Caniculâ vigente jucunda eſt poculorum frequentia, quidni febrili æſtu urgente prodeſſent humida? *commodiſſimus.*

Humidus debet eſſe victus actu & poteſtate. Faciliùs enim hôc reſtaurantur vires, cùm ob minorem reſiſtentiam liberiùs in cibum actû humidum nativus agat calor: & ratione actualis hujus humiditatis caloris quodammodò obtundatur acies. *Humidus eſſe debet actu & poteſtate.*

Interrogati, cur *Cous* humidi potiùs mentionem faciat victûs: cur non proponat victum frigidum, cùm febris calida magis paſſio ſit, quàm ſicca, ut inde frigidum [illegible]s, quàm humidum calido ſit inimicum? *Videtur* ἡ ἐναντίωσις in frigido victu magis reſpicere febris naturam, quàm in humido. *Quæſtio, cur humidi victûs ſolius meminerit Cous*

Hhhhhh *Reſpondent*

GUERNERI ROLFINCII,
PHIL. ET MED. DOCT. ET PROF. PUBLICI,
ORDO ET METHODUS MEDICINÆ SPECIALIS COMMENTATORIÆ.
LIBER XIV.
De materiis præſidiorum therapeuticorum diæteticis.
SECTIO I.
De materiis præſidiorum diæteticorum therapeuticis, pertinentibus ad diætam naturalem.

CAPUT I.
De diætæ nobilitate, prærogativâ, & neceſsitate.

Medicina ſapientia.

MEdendi ſcientia ſapientiæ pars primò habebatur, ut & morborum curatio, & rerum naturæ contemplatio ſub iisdem autoribus nata ſit. Primus Hippocrates ex omnibus memoriâ dignis à ſtudio ſapientiæ diſciplinam hanc ſeparavit, vir arte & facundiâ inſignis. Poſt hunc

aliis

alii artem ita docuerunt, ut etiam in diverſas medendi vias proceſſerint: iiſdemque temporibus in tres partes medicina diducta eſt, ut una eſſet quæ victû, altera quæ medicamentis, tertia quæ manû mederetur. *Tres medicinæ partes*

Contenderunt hæ à primâ ſuâ infantiâ inter ſe de principatû non levi, ſed gravi diſſidio. Quælibet prætendit la preſeance & *prærogativam*, quælibet vult ſalutari DAME D' HONNEUR, FILIA medicinæ PRIMOGENITA, & MANUS DEXTRA. *Contendunt hæ de primatu*

PHARMACIA ſe præ aliis commendabilem reddit, argumentis deductis ab antiquitate, objecti varietate, & effectuum dignitate. *Pharmacia primum prætendit locum.*

ANTIQUISSIMA videtur eſſe. Deus inſpiravit Adamo
cognitionem virtutis omnium arborum, herbarum, & terræ 1.
fructuum. 2. Ægyptiorum medicina primordia petiit ab ex- 2.
perientiâ ſimplicium in publicis factâ compitis. 3. ἡ ἀρχαίη 3.
ἰητρικὴ ἐκ βοτάνης ἦν. *Prima medicina erat paucarum ſcientia her-*
barum. 4. Aſclepiades ſimplicibus utebatur medicamentis. 4.
Inde cum ſæpiſſimè injungeret uſum aquæ, *Varro* ipſum appellabat medicum aquæ dulcis.

CHIRURGIA dignitatem tuetur, quod ab heroibus exculta, hiſque ſolis eam exercere fuerit permiſſum, ut innuere videtur *Aelianus lib. 2. de animalibus cap. 18.* *Chirurgia ſibi jus præcedentiæ tribuit.*

Dionyſius Tyrannus magnam capiebat voluptatem ab 1.
exercitio hujus artis. Joſina Rex Scotorum chirurgiam, quam didicit ab Irlandis, cum quibus converſabatur familiariter, cum parente ſuo eò in exilium miſſus, exercebat feliciter. Memoratur in antiquis monumentis fide dignis, nobiles Scotos, ad exemplum hujus Principis, vulnerum curationibus operam dediſſe.

2. *Hippocrates lib. de officinâ* ita loquitur de chirurgiâ, ac ſi non diſtingueretur à medicinâ.

3. Nobiliſſimæ tres partes ortum debent medicinæ 1. Anatome, liber naturæ apertus, nauclerus & oculus medicinæ 2 Externorum affectuum ratione dignitatem cum medicinâ, quæ internis medetur, habet communem. Medici Pariſienſes conſulta-

ſultationes inſtituunt cum chirurgis, non cum pharmacopœis, & clinicis culinariis. 3. OPERATIONES exercet admirabiles, lithotomiam, ὑστερεμβρυουλκίαν, trepanationem, catarrhactæ depoſitionem. In pharmaciâ & diætâ dubitari poteſt, ſanatio magis debeatur naturæ, an arti. In chirurgiâ artis opera eminentiſſima ſunt. Non minus præſidia chirurgica ſunt manus Dei, quàm medicamenta.

Diæta prioribus cedere renuit.

DIÆTAE eminentia magna. Illi in manu ſuâ à medicinâ concredita eſt regimen uſus rerum non naturalium, aeris, motus & quietis, ſomni & vigiliarum, cibi & potus, excretorum, & retentorum, animique affectuum, quibus homo nullo momento carere poteſt.

Aſclepiadis æſtimium.

Aſclepiades, *autore Celſo lib. 5. in præfatione*, medicamentorum purgantium magnâ ex parte uſum non ſine cauſâ ſuſtulit: & cum omnia ferè medicamenta ſtomachum lædant, malique ſucci ſint, ad ipſius victus rationem potiùs omnem curam ſuam tranſtulit.

Suavitas horum mediorum major, quàm chirurgiæ ferocia, & pharmaciæ nauſea. Ita *Bart en ſa 2. ſepm.*

Et le bon medicin par regime & diete,
ayme mieux ſouſtenir la natura flouette
d'un corps, que ſans mourir languit a tous momens,
que le faire mourir par forts medicaments.

Sine diætâ nihil medicamenta proſunt.

Concluſio.

Non noſtrum inter eas tantas componere lites.

Relinquimus operam hanc aliis, in gravioribus contentionibus ſine ambitione verum ſciſcitari aſſuetis.

CAPUT II.

De diætæ diviſione.

Diæta vox dupliciter accipitur.

DIAETAE vox dupliciter ſumitur: *latè* pro omni ſex non naturalium rerum regimine, ſicque commodè diſtinguitur, in diætam naturalem, vitalem & animalem, & ſtrictè pro moderatione alimentorum ſolâ. Prima acceptio hujus eſt loci.

Prima acceptio.

Sex

Sex hæ res non naturales ſunt media, quæ *dextro uſu* bonum ſanguinem gignunt, & ita ad τὸ εἶναι animalis viam ſternunt, *ſiniſtro uſu* morborum cauſæ fiunt, & ſic ad τὸ μὴ εἶναι faciunt. Iterum duplici munere humanis ſuccurrunt indigentiis: virtute ὑγιεινῇ ſanitatis & virium quod ſupereſt, reficiunt, θεραπευτικῇ verò exceſſum infirmitatis corrigunt. Primum ſcopum exſequuntur, quà ſunt ὁμοιότροπα *ſimilia* temperamento, alterum, quà ſunt ἐναντία *contraria.*

Sex res non naturales ſunt media

Similia,

contraria.

Ἴησις, *inquit Hippocrates lib. 6. epidemiorum ſectione 5. textu 7.* ἀντίνοον μὴ ὁμονοεῖ τῷ πάθει, *medicatio, contrarium cogitans, non conſentit adfectui.* Hæc *Galenus in comm.* ſtatuit innuere, *quod contraria contrariorum ſint medicamenta.*

Sententia Hippocratica.

CAPUT III.

De diætâ naturali.

NATURALIS diæta magnum ad valetudinem confert momentum.

Naturalis diætæ dignitas.

Galenus de uſu theriacæ ad Pamphilianum, οὐδὲν οὕτως, *ſcribit*, ἐστὶν ἰσχυρὸν ἐν ἰατρικῇ βοήθημα, τὸ τὴν ἐξ αὐτοῦ γινομένην ὄνησιν δύναται ἐπαγαγεῖν, ἢ ἀντιπεριϊστάμενον ὑπὸ τῶν κατὰ δίαιταν, ἢ μὴ συνεργούμενον. *Nullum tàm efficax remedium medicina habet, quod ſolitum auxilium afferre queat, ſi ei victus vel reſiſtat, vel non adjuvet.*

Galeni teſtimonium.

Victûs ratio virtutem ægri, robur naturæ ejusque conſervationem, & morbi profligationem non minùs quàm medicamenta omnia procurat. Turpis calamitas eſt, victûs rationem in morborum magnorum & longorum curatione negligere.

Aretæus diætam commendat *l. 2. curat. diuturnorum cap. 6.* ἢ ἐν τοῖσι ἄλλοισι πάθεσι μετὰ τὴν θεραπείην δίαιτα, ἐς ἰσχὺν καὶ κράτος τοῦ σώματος ἔπεψιν ἀγαθή. *In aliis morbis poſt curationem diæta ad vires & robur corporis, bonæ concoctio eſt.*

Suſtentatur, *inquit Cicero l. 2. offic.* valetudo notitiâ ſui corporis, & obſervatione earum rerum, quæ aut prodeſſe aut obeſſe ſoleant, & continentia in victu omni, atque cultu, corporis tuendi cauſâ, & prætermittendis voluptatibus. Et *Plinius*

Adſenſus Ciceronis.

 miratur,

miratur, quod omnia animalia præter hominem ſibi ſalutaria noſcant.

Seneca. Cauſam hujus rei egregiam reddit *Seneca*: inter cauſas, *inquit*, malorum noſtrorum hæc una eſt, quod vivimus ad exempla aliorum, nec ratione componimur, ſed conſuetudine adducimur: quod ſi pauci faciunt, nolumus imitari: cùm plures facere cœperunt, quaſi honeſtius ſit, frequentes ſequimur, & recti apud nos locum tenet error multorum. Et *epiſt. 39.* ita loquitur: Voluptatibus, quibus ſe immergunt, in conſuetudinem adductis carere non poſſunt, & ob hoc miſerrimi ſunt, quòd eò perveniunt, ut illis, quæ ſupervacua fuerant, facta ſint neceſſaria. Serviunt itaque voluptatibus ſuis, non fruuntur, & mala ſua, quod malorum ultimum eſt, amant. Tunc autem conſummata eſt infelicitas, ubi turpia non ſolùm delectant, ſed etiam placent; & deſivit *eſſe remedium*, ubi, quæ fuerunt vitia, mores ſunt. Quemadmodum, qui in diætâ peccant, pluries ægrotant, ita qui pluries ægrotant, obſervatis diætæ regulis convaleſcunt. Naturæ morborum curatricis manus ſunt, tùm vitro & vitæ ratio.

Remedium victu potens eſt. Nullum tàm potens remedium, quod optatam præſtare queat operam, ſi ex victu aut conturbetur, aut non adjuvetur. Quemadmodum eadem multùm admodum in omnibus corporis malis proficit, ita exacta obſervatio ægris tantò magis neceſſaria eſt, quantò magis obnoxia iis infirmitas.

CAPUT IV

victûs in ſpecie ita nominati formam exponit.

Ingredientia totum corpus alterant. Tà εἰσιόντα *cibus & potus* primò ventrem quidem, poſt etiam vicinas partes afficiunt, & deinde ſubſequas, ita ut nullus microcoſmi, qui non ab utroque alteretur, ſit angulus. Indicatio inſtituendi victûs petitur à VIRIUM tùm præſentium tùm futurarum CUSTODIA. VARIATIO imperatur à diverſâ virium & rerum p.n. proportione, quoad formam, quanti-

quantitatem continuam & diſcretam, tempus, qualitatem, ita ut in omnibus appareat προσομοίωσις *aſſimilatio* & convenientia.

FORMA VICTUS forte & debile ejus reſpiciens, comprehendit ſub ſe duo, ſpeciem & modum ſubſtantiæ.

1. τὸ σχῆμα τῆς διαίτης χτ̃ τὸ ἰσχυρὸν ἢ ἀσθενές. Species victus tres.

SPECIES VICTUS *ab Hippocrate lib. de veteri medicinâ* recenſentur tres: τὰ ἐδεστὰ, ῥοφήματα καὶ πόματα, *ea quæ comeduntur, ſorbentur, & potantur.* Diverſis hæ *à Galeno* deſignantur nominibus *1. aphor.* 4. παχὺς, λεπτὸς, καὶ σύμμετρος, *craſſus, tenuis, mediocris.* Ad *craſſum* victum & plenum pertinent τὰ ἐδεστὰ, ſolidæ quæ reſarciunt effluvium ſubſtantiæ: ad *tenuem* partim τὰ ῥοφήματα, quæ carnoſas reparant partes: partim τὰ πόματα, *potiones*, ſpirituoſæ quæ reficiunt defectum & effluvium ſubſtantiæ: ad *mediocrem* referuntur, quæ inter cibos ſolidos, & ſorbitiones & potiones mediant.

Tenuis victus tribus distinctus gradibus.

Tenuis victus rurſum tribus eſt diſtinctus gradibus. 1. ἡ δὲ λεπτὴ δίαιτα ἁπλῶς victus tenuis ſimpliciter alius eſt, & conſiſtit in ſorbitionibus craſſioribus. 2. πάνυ λεπτὴ, δίαιτη ἡ λεπτοτάτη, *valdè tenuis ac tenuiſſimus victus* requirit ſorbitiones admodum tenues. 3. ἀκριβὴς ἢ ἐσχάτως λεπτοτάτη δίαιτη, *exactè tenuiſſimus victus* expoſtulat πόματα, aut omnimodam abſtinentiam.

2. Modus ſubſtantiæ victus.

MODUS SUBSTANTIAE VICTUS æſtimatur 1. ratione bonitatis & malitiæ, inde cibus εὔχυμος, καὶ κακόχυμος, *boni ſucci vel mali.* 2. ratione ſecundarum qualitatum eſt εὔ ἢ δύσπεπτος, *facilè aut difficilè coctilis.* 3. ratione præparationis, cibi ſuaviores fiunt & gratiores.

Tenuis diata periculoſa.

IN MORBIS tàm acutis quàm chronicis, generalis Hippocratica locum habet *1. aphor.* 4. propoſita regula: αἱ λεπταὶ καὶ ἀκριβέες δίαιται καὶ ἐν τοῖσι μακροῖσι αἰεὶ πάθεσι, καὶ τοῖσι ὀξέσιν, ὃ μὴ ἐπιδέχεται, σφαλεραί. καὶ πάλιν αἱ ἐς τὸ ἔσχατον λεπτότητος ἀφιγμέναι, χαλεπαί. *Victus tenuis atque exquiſitus in morbis quidem longis ſemper, in acutis verò, in quibus non convenit, periculoſus. Et rurſus, qui ad extremum devenit tenuitatis, gravis eſt. Nam & repletiones, quæ ad extremum deveniunt, graves ſunt.*

Inter

Medium tutiſſimum.

Inter defectum & exceſſum ambigere tutius eſt, inclinare graviùs, medium tenere tutiſſimum. Errores in tenui victu, in ACUTIS, prævalente indicatione virtutis, deteriores in defectu; prævalente morbo, deteriores in exceſſu, in pari indicatione pares errores.

οὐ γὰρ ἐκ τῶν καταποθέντων, autore Galeno 11. θεραπευτικῆς μεθόδου cap. 11. ἀλλ' ἐκ τῶν κατεργασθέντων ἐν τοῖς εἰρημένοις σπλάγχνοις, ἡ χορηγία τῆς τροφῆς ἐστιν ὅλῳ τῷ σώματι. Non enim ex iis, quæ devorârit quis, ſed ex iis, quæ in iam dictis viſceribus confecerit, alimentum toti corpori ſuppeditatur.

Victus ſpecies in febribus deſignatur

IN FEBRIBUS victûs ſpecies deſignatur à duobus: 1. febris ſpecie, diſpoſitione ſeu acumine, *ἢ κάτοξυς, ὀξὺς, ἢ μέσος πυρετὸς, ἢ χρονικός*, prout febris eſt peracuta, acuta, an media, an chronica. 2. ſtatus diſtantiâ.

1. à ſpecie & acumine febris.

PRIMUM indigitatur *1. aphor. 7. ὅκου κάτοξυ τὸ νόσημα, αὐτίκα τοὺς ἐσχάτους πόνους ἔχει, καὶ τῇ ἐσχάτως λεπτοτάτῃ διαίτῃ ἀναγκαῖον χρέεσθαι. Ubi morbus peracutus eſt, ſtatim extremos habet labores, & extremè tenuiſſimo victu utendum.*

Si febris ſit exactè peracuta, ut quæ primò quaternario finiatur, tenuiſſimus à principio ſtatim indicatur victus, aut omnimoda abſtinentia.

Si peracuta ſit febris, ſufficiunt *τὰ πόματα*: oxymel, melicratum, aqua vel cocta, vel hordeacea, aut Julepi.

Sin acuta exactè, *τὰ ῥοφήματα, ſorbitiones* conveniunt, ſed tenuiores, ut ſuccus ptiſanæ liquidior.

Sin acuta ſimpliciter, quæ decimum quartum attingit, ſorbitio craſſior conceditur, aut ptiſana integra cocta, vel quæ his proportione reſpondent, alimenta ſimilia.

2. Status diſtantiâ.

ALTERUM, nimirum OBSERVATIO STATUS, innuitur *1. aphor. 9.* cum *συντεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ, inquit, καὶ τὸν νοσέοντα, εἰ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ πρὸς τὴν ἀκμὴν τῆς νούσου, καὶ πότερον ἐκεῖνος ἀπαυδήσει πρότερον, καὶ οὐκ ἐξαρκέσει τῇ διαίτῃ, ἢ ἡ νοῦσος πρότερον ἀπαυδήσει καὶ ἀμβλυνεῖται. Conjectari oportet, an æger ſufficiat cum victu perdurare, donec morbus conſiſtat, & numquid prius ille deficiat, nec poſſit cum victu perdurare, vel morbus anteà deficiat atque hebeſcat.*

In diariis ſufficiunt ſorbitiones.

IN DIARIIS ſpecies victûs non magnam requirit ſollicitudinem. Ad reparationem deperditorum ſpirituum momentaneam illam ſufficiunt ῥοφήματα, *ſorbitiones* liquidiores.

In hecticâ comeſtibilia.

IN HECTICA craſſiori victui dicata ἐδεστὰ, alimenta *comeſtibilia* ad ſolidæ reparationem ſubſtantiæ neceſſaria ſunt nonnunquam.

In intermittentibus chronicis craſſior competit victus. Craſſum victum in quartanis imperat Philoſophus.

IN INTERMITTENTIBUS chronicis, quartanâ imprimis, craſſior victus omninò neceſſarius eſt, illeque appetitui denegari non poteſt. Præceptum clariſſimum eſt *Philoſophi ſect. 1. probl. 57.* Τεταρταίοις πυρετοῖς δεῖ μὴ λεπτύνειν, *in quartanis febribus non oportet attenuare.* Optumè *Gaza* de ratione victûs primam hanc partẽ cenſuit intelligendam. In acutis morbis attenuare victum oportet, & tantum ſolùm victûs concedere, quantum pro viribus ſuſtinendis, brevi illo tempore, quo duraturæ ſunt febres, ſufficere poteſt, quod cum breve ſit, tenui etiam ſubſtantiâ, & paucâ qualitate opus habet. In quartanis autem febribus, cum diuturnæ ſint, ſi tenui victû uteremur, virtus ſufficere non poſſet ad ſtatum usque morbi, ſed omninò ſuccumberet.

CAPUT V

victûs exponit quantitatem. Indicatur à virtutis concoctricis robore: coindicatur à temperamento, ætate, regione, conſuetudine.

Quantitas victus indicatur à virtutis concoctricis robore. Neque detractioni, neque adjectioni nimis indulgendum.

QUANTITAS continua victûs, differentiæque ejusdem, multum, parum & mediocre, obſervanda, eâdem victûs manente formâ, indicantur à VIRTUTIS ROBORE, præſertim CONCOCTRICIS, & ita moderandæ, ne τὸ πλεῖω καὶ ἐνδεὲς, *copia & indigentia* noceant. Neutri, neque ciborum detractioni, neque adjectioni nimis indulgendum. Ἔτι καὶ διαφέρουσιν αἱ καθ᾽ ἕκαστον παιδεῖαι τῶν κοινῶν, *inquit Philoſophus 10. ethicor. cap. 10.* ὥσπερ ἐπὶ ἰατρικῆς. καθόλου γὰρ τῷ πυρέττοντι συμφέρει ἀσιτία καὶ ἡσυχία. τινὶ δ᾽ ἴσως οὔ. *privatæ educationes differunt à publicis, non ſecus ac in medicinâ, cum enim univerſalem febricitanti inedia & quies conferant alicui, tamen fortè non ita conducunt.*

Inedia quidem prodeſſet, ſed à viribus haud admittitur.

Inedia omnimoda quidem omnibus morbis conveniret, lentum remedium, in innumera mala valiturum, imò ſolum τὴν ἔξω τοῦ σώματος κένωσιν, ἡ μὲν λόγῳ θεωρηταῖς ἐπιτελεῖται ἐκροαῖς, *vacuationem extra corpus, quæ inſenſibilibus perficitur effluviis*, ἐπίκρασις à Galeno indigitatur, expediturum, ſi periculum moræ eſſet nullum. Eſt autem illud ingens; nam partes, alimento deſtitutæ, indebito collabeſcerent fruentes otio, ſpiritus deficiente in auras evaneſcerent pabulo, circulantisque cùm deficeret ſanguinis impulſus, ſimul etiam vitalis molendinæ, cordis nempe, feriaretur motus.

Mediocris abſtinentia conducit.

Commendata itaque à *Galeno* ἀσιτία σύμμετρος, *mediocris inedia*, inter ſpecies ἐπικράσεως, ſeu κατὰ βραχὺ κενώσεως, admitti nonnunquàm poteſt. Quantum enim detrahitur ſalvis viribus de cibo, tantum & de pravis detrahitur humoribus. Medicus autem officii ſui eſſe ſciat, neque ægrum ſuperfluâ materiâ onerare, neque imbecillum fame perdere.

Continua quantitas alimentorum in genere.

CONTINUA alimentorum ſolidorum & liquidorum QUANTITAS, IN GENERE conſiderata, ſit moderata. Σιτία, ποτὰ, μέτρια. *cibi, potus, moderati.* Ita *Hippocr. 6. epid. comm. 4. t. 7.* Εἰ μὲν ἄνθρωπος ὀλίγα ἐσθίει καὶ ὀλίγα πίνει, οὐδεμίαν τούτῳ νοῦσον παρέχει. Ita *idem 4. de morbis, ſin homo pauca edat, & bibat, nullum ei morbum infert.*

μέτρῳ μέν τι φαγεῖν, τι πιεῖν, καὶ μυθολογεύειν.
πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίη δ' ἀλεεινή.
Moderatè cibum potumque ſumas, & loquaris.
Modus omnium optimus: exceſſus autem vitandus.

Limitant hanc quantitatem.

TEMPERANT hanc victûs rationem aut liberaliorem efficiunt in quantitate ipſâ circumſtantiæ virium, temperamenti, ætatis, règionis, anni temporis & conſuetudinis.

1. robur virium.

I. VIRIUM ratione ſit talis, ut VIRES INSTAURET, NON GRAVET. *δεῖ δὲ γὰρ μέτρου τινὸς στοχάσασθαι, μέτρον δὲ οὐδὲ σταθμὸν, οὐδὲ ἀριθμὸν οὐδένα ἄλλον πρὸς ὃ ἀναφέρων εἴσῃ τὸ ἀκριβὲς, οὐκ ἂν εὕροις ἄλλο, ἢ τοῦ σώματος αἴσθησιν. Oportet modum conjecturâ adſequi. Modum autem neque* PONDUS, *neque ullum alium* NUMERUM, *vel* MENSURAM *ad quem iſta referas, ut exactè cognoſcas, non ullum alium invenias, quàm* CORPORIS SENSUM.

Galenus

Galenus 7. methodi medendi cap. 6. menſuram potulentorum & ſolidorum iisdem limitibus circumſcribit: *ὁ σκόπος τῆς ποσότητος ἐπὶ μὲν τοῦ πόματος, ὡς μηδέποτ' ἐκπλεῦσαι τῇ γαστρὶ, καὶ κλύδωνος ἐργάζεσθαι ἵνα αἴσθησιν. ἐπὶ δὲ τῶν σιτίων, μάλιστα μὲν εἰ οἷόν τε, μὴ δὲ βαρῦναι ποτὲ αὐτήν. Potionis is modus erit, ut nec in ventriculo innatet, nec fluctuationis ullius ſenſum invehat: ciborum verò potiſſimum, ſi fieri poſſit, ut ne gravent quidem.*

Aliter quantitatem determinat *Hippocrates 6. epidem. com. 4. t. 22.* quæ vix fami explendæ ſufficiat. *Ἄσκησις ὑγιείας, inquit, ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων. Sanitatis ſtudium eſt, non ſatiari cibis, nec impigrum eſſe ad labores.*

Avicenna etiam *canonis lib. 3. tract. doctr. 2. cap. 7.* cum reliquiis famis à menſâ ſurgendum monet.

Particulare eſt præceptum, non univerſale. Locum habet hujus menſuræ regula in iis, qui ventriculo frigido præditi ſunt. Hi utplurimum plus appetunt, quàm coquunt. Hos non exſaturari, ſed deſiſtere æquum eſt, antequam ullus gravati ventriculi ſenſus oboriatur. CALIDI cum minus appetant, ſaturi ſecedere poſſunt. TEMPERATI menſuram quantitatis ciborum conſtituant appetitum, non enim plus appetunt, quàm coquere poſſunt.

Illuſtratur exemplo illuſtris viri ad numerum, pondus & menſuram victus rationem inſtituentis.

In omnibus his cum peccaret Perilluſtris Dn. Dn. JULIUS HENRICUS AB HOYM, Dn. in Droſſigt / hypochondriaco-melancholicus, & ad ſtateram panem, ad menſuram exactiſſimè potum examinaret, ciboſque alios infrà ſatietatem adſumeret, non ſolum ſibi non conſuluit ad votum, ſed etiam ob pabuli defectum cachexiæ periculum incurrens, pedibus cœpit tumere, veſtigia digitorum retinentibus. Et hydropem certò non effugiſſet, niſi ſolidis rationibus convictus mutaſſet ſententiam. Idem tamen, quod auditu rarum, in magnâ diætæ bonæ obſervantiâ, arthritidis variis inſultibus, & nodoſis articulorum tumoribus correptus, paucorum annorum intervallo, vitam cum morte commutavit.

Admonitio

Caveant ſibi *κακοστόμαχοι ἀμοχύλιοι, imbecillum habentes ventriculum, & crudum generantes chylum,* flatuoſumque, qui tertiâ vel quartâ poſt cibum ſumtum horâ reſolvitur, aliquâ ex

parte in flatus, qui excernuntur eructationibus, quæ nonnunquam non conclave ſolùm, ſed & integras ædes, imò etiam vicinias ſonitu ſuo complent, ne, dum menſuram & pondus nimiâ obſervant curioſitate, *τῇ σώματος αἰσθήσει, corporis ſenſu* in conſilium non adhibito, peccent in NE QUID NIMIS.

2. temperamentum. II. Bilioſi TEMPERAMENTI febricitantes curioſiùs moderentur parci victûs habenas, non facilè enim inediam ferunt, in ægritudinibus his ſibi cognatis. Pituitoſi prolatæ cœnæ moram patientiùs ferunt. Διαισθησία orificii ventriculi crebriorem oblationem urget, ne dilatis alimentis καρδιωγμοὶ inſequantur.

3. ſenſus corporis præcipua quantitatis regula à Galeno aſſignata. III. Imprimis autem individuum quantitatis victûs *μέτρον, σταθμὸν καὶ ἀριθμὸν, modum, pondus, & numerum*, ad quem *τὸ ἀκριβὲς, accuratam menſuram* referre quis poſſit, nullum alium eſſe *ait, ἢ τοῦ σώματος αἴσθησιν, quàm corporis ſenſum*. Vult tantum cibi dandum, qui neque corpus gravet, neque illud marceſcere faciat. Prioris exceſſus ſubjungit *τῆς νόσου αὔξησιν, morbi augmentum* : poſterioris *τοῦ σώματος φθίσιν καὶ ἀρρωστίαν, corporis marcorem.*

4. ætas. IV. Ad ÆTATIS captum quantitas & oblationum numerus variatur. Γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι, δεύτερον οἱ καθεστηκότες, ἥκιστα μειράκια, πάντων δὲ μάλιστα παιδία, *autore Coo 1. aphor. 13. ſenes facilius jejunium ferunt, deinde ætate conſiſtentes, minus adoleſcentes, omnium minimè pueri.*

5. regio. V. REGIONES etiam variant. Copioſior cibus offerendus, Arctois qui febricitant in oris: parcior, qui meridiano appropinquant.

6. anni tempus. VI. ANNI TEMPUS quantitatem ciborum determinat. Αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, *ſcribit Hippocrates 1. aphor. 15.* καὶ ὕπνοι μακρότατοι. Ἐν ταύτῃσιν οὖν τῇσιν ὥρῃσι, καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον. *Ventres hyeme calidiores & vere, ſomnique longiores. Inde & in his alimenta copioſiora exhibenda.*

Plus vel minus bifariam dicitur. 1. ſecundùm virtutem. Plus vel minus *bifariam* dici poteſt: ſecundùm numerum, vel virtutem. Plus alimenti hyeme porrigendum, & rariùs ſecundùm vim & virtutem, calor enim nativus vegetior: quamvis enim copia ſit major, meliùs tamen coquitur.

Æſtate

Æſtate verò plus dandum ſecundùm numerum, *cum enim diffi-cultèr cibaria ferant, quod calor nativus, qui ea coquere debet & perficere, paucus habetur, ne univerſum multumque demus, modis omnibus cavendum, ſed ſæpius & parùm cibi capere permittendum eſt.* 2. *ſecundũ numerum.*

VII. A CONSUETUDINE, quæ ἐπίκτητος φύσις eſt, quantitas & NUMERUS oblationis ciborum ſuam habet menſuram. Μονοσιτέειν, adſueti rarius: πολυσιτέειν, *pluries comedere ſoliti*, crebriùs accipiant. Qui bis cibari ſoliti, iis in continuis bis ptiſana offerenda. Καὶ οἷσιν ἅπαξ ἢ δὶς καὶ πλείω, ἢ ἐλάσσω, καὶ κατὰ μέρος, & *quibus ſemel aut bis, aut quibus plura, aut pauciora, aut particulatim* cibum ſumere moris fuit, eô modô etiam offerendus, *autore Coon. aphoriſmorum 12. & lib.* περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς, *de veteri medicinâ.* 7. *Conſuetudinis in quantitate victûs multum tribuitur.*

ὥσπερ γὰρ, egregiè *Galenus 5. de ſanitate tuendâ cap. 11.* ἑνὶ καλοποδίῳ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ἀδύνατον χρῆσθαι τοῖς σκυτοτόμοις, οὕτω τοῖς ἰατροῖς ἰδέα βίου συμφέρουσα μία, *ſicuti fieri non poteſt, ut unum calopodium ad omnes homines ſutor accommodet, ita nec medicus unam omnibus, vitæ quæ conducat, ſpeciem.* *Non enim unus calceus omni congruit pedi.*

CAPUT VI.

Abſtinentiæ commendatio.

ABSTINENTIÆ magna in curatione morborum vis. Duo abſtinentiæ genera conſtituit *Celſus lib. 2. cap. 16.* Alterum, ubi nihil adſumit æger: alterum, ubi non niſi quod oportet. *Abſtinentia medicinæ fungitur vice*

Ut in præſervatione futurorum, ita etiam in curatione præſentium morborum utriusque abſtinentiæ magna vis.

Commendatio *præſervationis* proponitur à Conſtantio, de quo *Ammianus Marcellinus rerum geſt. libro 21.* In vitâ parcâ & ſobriâ edendi potandique moderatione valetudinem ita retinuit firmam, ut raros colligeret morbos. *in præſervatione,*

In *curandâ valetudine* magnum in abſtinentiâ momentum conſiſtere, exponit *Celſus lib. 3. cap. 2.* his verbis: ſæpiùs ſola abſtinentia ſine ullo periculo medetur. *curatione. 1.*

a. Illuſtrat inſtitutum exemplum *Aureliani*, qui *autore Flavio Vopiſco Syracuſio in ejus vitâ cap. 50.* medicum ad ſe, cum ægrotaret, nunquam vocavit, ſed ipſe ſe inediâ præcipuè curabat.

Moderata & tempeſtiva eſſe debet. Debet autem illa eſſe tempeſtiva. Intempeſtiva obeſt, ὅτ[αν], interprete *Theophilo comm. aphor. 5. lib. primi.* ἀπολιγωροῦσιν ἐκ τῆς ἀσιτίας, *deficiunt enim ex inediâ.*

Franciſcus Pechius, *referente Cratone conſil. lib. 4.* quinquagenarius podagricus turri incluſus annis xx, pane & aquâ nutritus, libertati ſuæ reſtitutus, nullos ampliùs ſenſit dolores.

CAPUT VII.

Tempus cibationis.

INdicatur hoc in quocunque morbo à viribus conſideratis 1. acceſſionum, 2. conſuetudinis, 3. ſymptomatum, 4. cauſarum ratione. Nomine temporis non univerſalia intelliguntur tempora, principium, augmentum, ſtatus, declinatio, quæ ex naturæ actione in morbum reſultant, ſed particulare, quod *καιρὸς, occaſio* propriè appellatur, & non diem, ſed ipſam cibi miniſtrandi indicat horam.

Commodum cibandi tempus indicant vires quietiores. Indicant hanc VIRES QUIETIORES, cum ipſæ cùm quicunque tandem ille ſit, affectu, ut dolore capitis, vertigine, apoplexiâ, vel febri minùs pugnant, minusque ab eodem infeſtantur: tum enim paratiores ſunt ad cibum tolerandum. A tolerantiâ ergò indicatur hora cibandi.

Clinicæ quidem mulieres de ſalute ægri actum cenſent, niſi ſemper eum genio indulgere, & probè epulari videant. Hortatrices inſtant: Fac periculum, an hoc ſapiat edulium, an illud, nullâ ſtatûs morbi habitâ ratione. Nutriunt morbum, oleum camino addentes, non ægrum. Intemperantes homines, ita de ſui ſeculi diætæ incuriâ queritur *Celſus lib. 2. de re medicâ cap. 16.* apud nos cibi tempora dant. Liberaliter ſe agere credunt, qui cætera illorum arbitrio relinquunt, in genere cibi liberi ſunt: quaſi quæratur, quid medico liceat, non quid ægro ſalutare ſit.

Tempus

Tempus hoc indicat Cous, paucis verbis: cum pedes fuerint calidi.

Tempus hoc IN ACUTIS indicat *Cous 1. de rat. vict. acut. t. 46.* Cum caliditas ad pedes deſcendit. Καιρὸν δὲ τῆς δόσιος τοῦ ῥοφήματος τὸν δὲ μάλιστα φυλάττεσθαι καθ' ἀρχάς, καὶ διὰ παντὸς ψυχροὶ ἐῶσιν, ἐπιχωρεῖν χρὴ τοῦ ῥοφήματος τὴν δόσιν. μάλιστα δὲ τοῦ νοσήματος. ὅταν μὲν οἱ πόδες ποτὲ ἀπελέχεσθαι. ὅταν δὲ ἡ θέρμη καταβῇ εἰς τοὺς πόδας, τότε διδόναι, *occaſionem autem dandæ ſorbitionis tum per initia, tum per omnem morbi decurſum, hoc maximè ſervare oportet. Nam ſi pedes frigidi fuerint, non à ſorbitione modò, verùm quoque & maximè à potu temperandum: at cum caliditas ad pedes deſcenderit, tunc dare expedit.*

In chronicis morbis.

IN CHRONICIS tale ſignum exſpectari non poteſt, *ſubjungit,* οὐ μὴν ἐπὶ τῶν χρονίων γε θεραπευτέον οὕτως, ἀλλὰ περιμένειν προσήκει τὰ βέλτιστα τῆς ἀνέσεως κατὰ γὰρ τὰς ὀξείας νόσους ἀναμένειν οὐκ ἐγχωρεῖ φόβῳ τῆς μελλούσης διὰ ταχέως ἐπιτάσεως ἔσεσθαι. *Non enim in longis ita nutrire oportet, ſed melior declinationis pars eſt expectanda: quod in acutis haudquaquam expectari poteſt, timore citò futuræ acceſſionis.*

In aliis continuis tempus cibandi eſt hora minoris afflictionis.

In SYNOCHIS, ARDENTIBUS, & MALIGNIS, in quibus nulla ſenſibilis ferè utplurimùm declinatio, obſervare oportet horam minoris afflictionis.

In intermittentibus vitandi ſunt paroxyſmi, autore Coo.

IN INTERMITTENTIBUS, *imminente acceſſione* obſervare debemus perpetuæ veritatis *à Coo 1. aphor. 11.* propoſitam regulam: Ἐν τῇσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή, τὸ προστιθέναι γὰρ βλάπτει. καὶ ὁκόσα κατὰ περιόδους παροξύνεται, ἐν τῇσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή. *In acceſſionibus abſtinere oportet: nam cibum dare, nocivum eſt: & quibus per circuitum fiunt acceſſiones, in ipsâ acceſſione abſtinere oportet.*

Idem confirmat alibi.

Confirmat eadem *aphor. 19.* Τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυνομένοισι μηδὲν διδόναι, μηδ' ἀναγκάζειν, ἀλλ' ἀφαιρέειν τῶν προσθεσίων πρὸ τῶν κρισίων. *Iis, qui per circuitus acceſſiones habent, nihil dare oportet, neque cogere, ſed ſubtrahere adjectioni ante judicationes.* Innuit *Senex* non ſolùm vitandas horas moleſtiores præſentis acceſſionis, ſed etiam horas proximas imminentis ſeu futuræ acceſſionis. Ingruente paroxyſmo ventrem cibo vacuum eſſe melius

eſt;

eſt: ſi enim cibati fuerint in illâ horâ, quâ in digerendo natura occupata eſt, ægritudo confirmabitur, & ſequens paroxyſmus erit moleſtior, propterea ad declinationis horam cibum poſtponere convenit. Non ſolùm autem in febribus menſuranda ξυμφορία, *tolerantia* virium ægri ad trutinam particularium acceſſionum, ſed etiam

II. Ad conſuetudinem febricitantis tempus cibationis refertur.

II. CONSUETUDINEM ægri, præcipuè in continuis, quæ continenter affligunt, nullamque vel exiguam videntur habere remiſſionem. His enim cibus dandus eâ horâ, quâ cùm ſani eſſent, cibari conſueverunt, conſuetudo enim facit, ut cibum eâ horâ meliùs tolerent. Experiebatur id nobilis æger, acutâ febre continuâ per ſubingreſſum paroxyſmorum â cacochymiâ bilioſâ laborans. Hic non ferebat rigorem illum commodæ cibationis, ὅταν ἡ θέρμη καταβῆ εἰς τὺς πόδας, *cum calor deſcenderet ad pedes*, neque etiam mutatio hæc adeò accuratè obſervari poterat. Conſuetis ſanitatis tempore cibatus horis meliùs ſenſim habere viſus, ad priſtinam brevi rediit ſanitatem.

III. Symptomatum ratione tempus etiam variatur.

III. Cum finis ſtatùs, aut medium paroxyſmi gravibus ſtipatur SYMPTOMATIBUS, ut lipothymiâ, & ſudoribus diaphoreticis, tum etiam in principio cibum porrigere neceſſitas poſtulat.

IV. ut etiam ratione cauſarum febrim excitantium.

IV. *Galenus 10.* θεραπευτικῆς μεθόδυ *cap. 4.* ratione & experimento monſtrat, ab aliis habitus παραδοξοποιός, *abſurda faciens*, poſt etiam, cùm defenderet facta ſua, παραδοξόλογος, *abſurda defendens*, quàm utile ſit ante acceſſionem, vel in ipsâ acceſſione cibare, in iis nempe, qui ab inediâ, mœrore, irâ in febres inciderunt. In febri ortâ ex cauſis vehementer ſiccantibus atque exurentibus, ut itinere ſub ſole: evacuantibus, in hypercatharſi: exercitio nimio, in habitu gracili & ſicco, cibandi καιρός ſe offert etiam in principio. Quæ res ad neceſſitatem ſunt redactæ, minimum dubitationis deſiderant: at præſentiâ animi indigent ad periculum celeriter ſubeundum.

CAPUT

CAPUT VIII

qualitatem victûs exponit in morbis calidis.

COntrarius eſſe debet cauſæ morbi in quâcunque curatione, ita tamen ut ſimilis ſit ſimùl temperamento cordis. Debet eſſe ἀφαιρετικὸς καὶ προσθετικός. Debet vires cuſtodire, & intemperiem propulſare.

Victus debet eſſe contrarius rei p. n.

Temperatos cibos commendat *Galenus lib. de arte medic. cap. 86. τῶν δ' ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων τὸ μὲν εὐκρατότατον. Ταῦτα γὰρ οἰκειότερα ταῖς εὐκράτοις φύσεσιν. Cibi & potus optimam habeant temperiem. Sunt enim naturæ convenientiores, qui optimâ fuerint præditi temperaturâ.*

Temperatus.

ORDINARIO modo IN FRIGIDIS ad caliditatem debet vergere.

IN CALIDIS MORBIS ad frigidum debet inclinare.

Febricitantium victus qualis eſſe debeat, indicatur à viribus, quatenus febrili calore turbatæ, mutationem ſubeunt in temperamento cordis & aliarum partium.

Victus febricitantium

Talis eſt victus propoſitus *à Coo 1. aphor. 16. ὑγραὶ δίαιται πᾶσι τοῖσι πυρεταίνουσι ξυμφέρουσι, victus humidus febricitantibus commodus.*

humidus commodiſſimus.

Cum febrile incendium viſcera mirum in modum torreat, & vires pariter hoc æſtu vehementer deterantur, liquet confeſtim, victum hunc plurimum utilitatis præſtare. Caniculâ vigente jucunda eſt poculorum frequentia, quidni febrili æſtu urgente prodeſſent humida?

Humidus debet eſſe victus actu & poteſtate. Faciliùs enim hoc reſtaurantur vires, cùm ob minorem reſiſtentiam liberiùs in cibum actû humidum nativus agat calor: & ratione actualis hujus humiditatis caloris quodammodò obtundatur acies.

Humidus eſſe debet actu & poteſtate.

Interrogati, cur *Cous* humidi potiùs mentionem faciat victûs: cur non proponat victum frigidum, cùm febris calida magis paſſio ſit, quàm ſicca, ut inde frigidum magis, quàm humidum calido ſit inimicum? *Videtur ἐναντίωσις* in frigido victu magis reſpicere febris naturam, quàm in humîdo.

Quæſtio, cur humidi victûs ſolius meminerit Cous

Hhhhhh *Reſpondent*

Reſpondent variis modis. 1. Hippocratem id feciſſe cauſâ brevitatis, & ſub humiditate frigiditatem comprehendiſſe, quod hæc illam utplurimùm ſequatur, quemadmodum calorem ſiccitas. 2. Rectiori tramite obviam eunt dubio, qui ajunt, aphoriſmum loqui de nutritione, quæ febri afflictis corporibus conveniat: non verò in eo ad febrim reſpici, quæ nutritionem non indicat, ſed refrigerationem per contraria.

Quæſtio, utrum de omni febre intelligendus aphoriſmus?

Interrogati, num de omni febre intelligendus aphoriſmus? Videntur enim dari febres humidæ, malignæ, ſordidæ, in quibus humida augent putredinem, & lædunt magis, quàm proſunt! *Reſpondent* diſtinguendo dupliciter febrim, & victum humidum.

Reſponſio. 1.

1. Febris alia ſimplex: & huic, quà tali, humidus competit victus. Alia febris eſt complicata cum hydrope, lethargo, & in his humiditas illa temperanda. 2. Alia eſt indicatio à morbo, alia à cauſâ quæ ſumitur. Febri malignæ, quà febris eſt, humidus convenit victus: quà verò putredinem habet adjunctam ſordidam, ad ſiccum vergere debet. Putredo enim ſiccantibus emendatur. Hæc indicatio cùm magis urgeat, quàm à febri quæ deſumitur ſimpliciter; ideò in talibus ſiccum potiùs porrigere decet.

2.

Deinde Humidum in victu duplex conſiderari poteſt: unum alimentale, alterum aqueum. Primum ferè totum in aliti ſubſtantiam convertitur, & hoc omnibus febricitantibus apprimè convenit: alterum verò minimè.

Victus frigidus & humidus commendatur à Galeno. Victus ipſe commendatur.

Galenus de curatione febrium diariarum ex meatuum conſtipatione, in calidis & ſiccis naturis, 8. θεραπευτικῆς μεθόδου *cap. 2.* & victum frigidum & humidum commendat, & materiam hujus victûs etiam ſubjungit.

Victum ipſum commendat his *verbis*: Πρόσεστι δ' ἤδη που τῷδε, καὶ τὸ χρῆναι τὰς τροφὰς, ἐπειδὰν θερμότερόν τι καὶ ξηρότερον ἑαυτοῦ γένηται τὸ σῶμα, ψυχρούσας πως εἶναι, καὶ ὑγραινούσας. *Conveniet hic febri, ubi corpus calidius & ſiccius redditum, ut nutrimentum ei exhibeas frigidum & humidum.*

Neque

Neque contradicit *Philoſophus*, dum *ſect. 1. probl. 57.* τοῖς τεταρταίοις, *docet*, συμφέρειν θερμαίνουσαν δίαιταν, ὅτι ἀσθενὴς ὁ τεταρταῖος πυρετὸς, *quartanariis conducere calefacientem diætam, quia debilis eſt quartana febris.* Comparativè enim ſolùm loquitur, imò non abnuente *Galeno*, qui & ſinapi & pipere in quartanâ utitur, ut calor nativus ſuſcitetur. Humidum autem ſimul eo nomine commendat victum. ἔστι δὲ τὸ καθ' ἡμέραν δίαιτημα, τὸ μὲν πῦρ, τὸ δὲ νοτίδα εἰς τὸ σῶμα εἰσάγον. *Sit igitur quotidianus victus, qui partim ignem, partim rorem in corpus inducat.* Non commendat diætam calefacientem, quæ exſiccat, ſed quæ nutriendo & contemperando emolliendoque ſiccitatem humoris corrigit. *Non contradicit Philoſophus, cum quartanariis præſcribit diætam calefacientem. Comparativè enim ſolùm loquitur.*

Non debet adhiberi fides *Poterio*, dum ſcribit: Galenicos, dum victum humidum & frigidum in febribus commendant, neſcire, quid ſit refrigerare.

CAPUT IX

materias humidi victûs recenſet.

GAlenus 8. θεραπευτικῆς μεθόδου *capite 2.* materias humidi, in melancholico qui convenit affectu, recenſet victûs. Eædem contrà morbos militant calidos & ſiccos. *Materiæ victûs humidi proponuntur:*

Τὰ λάχανα σύμπαντα, καὶ τὰς ὀπώρας τροφὰς, OLERACEA *omnia & fructus, malvam, braſſicam, betam, atriplicem* rejicit. *1. καὶ ἄρτον*

Econtra *panem, ova, carnem, alicam,* approbat, & *ptiſanam.* *2. κρέας.*

Περιέχεται γὰρ ὡς ἐν αὐταῖς οὐσία τρόφιμος. ἀλλ' ὥσπερ τούτων ὀλίγον μὲν ἐστὶ τὸ τρέφον, οὐκ ὀλίγον δὲ τὸ ἄχρηστον, οὕτως ἐπ' ἄρτου καθαροῦ καὶ ὠῶν, καὶ κρεῶν, καὶ χόνδρου, πλεῖστον μὲν τρέφον, ἐλάχιστον δὲ τὸ μὴ τοιοῦτον. *Continetur in illis ſubſtantia alibilis. Sicut enim in illis exiguum eſt, quod nutrit, non exiguum, quod eſt inutile; ita in pane puro, & ovis, & carne, & alicâ plurimum eſt quod nutrit, minimum, quod eſt inutile.*

τοῦ πτισάνης χυμοῦ *ptiſanæ cremori* humectandi, & calorem p. n. contemperandi præ omnibus aliis magna attribuitur vis. Pertinet ad τὰ ῥοφήματα *ſorbitiones.* *Ptiſanæ cremor.*

Ptiſanæ nomen.

PTISANA eſt nomen commune multis, omnia enim frumentacea deglubita ac piſtillis decorticata, five SINT CRUDA, ſive COCTA, ptiſanæ appellatione donantur, ἀπὸ τοῦ πτίσσειν, quod eſt *pinſere* vel *decorticare.*

Ptiſana hordeacea.

Apud *Hippocratem* & *Galenum* mentio fit τῆς πτισάνης κριθίνης καὶ πυρίνης *ptiſana hordeacea, & triticea.*

Utriuſque mentionem facit Ariſtoteles.

Utriuſque & hordeaceæ & triticeæ mentionem facit *Ariſtoteles ſect. 1. problemate 37,* & commendat hordeaceam. ἡ κριθίνη πτισάνη κουφοτέρα καὶ βελτίων πρὸς τὰ ἀρρωστήματα, ἢ ἡ πυρίνη, *hordeacea ptiſana levior & ad morbos accommodatior, quàm triticea.*

Ptiſana oryzea.

EX ORYZA paratam ptiſanam memorat *Plinius libro 18. cap. 7.* Et *Horatius lib. 2. ſatyrâ 3.*

Quid ceſſas? agedum ſume hoc ptiſanarium oryzæ.

EX HORDEO ptiſanam hordeaceam potiſſimùm factitatam fuiſſe, demonſtrat *Columella libro 2. cap. 7.*

Modus parandi.

PTISANÆ HORDEACEÆ cremor dupliciter paratur: 1. per contuſionem hordei in farinam. 2. per integri elixationem.

1. Per contuſionem.

I. CONTUSIO hordei crudi in tenuem pollinem, ejusque affuſâ aquâ elixatio brevi temporis ſpaciô abſolvitur. Sorbitio hæc PTISANA CONTUSA appellari poteſt.

Commendatio.

Præferenda hæc, quando neceſſitas urget refrigerandi, & humorum acrimoniam contemperandi, non tamen expedit humectare & laxare corpus, ſed exſiccare leviter, & humorum motum compeſcere. Convenit in omnibus fluxionibus & catarrhis à materiâ acri.

Cenſura Galenica.

Galenus damnat contuſam, & ab arte tùm medicâ, tùm culinariâ penitus rejiciendam exiſtimat *lib. 1. de alimentis cap 9.* Et ut videtur rectè. Inconcinna eſt & ingrata. Injuſtè damnâſſe Galenum cenſet *Martianus.*

2. Per coctionem.

II. PER COCTIONEM, altera via eſt ptiſanæ ſuccum ſeu cremorem parandi. *A Galeno* vocatur ὁ τῆς πτισάνης χυλὸς ἀκριβῶς ἑψημένης, *ſuccus ptiſanæ exquiſitè coctus.* Paratur mediante longâ elixatione in aquâ, quousque in cremorem ſorbitioni aptum vertatur.

Magnū

Magni æſtimatur hæc, cum minùs nutrire, refrigerare autem & humectare magis expedit. Convenit hæc in morbis acutis, & ubi major intentio adeſt refrigerandi, & humores fluidos reddendi, elixatione enim diuturniore aquæ facultatem ſaturatiùs imbibit integrum hordeum, cujus atomi ſunt disjunctæ, quàm contuſum, & in farinam redactum, cujus atomi omnes conglobatæ aquæ vim non adeò promtè admittunt. Integrum hordeum ad ſe trahit aquam, illamq; alterat ſecundùm ſuam integritatem: in atomos autem confractum, cùm farinæ atomi per minima jungantur, unumque ex iis fiat quodammodo corpus, difficiliùs coquitur. Accedit, quod ut cruditas & flatulentia auferantur, longâ coctione ſit opus, ex farinâ verò, ſi diutiùs coquatur, PULS fiat ingratiſſima. *Commendatio.*

Ut hordeum confractum ſeminatum nihil generat, integrum verò ſibi ſimile producit in ſpecie; ita hordeum confractum eſt quaſi mortuum, integrum veluti vivum, quod vim ſuam toti [com]poſitioni diſtribuit. *Simile.*

Dotes integræ ptiſanæ paucis his commendat: *ἄριστον μὲν ὁ τῆς πτισάνης χυλὸς ἀκριβῶς καθεψημένης οὐδὲν ἐχούσης ἐν ἑαυτῇ περίεργον ἥδυσμα. καὶ γὰρ ἐμψύξαι, καὶ ὑγρᾶναι, καὶ ἄδιψον φυλάξαι τὸν ἄνθρωπον ἱκανή, πρὸς τῷ μήτ' ἀτμῶδες εἶναι, μήθ' ὑγρόν, μήτε ξηρὸν ἐπέχειν περίττωμα. Commodiſſimus eſt ptiſanæ cremor ad unguem coctus, in quo nullum ſit ſuperfluum condimentum, utpote qui & refrigerare, & humectare, ac ſine ſiti ſervare hominem poteſt: cum eo, quod nec halituoſum, nec humidum, nec ſiccum detinet excrementum.* *Dotes ptiſanæ.*

VINUM ptiſanæ ſucco ſuperbibere album aquoſum præcipit *Hippocrates lib. 2. de morbis ſect. 2. v. 180.* Hoc, ſi quæ ex ſucco læſio, eam corrigit, ſimulque vehiculum eſt, quo mediante vis ad longinquas pertingere poteſt oras. *Quid ſuperbibendum.*

ALICÆ ſecundus in ordine refrigerantis & humectantis victûs à Galeno adſign[illegible] locus. *Δεύτερον δὲ ἐπὶ αὐτῇ πτισάνῃ ὁ ὄξ[illegible] ἀναδόσεως. [illegible]um à ptiſanâ alica. Adjiciatur paulum aceti ad diſtributionem.* Sed hujus uſus exolevit. *Alica.*

Inedia quidem prodeſſet, ſed à viribus haud admittitur.

Inedia omnimoda quidem omnibus morbis conveniret, lentum remedium, in innumera mala valiturum, imò ſolum τὴν ἔξω τοῦ σώματος κένωσιν, ἡ μὲν λόγῳ θεωρηταῖς ἐκτελεῖται ἐκροαῖς, *vacuationem extra corpus, quæ inſenſibilibus perficitur effluviis*, διαφόρησις à Galeno indigitatur, expediturum, ſi periculum moræ eſſet nullum. Eſt autem illud ingens; nam partes, alimento deſtitutæ, indebito collabeſcerent fruentes otio, ſpiritus deficientę in auras evaneſcerent pabulo, circulantisque cùm deficeret ſanguinis impulſus, ſimul etiam vitalis molendinæ, cordis nempe, feriaretur motus.

Mediocris abſtinentia conducit.

Commendata itaque *à Galeno* ἀσιτία σύμμετρος, *mediocris inedia*, inter ſpecies διαφορήσεως, ſeu κατὰ βραχὺ κενώσεως, admitti nonnunquàm poteſt. Quantum enim detrahitur ſalvis viribus de cibo, tantum & de pravis detrahitur humoribus. Medicus autem officii ſui eſſe ſciat, neque ægrum ſuperfluâ materiâ onerare, neque imbecillum fame perdere.

Continua quantitas alimentorum in genere.

CONTINUA alimentorum ſolidorum & liquidorum QUANTITAS, IN GENERE conſiderata, ſit moderata. Σιτία, ποτὰ, μέτρια. *cibi, potus, moderati.* Ita *Hippocr. 6. epid. comm. 4. t. 7.* Εἰ μὲν ἄνθρωπος ὀλίγα ἐσθίει καὶ ὀλίγα πίνει, οὐδεμίαν τούτῳ νοῦσον παρέχει. Ita *idem 4. de morbis, ſin homo pauca edat, & bibat, nullum ei morbum infert.*

μέτρῳ μὲν τε φαγεῖν, τε πιεῖν, καὶ μυθολογεύειν.
πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίη δ' ἀλεεινή.
Moderatè cibum potumque ſumas, & loquaris.
Modus omnium optimus: exceſſus autem vitandus.

Limitant hanc quantitatem.

TEMPERANT hanc victûs rationem aut liberaliorem efficiunt in quantitate ipſâ circumſtantiæ virium, temperamenti, ætatis, règionis, anni temporis & conſuetudinis.

1. robur virium.

I. VIRIUM ratione ſit talis, ut VIRES INSTAURET, NON GRAVET. δεῖ δὲ γὰρ μέτρου τινὸς στοχάσασθαι, μέτρον δὲ οὐδὲ σταθμὸν, οὐδὲ ἀριθμὸν οὐδένα ἄλλον πρὸς ὃ ἀναφέρων εἴσῃ τὸ ἀκριβὲς, οὐκ ἂν εὑρήσεις ἄλλο, ἢ τοῦ σώματος αἴσθησιν. *Oportet modum conjecturâ adſequi. Modum autem neque* PONDUS, *neque ullum alium* NUMERUM, *vel* MENSURAM *ad quem iſta referas, ut exactè cognoſcas, non ullum alium invenias, quàm* CORPORIS SENSUM.

Galenus

Galenus 7. methodi medendi cap. 6. menſuram potulentorum & ſolidorum iisdem limitibus circumſcribit: *ὁ σκοπὸς τῆς ποσότητος ἐπὶ μὲν τοῦ πόματος, ὡς μηδέποτ᾽ ἐκπλεῦσαι τῇ γαστρὶ, καὶ κλύδωνος ἐργάζεσθαι τινα αἴσθησιν. ἐπὶ δὲ τῶν σιτίων, μάλιστα μὲν εἰ οἷόν τε, μὴ δὲ βαρῦναι ποτὲ αὐτήν. Potionis is modus erit, ut nec in ventriculo innatet, nec fluctuationis ullius ſenſum invehat: ciborum verò potiſſimum, ſi fieri poſſit, ut ne gravent quidem.*

Aliter quantitatem determinat *Hippocrates 6. epidem. com. 4. t. 22.* quæ vix fami explendæ ſufficiat. *Ἄσκησις ὑγιείας, inquit, ἀκορίη τροφῆς, ἀοκνίη πόνων. Sanitatis ſtudium eſt, non ſatiari cibis, nec impigrum eſſe ad labores.*

Avicenna etiam *canonis lib. 3. tract. doctr. 2. cap. 7.* cum reliquiis famis à menſâ ſurgendum monet.

Particulare eſt præceptum, non univerſale. Locum habet hujus menſuræ regula in iis, qui ventriculo frigido præditi ſunt. Hi utplurimum plus appetunt, quàm coquunt. Hos non exſaturari, ſed deſiſtere æquum eſt, antequam ullus gravati ventriculi ſenſus oboriatur. CALIDI cum minus appetant, ſaturi ſecedere poſſunt. TEMPERATI menſuram quantitatis ciborum conſtituant appetitum, non enim plus appetunt, quàm coquere poſſunt.

Illuſtratum exemplo illuſtris Viri ad numerum, pondus & menſuram Victûs rationem inſtituentis.

In omnibus his cùm peccaret Perilluſtris Dn. Dn. JULIUS HENRICUS AB HOYM, Dn. in Droſſigt / hypochondriaco-melancholicus, & ad ſtateram panem, ad menſuram exactiſſimè potum examinaret, ciboſque alios infrà ſatietatem adſumeret, non ſolum ſibi non conſuluit ad votum, ſed etiam ob pabuli defectum cachexiæ periculum incurrens, pedibus cœpit tumere, veſtigia digitorum retinentibus. Et hydropem certò non effugiſſet, niſi ſolidis rationibus convictus mutaſſet ſententiam. Idem tamen, quod auditu rarum, in magnâ diætæ bonæ obſervantiâ, arthritidis variis inſultibus, & nodoſis articulorum tumoribus correptus, paucorum annorum intervallo, vitam cum morte commutavit.

Admonitio

Caveant ſibi *κακοστόμαχοι ἀμοχύλιοι, imbecillum habentes ventriculum, & crudum generantes chylum,* flatuoſumque, qui tertiâ vel quartâ poſt cibum ſumtum horâ reſolvitur, aliquâ ex

parte in flatus, qui excernuntur eructationibus, quæ nonnunquam non conclave ſolùm, ſed & integras ædes, imò etiam vicinias ſonitu ſuo complent, ne, dum menſuram & pondus nimiâ obſervant curioſitate, τῇ σώματος αἰσθήσει, *corporis ſenſu* in conſilium non adhibito, peccent in NE QUID NIMIS.

2. *temperamentum.* II. Bilioſi TEMPERAMENTI febricitantes curioſiùs moderentur parci victûs habenas, non facilè enim inediam ferunt, in ægritudinibus his ſibi cognatis. Pituitoſi prolatæ cœnæ moram patientiùs ferunt. Ἀναισθησία orificii ventriculi crebriorem oblationem urget, ne dilatis alimentis καρδιωγμοὶ inſequantur.

3. *ſenſus corporis præcipua quantitatis regula à Galeno adſignata.* III. Imprimis autem individuum quantitatis victûs μέτρον, σταθμὸν καὶ ἀριθμὸν, *modum, pondus, & numerum*, ad quem τὸ ἀκριβές, *accuratam menſuram* referre quis poſſit, nullum alium eſſe *ait*, ἢ τοῦ σώματος αἴσθησιν, *quàm corporis ſenſum*. Vult tantum cibi dandum, qui neque corpus gravet, neque illud marceſcere faciat. Prioris exceſſus ſubjungit τῆς νόσου αὔξησιν, *morbi augmentum*: poſterioris τοῦ σώματος φθίσιν καὶ ἀῤῥωστίαν, *corporis marcorem.*

4. *ætas.* IV. Ad ÆTATIS captum quantitas & oblationum numerus variatur. Γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι, δεύτερον οἱ καθεστηκότες, ἥκιστα μειράκια, πάντων δὲ μάλιστα παιδία, *autore Coo 1. aphor. 13. ſenes faciliùs jejunium ferunt, deinde ætate conſiſtentes, minùs adoleſcentes, omnium minimè pueri.*

5. *regio.* V. REGIONES etiam variant. Copioſior cibus offerendus, Arctois qui febricitant in oris: parcior, qui meridiano appropinquant.

6. *anni tempus.* VI. ANNI TEMPUS quantitatem ciborum determinat. Αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται, φύσει, *ſcribit Hippocrates 1. aphor. 15.* καὶ ὕπνοι μακρότατοι. Ἐν ταύτῃσιν οὖν τῇσιν ὥρῃσι, καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον. *Ventres hyeme calidiores & vere, ſomnique longiores. Inde & in his alimenta copioſiora exhibenda.*

Plus vel minus bifariam dicitur. Plus vel minus *bifariam* dici poteſt: ſecundùm numerum, vel virtutem. Plus alimenti hyeme porrigendum, & rariùs ſecundùm vim & virtutem, calor enim nativus vegetior: *1. ſecundùm virtutem.* quamvis enim copia ſit major, meliùs tamen coquitur.

Æſtate

Æſtate verò plus dandum ſecundùm numerum, *cum enim diffi- culter cibaria ferant, quod calor nativus, qui ea coquere debet & perficere, paucus habetur, ne univerſum multumque demus, modis omnibus cavendum, ſed ſæpius, & parùm cibi capere permittendum eſt.*

2. ſecundū numerum.

VII. A CONSUETUDINE, quæ ἐπίκτητος φύσις eſt, quantitas & NUMERUS oblationis ciborum ſuam habet menſuram. Μονοσιτέειν, adſueti rarius: πολυσιτέειν, *pluries comedere ſoliti*, crebriùs accipiant. Qui bis cibari ſoliti, iis in continuis bis ptiſana offerenda. Καὶ οἷσιν ἅπαξ ἢ δὶς καὶ πλείω ἢ ἐλάσσω, καὶ κατὰ μέρος, *& quibus ſemel aut bis, aut quibus plura, aut pauciora, aut particulatim* cibum ſumere moris fuit, eô modô etiam offerendus, *autore Coo à. aphoriſmorum 12. & lib.* περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς, *de veteri medicinâ.*

7. Conſuetudini in quantitate victûs multum tribuitur.

ὥσπερ γὰρ, egregiè *Galenus 5. de ſanitate tuendâ cap. 11.* ἑνὶ καλοποδίῳ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ἀδύνατον χρῆσθαι τοῖς σκυτοτόμοις, οὕτω τοῖς ἰατροῖς ἰδέα βίου συμφέρουσα μία, *ſicuti fieri non poteſt, ut unum calopodium ad omnes homines ſutor accommodet, ita nec medicus unam omnibus, vitæ quæ conducat, ſpeciem.*

Non enim unus calceus omni congruit pedi.

CAPUT VI.

Abſtinentiæ commendatio.

ABSTINENTIÆ magna in curatione morborum vis. Duo abſtinentiæ genera conſtituit *Celſus lib. 2. cap. 16.* Alterum, ubi nihil adſumit æger: alterum, ubi non niſi quod oportet.

Abſtinentia medicina fungitur vice

Ut in præſervatione futurorum, ita etiam in curatione præſentium morborum utriusque abſtinentiæ magna vis.

Commendatio *præſervationis* proponitur à Conſtantio, de quo *Ammianus Marcellinus rerum geſt. libro 21.* In vitâ parcâ & ſobriâ edendi potandique moderatione valetudinem ita retinuit firmam, ut raros colligeret morbos.

in præſervatione,

In *curandâ valetudine* magnum in abſtinentiâ momentum conſiſtere, exponit *Celſus lib. 3. cap. 2.* his verbis: ſæpiùs ſola abſtinentia ſine ullo periculo medetur.

curatione.

a. Illuſtrat inſtitutum exemplum *Aureliani*, qui *autore Flavio Vopiſco Syracuſio in ejus vitâ cap. 50.* medicum ad ſe, cum ægrotaret, nunquam vocavit, ſed ipſe ſe inediâ præcipuè curabat.

Moderata & tempeſtiva eſſe debet.

Debet autem illa eſſe tempeſtiva. Intempeſtiva obeſt. ὅταν, interprete *Theophilo comm. aphor. 5. lib. primi.* ἀπολιγωρέουσιν ἐκ τῆς ἀσιτίας, *deficiunt enim ex inediâ.*

Franciſcus Pechius, *referente Cratone conſil. lib. 4.* quinquagenarius podagricus turri incluſus annis xx, pane & aquâ nutritus, libertati ſuæ reſtitutus, nullos ampliùs ſenſit dolores.

CAPUT VII.

Tempus cibationis.

INdicatur hoc in quocunque morbo à viribus conſideratis 1. acceſſionum, 2. conſuetudinis, 3. ſymptomatum, 4. cauſarum ratione. Nomine temporis non univerſalia intelliguntur tempora, principium, augmentum, ſtatus, declinatio, quæ ex naturæ actione in morbum reſultant, ſed particulare, quod καιρὸς, *occaſio* propriè appellatur, & non diem, ſed ipſam cibi miniſtrandi indicat horam.

Commodum cibandi tempus indicant vires quietiores.

Indicant hanc VIRES QUIETIORES, cum ipſæ cùm quicunque tandem ille ſit, affectu, ut dolore capitis, vertigine, apoplexiâ, vel febri minùs pugnant, minusque ab eodem infeſtantur: tum enim paratiores ſunt ad cibum tolerandum. A tolerantiâ ergò indicatur hora cibandi.

Clinicæ quidem mulieres de ſalute ægri actum cenſent, niſi ſemper eum genio indulgere, & probè epulari videant. Hortatrices inſtant: Fac periculum, an hoc ſapiat edulium, an illud, nullâ ſtatûs morbi habitâ ratione. Nutriunt morbum, oleum camino addentes, non ægrum. Intemperantes homines, ita de ſui ſeculi diætæ incuriâ queritur *Celſus lib. 2. de re medicâ cap. 16.* apud nos cibi tempora dant. Liberaliter ſe agere credunt, qui cætera illorum arbitrio relinquunt, in genere cibi liberi ſunt: quaſi quæratur, quid medico liceat, non quid ægro ſalutare ſit.

Tempus

Tempus hoc IN ACUTIS indicat *Cous 1. de rat. vict. acut. t. 46.* Cum caliditas ad pedes deſcendit. Καιρὸν δὲ τῆς δόσιος τοῦ ῥοφήματος τὸν δὲ μάλιστα φυλάττεσθαι κατ' ἀρχάς, καὶ διὰ παντὸς ψυχροὶ ἐῶσιν, ἐπιχωρεῖν χρὴ τοῦ ῥοφήματος τὴν δόσιν, μάλιστα δὲ τοῦ νοσήματος. ὅταν μὲν οἱ πόδες ποτὲ ἀπελέχεσθαι. ὅταν δὲ ἡ θέρμη καταβῇ εἰς τοὺς πόδας, τότε διδόναι, *occaſionem autem danda ſorbitionis tum per initia, tum per omnem morbi decurſum, hoc maximè ſervare oportet. Nam ſi pedes frigidi fuerint, non à ſorbitione modò, verùm quoque & maximè à potu temperandum: at cum caliditas ad pedes deſcenderit, tunc dare expedit.*

Tempus hoc indicat Cous, paucis verbis: cum pedes fuerint calidi.

IN CHRONICIS tale ſignum exſpectari non poteſt, *ſubjungit,* οὐ μὴν ἐπὶ τῶν χρονίων γε θρεπτέον οὕτως, ἀλλὰ περιμένειν προσήκει τὰ βέλτιστα τῆς ἀνέσεως. κατὰ γὰρ τὰς ὀξείας νόσους ἀναμένειν οὐκ ἐγχωρεῖ φόβῳ τῆς μελλούσης διὰ ταχέως ἐπιτάσεως ἔσεσθαι. *Non enim in longis ita nutrire oportet, ſed melior declinationis pars eſt expectanda; quod in acutis haudquaquam expectari poteſt, timore citò futuræ acceſſionis.*

In chronicis morbis.

In SYNOCHIS, ARDENTIBUS, & MALIGNIS, in quibus nulla ſenſibilis ferè utplurimùm declinatio, obſervare oportet horam minoris afflictionis.

In aliis continuis tempus cibandi eſt hora minoris afflictionis.

IN INTERMITTENTIBUS, *imminente acceſſione* obſervare debemus perpetuæ veritatis *à Coo 1. aphor. 11.* propoſitam regulam: Ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή, τὸ προστιθέναι γὰρ βλάπτει. καὶ ὁκόσα κατὰ περιόδους παροξύνεται, ἐν τοῖσι παροξυσμοῖσιν ὑποστέλλεσθαι χρή. *In acceſſionibus abſtinere oportet: nam cibum dare, nocivum eſt: & quibus per circuitum fiunt acceſſiones, in ipsâ acceſſione abſtinere oportet.*

In intermittentibus vitandi ſunt paroxyſmi, autore Coo.

Confirmat eadem *aphor. 19.* Τοῖσιν ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυνομένοισι μηδὲν διδόναι, μηδ' ἀναγκάζειν, ἀλλ' ἀφαιρέειν τῶν προσθεσίων πρὸ τῶν κρισίων. *Iis, qui per circuitus acesſiones habent, nihil dare oportet, neque cogere, ſed ſubtrahere adjectioni ante judicationes.* Innuit *Senex* non ſolùm vitandas horas moleſtiores præſentis acceſſionis, ſed etiam horas proximas imminentis ſeu futuræ acceſſionis. Ingruente paroxyſmo ventrem cibo vacuum eſſe melius eſt;

Idem confirmat alibi.

eſt: ſi enim cibati fuerint in illâ horâ, quâ in digerendo natura occupata eſt, ægritudo confirmabitur, & ſequens paroxyſmus erit moleſtior, propterea ad declinationis horam cibum poſtponere convenit. Non ſolùm autem in febribus menſuranda ξυμφορία, *tolerantia* virium ægri ad trutinam particularium acceſſionum, ſed etiam

II. Ad conſuetudinem febricitantis tempus cibationis refertur.

II. CONSUETUDINEM ægri, præcipuè in continuis, quæ continenter affligunt, nullamque vel exiguam videntur habere remiſſionem. His enim cibus dandus eâ horâ, quâ cùm ſani eſſent, cibari conſueverunt, conſuetudo enim facit, ut cibum eâ horâ meliùs tolerent. Experiebatur id nobilis æger, acutâ febre continuâ per ſubingreſſum paroxyſmorum â cacochymiâ bilioſâ laborans. Hic non ferebat rigorem illum commodæ cibationis, ὅταν ἡ θέρμη καταβῇ εἰς τοὺς πόδας, *cum calor deſcenderet ad pedes*, neque etiam mutatio hæc adeò accuratè obſervari poterat. Conſuetis ſanitatis tempore cibatus horis meliùs ſenſim habere viſus, ad priſtinam brevi rediit ſanitatem.

III. Symptomatum ratione tempus etiam variatur.

III. Cum finis ſtatûs, aut medium paroxyſmi gravibus ſtipatur SYMPTOMATIBUS, ut lipothymiâ, & ſudoribus diaphoreticis, tum etiam in principio cibum porrigere neceſſitas poſtulat.

IV. ut etiam ratione cauſarum febrim excitantium.

IV. *Galenus 10. θεραπευτικῆς μεθόδου cap. 4.* ratione & experimento monſtrat, ab aliis habitus παραδοξοποιός, *abſurda faciens*, poſt etiam, cùm defenderet facta ſua, παραδοξόλογος, *abſurda defendens*, quàm utile ſit ante acceſſionem, vel in ipſâ acceſſione cibare, in iis nempe, qui ab inediâ, mœrore, irâ in febres inciderunt. In febri ortâ ex cauſis vehementer ſiccantibus atque exurentibus, ut itinere ſub ſole: evacuantibus, in hypercatharſi: exercitio nimio, in habitu gracili & ſicco, cibandi καιρὸς ſe offert etiam in principio. Quæ res ad neceſſitatem ſunt redactæ, minimum dubitationis deſiderant: at præſentiâ animi indigent ad periculum celeriter ſubeundum.

CAPUT

CAPUT VIII

qualitatem victûs exponit in morbis calidis.

COntrarius eſſe debet cauſæ morbi quâcunque curatione, ita tamen ut ſimilis ſit ſimùl temperamento cordis. Debet eſſe ἀφαιρετικὸς καὶ προσθ[illegible]. Debet vires cuſtodire, & intemperiem propulſare. *Victus debet eſſe contrarius rei p. n.*

Temperatos cibos commendat *Galenus lib. de arte medic. cap. 86.* τῶν δ' ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων τὸ μὲν εὐκρατότατον. Ταῦτα γὰρ οἰκειότερα ταῖς εὐκράτοις φύσεσιν. *Cibi & potus optimam habeant temperiem. Sunt enim natura convenientiores, qui optimâ fuerint præditi temperaturâ.* *Temperatus.*

ORDINARIO modo IN FRIGIDIS ad caliditatem debet vergere.

IN CALIDIS MORBIS ad frigidum debet inclinare.

Febricitantium victus qualis eſſe debeat, indicatur à viribus, quatenus febrili calore turbatæ, mutationem ſubeunt in temperamento cordis & aliarum partium. *Victus febricitantium*

Talis eſt victus propoſitus à *Coo 1. aphor. 16.* ὑγραὶ δίαιται πᾶσι τοῖσι πυρεταίνουσι ξυμφέρουσι, *victus humidus febricitantibus commodus.* *humidus commodiſſimus.*

Cum febrile incendium viſcera mirum in modum torreat, & vires pariter hoc æſtu vehementer deterantur, liquet confeſtim, victum hunc plurimùm utilitatis præſtare. Caniculâ vigente jucunda eſt poculorum frequentia, quidni febrili æſtu urgente prodeſſent humida?

Humidus debet eſſe victus actu & poteſtate. Faciliùs enim hoc reſtaurantur vires, cùm ob minorem reſiſtentiam liberiùs in cibum actû humidum nativus agat calor: & ratione actualis hujus humiditatis caloris quodammodò obtundatur acies. *Humidus eſſe debet actu & poteſtate.*

Interrogati, cur *Cous* humidi potiùs mentionem faciat victûs: cur non proponat victum frigidum, cùm febris calida magis paſſio ſit, quàm ſicca, ut inde frigidum magis, quàm humidum calido ſit inimicum? *Videtur* ἡ ἐναντίωσις in frigido victu magis reſpicere febris naturam, quàm in humido. *Quæſtio, cur humidi victus ſolius meminerit Cous.*

Reſpondent variis modis. 1. Hippocratem id feciſſe causâ brevitatis, & ſub humiditate frigiditatem comprehendiſſe, quod hæc illam utplurimùm ſequatur, quemadmodum calorem ſiccitas. 2. Rectiori tramite obviam eunt dubio, qui ajunt, aphoriſmum loqui de nutritione, quæ febri afflictis corporibus conveniat: non verò in eo ad febrium reſpici, quæ nutritionem non indicat, ſed refrigerationem per contraria.

Quæſtio, utrum de omni febre intelligendus aphoriſmus?

Interrogati, num de omni febre intelligendus aphoriſmus? Videntur enim dari febres humidæ, malignæ, ſordidæ, in quibus humida augent putredinem, & lædunt magis, quàm proſunt! *Reſpondent* diſtinguendo dupliciter febrim, & victum humidum.

Reſponſio.

1. Febris alia ſimplex: & huic, quà tali, humidus competit victus. Alia febris eſt complicata cum hydrope, lethargo, & in his humiditas illa temperanda. 2. Alia eſt indicatio à morbo, alia à causâ quæ ſumitur. Febri malignæ, quà febris eſt, humidus convenit victus: quà verò putredinem habet adjunctam ſordidam, ad ſiccum vergere debet. Putredo enim ſiccantibus emendatur. Hæc indicatio cùm magis urgeat, quàm à febri quæ deſumitur ſimpliciter; ideò in talibus ſiccum potiùs porrigere decet.

2. *Deinde* Humidum in victu duplex conſiderari poteſt: unum alimentale, alterum aqueum. Primum ferè totum in aliti ſubſtantiam convertitur, & hoc omnibus febricitantibus apprimè convenit: alterum verò minimè.

Victus frigidus & humidus commendatur à Galeno.

Galenus de curatione febrium diariarum ex meatuum conſtipatione, in calidis & ſiccis naturis, 8. θεραπευτικῆς μεθόδου *cap. 2.* & victum frigidum & humidum commendat, & materiam hujus victûs etiam ſubjungit.

Victus iſte commendatur.

Victum ipſum commendat [illegible] *verbis*: Προσήκει δ' ἤπου τῷδε, καὶ τὸ χρῆναι τὰς τροφὰς, ἐπειδὰν θερμότερόν τι καὶ ξηρότερον ἑαυτοῦ γένηται τὸ σῶμα, ψυχρούσας πως εἶναι, καὶ ὑγραινούσας. *Conveniet h[illegible]bri, ubi corpus calidius & ſiccius redditum, ut nutrimentum ei [illegible] beas frigidum & humidum.*

Neque

Neque contradicit *Philoſophus*, dum *ſect. 1. probl. 57.* τοῖς πυρετταίοις, *docet*, συμφέρειν θερμαντικὴν δίαιταν, ὅτι ἀσθενὴς ὁ τεταρταῖος πυρετός, *quartanariis conducere calefacientem diætam, quia debilis eſt quartana febris.* Comparativè enim ſolùm loquitur, imò non abnuente *Galeno*, qui & ſinapi & pipere in quartanâ utitur, ut calor nativus ſuſcitetur. Humidum autem ſimul eo nomine commendat victum. ἔστι δὲ τὸ καθ' ἡμέραν διαίτημα, τὸ μὲν πῦρ, τὸ δὲ νοτίδα εἰς τὸ σῶμα εἰσάγον. *Sit igitur quotidianus victus, qui partim ignem, partim rorem in corpus inducat.* Non commendat diætam calefacientem, quæ exſiccat, ſed quæ nutriendo & contemperando emolliendoque ſiccitatem humoris corrigit.

Non contradicit Philoſophus, cum quartanariis præſcribit diætam calefacientem. Comparativè enim ſolùm loquitur.

Non debet adhiberi fides *Poterio*, dum ſcribit: Galenicos, dum victum humidum & frigidum in febribus commendant, neſcire, quid ſit refrigerare.

CAPUT IX

materias humidi victûs recenſet.

Galenus 8. θεραπευτικῆς μεθόδου *capite 2.* materias humidi, in melancholico qui convenit affectu, recenſet victûs. Eædem contrà morbos militant calidos & ſiccos.

Materiæ victûs humidi proponuntur:

Τὰ λάχανα σύμπαντα, καὶ τὰς ὀπώρας τροφάς, OLERACEA *omnia & fructus, malvam, braſſicam, betam, atriplicem* rejicit. Econtra *panem, ova, carnem, alicam,* approbat, & *ptiſanam.* Περιέχεται γάρ τις ἐν αὐταῖς οὐσία τρόφιμος. ἀλλ' ὥσπερ τούτων ὀλίγον μὲν ἐστι τὸ τρέφον, οὐκ ὀλίγον δὲ τὸ ἄχρηστον, οὕτως ἐπ' ἄρτου καθαροῦ καὶ ᾠῶν, καὶ κρεῶν, καὶ χόνδρου, πλεῖστον μὲν τρέφον, ἐλάχιστον δὲ τὸ μὴ τοιοῦτον. *Continetur in illis ſubſtantia alibilis. Sicut enim in illis exiguum eſt, quod nutrit, non exiguum, quod eſt inutile; ita in pane puro, & ovis, & carne, & alicâ plurimum eſt quod nutrit, minimum, quod eſt inutile.*

1. καὶ ἄρτον 2. κατὰ θέσιν.

τῷ πτισάνης χυλῷ *ptiſanæ cremori* humectandi, & calorem p. n. contemperandi præ omnibus aliis magna attribuitur vis. Pertinet ad τὰ ῥοφήματα *ſorbitiones.*

Ptiſanæ cremor.

Magni æſtimatur hæc, cum minùs nutrire, refrigerare autem & humectare magis expedit. Convenit hæc in morbis acutis, & ubi major intentio adeſt refrigerandi, & humores fluidos reddendi, elixatione enim diuturniore aquæ facultatem ſaturatiùs imbibit integrum hordeum, cujus atomi ſunt disjunctæ, quàm contuſum, & in farinam redactum, cujus atomi omnes conglobatæ aquæ vim non adeò promtè admittunt. Integrum hordeum ad ſe trahit aquam, illamq; alterat ſecundùm ſuam integritatem: in atomos autem confractum, cùm farinæ atomi per minima jungantur, unumque ex iis fiat quodammodo corpus, difficiliùs coquitur. Accedit, quod ut cruditas & flatulentia auferantur, longâ coctione ſit opus, ex farinâ verò, ſi diutiùs coquatur, PULS fiat ingratiſſima. *Commendatio.*

Ut hordeum confractum ſeminatum nihil generat, integrum verò ſibi ſimile producit in ſpecie; ita hordeum confractum eſt quaſi mortuum, integrum veluti vivum, quod vim ſuam toti compoſitioni diſtribuit. *Simile.*

Dotes integræ ptiſanæ paucis his commendat: *ἄριστον μὲν ὁ τῆς πτισάνης χυλὸς ἀκριβῶς καθεψημένης οὐδὲν ἐχούσης ἐν ἑαυτῇ περίεργον ἥδυσμα. καὶ γὰρ ἐμψῦξαι, καὶ ὑγρᾶναι, καὶ ἄδιψον φυλάξαι τὸν ἄνθρωπον ἱκανὴ, πρὸς τῷ μήτ᾽ ἀτμῶδες ἦν, μήτ᾽ ὑγρὸν, μήτε ξηρὸν ἐπέχειν περίττωμα. Commodiſſimus eſt ptiſanæ cremor ad unguem coctus, in quo nullum ſit ſuperfluum condimentum, ut pote qui & refrigerare, & humectare, ac ſine ſiti ſervare hominem poteſt: cum eo, quod nec halituoſum, nec humidum, nec ſiccum detinet excrementum.* *Dotes ptiſanæ.*

VINUM ptiſanæ ſucco ſuperbibere album aquoſum præcipit *Hippocrates lib. 2. de morbis ſect. 2. v. 180.* Hoc, ſi quæ ex ſucco læſio, eam corrigit, ſimulque vehiculum eſt, quo mediante vis ad longinquas pertingere poteſt oras. *Quid ſuperbibendum.*

ALICÆ ſecundus in ordine refrigerantis & humectantis victûs à Galeno adſign[illegible] locus. *Δεύτερον ἐπὶ αὐτῇ πτισάνῃ ὁ ὀξ[illegible] ἀναδόσεως. Se[illegible]um à ptiſanâ alica. Adjiciatur paulum aceti ad diſtributionem.* Sed hujus uſus exolevit. *Alica.*

Avenacea ptiſana ejus obtinet locum. Rejicit eam Fuchſius.

AVENACEÆ ptiſanæ, & albi decorticatæ avenæ cremoris uſum *multi* ſubſtituunt, eique ſecundum tribuunt locum. *Leonhardus Fuchſius* autem *paradox. medicinæ lib. 2. cap. 22.* pultem ex avenâ confectam, avenatam paſſim quam vocant, cui modicum aceti permiſtum ſit, non ſine magno errore & ægri periculo à noſtræ ætatis medicis, febricitantibus exhiberi ſtatuit.
1. 1. Avena calida eſt non ſolùm, ſed & ſicca, & generali *ab Hippocrate 1. aphor. 16.* propoſitæ indicationi contrariatur, ratione temperamenti.
2. 2. facultatum reſpectu non competit, aſtringit enim. πόλτος δὲ ἐκ τῆς βρώμης γίνεται σταλτικὸς κοιλίας, *autore Dioſcoride lib. 2.*

Autoritas Dioſcoridis.

Θερμότερον εἶναι τῇ κράσει ἀτρέμα, καί τι καὶ στύψεως ἔχον, ὡς καὶ τὰς κατὰ γαστέρα διαρροίας ὠφελεῖν, *avenam temperiem habere calidiorem, ac nonnihil aſtrictionis obtinere, ac ventris profluvia mitigare*, docuit *Galenus de ſimpl. medicam. facult.* At *libro 1. de alimentorum facult.* τοῦτο δὲ σπέρμα τῆς βρώμης, *inquit*, τροφὴ δ' ἐστὶν ὑποζυγίων, οὐκ ἀνθρώπων, εἰ μὴ ποτὲ ἄρα λιμώττοντες ἐσχάτως ἀναγκασθεῖεν ἐκ τούτου τοῦ σπέρματος ἀρτοποιεῖσθαι. θερμότητος δὲ ἱκανῶς μετέχει, καὶ τροφὴν ἐλάττονα παρέχει τῷ σώματι, *hoc ſemen jumentorum magis pabulum eſt, quàm hominum, niſi utique aliquando extrema fames hoc quoque ſemen in panes corrogare compellat. Multum calefacit, & minus quoque corpus nutrit.*

Plinii cenſura.

Nec diſſimulandum, quod *Plinius libro 22. cap. 25.* frumenti vitium avenam vocet, eoque ipſo latenter Germaniæ populos notet, ac barbariei incuſet, quod avenæ pultem edant, nec aliâ pulte vivant.

Noſtrum ſeculum recipit ptiſana avenaceæ uſum.

Noſtro hoc ſeculo tamen avenacei cremoris in nullis non febribus commendatur uſus. Uvas paſſas minores in aquâ roſarum lotas addunt. Salutaris, nullius noxæ eſt cibus.

CAPUT X.

Alii ægrotantium [illegible] liquidiores.

Juſcula.

JUSCULORUM nomen me[illegible] & ægris nunqu[illegible] non eſt in ore.

A POTIBUS *incipe cœnam:*

Præ-

Præceptum hoc *ſcholæ ſalernitanæ* locum etiam habet in prandio. Matutina refectio etiam eſt juſculum.

JUSCULA talia parantur ex decocto carnium cum pane, cereviſiâ, lacte. Pertinent hæc juscula ad τὰ ῥοφήματα, *ſorbendo* quæ adſumuntur.

Duorum ſunt generum: quædam cum pane adſumuntur, quædam ſine pane, & propriè SORBITIONES APPELLANTUR. In veteri memoriâ deprehendimus nudos cremores ptiſanas fuiſſe exhibitas. Tales etiamnum in Galliâ & Hiſpaniâ propinantur: in Germaniâ cum pane. *Duorum ... generum.*

Galli, Itali, talibus jusculis delectantur medicatis. Coquunt caponem, vel gallinam ſolam vel vitulinam ſimul cum foliis acetoſæ, endiviæ, lactucæ. Percolant decoctum, quod nonnunquam viridiuſculum apparet. Bibunt. Nonnulli in fruſta caponem diſcindunt. Contundunt in mortario cum oſſifragio, & ſic in ollâ, vel in lagenâ orichalceâ in aquâ coquunt, quaſi in diplomate. Nulla aqua licet lagænæ infundatur, illa tamen plena fit transſudante aquâ per poros, & arte tornatili facti operculi commiſſuras, und die Schraube der Flaſchen. *Medicata juſcula.*

Juſcula talia, quantumvis caro gallinarum videatur ſiccior, humectant. Nihilque ab iis metuendum podagricis, quantumvis pedum curvorum ſignatura bellum indicare partibus videatur affectis. *Juſcula ... non nocent podagricis.*

Juſculis talibus multum tribuitur, ad analepſin & impinguationem. Habitiora inde *ajunt* fieri corpora, & alvum lautam conſervari. *Juſcula magni æſtimantur.*

Alii dicam iisdem ſcribunt: Minantur inteſtinorum corruptionem, cum aliàs feces liquidiores & aquâ dilutiores ſint fœtentiores. 2. Sanguis inde fit ſeroſior, ejus σύστασις diſſolvitur, & εὐτονία καὶ συντονία partium, quæ melioris actionis cauſa, elangueſcit: hinc deſtillationes capitis. 3. non habent τὸ γλισχρον *glutinoſitatem*, quæ partium robur conciliat. *Ab aliis noxia judicantur.* 1. 2. 3.

His argumentis ſic obviam itur. 1. Nullum à corruptione periculum. Non detinentur, ſed à lacteis promtè exſuguntur, facili præcedente coctione. Feces liquidæ in malignis febribus *Reſp. ad argum.* 1.

febribus fœtent ob alienationem : naturali in regimine benè coctæ non itèm. Τὸ δὲ διαχώρημα duplex eſt; morboſum, quale ab Hippocrate multis in locis delineatur, & naturale, quod μαλθακὸν, συνεςηκὸς, ὑπόπυῤῥον, μὴ σφόδρα δυσῶδες, *mollis dejectio eſt*, quæ ſcilicet tacta ſubſidit, neque circumfluit, media inter duram & liquidam, *coagmentata*, quæ ſuo termino continetur, non alieno, ac ſuis limitibus eſt compreſſa, *ſubrubra*, à permiſtione bilis viſcidæque pituitæ, *nec valdè* graveolens, nata ex coctionis bonitate. Talem liquidam dejectionem pariunt juſcula, εὐχυλίας *bonæ chylificationis* indicem.
2\. Negatur εὐτονίαν diſſolvere juſcula. Dilui liquidioribus geſtit aliàs cibus, ut elixatio tantò felicius inſtitui queat.
3\. Non deeſt illis τὸ εὐείγλικχον, chylum & ſanguinem quod reddit adſimilationi aptum. Examinentur omnia juſcula, & rem ita ſe habere deprehendetur.

Præter hæc alia juſcula proſunt. Juſcula ægris utilia parantur ex aliis ingredientibus, ex jure carnis, cui ova immiſta, ex aquâ fontanâ cum pane albo & ovis.

Ut cereviſiariâ juſcula proſunt calidâ ventriculi morboſâ intemperie præditis, ita VINACEA ægris frigidâ intemperiè laborantibus.

POLMENTUM eximium paratur ex ovorum vitellis, aquâ roſaceâ, cinamomi, croco, ægrotantibus quibuscunque commodum. Temperamentum à miſturâ medium habet inter extrema.

CAPUT XI

panis, humidi victûs materiæ, exponit conditiones.

Panis tertio loco proponitur. Optimus triticeus. PANIS ex hordeo paratus à *Galeno* tertio in victûs humidi recenſione commendatur loco. Οἱ κριβανῖται, *ſcribit*, τῶν ἄρτων ἀγαθὸν ἔδεσμα. *In furno cocti panes cibus optimus.* Ex ditiorum mappis verò hic ad pauperum migravit tabernas. Optimus triticeus eligitur. Ἀκριβῶς ἢ σίτε ἀληλεσμένε τὸ μὲν αὐτὸ λεπτότατόν ἐστι. ὃ δὴ καὶ παιπάλην καλοῦσι· τὸ δ' αὖ παχύτατον, ὃ καὶ πιτυρῶδες φασιν. ἐν τῷ μεταξὺ δ' ἀμφοῖν τὸ τ' ἄλευρον ὕτω καλούμενον, καὶ ἡ σεμίδαλις· verba ſunt *Actuarii lib.* 2. de

de ſpiritu animali cap. 5. Moliti accuratè tritici pars quædam eſt tenuiſſima, quæ farina pollen dicitur : pars alia craſſiſſima, quam furfuraceam nominant : utriusque verò in medio farina eſt, quam ſic vocant, & ſimilago. Febricitantibus optimus eſt panis σιλιγνίτης, *ſiligineus* : καθαρὸς ἄρτος à Coo indigitatus : hunc excipit σεμίδαλις *ſimilagineus* : *noxius furfuraceus*, ex ſolo furfure qui pinſitur : ut & συγκομιστὴς, *confuſaneus*, qui ex farinâ cum furfure confusâ pinſitur, unde & αὐτόπυρος, quod ex toto tritico, adeoque ἀπλύτω *non decorticato*, nullâ ejus parte demtâ fieret.

Imprimis ſimilagineus. Similagineus mediocrem habet ſubſtantiam, moderatum temperamentum, ſaporem ſubdulcem, odorem ſuavem, citò nutrit, benè nutrit & multum, difficilimè corrumpitur.

Panes biscocti. Citiſſimâ cum opus refectione, biscocti panes è flore triticeæ farinæ, luteis ovorum, ſemine aniſi, & coriandri parati, in vino rhenano intincti, proſunt.

Ex pane paratur panatella. PANATELLA, edulium ex pane triticeo, interdum etiam ſeminibus melonum permiſtis, in aquâ coctum, cui nonnunquam ovum miſcetur, in Italiâ celeberrimum eſt.

Jura carnium cum pane. JUS PULLI vel carnis bubulæ, aut gallinaceæ, cum pane ſiligineo, & vitello ovi optimum.

Magis nutrit *panatella* ex juſculo pullorum aut caponum, cum ovi vitello, aut *amygdalogala*, ex amygdalis & aquâ roſar. vel cichorii, modico ſaccharo adjecto, paratum.

CAPUT XII

Piſces, quos inter humidi victûs materias quarto loco recenſet Galenus, in ſcenam producit.

Olim eſus eorum in pretio.
PISCES medici antiqui in ægris curandis admittebant. 1. Putabantur ſuâ naturâ frigidâ & humidâ convenire in morbis
calidis. 2. Zeno & Crato, *autore Plutarcho 4. ſympoſ. 4.* con- 1.
ſentiebant, οἱ μὲν τοὺς ἀσθενοῦντας πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐπὶ τὴν 2.
ἰχθὺν ἄγουσιν, ὡς κουφότατον ὄψον, *qui ægrotantes ante omnes cibos*
alios ad piſcem ablegant, ut leviſſimum opſonium. 3. Tempore ſani- 3.
tatis potiùs piſcibus utebantur, quàm carnibus. Conſuetudine ergò potiùs, quàm validâ ratione idem factitabant.

 4. Bene-

4 4. Beneficia ipſis attribuuntur citò nutriendi & benè, quod optabilius. Mediocriter nutriunt, & inter craſſum & tenuem medium generant ſanguinem.

Ægrotantes. Abſtinere jubemus noſtros ægros ab eſu piſcium, quantum fieri poteſt, corruptioni enim ſunt obnoxii. Si qui tamen eorum eſui ſunt adſueti, illosque deſiderent, gratificandum cenſemus. Τοῖσι κάμνουσι χάριτας. Sæpiùs ab ægris appetuntur, quàm à medicis conceduntur.

Optimi ſaxatiles. Οἱ δ᾽ ἰχθύες παρὰ τὰς τῶν ποταμῶν εἰσβολάς, *cenſore Actuario libro 2. de ſpiritu animali, cap. 7.* καὶ παρὰ τοὺς εἰλιώδεις τόπους, καὶ ἔνθα ἐκδιδόασιν ὀχετοί, διαιτώμενοι, λιπώδεις μὲν καὶ ἡδεῖς γινόμενοι, *piſces ſaxatiles, qui in aquis degunt puris, & ubi rivuli influunt alii, carne jucundi ſaporis præditi ſunt, ut & haud gravatè concoquantur, & ſanguinem tenuem generent plerumque.*

Facilis ſunt coctionis. Tales πετραῖοι, ſaxatiles piſces, *ut Athenæus loquitur lib. 8. δειπνοσοφ.* εὔογκοι καὶ πέπτεσθαι ταχέως δυνάμενοι, *ventriculum non diſtendunt, & facilis citaque ſunt concoctionis.*

In eorum numero, principem lucius occupat locum. Inter ſaxatiles hoſce & in arenâ victitantes, teneram & friabilem habentes carnem piſces, primum obtinet locum ὁ λάβραξ, παρὰ τῆς λαβρότητος, *à voracitate*, ἢ ἀπὸ τοῦ λαβράζειν, quod in arenâ *foveam* fodiat corpori recipiendo, ut nec retibus propterea capi queat, aptam, lupus ac LUCIUS, vaſtator piſcium dictus.

Sequuntur perca, cobites, fundali, foxini, mulli. Πέρκαι, Perſch/ carnes habent ſuaves, boni ſucci & facilis coctionis. Scripſit *Jovius*, in Galliâ in febricitantibus reficiendis ſummam habere dignitatem: cobites barbatulæ Rondeletii Schmerlen/ gobii barbatulæ, fluviatiles ſeu funduli Gründling/ foxini ἐγκρασίχολοι, ſuum felleum aroma ſecum gerentes, Elritzen. Ερυθρόφθαλμοι, in dorſo flavent, ventre argenteo colore ſplendent, latera purpuraſcunt. Saluberrimi piſciculi ſunt, & quantumvis parvi capiantur, ovis ſemper pleni reperiuntur. Mulli τρίγλαι Barben/ ſcandidâ carne præditi, aliique viſcoſitatis & glutinoſitatis ſuſpicione carentes proſunt.

Cyprini fluviatiles admittuntur. CYPRINOS, à κύπριδι, *Venere*, quod mirè fœti ſint, & numeroſâ ſobole brevi piſcinas impleant tempore, dictos vulgo Carpiones, noxios febricitantibus eſſe *ajunt*. Carnem mollem quidem

quidem habent & guſtu ſuavem, ſed viſciditas adjuncta derogat exquiſitæ ipſorum bonitati, & feculento ſanguini generando anſam præbet.

Noxa hæc meritò imputatur cyprinis *λιμναίοις, lacuſtribus*: immeritò *ποταμίοις, fluviatilibus*, qui ruptis procellarum vehementiâ aggeribus, ex piſcinis ſe in fluvios effundunt, vel in fontanis poſt capturam aluntur aquis, hi palato magis blandiuntur, & ſanguinem præbent puriorem.

Ranæ non rejiciuntur

RANARUM coxæ, frixæ cum recenti butyro, inprimis verò in juſculo caponis elixatæ & comeſtæ, intemperiem febrilem corrigunt, humidumque primigenium in febribus, præcipuè hecticis, reſtaurant.

Suſpectæ fidei ſunt murenæ.

Vitentur *μύραιναι*, MURENÆ, MURENULÆ & FLUTÆ, die Neunaugen und Bricken / ob tenacem humorem laborioſe digeruntur: Exdorſua, ait *Plautus in Aulularia*, cum vis comedere. Narratur de quodam Angliæ Rege, quod cum avidiùs hoc cibo, contra medicorum conſilium uteretur, ſequente poſt nocte febre correptus fuerit tàm ardente, ut eâ tertiô die jugulatus ſit.

Harengi deprædicatur bonitas

Vulgi autoritas HARENGUM, in tinnis ad nos qui defertur, ſalitum etiam recentem, ut noxium & febrium generationi patrocinantem accuſat, ſed in invidiam, falſo crimine. Erroneum hoc judicium proſcribit *Paulus Neucranz inclytæ Lubecenſis Reipublicæ Phyſicus ordinarius exercit. medicâ de Harengo capite 11.* levis nutrimenti, & *ἀμετάβλητον*, qui ventriculum non onerat, *vocans* cibum. Digeritur facilè, brevi per alvum abſcedit, guſtui gratus, & probum alimentum præbet. Cauſarium qui habent ventriculum, bilioſis influxibus obnoxium, abſtineant. Illis vel nectar & ambroſia ipſa ſunt venena. Refert *idem*, ſe filiolæ ſuæ decenni, hyeme præteritâ, febre petechiali graviſſimè decumbenti, harengum decumanum elixum, cum modico aceto conceſſiſſe, dum cœtera proſtratus recuſaret appetitus. Scilicet imbecillis hominibus rebus infirmiſſimis opus eſt: mediocriter firmos media materia optimè ſuſtinet,

at robuſtis apta validiſſima, autore *Aurelio Cornelio Celſo lib. 2. de re medicâ cap. 18.*

Anguilla cœnarum Helena proſcribitur.

ANGUILLA, viperarum ſoror, Helena cœnarum, in eſcarum cenſu, voluptatum ſaporis principatum obtinens regina, ſola piſcium ἀπύρηνος, & nullis, exceptâ ſpinâ dorſi, conſtans ſpinulis, tota ſuccoſi fructûs inſtar tenera, & dum manditur, in ore liqueſcens, viſcoſum tamen & limoſum præbens alimentum, EXESTO. Delectat menſas ſanorum: turbat menſas ægrorum.

Abſit muſtella,

MUSTELLA fluviatilis, gobius capitatus, die Alraupe/ Quappe/ cocta in aquâ fontanâ, cum modico vini in jure piſorum, aromatibus & præcipuè mace condito quantumvis excepta, & dapibus heroum miſceri ſolita, exulet ab ægrotantium menſis.

TINCAE, die Schleyen/ viſcoſum & limoſum alimentum præbentes proſcribuntor.

Tinca:

& Paſſeres

PASSERES recentes paſſi, aut ſole toſti, die Butte oder Halbfiſch: ut& ASELLUS, Stockfiſch/ RAIAE, Roche/ cartilagineos inter piſces celebres; *cobites aculeati*, Steynbeiſſen/ minus apti ſinguli.

CAPUT XIII.

Alii piſces proponuntur ſicci.

Trutta.

TRUTTA χρυσόφρυς magnam apud palatum init gratiam: multi boni eſt ſucci, & in cœnis dubiis meritò habet locum. Trutta Salmoneta Lachß-Fohre/ maculas & carnes rubras oſtendens majoris æſtimatur, carnis eſt ſiccioris. Adultior inſuavior, & coctu difficilior. FUMO INDURATA ab ægrotorum menſis exulet.

Umbra.

De UMBRA Aſchen idem judicium. Thymalli dicuntur, ab odore thymi, quem tamen in noſtris oris non adeò exactè repræſentant.

Lampreta.

LAMPRETA carnes habet nigricantes, hepar viride, delicati eſt ſaporis & facilis coctionis. In vino generoſo eſt ſuffocanda, & demum elixanda.

Exul-

Salmo. Exulet ab ægrotantium menſis, SALMO, cujus bonitatem ſaporis ſuavitate multi metiuntur, eumque piſcium εὐχυμώτατον καὶ εὐπεπτώτατον judicant. Sanum *Geſneri* de eo judicium: Ego, *ſcribit*, ſuavitate hunc piſcem præſtare conceſſerim, non ſalubritate, præſertim ægrotis. Craſſius & viſcoſius ex eo venit nutrimentum, quàm plerisque ſaxatilibus. Nemo non conſentiet, fumo induratos eſſe pejores.

Rectus piſcium exhibendorum modus. RECTAM piſcium exhibendorum rationem etiam obſervare debemus. Comedantur calidi & tantùm non ab igne calentes: ita enim & damnata frigiditas piſcium caſtigatur, & præſentaneo nativus calor calore confortatur. Exhibentur vel ſicci, cum intinctu modico ſacchari & aceti roſacei, vel butyro & aceto, mace, concinnati in juſculo.

CAPUT XIV.

Oſtrea medica. Cochleæ medicæ.

Oſtrea. OSTREA non cibi, ſed oblectamenta ad edendum ſaturos cogentia, ægris non conveniunt. Contingit tamen nonnunquam, quod appetitus extraordinarius uſum imperet, & benè cedat. Tertianarius reconvaleſcentiam ſibi certò promittebat ab eſu ad minimum trium oſtreorum. Unô Veneri, alterô Baccho, tertiô Cereri ſe ſacrificaturum dicebat. Jocus auſpicatus. Poſt ſeptimum paroxyſmum convaluit. Convaluiſſet fortè, abſque hoc actu ſi fuiſſet. Nam hæc exquiſitæ tertianæ periodus eſt ſeptem terminari paroxyſmis.

Cochleæ hecticis proſunt. COCHLEARUM, in vineis quæ colliguntur, domunculis incluſæ, per totam hyemē ſuis vivunt impenſis, & propriâ ſuâ ſe alunt ſubſtantiâ, in jure carnis ſucculento paratarum uſus, & crebrior eſus hecticis febribus prodeſt, & facile alimentum præbent ad frigidum & humidum inclinans, & ſolidiuſculum.

Gammari. GAMMARI ϑερμπύγιοι phthiſicis commendantur.

CAPUT XV

pennatorum & avium genera delineat.

Perdices utile præbent alimentum. *Turdi, merula, luſcinia.* *Turdi.*

EX PENNATORUM cœtu, â calidâ causâ ægrotantibus, & febricitantibus utiles cibi, prodeunt PERDICES, ſaporis delicio, & bonitate excellentes ſucci, carnem enim habent neque duram, neque concoctû difficilem.

Conducunt turdus, merula, luſcinia.

TURDORUM USUM magnifecit *Horatius*, cùm canit: *Nil melius turdo.* Gulæ docti veteres pinguefaciendis turdis magnam impendebant operam, *autoribus Varrone* & *Columellâ*, in cibum illis inferentes offas quotidianum, ficis & farinâ confarctas. Exhibebant etiam milium cum aquâ clarâ & copioſâ, adeò ut caro venderentur, ſinguli turdi ternis denariis.

Gratum edulium.

Noſtro hoc ſeculo delicioſo pari excipiuntur applauſu. Quamprimum in hiſce oris nivibus albicant & caneſcunt ſilvæ, catervatim & gregatim ſingulis annis advolant, quemadmodum imprimis hoc anno M. DC LXIV & LXV. inaudito ab hominum memoriâ exemplo, & depaſcunt baccas juniperi, quâ ſilvæ omnes repletæ. Pinguedine obſiti cutetenus, circà viſcera etiam, renes, ventriculum adipe adſperſo in urbem deferuntur: levique pretio 8. 9. 10. obulorum venum exponuntur. Jecinora habent ampla, grato amarore ſe guſtui comendantia. Ventriculum juniperi baccis referum exhibent. Nullo hic opus ſaginandi labore. Gratum ut ſanis, ita & ægris aſſati in veru proficuum præbent edulium. Nec obſtat carnis eorum duritics, & materiæ firmioris obſervatio. Tenera ſimul eſt, ceræ inſtar ſub dentibus liqueſcens. Quæ magis nutriunt, difficiliùs à calore nativo conficiuntur, qualia ſunt plurima phthiſicorum edulia. Mollia ociùs abſumuntur, dura tardiùs conficiuntur.

Merula.

MERULAE hiſce oris inquilinæ ponè ſequuntur dignitate æſtimationis, gratum etiam ægris edulium nec infructuoſum.

Philomela.

PHILOMELAE in omnibus benè de ſalute hominum merentur, in uno ſolo culpabiles, quod non anno toto aures delectent, ſed vere ſolo. Silent reliquum anni tempus, & hyeme latent. Martio menſe quaſi ex cineribus reſuſcitatæ etiam ſub nive erumpunt, pingues & boni habitus. Autumnum circà menſis ſe offerunt. Locus habitationis hyemalis alaudarum & hirundinum nondum ſatis notus.

Gallinæ

Gallinæ cohortales altiles, & columbæ juvenes domeſticæ & ſilveſtres his junguntur, non intrà caveas ſaginatæ. *περιττωματικὰ γὰρ ἅπαντα τὰ ἀγύμναστα, quæ non moventur enim, & liberiori motu in aëre continuò verſantur, excrementa congerunt.* Gallinæ indicæ, & Capones liberè alti, vel etiam lacte medicatis cibis paſti & ſaginati, his meritò adnumerantur. *Gallinæ.*

PHASIANI guſtûs ſuavitate præcellentes gallinis, Principum deliciæ, aſſæ, ægris gratum præbent nutrimentum, multò magis, ſi ſolis vaporibus, qui ad oſſa perveniant, carnis tamen ſuperficiem non diſſolvant, artifice temperamento coquantur. *Phaſiani.*

ANSERUM eſus ſanguinis ebullitionibus, & defluxionibus opponi non poteſt. Communi omnium conſenſu eorum eſus febrifer cenſetur. Salubriores ſunt mediæ ætatis. Noviter in lucem editi carnem habent mucoſam, & excrementitiam: ſeniores Veneris uſu attriti exſuccam & duram. Qui ambigunt, & ſalubri utuntur victû, non ſtagnante, limoſo, lacte alimentis imbutis ſaginati, fartiles, exſpectationem omnem jucundæ nutricationis explent. *Anſeres.*

HEPATA tamen anſerum miliaceis offis nutritorum, concreto lacti quàm ſimilima, & ſaporis gratiâ τὰ σισυκασμένα τῶν συῶν, *ficeta ſeu ficubus ſaginatorum ſuum* epata, primatum quibus defert *Plinius naturalis hiſtoriæ lib. 8. cap. 51.* æquantia, quin iiſdem palmam ambiguam facientia, hecticos, & chronicis ex febribus languentes mirè reficiunt. *Eorum jecinora.*

CAPUT XVI

ovorum mentionem facit.

SAmius ſapiens, qui religionem ſapientiæ conjunxerat, *κυάμων ἀπέχεσθαι* juſſerat. De fabis id interpretantur nonnulli, de ovis alii, in oculis habentes *μετεμψύχωσιν. ἴσον, dicebat Samius, κυάμους ἐσθίειν κεφαλάς τε τοκήων, non differt comediſſe ova, & parentum capita.* Nos ſecuri de hiſce periculis, ova in humectantis victûs cenſu cum Galeno numeramus. *Quid κυάμων ἀπέχεσθαι.*

TEMPE-

Temperata ſunt ova:

TEMPERATA ſunt ova integra. Caliditas vitelli ad mediocritatem redigitur ab albumine. Humectandi vi pollent.

humectant

Galenus libro 2. de comp. med. ſ. loca docuit ova humectare.

Avicenna libro de cordis viribus tract. 2. capite proprio, exiſtimat ovorum vitella eſſe temperata, quibus tria conveniunt, ſcilicet: velociter in ſanguinem transmutari: parum ſuperfluitatis poſt transmutationem relinquere: & ſanguinem generare conformem ſanguini, quo nutritur cor, pellitur ergò feſtinanter ad ipſum. Et idcircò præ cæteris nutrientibus conveniens eſt in diſſolutione ſubſtantiæ ſpiritus, & diminutione materiæ ipſius, ſanguinis ſcilicet cordialis.

USUM illorum in cibis generalem maximi facere viſus *naturalis hiſtoriæ conditor lib. 29. cap. 3.* Nullus eſt alius cibus, *dum inquit*, qui in ægritudine alat, neque oneret, ſimulque vim potûs ac cibi habeat. In pleuritide generalem *lib. 1. de curat. acutor. cap. 10. Aretæus* commendat uſum τῶν ὠῶν νεοτόκων, ἐκ πυρὸς ἀπύρων. ἀπὸ γὰρ τῆς μητρὸς ἡ θέρμη, ὑγροτέρη μὲν πυρὸς, οἰκειοτέρη δὲ τῷ νοσέοντι, ὅκως ἐκ ζώου ζώῳ, *ovorum nuper à gallinâ editorum, ex igne igne carentium: quippe à matre caliditas ineſt, igne quidem humidior, ſed ægrotanti familiarior, ceu ex animalis, animali.*

Galenus diſtinctionem præmittit, antequam pronunciat.

Galenus lib. 3. de alimentorum facultatibus cap. 22. diſtinctim, quid de ovorum uſu ſentiendum, explanat. διαφέρειν τρισὶ διαφοραῖς ἀλλήλων; tribus differre ſtatuit differentiis: μία δὲ κατὰ τὴν οἰκείαν οὐσίαν. 2. ἑτέρα δὲ καθ' ἣν τὰ μὲν ἤδη χρόνου πλείονος ἐστί. τὰ δ' οὐ πρὸ πολλοῦ γεγένηται. 3. καὶ τρίτη, καθ' ἣν τὰ μὲν ἐπιπλέον ἕψηται, τὰ δὲ ἄχρι τοῦ μετρίως συστῆναι, τὰ δὲ μόνον τεθέρμανται. καθ' ἃς διαφορὰς τὰ μὲν ἑφθὰ καλεῖται, τὰ δὲ τρομητὰ, τὰ δὲ ῥοφητά.

1.
2.
3.

PRIMA *differentia eſt penes propriam ſubſtantiam.* SECUNDA *eſt penes tempus: aut enim longo ante tempore, aut brevi ſunt edita,* TERTIA *penes coctura eſt rationem: nam quædam diutius fuerunt cocta, alia ad mediocrem uſque conſiſtentiam: alia duntaxat excalefacta fuerunt. Secundùm has differentias alia quidem cocta vocantur: alia tremula: alia ſorbilia.*

De hiſce differentiis in nutriendi viâ fert judicium.

I. SUBSTAN-

1. SUBSTANTIÆ intuitu, τῶν ἀλεκτορίδων gallinarum ova præfert. *1. Gallinarum commendat ova.*

2. TEMPORIS ordine præfert recentia. οὐ σμικρὰ δ' ἐν αὐτοῖς ἐστὶν ὑπεροχὴ, καὶ τῶν νέων πρὸς τὰ παλαιά. κάλλιστα μὲν γὰρ τὰ νεώτατα. χείριστα δὲ τὰ παλαιότατα, τὰ δ' ἐν τῷ μεταξὺ τούτων ἀνάλογον τῇ ἀποστάσει, ἣ ἀφέστηκε τῶν ἄκρων, ἀρετῇ τε καὶ κακίᾳ διενήνοχεν ἀλλήλων. *Ova recentia veteribus plurimùm praſtant: quippe optima ſunt recentiſſima, vetuſtiſſima autem peſſima. Quæ verò in horum medio ſunt, proportione receſſus ab extremis, bonitate aut pravitate inter ſe differunt.* *2. recentia.*

3. COCTURÆ RATIONE, κάλλιστα εἰς τροφήν ἐστι τὰ τρομητὰ, TREMULA *ad nutriendum ſunt aptiſſima.* τὰ δὲ ῥοφητὰ ἧττον μὲν τρέφει, ῥᾶον δὲ ὑποχωρεῖ, καὶ τὰς ἐν φάρυγγι τραχύτητας λεαίνει, SORBILIA *minus quidem nutriunt, ſed faciliùs ſubducuntur, & faucium aſperitates levigant.* τὰ δ' ἑφθὰ καὶ δύσπεπτα καὶ βραδύπορα καὶ τροφὴν παχεῖαν ἀναδίδωσι τῷ σώματι. ELIXA *verò ad coquendum ſunt difficilia, & tardi tranſitus, craſſiusque alimentum corpori tribuunt.* Τούτων δὲ μᾶλλον ἐστὶ βραδυπορώτερα καὶ κακοχυμώτερα τὰ, κατὰ θερμὴν σποδιὰν, ὀπτηθέντα. *His adhuc tardiùs permeant, & pejoris ſunt ſucci, quæ in calidis* CINERIBUS ASSANTUR. Τὰ δὲ ἐπὶ τῶν ταγήνων παχυνθέντα, καλούμενα δὲ αὐτὸ τοῦτο ταγήνιστα, χειρίστην ἔχει τροφὴν εἰς ἅπαντα. *Quæ verò in ſartagine ſunt inſpiſſata, peſſimum omnibus modis habent alimentum.* Rationem etiam addit: inter coquendum vertuntur in nidorem, & ſuccum gignunt craſſum & excrementitium. Τὰ καλούμενα πνικτὰ, *vocata* SUFFOCATA: in oleo, garo & vino, mediocria ſtatuit, modò non nimis incraſſentur. Talia etiam ſunt æſtimanda τὰ ἐπιχεόμενα ὠὰ ἄνωθεν ταῖς λοπάσιν, *quæ supernè caldariis infunduntur,* ſi non permittantur παχυνθῆναι τελέως, ἀλλ' ἐγχύλων ὄντων ἀπὸ τοῦ πυρὸς αἴροιτο τὸ ἀγγεῖον, *incraſſari perfectè, ſed ſuccoſis adhuc exiſtentibus ovis ab igne removeatur vas.* *3. tremula.*

Ὠὸν τὸ ἁπαλὸν, ſcribit ante Galenum Dioſcorides lib. 2. cap. 44. τροφιμώτερον, τοῦ ῥοφητοῦ, καὶ τοῦ ἁπαλοῦ τὸ σκληρόν. *Nutriendo magis aptum eſt molle, quàm ſorbile ovum: durum autem magis nutrit, quàm molle.* *Mollia ova.*

Quæ ova meliora. Quæ ova præſtantiora, quæ marem ferunt, an fœmellam, quærere, amoenitatis eſt? Fortè generoſiora, quæ marem.

Κριτήριον ſexûs Ariſtotelicum? Dignoſcere docet figura: *μακρὰ καὶ ὀξέα τῶν ὠῶν θηλέα, τὰ δὲ στρογγύλα, καὶ περιφέρειαν ἔχοντα κατὰ τὸ ὀξὺ, ἄῤῥενα. Quæ oblonga ſunt ova, & faſtigio cacuminata, fœminam edunt: quæ autem rotundiora ſunt, & parte ſui acutiore orbiculum habent, marem gignunt.*

à Columellâ propoſitum. Contrarium *Columella* teſtatur *lib. 9 cap. 5.* Cum volet quis, *ſcribit*, quamplurimos mares excludi, longisſima quæque & acutisſima ova ſubjiciet: & rurſus cum fœminas, quàm rotundiſſima.

Ἐπίκρισις. Adſenſum meretur Columella ruſticationi deditisſimus.

Ægris proficua ova juniorum ſanguineâ guttâ inſtructa. Ova à gallinis junioribus verno tempore edita, inter vitellum & albumen guttam unam aut alteram ſanguinis habentia cenſentur vegeta & magnum virium pondus habentia, illasque collapſas erigentia.

In febribus conveniunt. In Ephemeris, hecticis, & putridis indermittentibus dictis, omnium ferè judicio ſunt innoxia. In acutis febribus *καυσώδεις*, *ardentes* quæ appellantur, & non ultrà 14 aut 20. ad ſummum dies extenduntur: & peracutis, quæ ſtatim ferè conſiſtunt, extremosq; habent labores, id eſt, ſummum naturæ conflictum brevi finiendum, haud ita tutò in calidiſſimis regionibus Hiſpaniâ & Italiâ exhibentur. Inſtillari poteſt gutta una vel altera ſucci citri, vel ſpiritus ⊖li. Nonnulli in ♱ corticem macerando abſumunt, ſicque ♱ frigiditate calorem temperari volunt.

Cum citâ refectione opus, aliis in affectibus, conveniunt, tum per ſe, tum cum aliis.

PER SE *ῥοφητὰ καὶ ἁπαλὰ ſorbilia, tremula, & mollia.*

CUM ALIIS miſta etiam ſunt ex uſu. Cum flore ſiliginis in placentam redacta, cauſariis non placent, utpote obſtructionum metu deterritis. Tutior uſus cum herbis, abſinthio, menthâ, paſſulis, butyro paratorum.

Dubitationes. Dubitant nonnulli de febribus ardentibus. 1. facilè corrumpuntur. 2. facilè in nidorem vertuntur, ſicque ſuccum generant craſſum, vitioſum & excrementitium.

1.
2.

a ℞. ad 1. negando. Præſervantur eò magis à putredine, ſi aliquis ſuccus eiis admiſceatur, qui putredini & corruptioni reſiſtit, ut eſt ſuccus granatorum, limonum, malorum citriorum ℞. 1.

2. Ova conſiderantur vel ratione ſui, vel reſpectu præparationis. PRIMO MODO ova non ſolùm ſunt boni ſucci, ſed etiam, *ut Galenus* dicebat *4. rat. vict. acut. t. 113.* humorum acrimoniam obtundunt: *imò addit*, maximè appropinquant ad nutrimentum alicæ, dummodo gallinæ, è quibus excluduntur, bono cibo nutriantur, non immunditiis, vermibus bombycinis, ut in Italiâ menſe Majo & Junio contingit. Tunc enim ova, malam acquirentia qualitatem facilè corrumpi poſſunt. SECUNDO MODO præparationis ratione malam acquirere queunt qualitatem, ſi plus juſtò coquantur, elixentur ad duritiem, aut in ſartagine frixentur, aut ſub cineribus aſſentur, tum humidum ſuum ſubſtantificum amittunt, & terreſtre tantùm retinentes vertuntur in nidorem, & propterea ægrè in ventriculo coquuntur, craſſumque ſuccum excrementitium & vitioſum generant. 2.

CAPUT XVII

quadrupedum, quorum in victûs humidi materiâ meminit Galenus, recenſet ſeriem.

QUadrupedes inter SUILLA & APRUGNA ſilveſtris caro à nobis non numerabitur. Non videtur commodam victûs in morbis ſuppeditare materiam. Præferimus VITULINAM, & AGNINAM. Utraque non mucoſa macra, ſed lacte uberrimo nutrita eſſe debet. Præfertur aſſata, nimiâ humiditate privata. *Suilla carni* *præfertur vitulina, & agnina.*

THYMI vitulini, inter thoracis glandulas eminentes, principatum quendam in alimentorum ordine ſibi vindicare videntur, & febrientibus hecticis non ſolùm, ſed & aliis prodeſſe impenſè cenſentur. Sapore præditi ſunt plus quàm dulci, ἑνὶ λόγῳ, delicatiſſimo. Verè *Galenus de alimentorum facultatibus libro 3. capite 6.* plures ſunt aliæ exiguæ glandulæ *Thymi nutrientius liberalioni apti.*

 in

in multis corporis partibus : at cui thymo nomen, haudquaquam eſt exigua, ſed *τῶν νεογόνων, in nuper natis* maxima, *αὐξανομένων δὲ μικροτέρη γίνεται, in adoleſcentibus autem fit minor. πάντων δὲ αὐτῶν κοινόν, ἡδεῖς τε καὶ ψαθυροὺς φαίνεσθαι κατὰ τὴν ἐδωδήν. Omnibus autem illis id eſt commune, ut ſuaves in cibo ac friabiles appareant.* Liberaliter defluam ſolidarum partium ſubſtantiam reficere, facilè perſuadebit, qui nutritium, quem nervi vehunt, ſuccum, in eo depurari credunt.

Cervina carni antifebrilis tribuitur poteſtas.

CERVINÆ carni *ἀντιπυρετικὴν δύναμιν* attribuit *Plinius lib. 8. naturalis hiſtoriæ cap. 32.* Febrium, *ait*, morbos non ſentit hoc animal, quin & medetur huic timori. Quaſdam principes fœminas *ſcimus*, omnibus diebus matutinis deguſtare eam ſolitas, longo ævo caruiſſe febribus, quod ita demum exiſtimant ratum, ſi vulnere uno interierit.

Galenus vitioſi ſtatuit eſſe ſucci.

Galenus verò 3. *de alimentorum facultatibus capite 2.* *τῶν δὲ ἐλάφων σάρκα κακόχυμόν τε καὶ δύσπεπτον καὶ τῶν ἀγρίων ὄνων, ὅσοι γ' εὔεκτοι καὶ νέοι, πλήσιον, ſuccum vitioſum generare,* & concoctu difficilem, *agreſtiumque juniorum aſinorum carni ſimilem* perhibet.

Conciliatio.

Adverſis hæc concurrere videntur frontibus. Vis *ἀντιπυρετικὴ* conjunctim cum *δυσχυμίᾳ* ſtare nequit! Τὸ ἐναντιοφανὲς conciliat *Volcamerus in ſuâ de ephemerâ diſſertatione*, paucis ſed nervoſis. Specifica quædam virtus ipſi ineſſe poteſt, ſicut cornua virtute alexipharmacâ imprimis prædita eſſe ſcimus.

Annoſorum cervorum, quæ in ordine longævitatis in laude eſt ſenectus, in ordine alimentorum eſt in exprobatione: juniorum ut magnatum menſæ eſt in deliciis, ita medicorum officinæ therapeuticæ diæteticæ eſt in deſideriis.

Capreolorum caro laudatur.

CAPREOLORUM juniorum caro pretioſi eſt ſaporis, & laudati ſucci, febricitantiumque tertianariorum ferculis apta.

ANTE ASSATIONEM carnium & piſcium veteres inungebant oleo, eo ſine, ne exteriores partes vi ignis exuſtæ conſumerentur, interiorumque coctionem impedirent. *Alia* ſubeſt ratio. Cum oleum occludat extimos corporum meatus, impeditur, quo minus inteſtinus humor effluat. INDE etiam aſſa elixis humidiora. *Galli* noſtro ſeculo, aſſandas carnes

lardo

lardo transfodiunt & cooperiunt. ÆGRIS NOSTRIS commendamus aſſandas carnes butyro non ſolùm exteriùs illitas, verùm etiam continuò irrigatas.

CAPUT XVIII.

Animalium partes, quæ humidi victûs rationem obtinent.

INTER partes animalium LAC humectandi inſignem habet virtutem. In quibus noceat, & proſit, tradit *Hipp. 5. aphor. 64.* MULIEBRE naturæ noſtræ maximè familiare, phthiſicis prodeſt, præcipuè ſi ex mammillis ſugatur. *Platerus* aliquot phthiſicos ejus ſe uſu reſtituiſſe teſtatur, interque illos unum, non ſolùm convaluiſſe, ſed etiam tantas vires recepiſſe, ut ne lac ſibi deficeret, nutricem de novo imprægnarit. *Lac.*

PRAEPARATI lactis mentionem facit *Plinius lib. 11. c. 41.* Mirum, *inquit*, eſt barbaras gentes, quæ lacte vivunt, ignorare aut ſpernere caſei tot ſeculis dotem, denſantes alioquin id in *acorem jucundum, & pingue butyrum.* Spuma id eſt lactis, concretiusque, quàm butyrum. *Præparatum.*

CASEI dotes à Plinio memoratæ non ſunt promittendæ ægris. Abſtinere poſſunt ab eodem. *Caſeus.*

LAC ACIDUM, ὀξύγαλα dicitur Græcis, frigidius eſt, calidæ intemperiei, æſtate præſertim, in magno aeris æſtu ſuccurrit. Meliori ſapore arridet palato, ſi miſceatur cum flore lactis. Illuſtris perſona, quoties podagricis vel chiragricis, imò etiam vagis arthriticis doloribus corripiebatur, ferocientibus humoribus, nullum majus levamen ſentiebat, quam hoc adſumto. Præcipitat humores fermentatos. *Lac acidum.*

BUTYRUM pingue, ex lacte quod paratur, in cibis locum habet: ægrotantibus ex cauſâ bilioſâ minus convenit. *Butyrum.*

Ανθόγαλα flos lactis cum lacte miſtum reddit illud nobilius.

CAPUT XIX.

Condimenta ciborum generalia, ſal.

Condimenta ciborum generalia.

CONDIMENTA ciborum GENERALIA, mollis morboquè languentis animi ἐπιθυμήματα ſunt: ſal, acetum, & ſaccharum, triga mundificans illuſtris. Cauſas condimentorum tradidit *Ariſtoteles lib. de ſenſu & ſenſili cap. 4.* διὰ τὸ ἀντισπᾶν, τὸ λίαν τρόφιμον εἶναι, τὸ γλυκὺ. καὶ τὸ ἐπιπολαστικὸν, *ut retrahant dulce, quod nimium alit, atque innatat*: paulò enim ante omnia dulci nutriri probaverat.

SAL calidam & ſiccam obtinens qualitatem, præſervat à putredine, quæ morboſis impreſſionibus aperit viam. Incidit, aperit, penetrat, diſſolvit & digerit. θεοφιλὲς σῶμα, καὶ τῶν ὄψων ὄψον καὶ ἥδυσμα, *Deo gratum munus, obſoniorum obſonium, & delectamentum*, non ad cibum modò, verùm etiam ad potum condimenti vim habens, neceſſitatem cibi convertit in ſuavitatem.

Nam ſapit eſca malè, quæ datur abſque ſale.

In locis diuturnâ obſidione cinctis cum deficit ſal, actum eſt de ſalute defenſorum.

ÆGROTANTIUM cibis admotum, condimenti loco, utilem præſtat operam. Ita reſpondendum, cum clinicæ mulierculæ interrogant, an cibos illorum ſale condire liceat.

Hippocrates 2. aphor. 38. in ciborum indulgentiâ valdè liberalis, τὸ σμικρῷ χεῖρον, καὶ πόμα καὶ σιτίον, ἥδιον δὲ, τῶν βελτιόνων μὲν, ἀηδεστέρων δὲ μᾶλλον αἱρετέον, *cibum parùm deteriorem, aut potum, ſuaviorem autem melioribus quidem, ſed minus ſuavibus præferendum eſſe cenſet*. Cùm itaque cibum gratiorem reddat modicum ſalis, idem beneficium etiam ægris haud denegandum.

Convenit ſalis uſus magis in febribus intermittentibus longis, pituitoſis, minùs in febribus continuis acutis, calidioribus, incendioſis, ſitientibus.

Moderatus ejus uſus in utriſque proficuus, aperit, incidit, & atomis ſuis orbiculatam, tenuem, angulatam, diſtortam, crurumque inæqualium figuram habentibus, reliqua cibaria pervadit

pervadit, rariora reddit, ipſasque partes ad excretionem noxiorum ſtimulat.

Trallianus libro 12. ἁλμηρῶν χρηστέον, inquit, uti ſalſamentis expedit, in febribus quæ ab humore melancholico excitantur, ut in quartanis, & in quibus *ὁ στόμαχος γλίσχρους περιέχει χυμοὺς, καὶ σπληνὸς ἔστιν ἔμφραξις πολλή, ſtomachus viſcidis ſcatet ſuccis, & multa lienis adeſt obſtructio.*

Quartanarius in Belgio, cui deſperata ferè erat ſalus omnis, halecis ſaliti uſu reſtitutus.

Loco ſalis vulgaris ſal ſpecificum aliquod expedientius eſt. In *dolore capitis* ſal verbenæ miſcendum cum vulgari Hallenſi, Lunæburgico, Sulzenſi: in melancholico affectu cum ſale abſinthii, lonchitidis ſpicanthæ, in hypochondriaco affectu cũ ⊖ fumariæ: in *malignis* febribus ſal ſcordii, angelicæ: in *ardentibus* ☽, in tertianis ſal cardui benedicti, & centaurii minoris: in quartanâ ✳: *ſymptomaticâ pleuriticâ* ſal hyperici, in morbillis ſal aliquod expellens, *galega, cornu cervi volatile.* *Sal ſpecificum.*

CAPUT XX.

Alterum ciborum condimentum acetum.

Aceti nequitiæ virtus ineſt, *inquit Plinius lib. 14. cap. 20.* magnos ad uſus, ſine quibus mitior vita degi non poteſt. Nam, *eodem autore libro 21. cap. 20.* cibos quidem & ſapores non alius magis ſuccus commendat aut excitat: adeoque, *ut & ipſe affirmat*, in totum domitrix vis hæc non ciborum modò eſt, verùm & rerum plurimarum. Quomodo autem plurimas res domet, *idem* tribus verbis ſignificavit, quando TERRAE INFUSUM SPUMARE *dixit.* ALIAE DOTES aceti in cibis hæ ſunt: In æſtu, laborantes refrigerat, dum ſalia volatilia imbibit, & præcipitat, effectum præſtat frigidum, vires corroborat, putredinem tollit, pravos humores & faſtidia diſcutit. Attenuantibus miſtum vim eorum ſtrenuè auget: languidum ventriculum excitat acrimoniâ: triſtes & otioſos à ſopore liberat ſpiritus: cerebri nubem potenter diſcutit: atomis ſuis multangulis & acutis, dum in partium ſe inſinuat poros, eos aperit, *Aceti virtutes hæ: temperat calores, commendat ſapores, aperit.*

humores

humores infarctum molientes perrumpit, punctionibusque ſuis expultricem ſolicitat facultatem & officii admonet.

Adprobatur ab aliis

In ſtomacho febricitantium, *inquit Helmontius*, nil ritè digeritur, ſed ſtatim intus cadaverantur ingeſta, ac nidorem ſuſcipiunt. Acidis ergò, quæ putredini efficaciter reſiſtunt, & æſtuantem furioſumque febris impetum ſeu fermentum præcipitant, alterata medicamenta & alimenta proponantur, & aperientibus commiſceantur. His febres ſubitò ſubiguntur, & adapertis incunctanter meatibus facilè evaneſcunt.

Juſculis adduntur ſuccus limonum, acetoſitatis citri, ſpir. ⊕li ♂tis.

Geminâ conſtat ſubſtantiâ.

Acetum geminâ conſtat ſubſtantiâ, igneâ & terreâ. IGNEA ob angulorum tenuitatem, laterum acumen, atomorum parvitatem, & motionis celeritatem ſubit, tenuat, ſecat: TERREA reſiſtit. Hæc adverſantium invicem qualitatum pertinax colluctatio fermentationis univerſæ fundamentum, ciborum etiam fermentationem juvat. Juvat etiam fermentationem & ſeparationem humorum quorumlibet, ſalvis naturæ rebus.

Acida venarum oſcula aperiunt.

Τὰ ὀξέα, *eleganter Cous lib. 2. de diætâ v. 256.* καὶ δριμέα οὐ πληροῖ. διότι τὰ στόματα τῶν φλεβῶν ἀνέωξέ τε καὶ διεκάθηρε, *acida, acria &c. non replent, propterea quod oſcula venarum aperiunt, & expurgant.*

In ſingulis conveniunt febribus.

Condiri eo poſſunt cibi in DIARIIS. HECTICAE admittunt idem ad gratum ſaporem, & appetitum excitandum. Synochi non abhorrent. Putridæ dictæ beneficia exſpectant ab eodem multa.

Non convenire melancholicis nonnulli cenſent.

Non convenire melancholicis morbis inſinuare videtur *Hippocrates 3. de ratione victûs in acutis t. 38.* ἀπὸ ὄξιος τὰ μελαγχολικὰ ζυμοῦται καὶ μετεωρίζεται καὶ πολλαπλασιοῦται. ἀναγωγὸν γὰρ μελάνων ὄξος. *Nigra ab acidis fermentantur, & in ſublime attolluntur, & multis partibus augentur. Acetum enim nigra exaltat.* Cum *Laurentius Joubertus* aceti uſum QUARTANAS fovere ſcribit, niſi profuſam & liberaliorem, atque adeò immoderatam, effrenemque eo utendi licentiam, ut videtur, intelligat,

intelligat, audiendus non eſt. In MALIGNIS & peſte humorum alienationem præſentem compeſcit, imminenti obicem ponit.

CAPUT XXI.

Tertium ciborum condimentum ſaccharum.

SACCHARUM, mel illud *καλάμινον Arriano in Periplo, καὶ σάκχαρον, εἶδος ὂν μέλιτος, εὑρισκόμενον ἐπὶ τῶν καλάμων, & ſaccharum, mellis genus, in arundinibus inventum, à Dioſcoride* appellatum *lib. 2. cap. 74. ἅλς ὁ ἰνδικὸς, χροιᾷ μὲν καὶ συστάσει ὅμοιος τῷ κοινῷ ἁλὶ, γεύσει δὲ μελιτώδης, ſal indicum, colore quidem concretioneque communi ſali ſimile, guſtu autem & ſapore melleum,* ita ab *Æginetâ libro 11.* delineatum, tertium ciborum in febribus condimentum eſt (ſuaviſſimus nempe ille, Indicâ, fungoſâ, bibulâ ex arundine liquatâ & coctâ audaci mortalium, ne palato eſſent raræ deliciæ, induſtriâ, qui extrahitur eviratus & ſæpe defecatus ſuccus, novi olim incola orbis tantùm, nunc traductis coloniis, noſtro etiam climati factus verna) *εὔκρατον* cùm ſit, aut ſin minùs, non tamen niſi modicè ab hoc declinet gradu, innoxiè non ſolùm in quotidianum victum ſeu alimoniam, ſed etiam variorum morborum & ægrotantium levamen adhibetur. Utroq; modo benè de ſalute eorum meretur, dum non tantùm nutrit, ſed etiam temperat, temperando refrigerat, & putredini reſiſtit. Nullæ ſuaviſſimæ huic fores occluduntur ſubſtantiæ, ſed gratis illecebris dulcique ſuadâ viſcera ſitientia novum, inſuetumque libenter admittunt hoſpitem: conſtat enim ex atomis & moleculis, eâ ratione in rotunditatem configuratis, ut eorum porulos ſubeuntia facile iiſdem accommodentur, ſicque eadem deliniant, demulceant, placideque afficiant.

Saccharum tertium ciborum condimentum.

benè de ægrotantium ſalute meretur.

Conſtat ex atomis rotundis.

Limoſum qui credunt reddere ſanguinem & viſcoſum, idque probant eclegmatum & rotularum pectoralium effectû in tuſſi, confundunt *τὸ καθ' ἑαυτὸ, καὶ τὸ κατὰ συμβεβηκός.* Scopæ pulverem excitant, movendo eum, qui aderat, non producendo novum.

Non generat limum

LIIIII *Helmon-*

Helmontii in ſaccharum invectiva. *Helmontius lib. pharmacopolium & diſpenſatorium modernum inſcripto, t.30. & 31.* ſaccharo dicam ſcribit, increpatq; medicos, quod omnia medicamenta ſaccharo condiant & melle, quaſi omnium morborum UNICA MEDELA & APEX IN DULCI

Exingens. STARET. Sed rationes adlatæ non ſunt magni momenti.

CAPUT XXII.

Mellis uſum exponit.

Mel. MEL, ob primatum, quem obtinet inter dulcia, ne dicamus certam poſſeſſionem, DULCE dictum (res apprimè nota, & officiis naturæ inſignis,) quod colligunt apes ex omnibus, quæ florem caliculatum ferunt, atque etiam ex cœteris, in quibus dulcedo eſt, & linguâ ſuſceptum genus id ſaporis deportant, ſine ullo fructuum detrimento.

In ſanis. IN SANIS tepido ſuo calore, & gratioſo humido, utroque voluptuoſo, naturale non exſuperans calidum, concretas frigore in nobis particulas fundens, non tamen ſolvens, aut ſecans, aut continuum diſtrahens, naturæ obſequitur, propriæ ſubſtantiæ conditione liqueſcit ſtatim, nullâque reluctantiâ trahi, & affici ſe permittit. Novam in venis, alieno non turbatis inquinamento, lucratur dulcedinem coctione promotam, & novâ caloris blandi non ocioſi operâ uberem præſtat alimoniam.

In ægris. IN ÆGRIS eſt materia præſidii therapeutici â vetuſtate in magno habita pretio. In magnis confectionibus confert componendis. Pectori pravis ſuccis onerato ſuccurrit, in eclegmatibus. Sed eâdem, quâ lac, verſatur in culpâ. Noxium eſt, alieno ſi vitietur conſortio. Ut lac percalidis in viſceribus tranſit in nidorem, in frigidis in acorem: aqua etiam ſimplex frigida in naturâ promtiſſimè bileſcit calidâ: ita etiam cùm febrile viſcera obſidet incendium, citò igneſcens in bilem vertitur. Ut mel miniſteriali igne coctum & toſtum, induit amaritudinem; ita & mel in febricitantibus, extraneo calore aſſatum, in amaram vertitur bilem.

CAPUT

CAPUT XXIII.

Alia condimenta therapeutica, zingiber, piper, caryophylli aromatici, & alia.

Ζιγγίβερις, ζιγγίβερ apponitur ceu materia nobilis præſidii *Zingiber.* inter condimenta ciborum, cùm difficiles ſunt concoctû & frigidi, ventriculusque infirmitatem debet humidæ & frigidæ intemperiei. Salis volatilis aronii eſt particeps, atomis igneis earumque tenuitate pervadit, putredinique reſiſtit. Carnibus integrum coquendis adjicitur, & pulveriſatum inſpergitur.

Πέπερι, *autore etymologo,* παρὰ τὸ πέπτω. τὸ εἰς πέψιν ἄγον τῇ *Piper.* θερμότητι τοῦ πνεύματος derivata, ab aliis barbara cenſetur vox, ſed ſine ſuffragio. Præ albo & longo rotundum potiſſimùm uſurpatur. Δύναμιν δ᾽ ἔχει κοινῶς θερμαντικὴν, οὐρητικὴν, πεπτικήν. *Singula ſpecies habent calefaciendi, urinā ciendi, & coctionem juvandi vim.* Aronio ſubtili & penetrante ſuo ſale viſcida & tartarea cibis & ventriculi cruſtæ inhærentia retrimenta reſolvit. Cauti in ejus uſu ſint bilioſi. Minorem noxam infert integrum granum deglutitum, vel cum cibo leniter coctum. Sereniſſimus ac Celſiſſimus princeps ac Dominus JOH. PHILIPPUS, Dux Saxoniæ, Juliæ, Cliviæ, ac Montium ante prandium deglutire ſolebat piperis integri g. iij. iiij. Præmittebat condimentum: cibus ſequebatur.

CARYOPHYLLI aromatici, ad differentiam florum *Caryophylli.* hortenſium & ſilveſtrium, dicti, ſive ſimplices ſint, ſive anthophylli, cibis admiſti, iis, qui cerebrum viſceraque alia frigida habent, flatibusque vexantur, conveniunt. Condiantur eis carnes variæ, imprimis columbarum.

NUX MOSCHATA aromatites, ejusque flos, MACIS *Nux moſchata.* dictus, qui penetrantior eſt, calefaciendi virtute ciborum flatuoſitatem corrigunt. In DOSI NUCIS opus cautione, quæ etiam in ÆTATE ejus locum habere geſtit. In recentiori copioſum abundat 🜍 narcoticum, quod ventriculum, cerebrum, & nervoſum genus lædit. Inde *Rondeletius* præferebat imma-

turas, carioſas, quæ plus adſtrictionis habent, quâ robur ventriculo conciliatur, & vapidi fumi cerebrum præpedientes impediuntur. Oleaginoſa enim cerebrum obruunt. Memini, *ſcribit Lobelius in obſervationibus,* generoſam Anglam gravidam eſû 10. aut 12. nucum myriſticarum ebriam deliraſſe. Talem vim recentibus ineſſe repetit *Jacobus Bontius lib. de medicinâ Indorum.* Scribit ſe quosdam vidiſſe, qui ex harum recentium uſu non parùm fuerint periclitati, & per unum aut alterum diem non ſecus ac carô correpti jacuerint. *Noſtrâ experientiâ* vis hæc narcotica confirmata, lucem addet. Uterina metuens mala muliercula in ſacciperio continuò geſtans nuces moſchatas, cùm liberaliùs earum eſu ſe refeciſſet, carô correpta jacebat. Ab eo liberata vomitu.

Cinamomum. CINAMOMUM in ſubſtantiâ eduliis admiſcetur, ceu condimentum ſuaviſſimum: aqua ejusdem amygdalatis & pultibus adfunditur.

Cardamomum. ΚΑΡΔΑΜΩΜΟΝ, *κεκαθαρμένον καὶ ἀφηρημένον τῶν λοβῶν à folliculo exteriori*, qui inſipidus, *liberatum*, cibis magno cum emolumento junctum cruditates diſcutit.

Cubebæ. CUBEBARUM eadem ratio.

Croci. CROCI magna veneratio in animis omnium celebris.

Aniſi & cumini ſemina. Quibus ventriculus in longis morbis languet frigore, cibos condire expedit ſeminibus *aniſi, cumini.* Duo hæc inter artificia excitandi appetentiam locavere deliciæ, ex quo motus corporis & labor deſiêre cibos poſcere.

Sinapi. *Σίνηπι, ὅτι τοὺς ὦπας σίνεται, quod oculos lædat*, dictum, condimentum ciborum celeberrimum æſtimatur ab Arctois. Duplex album & nigrum eſt. Teritur cum aceto utrumque, & ſaccharo conſpergitur ad menſas delicatiorum. Apponitur carnibus coctis vervecum, boum, farciminibus, & ambroſiæ inſtar habetur. Piſces etiam, ut lucii eo condiuntur, inventore Apicio.

2. Sinapis cujusdam ad embammata idonei mentionem facit *Columella lib. 12. cap. 55.*

3. Cum MUSTO & ſeminibus *aniſi, fœniculi, cardamomi λελεπισμένου excorticati, cubebarum,* radice *zedoariæ*, concinnum diaſinapi paratur.

Celebris

Celebris eſt *moſturda Patavinorum in antidotario Auguſtano deſcripta.* 4.

RAPHANI ruſticani radix Merrettig in ſeptentrionalibus locis habetur pro panaceâ ſcorbuticâ, cocta cum carnibus, piſcibus, ut paſſerculis recentibus, Hamburgi, radulâ trita magno cum epulantium tripudio editur. Juvat coctionem, *horum judicio,* ſale ſuo aronio cruditates disjicit. *Alii* tantum abeſſe credunt, ut juvet coctionem, ut variis modis lædat. *Raphani radix.*

CARNES magnâ correctionis ſpe coquuntur cum foliis *ſalviæ, menthæ, majoranæ, radicibus petroſelini, paſtinacæ.* Juſcula cum *foliis petroſelini.* *Folia ſalviæ.*

VITULINÆ carnes aſſatæ, in minuta fruſtula ſeu trunculos, quâ voce utitur *Celſus,* conciſæ, conſtituunt edulium minutal egregium, quod Galli vocant, chair mincée, hachis, & egregio ſupranomine paſtè en pot. Nobilitatur additis vino, ſucco citri, paſſulis minoribus, corticibus & pulpâ citri. *Minutal vitulinum.*

CRITHMUM MARINUM in Italiâ aceto conditum, CAPPARES Genuenſes parvæ, fabagines majores, CALTHÆ PALUSTRIS globuli, ut olim RHUS obſoniorum, ſummis ſunt in deliciis. *Crithmum marinum. Capparum fructus. Globuli calthæ.*

ΤΑΡΙΧΗΡΆ CONDITANEA alia in doliolis ex Hiſpaniâ adlata, vel in noſtris oris nata, ut olivæ & cucumeres ægris denegari non debent, ſi appetant, ſed modicâ doſi. *Conditanea alia.*

CAPUT XXIV.

Embammatum quorundam fit mentio.

HἘρεθιστικὰ hæc βοηθήματα magnum habent momentum tùm ad appetitum excitandum, tùm cruditates à præternaturali diſpoſitione collectas digerendas.

Ulpiani in monumentis legitur, embamma fuiſſe loco aceti. Tradiderat ante eum *Columella, lib. 12. cap. 34.* cui magna aceti portio admiſcetur. *Embamma*

Celebris eſt intinctus, *ὄξος σκευαστὸν, acetum* ad intingenda obſonia conditum. Vinum ſaccharo edulcatum. *Intinctus aceti.*

Cochleari-um. Embamma ex cochleariâ, vel naſturtio aquatico, tritis in vaſe teſtaceo, vel marmoreo, cum vino & ſaccharo celebre eſt. Nonnulli adſumunt acetum.

Acetoſum. Paratur commodus intinctus ex acetoſâ cum vino, modico citri ſucco irroratâ, & ſaccharo ad ſaporis gratiam exaltatâ.

Condita. Conditum cotoneorum, berberum, ceraſorum, aſſis ferculis appoſitum corrigit inappetentiam.

CAPUT XXV.

Potûs regimen, θεραπευτικόν, ἀφαιρετικόν καὶ προφυλακτικόν.

NOn ſolis ſolidis alimentis reparatur deperdita ſubſtantia, & morbis obviam itur, ſed etiam liquidis.

Potûs multa vis. Potûs magna in quibuscunque morbis eſt habenda ratio, nam cibos plerumque averſantur ægri, & non niſi inviti nonnunquàm ſumunt. Tutiùs etiam liberalior concedi poteſt potus, quàm cibus. Ex hoc enim ad morbi materiam aliquid accedit: ex potu autem refrigerante miteſcit calor, & prohibetur ſiccitas.

Materia varia. MATERIA potûs, cibi vehiculi, varia eſt.

Aqua ſimplex, vel mista. AQUA SIMPLEX commendatur in febribus. Τὴν τοῦ ψυχροῦ πόσιν τὸ κυριώτατον ἴαμα τῶν καύσων, *frigidæ potionem præcipuum ardentium præſidium* commendat *Pergamenus 4. περὶ διαίτης ὀξέων t. 12.* Æger autem, ut adſuetus ſit, oportet. Aqua ſi labis expers non ſit, coquatur *cum pane*, & filtretur. Nonnulli in Italiâ exiguam quantitatem vini addunt, ut guſtui fiat gratior, & faciliùs diſtribuatur.

Aqua hordea compoſita. Aqua hæc nonnunquàm alteratur HORDEO ad crepaturam cocto, ſed quia flatulenta eſt, adduntur *ſemina aniſi, fœniculi, cortices & ſemina citri, paſſulæ, cinamomum, ſaccharum.*

ſimplex. In Galliâ coquitur aqua cum hordeo ſolo, modico ſub finem addito cinamomo, & ægris lubentibus & libentibus propinatur in variis morbis.

Rigoroſi

Rigoroſi nimis ſunt, qui *ardente* febre laborantibus, & adeò nonnunquàm æſtuantibus, *ὥς ἄν ῥᾳδίως ἀπ' αὐτοῖς καὶ λύχνον ἅψαις, ut facilè lucernam ab eis accendere poſſes*, potumque avidiſſimè expetentibus omnem potum denegant, & hoc modo nativum pulmonum & adſciticium ex potu humidum, pericardii ſerum abſumi, corpuſque areſieri & exſiccari permittunt. *In intermittentibus* à potu ut ægri abſtineant, durante paroxyſmo, monendi & perſuadendi: hoc argumento, fore, ut ſitis ſponte deſæviat, & longior à potu ſit futurus paroxyſmus. *Potus non denegandus febricitantibus.*

CEREVISIA, *οἶνος ἐκ τῶν κριθῶν, vinum ex hordeo, à Dione Academico apud Athenæum*, in ſpeciem vini corruptus *à Tacito* quæ appellatur liquor, exque aquâ, hordeo & lupulo paratur, delectantur Septentrionales, vel *ſolâ*, vel cum vino, *medullâ pomorum citri, ſaccharo & pane* permiſtâ, adeò, ut dulce in eâ quærant refrigerium, & refectionis ſpem ponant. *Cereviſiâ delectantur ſeptentrionales.*

Βλῆμα *intritum* panis in cereviſiâ, eine Biermerte oder Kalteſchale/ concedi poteſt, imprimis febricitantibus. *Intritum panis in cereviſiâ.*

Suſpendunt in cantharis cereviſiæ primariæ, vel ſecundariæ, *radicem ſcorzoneræ, cornu cervi* cum vel ſine igne calcinati fruſta; vel modicum νίτρου ὀπτοῦ, & *ſalis prunellæ*, ſulphuris floribus ſuper candeſcente nitro deflagratis, præparati, ſicque à ſpiritibus igneis liberati, tantillo. *Cereviſia medicata.*

VINO, ſi expetatur potus, ut medicamentum reficiens, nihil præſtantius. Vinum ſecundùm craſſiores partes nutrit, ſecundùm tenuiores reficit ſpiritus. *Vinum convenit in febribus,*

Vinum convenit ut alimentum. Breviter *Cous libro* περὶ τροφῆς, *de alimento*, τροφὴ οὐ τροφή. ἢν μὴ οἷόν τε ᾖ τρέφειν, οὔνομα τροφή. ἔργον δὲ οὐχί. ἔργον τροφή, ὄνομα δ' οὐχί. Vinum *cenſemus* alimentum οὐκ ὀνόματι μόνον ἀλλὰ καὶ ἔργῳ, *non nomine ſolùm, ſed etiam re*. Præter alia munera hic nutritionis uſus in vino celebris eſt. *ut alimentum.*

Eſt melioris, in ventriculo quæ fit, elixationis adminiculum, & ſolidioris alimenti vehiculum: non aquarum thermalium adinſtar ſolùm ſecedit per alvum & renes, quod biboni cuidam eveniſſe ferunt, qui integrum exhauſit cadum, ſimul mejens, ſed alimenti dignitate etiam præcellit. Illa ex officio præſtat, hæc verò ex propriâ indole. *Eſt chylificationis adminiculum, & alimenti vehiculum.*

IN

In electione curioſitas neceſſaria. Qualitate ſit tenue.

IN ELECTIONE debemus eſſe curioſi. Convenit vinum QUALITATIS ratione, in CALIDIS MORBIS οὐ πολυφόρον, quod *multum aquæ*, ut diluatur, *admittit*: ἀλλ' ὀλιγοφόρον, quod *minus*. Tale vinum vocatur *à Iohanne* οἶνος ἐλάσσων, *vinum parvum*, ab Italis vino piccolo, *à Cælio Aureliano 1. acutarum paſſionum cap. 11.* parvum vinum ad relevandas corporis vires, ab aliis villum, fugiens, ſchedium, ἀδύναμον. Οἱ οἶνοι πολυφόροι τροφιμώτεροι μὲν καὶ παχύτερον αἷμα γεννῶντες, *cenſore Actuario, autore ante octingentos annos florente, de ſpiritu animali libro 2. cap. 8.* αἴτιοι ἐμφράξεων τοῖς σπλάγχνοις γίνονται. τοὐναντίον δὲ οἱ λεπτοί, διουρητικοί τε ὄντες, καὶ λεπτοῦ γεννητικοὶ αἵματος. *Vina craſſa quidem magis alibilia ſunt, ac craſſiorem quidem ſanguinem gignunt, at in cauſâ ſunt, quod viſcera obſtruantur: contrà ſe habent tenuia, utpote quæ & urinam eliciunt, & ſanguinem generant tenuem.*

Rhenanum & Neccarinum convenit.

TENUIORA ſunt VINA MARIS EXPERTIA, RHENANA, NECCARINA, FRANCICA. Ἥκιστα τρέφουσι οἱ ὀλιγοφόροι, *autore Galeno 2. aphor. 11. Aquoſa vina minus nutriunt.* Vox ἥκιστα non negationem infert, ſed diminutionem. Temperatiora ſunt coctis, & ulteriùs temperari poſſunt *aquis acetoſæ, ſirupo pulpæ citri.* Vina *cydoniata* in his oris, factitiis reliquis *ex rubo idæo, ceraſisve* palmam præripere à multis cenſentur. Succus ex maturrimis *cydoniis* expreſſus, adſervatur in fictilibus anguſti orificii, oleo olivarum irrigatis, & ad uſum in cellis ſubterraneis ſervatur, gratum languentibus delicium.

Tutior uſus vini in intermittentibus.

In INTERMITTENTIBUS tutior utcunque ejus uſus: quàm continuis ſynochis, vel ardentibus, à ſanguine, vel bilioſô ſuccô exortis, & in quibus aliqua timetur inflammatio.

Lac potus hecticorum.

In HECTICIS convenit LAC, nutritia cujus vis eſt magna. Palmam obtinet humanum. Succedaneum eſſe poteſt caprinum. Reſiſtunt ſiccitati.

Craſſiora vina.

CRASSIORA TRANSMARINA CRETICA & HISPANICA VINA, cum indicationes admittunt, concedi poſſunt ægrotis & convaleſcentibus. *Θαλασσώμενα trans mare vecta*, devirginantur demum & adulterantur.

CAPUT

CAPUT XXVI.

Quantitas vini.

QUANTITATIS ſeu menſuræ ratione nonnullis ægrotantibus convenit *οἶνος ὀλίγος exiguum vinum* & parcum, nonnullis liberalius. *Quantitatis ratione vinum*

PAUCUM NON ITA MULTUM diſcipulo ſuo Theophilo, ſtomachum dolenti commendavit Tharſenſis Apoſtolus. *paucum.*

LIBERALIUS ſumtus convenit cœleſtis hic liquor ex terrâ hauſtus & ſolaris caloris beneficio in pendulas per tortuoſum lignum explicatus uvas, cum intemperies frigida modum excedit. *largiori in copiâ ſumtum.*

Λιμὸν, verba ſunt Hippocr. 2. aphor. 21. θώρηξις λύει. Famem vini potio ſolvit. Intelligit FAMEM implacabilem caninam, ejusque remedium innuit *οἰνοποσίαν, οὐ τροφῆς πλῆθος vini potionem, non cibi copiam.* VINUM intelligitur calefaciens ſine aſtrictione, malvaticum, vel Petri Simeonis. Per θώρηξιν moderatus vini uſus intelligitur. Ἀκροθώρακες dicebantur, qui ſe largiùs invitabant, non tamen ad ebrietatem, ſed functiones principes nondum turbatas retinebant. Τοὺς θωρησσομένους *merobibas Hippocrates* opponere ſolet abſtemiis. 1.

Tollit etiam Θώρηξις ab intemperie ſtillicidia urinæ, & à craſſis humoribus natam dyſuriam, *autore eodem 7. aphor. 48.* 2.

Uſum vini admirandum medicum ad corpus ſanum & ægrum explicat *Philippus Jacobus Sachs in ampelographiâ.* 3.

CAPUT XXVII.

Uſus potulentæ diætæ ſingularis θεραπευτικὸς ἀφαιρετικὸς καὶ προσθετικός.

PRopoſitus hic fuit ab *Hippocrate libro* περὶ καρδίας, dum ſtatuit: influentem per rimam laryngis liquidum potum, 1. naturali propenſione deorſum, quâ data porta, & ab epiglottide rima aperta relicta, vergentem, 2. ſuctione πτθὸν *δὲ οἷον, quaſi ex mammâ* attractum, & 3. ὁκόσον ἂν λάθοι διὰ *Uſus Hippocraticus.*

ῥύμης, ὡς ἂν τὸ τεῖχον ἰὸν, οὐκ ἐνιστάμενον τῇ ἀναφορῇ τοῦ ἠέρος ἐσρευέναι, *quantum latere poſſit, per latera & plateam, juxtà parietem delatum, aeris ſurſum elationem non impedientem, aſperam humectantem arteriam,* ἵνα ἡ δ' ἐπίτεγξις ὁδὸν λείην παρέχοι τῷ ἀέρι, *ut hæc humectatio levis aeri viam præbeat.* 4. demum etiam ex pulmonibus ἀναλαμβανόμενον καὶ ἀναλισκόμενον τοῦ πνεύμονος τὸ ποτὸν ἐκλάπτειν τὴν καρδίαν, καὶ ἐν τῷ περικαρδίῳ διιζέειν, *acceptum, & readſumtum lambendo bibere* COR *& abſorbere, & in pericardio in ſerum convertere,* ut in promtu ſit ὑγρασμα, ὁκόσον μάλιστα τῇ πυρωμένῃ ἄκος, *humiditas tanta, quanta æſtuanti ad medelam, neceſſaria.* Sitim hoc modo potus etiam ſedat.

CAPUT XXVIII.

In ſtrictæ diætæ regulis cautela.

Nimis ſtricta diæta noxia.

HIppocrates, poſtquam *libro præceptionum* παραγγελίαι *inſcripto,* docuerat, non eſſe diutiùs ægrum in exactâ vivendi ratione continendum, quia nimis contracta diuturna diæta ἐπιθυμίην *concupiſcentiam* in ægrotante erigit: (Inde enim licentioſo appetitu feruntur pòſt in noxia, & ſibi magis nocent) indulgere præcipit nonnunquam. Indulgentiam tamen hanc jubet eſſe moderatam, ne committatur exceſſus, & morbus inde prolongetur. Ἤν τις, *inquit,* προσέχῃ τυφλῷ τὸ δέον ὡς μέγας φόβος φυλακτέος, καὶ χάριν, δι' ἧς ἑνότης. *Medicus ægrotantis curam ſuſcipiens, quem & morbi vehementia & mortis timor quodammodo occæcarunt, illum diligenter cuſtodire oportet, ne propter errata aut nimiam indulgentiam* UNITAS ſeu *individuum illud in vita diſcrimen adducatur.*

Indulgendum nonnunquam.

Gratioſus medicus debet eſſe.

Conſiderans hæc Hippocrates in ea erumpit verba *4. epidemiorum t. 8.* Τοῖσι κάμνουσι χάριτας, *laborantibus gratia* Gratioſus eſſe medicus debet indulgendo: gratioſus eſſe debet prohibendo. Non debet tortoris vice fungi, ſalvatoris quem decebat obire munia. In oculis habendus *aphoriſmus 58. lib. 2.* Econtrà cavendũ, ne indulgentiâ medici deterior fiat morbus.

1. Illuſtris & generoſus DN. DN. FRIDERICHS WILHELMUS VICE-DOMINUS, Electoralis Saxonicæ *equeſtris militia*

militia generalis excubiarum præfectus, in ſuis ægritudinibus varii erat appetitûs. In ſummo paroxyſmi febrilis tertianarii exquiſiti æſtu, medio ſtatûs tempore, petebat juſculum cereviſiæ coctæ cum pane nigro trito, & cumino. Appellare ſolebat juſculum mendicorum. Impetratâ veniâ edendi mirificè recreatus non ſolùm mox liberabatur à paroxyſmo declinante, verùm etiam planè reſtituebatur. Si refragari voluiſſemus pertinaci abnutu, ille certè clam ſuo appetitui ſatisfeciſſet, vel indignabundus, vel plane medium transgreſſus, cum periculo, plus ſibi nocuiſſet, quàm profuiſſet.

Quartanarius halecis recentis flagrans deſiderio, voti compos liber evadit. Si immaturâ contentione morem gerere noluiſſet medicus, fortè omnia in pejus ruiſſent, vel furtim æger arbitris remotis plenis peccaſſet quadrigis. 2.

CAPUT XXIX

iniquè de diætâ ægrorum ſentientium producit judicium, idemque refellit.

GNIDII medici de eâ, ceu minus neceſſariâ therapeutices parte, ſiniſtrè ſentiebant. *Gnidii medici.*

Paracelſus victûs regimen parvi fecit, hocque ſuum vilipendium non ſolùm publicis ſcriptis inſeruit, verùm etiam facto ipſo declaravit. Totis noctibus & diebus ebrietati & crapulæ deditus, ut vix unam aut alteram horam ſobrium eum reperire licuerit, maximè poſtquam Baſileâ diſcedens in Alſatiâ inter nobiles ruſticos, & ruſticos nobiles, tanquam alter Æſculapius omnibus fuit admirationi. Ægris ſuis promiſcuam vivendi rationem faciebat liberam, debacchatus in rigorem illum culinarium. *Paracelſus.*

Helmontius, ceu alter Aſclepiades Pruſienſis, qui ætate Pompeji, ex oratore factus medicus, in diſputationibus cæteros medicos increpabat, nec hoc ſolùm, verùm etiam ſingulari quâdam ambitione aliorum medicorum præſidia & medicamenta, quæcunq; ſive bona, ſive mala, ἕξιν αἰτιολογικὴν exercens, rejiciebat. *Helmontiana in diætam invectiva.*

ἐν τοῖς ἰδίοις πλεονάζων ἐπαίνοις in propriis multus laudibus; *libro de victûs ratione*, incuſat medicos, quod nondum in genere norint, aut per ſpecies indagaverint, per cauſas vel per condigna remedia artem tractarint; atq; ideò ſi qui ægri ab iis fuerint curati, id ſucceſſiſſe per conjecturas, ex PROPRIA NATURÆ BONITATE, quamprimum enim poſt univerſalia præſidia venæ ſectionem & purgationem ſtatim DIMIDIAM SANATIONIS PARTEM dederunt REGIMINI VICTUS.

Habita ipſi fuit proditrix ignorantia.

Ipſi autem habita fuit diætetice ſemper ſuſpecta tanquam proditrix ignorantiæ cauſarum, veræ medicinæ, & præpollentis remedii. Viſa ipſi fuit miſera quædam medentum impoſtura, ægrorumque ſervitus, ſub indictione pœnæ capitalis præſcripta, in ægris credulitatem fiduciamque pariens. Quod carè venditur, id maximè ſanum laudatur. In cibis quicquid linguæ gratum, nec ſtomacho adeò difficile, id univerſim ac ſtatim prædicatur euchymum, ſanum & ſalubre. Deteriores cibi ſæpe meliores. Sic in ægros exercent tyrannidem, tanquam ſi cibus & potus graviorum morborum medelæ forent. Sanationes ſunt medicaminum, non autem ciborum effectus. Puduit me hujus partis. Languida ciborum opera. Stricta victûs obœdientia tàm in mandante quàm obſequente, favore implicitam ignorantiam veri & adæquati remedii, vel impoſturam vocat. &c. Jam à quinquaginta annis, *inquit, t. 12.* experior, me plures ſanare etiam non viſos, ſpretiſque diætæ regulis, quàm plures ſimul medici, qui in noſtrâ urbe oberrant.

K. Vinum exhibet in febribus & in eo laureolam quærit.

Hæc ſiniſtra judicia tanti non ſunt facienda. Non ſunt digna, in quibus ingenii intendantur nervi. Negligentia pediſequam habens pœnitentiam ſecuritatem hanc minus eſſe tutam ſatis prodit.

CAPUT

CAPUT XXX

chirurgiæ infuſoriæ diætetica facit mentionem.

NOn levi ſolicitudine hoc noſtro ſeculo ea venit in conſiderationem. Delineata fuit *à Johanne Daniele Majore primo inventore, libello curioſiſſimo*, intentione magnis extollendâ laudibus. Illuſtres ſuas meditationes exponendi in lucem inde occaſionem nacti viri ſuprà laudem poſiti, *Joh. Daniel Horſtius*, & *Joh. Tackius, Archiatri Darmſtadini*, benè de publico merentur. Producta noſtra ſententia fuit in ſcenam *libro II. ſect. 3. cap. II.* Cum confirmabitur uſus experimentis & fauſtis ſucceſſibus, inventum ſeculorum memoriâ dignum multos inveniet admiratores & æſtimatores.

Digna eſt conſideratione.

CAPUT XXXI.

Curatio diætetica circularis, analeptica & metaſyncritica.

MEntionem facit *Celius Aurelianus lib. I. diuturn. paſſionum cap. I.* cycli duplicis: reſumtivi & metaſyncritici: hicque rurſum duplex ab eodem conſtituitur: primò ex parte, deinde perfectus.

Curatio diætetica methodicorum.

κύκλος *ἀναληπτικός, circulus reſumtivus* tridui ſpacio definiebatur, verſabaturque in ciborum & exercitationum recto uſu.

κύκλος *μετασυγκριτικός circulus recorporativus* in corpuſculorum à naturali aptâ ſuâ commixtione, & meatuum ſymmetriâ deflectentium in ſua loca naturalia reductione conſiſtebat, fiebatque victu & medicamentis.

Hæc methodicorum curandi ratio directâ noſtro ſeculo non attenditur intentione. Occurrunt tamen non diſſimiles ſcopi, cum *ἀ τρόπῳ τῆς μίξεως διαχωρισθέντες οἱ χυμοὶ à miſtionis modo ſeceſſionem facientes humores* ad centra ſua congregantur.

Ἐπίκρισις.

LIBRI XIV.

De materiis præſidiorum therapeuticorum diæteticis.

SECTIO II.

De iis, quæ pertinent ad diætam vitalem.

CAPUT I.

Aer materia præſidii curatorii. Ejus correctio.

Aer monarcha.

VT aer μέγιστος δυνάστης *magnus monarcha* imperium exercet in morborum generationibus, ita etiam imperium quoddam ſibi vindicat in expulſionibus. Utrumque præſtat εἰσπνοῇ καὶ ἐκπνοῇ *inſpiratione & circumfuſione.*

Inſpiratione alterat & exſpiratione.

INSPIRATIONE alterat pulmones, ſiccos humectat, humidos & purulentos exſiccat, ut Thabius in phthiſi, ſulphureus propè Puteolos, ſalinus propè littora maris. Ventriculum & cerebrum etiam ad moderationis leges alligat.

CIRCUMFUSUS aër qualitate ſuâ arterioſum alterat ſanguinem.

Aer materia eſt præſidii therapeutici aphæretici, & proſthetici.

AER θεραπευτικῇ ἀφαιρετικῇ δυνάμει contra quoslibet in arenam deſcendit morbos temperatus, aut ad contrariam affectui declinans qualitatem, in calidis ægritudinibus ad frigidam, in frigidis ad calidam: ὑγιεινῇ δυνάμει προσθετικῇ temperamentum, quod naturalis ſanitatis & virium reſiduum conſervat, fulcit.

Ambiens eſt cauſa ſalubris & inſalubr.

Τὸ περιέχον, *ſcribit Galenus 9. meth. medendi cap. 14.* εἰ μὲν ἐναντίαν ἔχοι τῷ νοσήματι τὴν κρᾶσιν ἕν τι τῶν βοηθημάτων ἐστίν. εἰ δ' ὁμοίαν, ἕν τι τῶν νοσωδῶν αἰτίων. *Ambiens ſi contrariam morbo*

temperiem habeat, è præſidiorum numero unus eſt; ſi ſimilem, ægritudinalium cauſarum eſt unus. Et paulò poſt: Λόγον μὲν οὖν ἔχει τὸ περιέχον ἐνίοτε μὲν ὕλης ἰωμένης. ἐνίοτε δὲ, ὡς αἴτιον νοσοῦντος. *Ambiens rationem modò materiæ ſanantis: modò cauſæ morbum foventis habet.*

Συμφωνοῦντος μὲν τοῦ ἀέρος ταῖς θεραπευτικαῖς ἐνδείξεσιν, *conſonante aere reliquis indicationibus* ſuâ naturâ tali, id pro gratiâ habendum: ἐναντιουμένου δὲ, κωλυτέον τὴν βλάβην, *ſicubi verò adverſatur, inhibenda ejus noxa,* & ſi naturâ non ſit talis, qualis eſſe debet, ARTE reddendus talis. *Aer naturâ talis indicationibus ſi correſpondeat, beneſi minus, arte talis reddatur.*

Ἐπιτηδευτέον δὲ καθ' ὅσον ἐγχωρεῖ αὐτὸ τὸ περιέχον, *ſubjungit idem,* οἷον χρὴ κατασκευάζειν, ὑγροτέρους τε καὶ ψυχροτέρους οἴκους αἱρούμενόν τε καὶ κατασκευάζοντα. *Sedulò igitur agendum eſt, ut ambientem, quoad fieri poteſt, qualem eſſe expedit, præpares, ſive humidiores frigidioresque domos tùm* DELIGENS, *tùm verò* PRÆPARANS. *Aer calidus mutatur*

Αἱρεῖσθαι DELIGERE, ſubet τοὺς ἐξ ἑαυτῶν τοιούτους, *quæ ex ipſis tales ſunt:* *1. Electis domibus talibus.*

Κατασκευάζειν δὲ, ἐπιτεχνώμενον ἐν μὲν τῷ θέρει καταγείους τε καὶ πρὸς ἄρκτον ἐστραμμένους αὐτούς· ῥαίνοντας συνεχῶς τὸ ἔδαφος αὐτῶν, ἐξ εὐρίπου τέ τινος αὔραν εἰσπνεῖν ἐπιτεχνώμενον. ἄνθη τε καὶ βλαστήματα δυνάμεως ὑγρᾶς τε καὶ ψυχρᾶς ἐπὶ τοῦ ἐδάφους καταρρίπτοντα. χειμῶνος δὲ, τἀναντία τούτων ἐπιτεχνώμενον, ὅταν γε τὸ νόσημα κελεύῃ ποιεῖν ὡς εἴρηται. μὴ κελεύοντος δὲ τὴν ἀμετρίαν μόνην ἑκατέρας τῆς ὥρας κωλυτέον. *At* DELIGENDAS *quidem dico, quæ ex ſe ipſis ejuſmodi ſunt:* PRÆPARANDAS *verò, cum arte noſtrâ molimur per æſtatem ſubterraneas eas, & ad ſeptentriones verſas: ac pavimenta earum aſſiduè humore aſpergentes: tum ut ex euripo aliquo aura inſpiret, machinantes: flores præterea, ac germina, quæ frigidæ humidæque facultatis ſint, per aream projicientes: per hyemem verò contraria horum molientes, præſertim ubi morbus, ut prædictum eſt, ſuadet: ubi non ſuadet, exceſſus tantùm utriusque temporis remittentes.* *2. præparato aere.*

Repetit hæc præcepta *Galenus 10. methodi cap. 8.* & ad hecticam febrim accommodat. Idem agit *Alexander Trallia-* *In hecticâ quomodo id præſtandũ docet Galenus,*

Trallianus *Trallianus lib. 12. cap. 4.* Non ſolùm externis refrigeriis corpus, ſed etiam aërem ita mutare jubet ÆSTATE. ὥστε μὴ μόνον ἐμψύχειν, ἀλλὰ καὶ ῥωννύειν δύνασθαι τὸ σῶμα, ἐὰν εἰς τὸ ἔδαφος τινὰ τῶν ἐμψυχόντων, ἢ ῥόδα, ἢ ἀείζωα, ἢ βάτον, ἢ σχίνου κλῶνας, ἢ ἕλικας ἀμπέλων, ἤ τι τοιοῦτον, ὅπερ καὶ ἐμψύχειν καὶ τόνον δύναται ἐπιθεῖναι, *ut non modò refrigerare corpus, ſed etiam corroborare queat. Fiet autem id, ſi pavimento injicias refrigerantium aliqua, ut roſam, aut ſempervivum, aut rubum, aut lentisci turiones, aut vitis capreolos, aut ſimile quoddam, tum ad refrigerandum, aut robur inducendum efficax.*

Ingreſſus plurium non concedendus. In hecticorum curatione monitum *Galeni 10.* θεραπευτικῆς μεθόδου *cap. 8.* in aliis morbis calidis etiam habet locum: non eſſe permittendum, ut plurimi ingrediantur cubiculum. τὸ γὰρ πλῆθος ἀνθρώπων θερμαίνει τὸν οἶκον. *Turba hominum domum calefacit.*

Dubitatio DUBITATIO reſolvenda eſt. Ab aere frigidiori cutis denſatur, & pori obſtruuntur, inde majus detrimentum, dum calor ſic augetur.

Reſolvitur. ℞. *Galenus 10. meth. med. cap. 8.* Frigidiſſimus aer admittendus, καθ' ὅσον μὲν εἰσπνεῖται, ψύχει γὰρ ἱκανῶς τὴν ἐν τῇ καρδίᾳ θέρμην, *quatenus inſpiratur, ſufficienter enim refrigerat calorem cordis:* οὐ μὴν καθ' ὅσον ἔξωθέν γε ἅπτεται τοῦ κάμνοντος, πυκνοῖ γὰρ καὶ συνάγει τὸ δέρμα καὶ κωλύει τὰς ἀποῤῥοίας διαπνεῖσθαι τῶν σηπεδονωδῶν χυμῶν, *non verò quatenus extrinſecus ægrum contingit, quippe denſat cogitque cutim, ac putredinoſorum humorum effluvia tranſpirare prohibet.* Inſpirati aeris refrigerans qualitas per pulmones facilè per cutim denſatam, & viam ſibi præcludentem nullo modo pertingere poteſt. Μείζονα δὲ, *ſubjungit*, μὲν τοι γνωστέον ἐσομένην ἐκ τῆς ψυχρῆς εἰσπνοῆς τὴν ὠφέλειαν, ἢ περ ἐκ τῆς τοῦ δέρματος πυκνώσεως τὴν βλάβην, καὶ μάλιστα, ὅταν διʼ ἐπιβλημάτων οἷόν τε θάλπειν αὐτό. *Scire expedit, majus fore ex frigidâ inſpiratione commodum, quàm ex cute denſandâ incommodum, præſertim, cùm operimentis hanc calefacere liceat.*

Alterari

Alterari aer poteſt ſuffitibus ſiccis,& evaporationibus humidis. SUFFITUS ſunt delineati *alibi*. *Succinum, benzoe, thus granatum, vel manna thuris*, alterant aerem ad ſiccum. EVAPORATIONES inſtituuntur ſcutellâ terreâ, repletâ *aquâ roſarum, vel liliorum convallium*, ſuperimpoſitâ igniariæ arulæ. *Alteratur aer ſuffitibus, evaporationibus.*

Circà noctem SUFFIRE CULCITRAS pro iis, qui catarrhis laborant, ſolemne eſt. Utuntur odoratis & fragrantibus aromatibus. Morem hunc obſervabant antiqui, credentes per ea diurnas curas, ac moleſtias ſub noctem relaxari, & phantaſiam, quæ ſomniorum eſt receptaculum, inſtar ſpeculi levigari & expoliri. *Tempus.*

CAPUT II.

Emendatio aeris animati.

ANIMATUS aer emendatur putredinem inhibentibus, abſinthio ambuſto, dum principia ſpirituoſum, ſalinum, ſulphureum in auras cum fumo evolant. Enecantur eædem animatæ atomi ⊕lo, ⦶, ○ in aceto & aquâ decoctis. Exhalans vapor exanimat, & internecioni tradit. *Emendatio aeris animati.*

CAPUT III.

Aeris per topica, & induſia correctio.

VESTIBUS & ſcutis ſtomachalibus ſcrobiculi cordis regio benè munienda ab externis aeris injuriis, majori induſtriâ, habitâ proportione, æſtate, minori hyeme. *Scrobiculi cordis circumvallatio.*

INDUSIA in morbis mutare nonnulli piaculum cenſent, ut & lectorum lintea tegumenta, pulvinaria, culcitras. Hinc detinentur in lectis, qui variolis, morbillis, petechialibusve decumbunt febribus, ſcropharum inſtar, quæ in volutabulo cœni hinc inde moventur. Periculoſum ducitur, mundis tegeticulis excipere dyſentericos, & διαῤῥοίκς, qui vel inviti conſpurcant ſuos lectos, magnâ aſtantium, imò ægrotorum ipſorum cum nauſeâ. *Induſiorum mutatio diſſuadetur.*

Mata habetur eadem. *Alii*, quorum agmen ducit *Levinus Lemnius ac* [illegible] *naturæ miraculis, lib. 4. cap. 8.* tegumenta ac indusia ſubinde mutare conſulunt, recentia ſubſtituere, ſordidasque corpori ademptas veſtes vento ac auræ flatibus ſubinde exponere, quò contagio & gravis halitus, ex infecto corpore exſpirans, non omnis naribus & ore exceptus, ſingulis momentis, novâque contagione ac labe inficiat ægros.

Conciliatio 1. Εὐαρποφάνεια ſerenatur gratâ animorum conciliatione, ſi diſtinctio adhibeatur *inter morborum tempora.* In principio, cum nondum apparent variolæ, vel morbilli, vel exanthemata, imò etiam augmento nihil innovandum, ſed tum demum, cum natura victrix expulit moleſtam ſibi materiam foras. *Adhibendi modus* etiam limitandus. Non debent adhiberi frigida, 2. ſed igni vel calido fornaci priùs admota, vel à domeſticis ſanis diei unius vel alterius ſpatio geſtata.

CAPUT IV.

Mutatione loci aer emendatur.

Mutatio aeris. GRAVES morbi aëre mutato ſuis valedicunt ægris. γῆν ἀμείβειν σύμφορον ἐπὶ μακροῖσι νοσήμασι. *Verbis* hisce commendat *Hippocrates 6. epid. comm. 5. t. 20. aeris in longis morbis mutationem.*

Illuſtratur à Galeno. *Galenus in comm.* ſententiam hanc adprobat & illuſtrat. εἴτε πλέων εἴτε πεζῶν τις εἰς ἑτέραν ἀφικοῖτο γῆν, εἴτε κίνησις ἡ κατὰ 4. τὴν ὁδοιπορίαν, ἢ τὸν πλοῦν, εἴθ' ὑπαλλαγὴ τοῦ ἀέρος ὀνήσει. Καὶ μάλισθ', ὅταν εἰς ἐναντίαν ἔχοντα κρᾶσιν ἀέρα μεταστῇ. *Sive navigans, ſive terreſtre iter faciens quispiam, in alteram regionem migraverit, vel motus in itinere, aut navigatione, vel aeris mutatio proderit: & maxime cum in aerem contrariæ temperaturæ diſceſſerit.*

Subjungit, intelligendam contrarietatem οὐ μόνον τοῦ κατὰ τὴν οἰκείαν τοῦ κάμνοντος χώραν, ἀλλὰ καὶ τῇ κράσει τοῦ νοσήματος, *non ſolùm aeris propria & patriæ ægrotantis regionis temperamento, ſed etiam ipſius morbi.* 5. PRÆTEREA gradum mutationis adnotat: ἔτι δὲ μᾶλλον, inquit, ὠφελήσει τὸν μετανιστάμενον, ἐὰν κατὰ τὰ μέτρα τῆς εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπῆς τοῦ νοσήματος ἢ πρὸς τὸν ἀέρα

τὸν

τὸ ὑναντίον, γίνηται μεταβολή. Τὸ μὲν γὰρ ἐπ' ὀλίγον, ἐκ τῆς κατὰ φύσιν κράσεως εἰς ψυχρότερον μεθιστάμενον ὀλίγω τοῦ συμμέτρου κατὰ τὴν κρᾶσιν ἀέρος θερμοτέρου, τὸ δὲ ἐπὶ πολὺ πολλῆς καὶ τῆς εἰς τοὐναντίον ὑπερβολῆς δεῖται. *Adhuc verò magis iſte terram mutans juvabitur, ſi pro modo, quo morbus à naturali ſtatu diſceſſit, ad contrarium aerem mutatio fiat: morbus enim ad paulò frigidiorem à naturali temperie recedens, aerem paulò mediocri temperie calidiorem poſtulat: morbus verò longiùs recedens & multo in contrarium exceſſu eget.*

Angli in Virginiam navigantes cachectici facti, libera- 1.
bantur demum reduces, patrio aeri redditi. Iidem noſtrâ memoriâ per tot maria vecti, occupatâ inſulâ Iamaicâ, gravibus tentati fuere malis, febribus, ulceribus, quorum tam ferina indoles, ut neque proventus vermium in iis potuerit præcaveri. Multi horum integræ ſanitati reſtitui non potuêre, plures periêre, multi non niſi aere patrio hauſto reduces cum ſanitate in gratiam rediêre.

Epilepticus à nativitate malo hoc inquinatus, in Indiam 2.
orientalem ſuſcepto itinere rediit ſalvus.

Illuſtris *Veslingius*, quem fortuna & virtus junctis quadri- 3.
gis in Ægyptum vehebant, & inde in Antenoreum archigymnaſium reducebant, honoribus equeſtribus conſpicuum, animique & corporis dotibus auctum, linguam experiebatur eloquentiæ donis præcellentiorem, & auditum acumine opulentiorem.

CAPUT V.

Emendatio aeris per anni temporum & aſtrorum ſucceſſiones.

Mutatio morborum anni temporum ratione.

VErnales morbos tollit æſtivis caloribus accenſus aer; hyemales vernale tribus cœleſtibus ſignis ♉. ♈. & ♋. definitum tempus.

Aer aſtrorum influentia irroratus curat morbos.

ASTRALES MORBI curantur permutatione ſitûs aſtrorum, cum malefici ſubjugantur à benignis aſpectibus, nec priùs ceſſant, quàm illorum curſus & poteſtatis influxus fuerint permutati.

LIBRI XIV.

De materiis præſidiorum therapeuticorum diæteticis

SECTIO III.

De iis, quæ pertinent ad diætam animalem: motus & quies.

CAPUT I.

Motûs & quietis ratio.

κίνησις καὶ ἡσυχία. MOTUS eſt nobilis præſidii contrarii materia, cum quiete crudi coacervati dominantur humores, & fuliginoſæ in morboſis diſpoſitionibus redundant ſuperfluitates.

Limitatio circà motum Non habent quidem locum motus vehementes, *ὧν δὲ ὅρος autore Æginetâ lib. 1. cap. 16. τῆς σφοδρότητος ἡ τῆς ἀναπνοῆς ἐπὶ τὸ δασύτερον ἀλλοίωσις, quorum vehementia terminus eſt reſpirationis ad denſitudinem mutatio.*

additur. Inſtituat æger vel convaleſcens motum, qui eſt in ipſius viribus, ſi non totius corporis, ſaltim partium ejus quarundam. Si non analogus eſt morbi magnitudini, ſaltem ſit ſimilis conatu.

Quies. QUIETIS eadem ratio. Emendat quies exceſſum motûs.

Prava conſuetudo. *1.* Quamprimum morbi inſultus præ foribus eſſe advertitur, febris continuæ benignæ vel malignæ, vel intermittentis vel alterius alicujus morbi, deteſtabilis quædam conſuetudo invaluit, quod nolint ſe lecto committere, ſondern ſie wollen mit aller Gewalt die Kranckheit übergehen / quantumvis ſumma adſit *δυσαρεστία*, ſed magno malo. Satius eſt, quantò ocyus molli quaſſata concredere membra grabato.

2. Curationis citioris non ignobile auxilium eſt, coercere illam ægrorum intemperantiam, quâ inquieti in morbis calidis, &

& febribus æſtuoſis, hinc & inde brachia jactant, divaricatis cruribus alternatim pedes culcitræ ſubducunt, omne ſolatium quærentes in aeris recentis ambientis mutatione crebrâ.

CAPUT II.

Somnus & vigiliæ, ad animalem diætam pertinentes.

Somni encomia.

MAteria auxilii eſt ſomnus. Præſidium eſt contrà exſiccationem corporum à vigiliis introductam, & doloribus: chylificationem etiam promovet. πέπτει μὲν ὁ ὕπνος. διαφορεῖ δὲ ἡ ἐγρηγόρησις. *Coquit quidem ſomnus, diſcutit autem vigilia.*

Approbatio Aeginetæ.

Confirmat *Aegineta libro 1. cap. 97.* ὁ μὲν ὕπνος σιτία δὲ κατεργάζεται καὶ χυμοὺς ἐκπέπτει. *Somnus cibos concoquit, & humores excoquit.*

Encomium Hippocraticum.

Notatu digna ſententia *Hippocratis 6. epid. com. 5. t. 10.* πόνος τοῖσιν ἄρθροισι, καὶ σαρξὶ σῖτος, ὕπνος σπλάγχνοισι. *Labor articulis, carnibus: cibus, ſomnus viſceribus.* Diſtinctionem hanc adprobare videtur *Galenus in comm.* ut hujusmodi ſit oratio: Exercitatio quidem articulis & carnibus utilitatem præbet, cibus verò & ſomnus viſceribus.

Tempus conveniens

His beneficiis operam navat præcipuè, ſi RITE, JUSTO curetur TEMPORE nempe nocturnò, & ad perfectam coctionem continuetur. Ut in SANIS καιρὸς ὕπνου ἄριστος, ὁ μετὰ τροφὴν, *autore Aeginetâ loco citato,* ἀλλ' ὁ μεθ' ἡμέραν οὐ πᾶσιν ἐπιτήδειος, *ſomni tempus optimum eſt poſt cibum, diurnus non omnibus convenit,* ita etiam in ÆGRIS nocturnus, ad perfectam coctionem qui continuatur, proficuus: minùs diurnus.

Limitatio.

Indulgere tamen hìc jubemur aliquid naturæ ſicciori, conſuetudini, & morborum varietati. Diem in ſubſidium nonnunquam vocare cogimur à viribus, quæ tyranni ſunt omnium indicationum. Quartanario declinante paroxyſmo, cum calor deſcendit ad pedes, porrigatur cremor hordeaceus liquidior, & concedatur ſom[illegible], quantumvis pleno ſol ſplendeat die. In-

conſultum eſſet, torquere vigiliis illum, cujus febrilis Phaetontis currus toto exuſſerat medullas paroxyſmo.

Decubitus. DECUBITUS ægro imperetur in latere dextro, ceu fructuoſior, cum chylus mox exeat per dextrum orificium, ſicque fundum minus gravet mole & pondere.

Situs. Somnus naturalis retractis pedibus ut optimus cenſetur in ſanis, ita ægro etiam imperetur τὰ σκέλεα ὀλίγον ἐπικεκαμμένα ἔχειν, καὶ ὡσαύτως ἐπ' ἀμφότερα τὰ ὦτα καθεύδειν, *crura parum retracta habere, & ſic in utramque aurem dormire.*

Locus. ὕπνος ἐν ψύχει ἐπιβεβλημένῳ, *ſomnus in frigore veſtibus tecto. Hippoc 6. epid.* Eos qui immoderatiùs calidâ temperaturâ ſunt, melius eſt in frigido loco dormientes aerem planè frigidum per inſpirationem attrahere, & maximè cum per ſomnum calor in interiora corporis mergitur. Cum verò ut in ſomno, calido exteriorem ſuperficiem deſerente, interna corporis magis calent: ſic & ambiente aere cutaneis partibus frigefactis, corporis penitiora incaleſcant: haud perfectè homo aëris inſpiratu reſtrigerabitur. Præſtabit igitur ſtragulis calefactoriis injectis ad cutim calorem revocare, frigidum verò aerem per inſpiratum admittere, ut utrinque ad temperaturæ mediocritatem calidum corpus redigatur.

CAPUT III.

De excretis & retentis, in animali diatâ, & imprimis per alvum.

Monitum Hippocratis HOrum ſedulam habere jubetur medicus rationem, cum *Hippocrates libro de affectionibus circà medium* ferè, præter alia præcipit: ægrum interrogare, τὴν κοιλίην εἰ διαχωρέει, *an alvus ſecedat.*

ægris ſalutare. Monitum medico non indecorum, ægro verò maximè ſalutare. Ἡ κοιλίης νάρκωσις, ἡ τῶν ἄλλων ξύγχυσις, ἡ τῶν ἀγγείων ἀκαθαρσίη. *Ventris torpor omnium conturbationem & vaſorum impuritatem adfert.* Ita *Cous 6. epid. ſect. 3. t. 1.* Fluxionibus ad caput, glandoſam narium, palati & faucium tunicam, pleuram, pulmones, articulos, alvi apertio ſubtrahit fomitem, utque

mala

mala inde nata miteſcant, efficit, ſpontè ſi fiat naturâ, ſublevat: artis ſin accedat opera, uſa alimentis lubricantibus, eadem promittit beneficia.

Quantas ægri, aliàs ſiccioris alvi habeant moleſtias, etiam in ſtatu reconvaleſcentiæ, imorigera alvus cum non facit officium, notum eſt. Congregantur σκύβαλα in inteſtino recto, & condenſantur nonnunquam, ut non ſine magnâ moleſtiâ & dolorificâ diſtenſione oræ extremæ, expelli queant. Lachrymas ægris extorquere ſolent hi conatus irriti. Purgantia validiora vires non ferunt. Lenientibus naturam jam ſe recolligentem ſollicitare conſultum non videtur. Clyſteres, & alvi prolutiones auferunt & abradunt lubricum inteſtinorum mucorem, unde poſteà ſiccior alvus tantò majori dominatur tyrannide. Facto periculo compertum eſt pruna laxativa, pilulas aloeticas, vel trium regnorum feciſſe officium, ſine moleſtiâ. *Incommoda ſiccioris alvi in ægris.*

CAPUT IV

Venerem medicam proponit, concernentem excreta & retenta ſeminalia.

INiqua cenſura, quâ Clinias Pythagoricus, *autore Plutarcho 3. ſympoſ. quæſt. 7.* Veneris uſum infamat. Interrogatus, *ὁπηνίκα δεῖ μάλιστα γυναικὶ προσιέναι, quando mulieri commiſceri expedit?* reſpondit: *ὅταν μάλιστα τυγχάνῃς βλαβῆναι βουλόμενος, quando quis maximè vult lædi.*

In utroque ſexu, ſanitatis tempore, præter ſobolis propagationem, alios uſus habet ad valetudinem, nimirum florem ætatis conſervat, & à pluribus morbis PRÆSERVAT. IN ACTU CURATIONIS, cum opportunè occurrit corporibus, quàm mirabilia ut cauſa ſalubris, præſtet beneficia, ponderare, non eſt minùs ad ſanitatem utile, quàm ad intelligendum jucundum.

FORMÆ VENUSTATEM conciliare & deformitatis morbum curare, confirmat curioſa *à Pauſaniâ* in annales relata hiſtoria. Ariſto Agaſiclis filius uxorem duxit puellam, *ἣν εἶναι* *Formæ elegantiam conciliat.*

παρθένων

παρθένων μὲν τὴν ἐν Λακεδαίμονι εἶναι φάσιν αἰσχίστην, γυναικῶν δὲ τὸ εἶδος καλλίστην ὑπὸ Ἑλένης γενέσθαι, *quam Spartanarum omnium virginum fuiſſe tradunt turpiſſimam, mulierem vero omnium Helenam formâ præſtantiſſimam.*

Mollem reddit habitum. Ἀφροδισιασμὸς moderatus carnes aſperas levigat, & duros habitus emollit. Hirci libidinoſiſſimi corium mollius, poroſius & ad utrem faciendum minus aptum, quàm capri & capræ: & hanc gratiam ipſi rependit Venus, quod ad templi, in quo connubialia ἀνοητὰ ἔργα celebrantur, ſacra limina, tam vigilanter excubet.

Morbos longos pituitoſos curat. Λαγνείαν τῶν ἀπὸ τοῦ φλέγματος νόσων ὠφέλιμον, *Venerem morbis à pituitâ eſſe remedium* propoſuit *Cous 6. epid. commentario 5. t. 23.* Limitat *Galenus in comm.* Οὐ πᾶσιν, *ſcribit*, ἀλλὰ τοῖς ἰσχυροῖς τὴν δύναμιν, *validas vires habentibus.* εἰ γὰρ ἀσθενεῖς, εἰς ἔσχατον ἀῤῥωστίαν ὑπ' αὐτῆς ἀφικόμενοι βλαβήσονται μεγάλως, οἱ δὲ ἰσχυρὰν ἔχοντες τὴν δύναμιν οὔτε καταλυθήσονται, καὶ ὠφεληθήσονται ξηραινούσης τῆς λαγνείας τοῦ φλέγματος περιουσίαν. *Imbecilli namque ab ipsâ in extremam imbecillitatem redacti magnoperè læduntur: at qui viribus excellunt, non diſſolventur, ſed contrà juvabuntur veneris uſu pituitam reſiccante.*

2\. *Hippoc. epid. lib. 5. t. 71.* ſcribit, Τιμοχάρει χειμῶνος κατάῤῥους μάλιστα ἐς τὰς ῥῖνας. ἀφροδισιάσαντι ἐξηράνθη πάντα. κόπος. θέρμη ἐπεγένετο. κεφαλὴ βαρεῖα. ἱδρὼς ἀπὸ κεφαλῆς πολύς. ἦν δὲ καὶ ὑγιαίνων ἱδρώδης. τεταρταῖος ὑγιής. *Timochari hyeme deſtillatione in nares præcipuè vexato, poſt veneris uſum cuncta exſiccata ſunt, laſſitudo, calor, & capitis gravitas ſucceſſit, ſudor ex capite multus manabat. Erat autem etiam per ſanitatem ſudoribus obnoxius. Tertio die convaluit.*

Idem libro 1. περὶ διαίτης in morbis ab aquâ ortis Veneris commendat uſum: λαγνεύειν, ait, ὕδατος ἐφόδων γινομένων πλείονα, ἐν δὲ τῇσι τοῦ πυρὸς ἐπιφορῇσι, μείονα. *Venere utendum in aquæ acceſſionibus copioſiore, in ignis autem impreſſionibus pauciore.*

Eadem exprimit *Paul. Ægineta lib. 1. cap. 35.* his verbis: τοῖς ἀπὸ φλέγματος νοσήμασι μίσγεσθαι κράτιστόν ἐστι. *Morbis pituitoſis coitus optimus.*

Confirmat philoſophus 1.

Sectione 1. problem. 51. Philoſophus quærit: Διὰ τί συμφέρει πρὸς τὰ ἀπὸ φλέγματος νοσήματα, λαγνεία. *Cur morbis, qui contrahuntur à pituitâ, libido prodeſt?*

℟. Quod ſemen excrementi cujusdam detractio ſit, id autem naturam præ ſe ferat pituitæ. Quod itaque multum pituitæ detrahit, ideò juvare poterit ἡ συνουσία *concubitus.*

Repetit eandem quæſtionem *4. problemate 17.* & reſpondet: nonnullis à pituitâ morbis prodeſſe, quia excrementi eſt exitus quidam, cum quo etiam pituita, quæ excrementum eſt, excernitur. 2.

Commendatur utroque loco non immoderata libido, ut, & quidem non ſine errore & periculo vocem λαγνείας vertit *Gaza*, ſed Venus ſimplex & moderata. *Explicatio.*

EPILEPSIAS ſublevari juſtis coitibus multorum eſt ſententia. Ideò & mutatione ætatis & pueris adhuc Veneris uſum ſuadent. *Medetur epilepſia.*

Aretaus de curat. diuturn. lib. 1. cap. 4. aliter ſentit. Θυμηδίη, *ſcribit*, ἄλυπος. ὀργὴ δὲ καὶ λαγνείη κακόν· καὶ γὰρ τὸ πρῆγμα τῆς νούσου φέρει τὰ σύμβολα, *oblectatio moleſtiâ carens juvat. Iracundia utique & Venus noxia ſunt. Effectus enim morbi ſimilitudinem adducit.* Reprehendit poſtea medicos, qui cùm viderent, quod ἡ τῆς φύσιος εἰς ἄνδρα μεταβολὴ ἀγαθὸν τι πρήσσει, μετεβιάσαντο τὴν παίδων φύσιν ἀώρῳ ξυνουσίῃ, ὡς θᾶσσον ἀναῤῥωσοντες, *naturalis in virum tranſitus aliquantum proficit, puerorum naturam intempeſtivo concubitu violarunt, tanquam citius eos roboraturi.* *Diſſentit Aretaus.*

Niſi morbus à ſemine ortum habuerit, vix proficuus erit Veneris uſus. *Exiueſcit.*

MELANCHOLICOS moerores ac triſtitias diſpellit Veneris moderatus uſus, ejusque illecebris animus ineſcatus affatim diſpellit inſenſas tenebras, obſcurasque fugat nubes. *Animi triſtitias diſpellit.*

Teſtatur hoc *Æginetalib. 1. cap. 35*, cùm inter commoda ἐξ ἀφροδισίων *ex Venere* recenſet, ratione *corporis*, πλησμονὴν κενῶσαι, καὶ ἐλαφρὸν παρασχεῖν τὸ σῶμα καὶ ἀνδρωδέστερον ἀποφῆναι, *repletionem evacuare, corpus leve exhibere, & ad incrementum* *Teſtimonium Æginetæ.*

promovere, & virilius efficere. Κατὰ δὲ ψυχὴν συνεστηκότα τε λογισμὸν διαλύει, καὶ ἐξ ὀργῆς ἀκρατεῖς ἐπανίησι. διὸ καὶ τοῖς μελαγχολικοῖς ὥσπερ καὶ ἕτερον ἴαμα ἐπιτηδειότατον μίσγεσθαι. Καθίστησι δὲ εἰς τὸ ἐμφρονέστερον, καὶ τοὺς τὸν ἄλλον τρόπον ἐκμανέντας, *circa animam verò, impeditam ratiocinationem ſolvit, & impotentem iram remittit. Quare etiam melancholico, ſi quod aliud, remedium commodiſſimum eſt coire. Redigit item ad moderatiorem mentem eos, qui etiam alio modo inſaniverunt.*

Aretæi. *Aretæus lib. 1. de cauſis & ſignis diuturn. cap. 5.* meminit duorum melancholicorum. UNUS ἀνηκέστως ἔχων κούρης ἥρα, *inſanabiliter ſe habens, quod deamatâ puellâ frui non poſſet,* melancholicus habitus, liberatus fuerit dejectionibus bilioſis. ALTER, ἐπεὶ τὸν ἔρωτα ξυνῆψε τῇ κούρῃ, παύεται τῆς κατηφείης, καὶ διασκίδνησι ὀργὴν τε καὶ λύπην. χαρμῇ δὲ ἐξένηψε τῆς δυσθυμίης. Καθίσταται γὰρ τὴν γνώμην ἔρωτι ἰητρῷ, *Ubi puella amata ſe conjunxit, moeſtitia receſſit: ira, & animi languor diſcuſſus eſt: gaudium triſtitiam delevit: & mens amore medico prorſum ſanata eſt.*

CAPUT V.

Venus medica affectuum infimi ventris.

Fluxum alvi temperat, autore Hippocrate.

FLUXIBUS ALVI Venus eſt medicina. ψύξις, *ſcribit Cous 6. epid. ſect. 5. t. 26.* F. τὰ κατὰ κοιλίαν σκληρύνει. μίξις τὰ κατὰ τὴν γαστέρα σκληρύνει. *Refrigeratio, quæ in ventre continentur, indurat. Coitus, quæ ventre continentur, indurat.* Πορνείη ἄχρωμος, *autore eodem 7. epidem. t. 134.* δυσεντερίης ἄκος. *Impudens ſcortatio difficultati inteſtinorum medetur.*

Ita vertit *Foeſius,* fortè reſpiciens ad vim vocis, quæ ruboris ſuffuſionem aufert. *Nonnulli* ſingulari abundant ſenſu & maſculam venerem intelligunt. *Alii* ex jecore ſanguinis excretionem ſine ulcere: *Alii* mendum in textu agnoſcunt.

Philoſopho. Ad quæſtionem: διὰ τί τὰ ἀφροδίσια τὴν κοιλίαν ψύχει καὶ ξηραίνει, *cur Venerei actus ventrem refrigerant & ſiccant,* reſpondet *Philoſophus 4. probl. 18.* ventrem refrigerare, quoniam ὅτι ἐκκρίνεται τὸ θερμὸν ἐν τῇ μίξει, *quod calor in concubitu excernitur:* SICCARE verò, ἐξατμίζεται γὰρ τοῦ θερμοῦ ἐξιόντος. ἐξέρχεται

δὲ

δὲ ψυχομένȣ. ὅτι καὶ ἡ θερμότης ἐν τῇ ὁμιλίᾳ ξηραίνει, *coitus venereus poteſt, quippe cum evaporari, dum calor exit, neceſſe ſit: exit autem cum refrigeratur. Prætereà etiam, quod fervor coeundi ſiccare nimium poteſt.*

De diuturnis alvi fluxionibus in ſpecie *ex Ruffo* idem proponit *Aetius lib. 3. cap. 8.* τὰς διαῤῥοίας χρονίας ἐστιν, ὅτι ξηραίνει τὰ ἀφροδίσια. Idem repetit *Paulus lib. 1. cap. 35.* τὴν κεχρονισμένην διάῤῥοιαν τὰ ἀφροδίσια ἀποξηραίνει, *diuturnum alvi fluxum venus exſiccat.*

De diuturnis hoc explicant Aetius, Aegineta.

Amatus Luſitanus centuriâ 2. hiſtoriam recenſet mulomedici, qui cum dyſenteriâ gravi infeſtabatur noctu, erectâ virgâ ad fœminam ſibi proximam ſe direxit, & cum eâ leniter hymenæum exercuit. Illicò dejectiones ceſſarunt.

Sed taceri non debet, ſeminis excretionem his affectibus καταῤῥοικοῖς, quâ talibus, mederi non poſſe.

Exiccans.

GONORRHOEÆ venereæ mederi coitum, cum purô & illibatô glycerio celebratum, nonnulli tenebant pro arcano, quo ſine morâ liberari poſſent à moleſtiſſimo malo. Nulla ratio quidem firma ad manum eſt. Illi tamen aliquoties feliciter id eveniſſe ſuſtinebant.

Gonorrhæa medetur Venus cum illibatâ.

CAPUT VI.

Venus febrium medela.

MIrabilis effectus ſeminalis excrementi, dum retinetur in ordinariis vaſis, & dum excernitur.

FEBRIBUS à retento ſemine ceu ἀπὸ μηχανῆς ſuccurrit κλινοπάλη. Νίκιππος, *autore Hippocrate 4. Epidem.* ἐν πυρετοῖσι ἐξωνείρωσσε. καὶ οὐδὲν ἐπίδωκεν ἐπὶ τὸ χεῖρον. καὶ τ' αὐτὸ ἑωυτῷ πλεονάκις ἐγένετο, καὶ οὐδὲν ἔβλαψε. *Nicippus in febribus per ſomnum veneris imagines habuit, nihiloquè ei deterius habuit, quod & ipſi ſæpius abſque noxâ contigit.*

Κλινοπάλη ἰατρὸς τῶν πυρετῶν.

Exemplum Nicippi.

Malè cenſuit *Petrus Aponenſis in comm. problematis Ariſtotelici*, qui coitum quemcunq; in febribus ſemper abeſſe ſtatuit.

Petrus de Abano.

Eſt, ubi commoda eſt. Modus, quo febres tales inducuntur, explicatu quodammodò difficilis eſt. Et ſine accenſione

Exiccans.

 humo-

humorum in vaſis vix fieri aut typum certum acquirere poſſe haud videntur. In PRINCIPIO talium febrium emiſſio videtur commodior, & præſentioris operæ, quàm in progreſſu, cùm incendium & maligna ἀπόῤῥοια cum circulato ſanguine viſceribus communicata.

CAPUT VII.

Rectus medicæ Veneris uſus.

Juſta aphrodiſiacorum adminiſtrandi ratio.

MAgna aphrodiſiaca exercitia commoda præſtare non poſſunt, niſi juſtus accedat uſus.

1. Moderationis ratione.

I. MODERATIONIS ratione obſervanda *Æginetæ* ſententia *lib. 1. cap. 35.* Τὰς σφοδρὰς ἐπιθυμίας οὐκ ἐπαινῶ, ἀλλὰ κελεύω τότε δὴ πλέον ἀντέχειν καὶ μάλιστα οἷς νόσημά τι ἐστίν. *Vehementes veneris appetentias non laudo, ſed tunc magis reniti jubeo, & maximè eos, qui morbum aliquem habent.*

2. temperamenti.

II. TEMPERAMENTO calido & humido præditos, & calido qui abundant ſanguine, ſicubi morboſis impetantur inſultibus, benè imprimis ſperare jubet κλινοπάλη.

3. temporis.

III. TEMPORIS ratio haberi debet. Adorari geſtit medica Venus poſt cibum, ante ſomnum; tum enim renutriti ſpiritus ad congreſſum alacriores redditi, non tantam patiuntur jacturam. Confirmari hoc poteſt autoritate generali *Pauli Æginetæ*, qui *libro 1. cap. 35.* ſanitatis conſervandæ & generationis promovendæ ſcopo hoc tempus commendat.

Non intelligitur momentum, quod cibum immediatè excipit, ſed juſto ſejunctum intervallo, quod excipit indulgentia ſomni.

VENUS, ſtatim poſt cibum ſumptum, pleno adhuc ſtomacho, obeſt: imprimis nimia, nondum peractâ coctione bellum ventriculo indicit, omnemque illius vigorem enervat. Matutinis horis culta Venus, concuſſo corpore, chylum ex ventriculo & inteſtinis excutit. Ante ſomnum Venus voluptuoſa: finito ſomno fructuoſa.

Deſiderium Venereum temperandum.

Coitûs & congreſſûs deſiderium, cùm florentes, fœcundos & perpetuo amore recentes in ſtatu reconvaleſcentiæ ad con-

conjunctiones intermiſſas adigat, & expeditis illis ſemper reliquias aliquas & aculeum mutui amoris relinquat, prudentiâ temperandum eſt, & eò adlaborandum, ne vires detrimentum capiant.

Informari eodem modô debent podagrici, qui libidinis œſtro turgentes, etiam in ipſis clamoribus crebriores appetunt congreſſus. Recordatio tam jucundæ fruitionis ingenerat deſiderium novæ exercitationis. *Conſilium hoc locum habet in podagricis,*

IV. HONESTATIS ratio habenda. Commendanda Venus medica iis, quibus per ſanctas matrimonii leges absque peccati crimine huic operæ vacare licet. *4. Honeſtatis Veneratio negligi non debet.*

Quibus per ſacra vota, aut honeſtatem publicam eam non licet amplecti, ſatius eſt abſtinere, & uti verbis innocentis pueri Verini, cùm intelligeret, non licere ſibi ſanitatis templum intrare, niſi prius Veneris ſalutaſſet ædem:

Abſcedant Veneres, Cupidinesque.
Non eſt vivere, nec valere, tales
mortem evadere per medelas.
Vin', ne quà moriar, VENUS *mederi?*
Malo, ne medearis, emoriri.

Breviſſimo temporalis corporeæ vitæ momento, perpetuam animæ vendere lætitiam, parricidium eſt.

Neceſſitas nonnunquam ordinarias frangit leges. Nobilis virgo, XXII. annos nata, menſtruæ luſtrationis beneficia habens ordinaria, per intervalla, animo deficiens, concidit in terram, ſine motu, ſine ſenſu: brevi tamen reficitur. Aliquot ſeptimanas hæc patitur, cum metu graviorum ſymptomatum, epilepſiæ præcipuè hyſtericæ. A ſeminis copiâ mala hæc derivari nullum dubium. Honeſta matrona, juſſa illius curam gerere, in mandatis accepit noctu titillare ipſius naviculam, leviter ſummis labiorum cutaceorum alarum & nympharum oris diductis, non unâ ſimplici, ſed pluribus vicibus, non unâ, ſed pluribus noctibus, hâc additâ cautione, ne profundiùs ſe immergeret juvandi conatus, & anguſtum virginalis floris clauſtrum vim pateretur ullam. Optatus votis reſpondit *Neceſſitatis vis.*

 eventus.

eventus. In matrimonium data ſana vivebat, aliquot liberorum facta mater.

CAPUT VIII.

Affectus animi morborum medelæ. 1. concupiſcentiæ & cognatorum.

CUratio hæc ἐν τῇ ἐναιλιώσει fundamentum habet. Magnus corporis & animi conſenſus. Generalis regula eſt: ut affectus animi ſanitatis turbatores & morborum autores præcaveantur & removeantur, vitandas eſſe OCCASIONES, quæ affectibus fores patefaciunt. OCULI & AURES obſervandæ, ut τὰ λυπήματα τῆς γνώμης *mentis ægritudines* per utrumque quæ irrepſerunt angiportum, rurſus eliminentur foràs, & quidem quantò ocyus id fieri poteſt, ne ſeſſor, qui tam facilè excuti nequit, firmiter animo inſideat. Facilius eſt pernicioſos affectus excludere, quàm regere: faciliùs eſt non admittere, quàm admiſſos moderari. Virgulta revellere, fontes obſtruere, ſcintillas exſtinguere, facilimum; ſed arbores eruere, flumina ſiſtere, incendia opprimere laborioſum.

CONCUPISCENTIA qui languet alicujus rei, bonâ vel malâ ÆMULATIONE contritus, admonendus eſt, ut deſiſtat maturè, ne AMBITIO illa honorum, & AVARITIA bonorum ſequatur. Proponendus eſt CONTEMPTUS RERUM HUMANARUM. Hoc medio tranquillam vitam agunt, quibus victui herba, veſtitui pelles, cubili humus: beatiùs hoc arbitrantes, quàm ingemere agris, illaborare domibus, ſuas alienaſque fortunas ſpe metuque verſare, perpetuis votis, dubio eventu vitam tranſigentes & trahentes. Admonendus eſt æger, ne nimium ſibi fidat, nimium ſibi tribuat, imparem agnoſcat ſe illis laboribus, illis vigiliis, quibus alii ad majorem ſcientiam, & bonorum poſſeſſionem venerint. Appetitus ſequi debet voluntatem & rectam rationem, voluntas & recta ratio ſequatur prudentiam. Non convenit ægrum ſe infelicem reputare, ſi res ipſi non ſuccedant ad animi ſententiam & voluntatem, ſingulaque proſperè eveniant.

CAPUT

CAPUT IX.

Excandeſcentiæ, iracundiæ, & iræ medicinæ.

Ὀξυθυμία ἢ ὀργῇ animus ſi transportatus, & morboſa præ foribus inſultum meditetur, aut jam fecerit diſpoſitio, in calidis naturis, in quibus caput & cor naturali intemperie ſuprà modum calidiora ſunt, aut aliquo adſcititio affectu calido laborant, omni modo laborandum, ut animus ab iſtis ſcoriis liberetur per affectum contrarium. Talis autem eſt lætitia. Ἡ δ' εὐθυμίη ἀφίησι καρδίην. *Lætitia, autore Galeno 6. epid. com. 5. t. 9. relaxat cor.* Ut intelligatur, quomodo relaxatio illa fiat, *adnectit*, τοῦτ' ἔστι, καταλείπει τὰ προειρημένα. *id eſt relinquunt antedicta*: id eſt: caloris & humoris in cor attractionem, & cerebrum. *Ira temperanda.*

Tantò majori, ut hoc obtineatur, neceſſum eſt ſtudio, quantò cæteris affectibus hic eſt turbulentior.

REMEDIORUM adverſus iram à graviſſimis autoribus propoſitorum μεμνῆσθαι προσήκει, *ſæpe oportet recordari.* *Ira remedia.*

Utile eſt præceptum: Non ſtatim iræ fidere. Ille mihi fecit injuriam. Sed proferenda fides in dies aliquot. Sicut enim per nebulam aut umbram corpora, ſic per iracundiam res videntur majores. Morâ temporis ad naturalem redeunt magnitudinem. *1. Mora.*

MORAM lentum iræ præcipitis mali remedium etiam commendavit *Seneca, optimus vitæ & morum præceptor lib. 2. de irâ, cap. 28.* Non univerſa tollitur, graves quæ habet impetus primos, tota vincetur, ſi partibus capiatur. *2.*

DILATIONE primus iræ fervor langueſcit, & caligo, quæ mentem premit, aut reſidet, aut minùs denſa fit.

ECONTRA, ſi animus torpeat in pituitoſis, obœſis, ſtupidis, & nonnullis cachecticis morbis, excandeſcentiam commendat *Hippocrates 2. epidem ſect. 4.* Δεῖ ἐμποιεῖν ὀξυθυμίην, χρώματος, ἀναλήψεως εἵνεκα καὶ ἐγχυμώσεως. *Oportet excitare excandeſcentiam, coloris, refectionis, & inſuccationis gratiâ.* *Ira medica corporis.*

Locum

Locum hunc citat *Galenus 6. epidem. comm. 5. textu 9.* Sed aliis verbis utitur. *Alibi* hæc exſtant verba: Ἡ δ' ὀξυθυμίη χρήσιμος εἰς εὐχυμίαν καὶ τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως ἀνάκτησιν. *Danda eſt opera, ut ira excite..., & coloris & ſucci reparandi gratiâ.*

In magnâ cerealium ſeminum penuriâ, quæ frugum ſideratione accidit, plebecula annonæ caritate coacta leguminibus victitat. Inde pravi ſucci ſanguis, & σκελέων ἀκράτεια *crurum mollities, genuumque*, quibus veluti ſublicis, & ſtatuminibus erecta corporis compages innititur, dolores. His commendat Hippocrates iracundiam.

Ἐπιτηδεύειν, *inquit*, ὀξυθυμίην ἐμποιέειν, καὶ χρώματος ἀναλήψιος ἕνεκα καὶ ἐγχυμώσιος, καὶ εὐθυμίης, καὶ φόβους, καὶ τὰ τοιαῦτα. καὶ ἢν μὲν τὸ ἄλλο σῶμα συννοσέῃ, ξυνιῆσθαι. *Adhibenda diligentia eſt, ut præceps acerbaque iracundia inducatur, cùm caloris reficiendi, tum etiam ſuccorum in corporis habitum effundendorum gratiâ. Quod etiam in lætitiâ & metu cæteriſque id genus videndum eſt.*

Nec ſolùm corpus, viſceraque κατόρθωσιν deſerentia, reficit hæc ad iram commotio; ſed etiam animum, illumque excitat ad deambulationem, & meditationem, *tenore textûs 11*, quem ſtatim *6. epidemiorum Hippocrates* ſubjungit: Τὸ τῆς ψυχῆς περίπατος, φροντὶς ἀνθρώποις. *Animæ deambulatio, cogitatio hominibus.*

CAPUT X

remedia timoris ſeu metûs proponit.

Erigendus vacillans teſtimonio virtutis & bonæ conſcientiæ.

CUm ægrum ex timore infortunii proximè imminentis & magni quidem, perſequutionisq; à viro in autoritate florente conſternatum videmus in inappetentiam animique moerorem prolapſum, conſolari ipſum debemus & erigere VIRTUTIS & BONÆ CONSCIENTIÆ TESTIMONIO PRIVATO & PUBLICO. Non timendum eſt ei, qui nullorum actuum pravorum ſibi conſcius. CONTEMPTU PERICULORUM erigendus etiam eſt ægri animus. Plura ſunt, quæ nos terrent, quàm

quàm premunt, & ſæpius opinione, quàm re laboramus. Iſtud tibi præcipio, ne ſis miſer ante tempus, cum illa, quæ velut imminentia expaviſti, fortaſſe nunquam ſunt futura.

FRENUM INJICERE timori jubeatur æger, ſi æſtimationem periculi ex animo illius removere nequeamus, & credere, plus ipſi nociturum metum, quàm ipſa, quæ timet mala. *Moderatio ſuadenda.*

CAPUT XI.

Remedia mœſtitiæ.

HÆc medico in promtu eſſe debent.

Perſuaderi debet ægro mala, quæ metuuntur, immitti à Deo, cujus voluntati reſiſtere ſtolidum, non adſentiri impium. *Perſuaſio.* Animi magnitudine adverſa ſunt excipienda. *Lacrymæ evehunt ſenſum doloris.* Lacrymis ſin indulgeat æger, & ſuſpiriis, illis non interdicendum. Sunt in ipſis malis miſerorum voluptas, & omnis adverſa fortuna habet in querelis levamentum. Non mediocre angorum animi delinimentum dediſſe lachrymas malis, & laxaſſe ſuſpiriis pectus. Ut atomi ignis in ferrum introductæ emoriuntur, affusâ aquâ, & in auras evaneſcunt, ita etiam moerorum ſcintillæ, animæ in penetralibus micantes diſpelluntur, lachrymarum aſperſione foras ire juſſæ.

Si literis delectetur æger, conſilium *Ciceronis epiſt. 28. ad tyronem* attendendum, & iiſdem eſt compellandus verbis: Audio te animo angi, & medicum dicere, ex eo te laborare. Si me diligis, excita ex ſomno tuas literas, humanitatemquè, propter quam mihi es chariſſimus. Nunc opus eſt, te animo valere, ut corpore poſſis. *Medica ſtudia literarum.*

A VINO magnum nonnunquam ſperatur commodum. LIBERUM eſt vinum, ab imo animum movet, eundemque à ſervitio curarum liberat. Floridus hic uvæ ſanguis ἐστὶν ἀγαλλίαμα ψυχῆς καὶ καρδίας *eſt exaltatio animæ & cordis.* Eo ſuſtentantur vires, ſtomachus recreatur, appetentia ciborum invitatur, triſtitia & cura hebetatur. Poetæ τὸν οἶνον εὔφρονα καρπὸν τῆς ἀρούρης, *vinum lætum telluris fructum* appellabant. In micro- *Vinum medicina mœroris.*

coſmo etiam λαθικηδεὶς καὶ λυσιμέριμνος ἰκμὰς *dolorum oblivionem inducens & ærumnas ſolvens* appellari meretur liquor. Inde Bacchus, liber, λυαῖος, λυσίπονος. Ut vinum medicina corpori, ita etiam animo, ægritudinis temperamentum ſuave, hilaritatis ſeminarium dulce, curarum quas dies alit nec veſpera ſopit, multò minùs nox tollit, levamen unicum.

Buccella panis. VIRES animi angore diſſipatas reparat. Eo fine vulgus utitur per intervalla buccellâ medullæ panis optimo vino intinctâ, aut præparatâ cum vino quæ communiter offa delicata, ſcholæ Salernitanæ *cap. 54.* VIPPA dicitur, Gallis ſouppe au vin. *Fonſeca tom. 1. conſult. 12.* Suppam vocat, & melancholicis apprimè commendat.

CAPUT XII

terroris remedia proponit.

Terror parens morborum. SPonte quidem ſuâ vis perit terroris, morbum qui excitaverat, nonnunquam tamen quædam animo infixæ manent poſtſenſiones, & faciles ad morboſam diſpoſitionem inclinationes.

Providendum eſt eſ ne Utriſq; ut obviam eatur, conducit. Si à de improviſo occurrente ſpectro oriatur turbatio, proponendũ eſt, fuiſſe corporis Lunæ plenâ luce irradiantis, umbram: ſi à ſono aliquo audito in ſuperiori ædium parte, rationibus & teſtimoniis confirmandum eſt, familiam obſervaſſe fuiſſe lignum vel trabem præ calore diſſilientem.

Terror medicus. Non raró medici vice fungitur terror, & quod illius ſuperat captum, hujus ſequitur raptum. Finem impoſuiſſe quartanæ refractariæ experientia docuit de improviſo ſubortum. Honeſtæ matronæ negotium faceſſebat bimeſtri ſpatio ſanguinis ab utero fluxus. Nullus remedio locus. Tandem ſtrictis gladiis ſe excipiebant fratres & affinitate juncti. Σκυφομανίαν καὶ μαχίαν excipiebat ξιφομανία καὶ μαχία. Largo manabant ſanguine rivi. Inde conſternata excernebat molam pugni magnitudine & ab omni liberabatur moleſtiâ.

Vir

Vir L. annorum, inflammatione oris circà gingivam dextram ſuperiorem laborans, liberabatur, prope lectum videns in terram ſubitò concidere ſyncope correptum. Diſparebant in tumultu illo dolor, calor, & tumor, & ante æger qui erat affixus lecto, ſanus mox adſidens menſæ opiparis epulis & nectarino uvæ ſe reficiebat ſanguine. *Illuſtratio hiſtorica.*

CAPUT XIII.

Doloris, deſperationis, & vanorum deſideriorum medela, communicatio cum aliis.

VIdetur quidem primâ fronte vulnus reſerare, qui mala publicat, econtrà claudere, qui tacitum premit, *καὶ σιγῇ τὰς συμφορὰς κατακρύπτει, & ſilentio calamitates abſcondit*, attamen quemadmodum diviſa minus ſarcina fit gravis, & quicquid tegitur, ſævius incoquit, vulneraque nutrit, qui tegit & plagam trepidat nudare medenti, ita etiam *ἡ δὲ σιωπὴ τρέφη τῶν νόσων, ſilentium nutrit morbos*, & animi dolores tecti graviores, ſpiraculis enim non exhalant preſſi corde turbines. *Ὑποφορά. Reſolutio.*

Prodeſt ſermo doloribus, aliis ſi aperiantur. Ut labor cum pluribus communicatus fit levior, ſic etiam dolor. Multæ manus levius reddunt onus. *Ἅπας, ὅπου ἀχθόμενος τὴν ψυχὴν τῷ λυπεῖν ἐκκαλῶν, ἐπικουφίζει τῇ διανοίᾳ τὸ βάρος. Omnis qui animo dolet & gravatur, apud alios ſuas calamitates enarrans, allevat pondus ſuum.* Diſflatio malorum per ſermonem ſequitur, accedente amicâ conſolatione, ceu remedio, diſſipatur. Τὸ γὰρ ἐκκαλούμενον ἐστὶ παραμύθητον. *Sermone communicatum conſolationem admittit.* *Confirmatio.*

CAPUT XIV.

Amoris remedia.

PRæprimis opus eſt morbum hunc noſſe, & vires ejuſdem opprimere in herbâ primâ. Quamprimum aliquid placere incipit, non id temerè proſequendum, licet bo- *Agnitio eſt curatio.*

num videatur, ſed priùs diſpiciendum, an ſub eo lateat aliquid, an dignum operæ ſit pretium complecti, & initiis ſic occurrendum: nam per longas cùm invaluerit moras, ſolus amor morbi non amat artificem, quantumvis magna adhibeatur diligentia. Νουθετούμενος ἔρως μᾶλλον πιέζει. *Amor caſtigatus magis premit.* Optimum eſt ad primum mali ſenſum ſibi mederi, omnem occaſionem vitare, nullamque oculis, auribus, linguæ, manibus libertatem dare.

Ut penè exſtinctum cinerem ſi ſulphure tangas,
vivet, & ex imo maximus ignis erit:
Sic niſi vitaris quicquid revocabit amorem,
flamma redardeſcet, quæ modò nulla fuit.

Δεινός ἐστιν ὁ ἔρως, ὥσπερ ὁ κιττὸς, αὐτὸν ἐκ πάσης ἀναστροφάσεως συναναπλέκεσθαι. *Amor hederæ inſtar valet ſe quavis arreptâ anſâ applicare.*

Oculi captivi detinendi.

Imperandum eſt OCULIS ægri, ne videant, quæ retia ſtruxerant, vanitatem. Ob oculos potiùs ponendus Thyamus, qui à virginum adſpectu ſibi temperabat, ἀδύνατον βλέπειν ἅμα καὶ σωφρονεῖν ἡγούμενος, *impoſſibile ratus, quod ſimul adſpicere quis, & temperantiæ intrà terminos ſe continere poſſit.* Fœminis imprimis hoc proponendum. Expleri mentem nequeunt, ardeſcuntque tuendo. Inde in BONÆ DEÆ ſacris, quicquid maſculum in æde, ejiciebatur.

Removenda oculorum ægritudines in imagine viſa.

Nobilis vir in volâ manûs prope pollicem vulneratus, hæmorrhagico conflictabatur malo, ferè incompeſcibili. Sedato impetu, quoties uxor ad lectum accedebat, incenſus amore æſtuabat, & ſanguis fluere videbatur. Cogebantur aſtantes illam aliò relegare. Tandem veſicâ bubulâ artificioſè admotâ ſanguis quieſcebat.

in picturis.

PICTURAE AMORUM plenæ ex conclavi removendæ, & LIBRI, Veneris ſacris deſtinati, è medio tollendi.

Aurium illecebræ removendæ.

AURIBUS athletarum admovebantur opercula, ne læderentur: ita etiam amatoriis detenti compedibus aures obturare debent, ne ſirenum audiant cantus, & offendatur animus. CANES Spartæ & in Delo erant adeò exoſi, ut templum eos intrare nefas eſſet, imò Delio ſacerdoti canem nominare

piaculum

piaculum erat, ne recordatione nominis libidinoſorum actuum tædioſa ſurreperet recordatio.

MUSARUM conſortium ægris hiſce imprimis commendandum. Αἱ δὲ Μοῦσαι σεμναί εἰσι, καὶ ἀεὶ τι φροντίζουσι. *Muſæ pudico ſunt vultu & perreverendo, & ſemper aliquo ſtudio detinentur.* Hæ omnes ab amore natos animi ſopiunt angores. *Muſarum conſortium non amat Cupido, ſed abhorret dulciſonos [illegible] animo.*

> Μουσαῖσι δ' οὐ πέταται τοῦτο τὸ παιδάριον.
>
> *Aliger ad Muſas non volat ille puer.*

Viarum errore delatus in Parnaſſum, aërem illum æquo animo ferre neſcit, & avolat.

PERSUADENDUM eſt ægris, ut amorem, qui celatus creſcit, detegant. Πέφυκε τοῖς πόθοισι μᾶλλον, *verba ſunt Lampriadis, in Ariſtenæti epiſtolâ* XVI. *lib. 1.* ἐπαύξειν ὁ λαθραῖος ἅμα καὶ σιγώμενος ἔρως. ἅπας γὰρ δι' ὀλίγου ἀχθόμενος τὴν ψυχὴν, τὸ λυποῦν ἐκκαλῶν, ἐπικουφίζει τῇ διανοίᾳ τὸ βάρος. *Amat enim creſcere & augeri tectus amor, ac tacitus: nam & quisquis mentem, quocunque dolore anxius, ſi cauſas doloris eleganter, levat magno onere animum.* *Amor [illegible]*

DESPERATIS omnibus ſit novus illiciti finis amoris amor. Hic veterem ceu clavus clavum ejicit, ut materia indicationis aphæreticæ. *Noſtrorum matrimonialium amorum meditatio illicitum ſopit.*

> *Secta bipartito cum mens diſcurrit utroque*
> *alterius vires ſubtrahit alter amor.*
> *Grandia per multos tenuantur flumina rivos,*
> *ſectaque ſubducto ſtipite flamma perit.*
>
> Πόθος πόθον οἶδε μαραίνειν.
>
> *Amor amorem novit areſacere.*

CAPUT XV.

Gaudii nimii medelæ.

IMminentibus gaudiorum periculis occurrere facilius, quàm præſentibus & præteritis, debitâ ſuccurrere medicinâ. Jam animus è ſuâ exiit ſede, imò exiliit. Gaudio cogendi vis eſt. In poteſtate ægrorum fuit, an gaudere, non eſt in poteſtate, quantum gaudere; multò minus in arbitrio medicorum metam

figere ac terminum. Sanguinis motus ſimilis eſt motui velocis ſagittæ, arcui & pilæ plumbeæ ſclopo emiſſæ. Interim ſi medicus in tempore accerſatur, præter uſum medicamentorum, quæ calorem naturalem ad extrà ſe diffundentem modicè coercent, operam dare debet, ut moti componantur fluctus.

CAPUT XVI

invidiæ proponit remedia.

Remedia ἀντιφθόνησις. 1. SAturnaliorum autor, *lib. 1. cap. 6.* refert, auream bullam geſtamen fuiſſe triumphantium, quam præ ſe ferri curabant, incluſis in eâ remediis, quæ crederent adverſus invidiam valentiſſima. Fortè illa fuerunt amoleta contrà faſcinum.

2. Non eſt præſtantius medium invidorum in animis exſtinguendi rancorem, quàm ſi illis ob oculos ponatur eminentia illorum, quibus invident. Cùm Alexandro quidam invideret tot terrarum dominationem, conſiliarius monuit, inanem eſſe affectum, illam enim neque ſupprimi poſſe, neque exæquari. Acquievit. Magnarum à Semiramide geſtarum rerum amplitudine omnis ſuperata fuit invidia.

3. Autor etiam medicus eſſe poteſt illi, cui invidetur, ut coràm ægro extenuet ſuam fortunam, neque bona ſua jactet, minus in facultatibus ſuis eſſe prætendat, quàm reverà in iis eſt, & potiùs in ſinu, quàm in publico gaudeat. Fortuna, quam æger non videt, faciet gratum.

ÆGRO perſuadendum, non eſſe digna, memorata illa bona, quibus, alii fruuntur.

CAPUT XVII.

Morborum animi ab imaginatione depravatâ medelæ, ſtratagemata, rationes.

IN talem incidens ægrotum medicus, promtus ſit, ut inveniat quædam ſtratagemata & rationes.

Cornelius

Cornelius Celſus lib. 3. de re medicâ cap. 18. breviter complexus fuit ferè omnia artificioſa inventa, quibus ægri ad rectæ imaginationis ſemitam perducuntur. Diverſa hæc ſunt indicata pro diverſâ phantaſmatum ratione.

QUORUNDAM, *inquit*, VANI METUS SUNT LEVANDI. Variis id fieri poteſt modis. Locum hîc habent ſtratagemata & efficaces rationes. Prædives, qui timet, ne paupertas tandem ipſum premat, recreandus nuncio novarum hæreditatum. Si quis melancholicus timeat, ne, ſi urinam emittat, tota urbs diluvio novo inundetur, & periculum rupturæ veſicæ immineat, terrendus eſt ſparso rumore de igne, & totum pagum populante flammâ, ſe incendio ipſum periturum, niſi urinam cum aliis emittat. *Metus levandi.*

QUORUNDAM AUDACIA COERCENDA EST OBJURGATIONE, MINIS & PLAGIS, *inquit Celſus.* Cum quædam xx. annorum puella magnâ intemperie ſe Venerem eſſe diceret, nudamque ſtatuam repræſentare vellet nudato corpore, neque medicamenta, neque amicæ & maternæ perſuaſiones quicquam proficerent, aliquoties virgis cæſa ab erroneâ imaginatione liberata fuit. EMPIRICUS melancholicos & maniacos reſtituebat nullis remediis, ſolis flagris & virgis, feliciter. *Audacia compeſcenda minis, & plagis.*

POENIS GRAVISSIMIS curata virginum Mileſiarum, ἡ δὲ θανάτου ἐπιθυμία, καὶ πρὸς ἀγχόνην ὁρμὴ περιμανὴς *mortis cupiditas & ad vitam ſuſpendio finiendam furioſus impetus*, à Plutarcho, libro γυναικῶν ἀρεταὶ, *de mulierum virtutibus inſcripto.* λόγοι καὶ δάκρυα γονέων καὶ παρηγορίαι φίλων οὐδὲν ἐπέραινον, ἀλλὰ περιῆσαν ἐπινοίας πανουργίας ἁπάσης τῶν φυλαττόντων, ἑαυτὰς διαχρώμεναι. καὶ τὸ κακὸν ἐδόκει δαιμόνιον εἶναι καὶ κρεῖττον ἀνθρωπίνης βοηθείας, ἄχρις οὗ γνώμῃ νοῦν ἔχοντος ἀνδρὸς ἐγράφη προβούλευμα, τὰς ἀπαγχομένας γυμνὰς ἐκκομίζεσθαι διὰ τῆς ἀγορᾶς. καὶ τοῦτο κυρωθὲν οὐ μόνον ἐπέσχεν, ἀλλὰ καὶ παντελῶς ἔπαυσε θανατῶσας τὰς παρθένους. μέγα δὲ τεκμήριον εὐφυΐας καὶ ἀρετῆς ἡ τῆς ἀδοξίας εὐλάβεια, καὶ τὸ πρὸς τὰ δεινότατα τῶν ὄντων θάνατον καὶ πόνον ἀδεῶς ἐχούσας, αἰσχροῦ φαντασίαν μὴ ὑπομεῖναι, μηδὲ ἐνεγκεῖν αἰσχύνης μετὰ θάνατον ἐσομένης. *Verba & lacrymæ parentum,* *Minæ & plagæ cum non ſufficiunt, pœna ſubſtituenda, exemplo Mileſiorum.*

amico-

amicorumque alloquia nihil agebant, ſed ſeſe interficiendis omnem ipſas cuſtodientium induſtriam atque calliditatem vincebant, ita ut calamitas divinitus immiſſa, & remediis humanis videretur validior, donec quidam homo prudens legem promulgavit, quâ juberet omnes, quæ ſibi ſuſpendio mortem conſciviſſent, nudas per forum efferri. Hæc lex ſancita non inhibuit modò, ſed & omninò abolevit illam, quâ virgines laborabant, mortis cupiditatem. Magnum verò argumentum eſt bonæ indolis ac virtutis, metus ignominiæ: & quod nihil formidantes mortem ac dolorem, quæ omnium maximè terribilia habentur, turpitudinis tamen imaginationem non pertulerunt, neque ſuſtinuerunt dedecus poſt mortem ipſis eventurum.

Contentibus ſymphoniacis opus.

Quorundam diſcutiendæ triſtes cogitationes, *ſubjungit Celſus*, ad quod ſymphoniæ & cymbala, ſtrepitusque proficiunt. *Omnium conſenſu* hæc animi circuitiones turbulentas & vagas, Muſarum & Gratiarum inopiâ, incontinentiâ & errore luxuriantes in ordinem redigit.

Sæpe adſentiendum.

SAEPIUS ADSENTIENDUM, quàm repugnandum eſt, addit *Celſus*, paulatimque & non evidenter ab his, quæ ſtultè dicentur, ad meliora mens abducenda eſt. RECTE. De depravatæ imaginationis pertinaciâ cum ægris contendere non eſt conſultum. Loqui debet medicus ad voluntatem ægri, nec magis irritare, ſed potius ſtratagemate illos decipere, & ſic à ſemel conceptâ opinione dimovere.

Dolus nonnunquam in laude.

Autor eſt *Trallianus lib. 1. cap. 16.* medicum fœminam hâc circumventione ſanaſſe. καὶ γυναῖκα δέ τις ἰάσατο οὕτω μελαγχολῶσαν, οἰομένην ὄφιν καταπεπωκέναι, ἀποθέμενος εἰς τὸν ἔμετον μικρὸν θηρίον κατὰ πάντα ὅμοιον τῷ ἐκείνης φαντάσματι, καὶ τῷ ὑπογραφομένῳ ὑπὸ τῆς κενῆς φαντασίας θηρίῳ. Ἔλυσεν οὖν καὶ ταύτης τὸ πάθος, ἡ ἄθροα δηλονότι προσγινομένη χαρὰ, δῆλον ὅτι διὰ τὴν ἐκ τοῦ δόξαντος λύπην. *Jam mulierem quidam curavit melancholiâ laborantem, hòc pactò: cùm putaret illa ſerpentem ſe devoraſſe, vomitum medicamentô citavit, atque in id, quod rejectum fuit, parvam beſtiam per omnia imaginationi illius, & deſcriptæ à vanâ imaginatione feræ ſimilem impoſuit. Quare hujus quoque affectum, quia ob triſtitiam ejus quod putarat, evenit, gaudium nimirum ſubitò accedens diſſolvit.*

Magnus

Magna poteſtas in aſſenſu poſita eſt. Cum quidam rubetas & ranas ſe in ventre alere putaret, à medico in hac ſententiâ confirmatus ſuppoſitis ranis in pelvi, quâ excrementa alvi deponi ſolebant, illos, qui contradixerant, increpuit, per medicamentum purgans alvô motâ. Nonne dixi verum, *inquit*, & liberatus convaluit. *Magna adſenſûs poteſtas.* 1.

Alius cicadas ſe in cerebro alere confirmavit, cantum audire, ſaltus ſentire affirmabat. Conſentiebat medicus, & ſe cantum audire, & ſaltus ſentire. Adplicabatur magnâ cum φαντασίᾳ magneticum emplaſtrum, cui clam adplicabantur cicadæ. Bihorio exacto removebatur. Aeger perſuadere ſibi patitur extractas eſſe cicadas, & cauteriis capiti admôtis, convaleſcit. 2.

ECONTRA, EXPOSTULATIO RIGOROSA adfert periculum. Sic Fracantianus melancholicus, cum putaret ſe habere corpus adeò vaſtum, ut per valvas non poſſet tranſire, cum ſervi illum vi invitum deferrent per januam, ferè defunctus fuit vitâ. *Contentioſus diſſenſus ſæpe nocet.*

CAPUT XVIII.

Ἡ διὰ λόγων θεραπεία, ἡ τῆς ἀλυπίας τέχνη, *nonnunquam neceſſaria.*

DEpravatâ imaginatione laborantes, & mœrore infeſtati præcipue docti cum ſunt, & prudentiâ pollent, nonnunquam nolunt cedere, adeſtque νοῦσος ἡ δὲ χαλεπή, φροντίς, *difficilis morbus, ab Hippocrate, cura & mœror ſingularis dictus.* Μετ' ὀρέξεως καὶ ὁρμῆς σφοδρῆς *cum vehementi hic jungitur impetu*: ita in falſam ſuam imaginationem & mœrorem ſunt intenti ægri, ut ab eâ non facilè recedant. Quod in ventriculo eſt ἀλύκη, ἄση, *inquietudo*, & ab uno negotio ad aliud tranſitus, id in animo, cum in miſeriâ eſt, φροντίς. Confugiendum tum eſt ad τὴν τῆς ἀλυπίας τέχνην, quam, *autore Plutarcho in ejus vitâ*, Antiphon Rhamnuſius, orator Athenienſis, invenit, condidit, & Corinthi in foro, extructâ tabernâ διὰ λόγων θεραπείαν appellavit. Docuit argumentis *Curatio per rationes.*

 à philo-

à philoſophis, mundi contemtoribus, mutuatis, queî quacunque de causâ mœrentes, cognitis ægritudinis cujusque cauſis, ſolatio erigi queant. De eâ pluribus *Thomas Reineſius lib. 3 variarum lect. cap. 6.*

Hæc διὰ λόγων θεραπεία, *per doctos ſermones & rationes curatio,* eſt varia.

1. *Platerus in obſerv. refert,* ſtudioſum medicinæ, qui ranam vivam ſe in ventre putabat habere, argumentis abſurditatem phantaſmatis demonſtrantibus & firmioribus, quàm ab ægroto refutari poterant, ſanavit, oſtendens, ranas totius vitæ decurſum non extendere ultrà biennium.

2. Hypochondriaca fœmina tumultuantes & coaxantes in inteſtinis ſuis ſentiens flatus, firmâ imaginatione comprehendit, ſe alere ranas in ſuo ventre, quarum ſemina cum aquâ imbiberat inſcia. Medicus, cum aliâ viâ non poſſet, in diſputationis arenam deſcendit, & ventilavit illam quæſtionem, an ranæ in humano ventre generatæ poſſint ſupervivere. Fieri id non poſſe adſeruit. Inde ægra ad ſanam rediit mentem, cauſam in flatuum rejiciens βορβορυγμούς.

CAPUT XIX.

Muſica morborum medela.

Microcoſmus muſicâ ratione conſtructus.

HUic tantum divinitatis tribuiſſe Pythagoras fertur, ut totam mundani corporis molem muſicâ ratione contextam, quin imò noſtras animas quoque ex numeris conflatas pronunciarit.

Concentus ſymphoniaci grati. Cœlum muſicum.

Concentus ſymphoniaci ſupremo numini, cœlo, & hominibus grati. Cœlum modulationem edit, non quod ut lyra pulſetur, aut inflетur ut tibia, ſed quod cœleſtia illa corpora divinitatis æmula circuitu ſuo gratam excitent harmoniam. Humana muſica quæ circà animum verſatur, cuſtos eſt & magiſtra affectuum, menti qui inſidiantur & corpori, & Archæum ad indignationem commovent.

Affectus animi temperantur muſicâ.

Τὰ ψυχικὰ πάθη καὶ τὰ σωματικὰ κατεκήλει δὲ ὁ Πυθαγόρας ῥυθμοῖς καὶ μέλεσι καὶ ἐπῳδαῖς. *Affectus animi & corporis demulcebat & manſuefaciebat Pythagoras verſibus, cantionibus, & incantatio-*

tationibus ſeu magicis ſuſurris. Hâc modulationum ſuavitate perſuaſus divinitati reſtitui mentes, legem dedit diſcipulis, ut manè expergefacti ad citharæ cantum excitarent, elicerentque velut inſitam vim; veſperiq; euntes cubitum ſimili ratione componerent, ac delinirent.

ὁ δὲ πυθαγόρας, autore Jamblicho in vitâ Pythagoræ cap. 28. ὑπελάμβανε καὶ τὴν μυσικὴν μεγάλα συμβάλλεσθαι πρὸς ὑγείαν, ἄν τις αὐτῇ χρῆται κατὰ τοὺς προσήκοντας τρόπους. Exiſtimabat autem Pythagoras, & Muſicen multum conferre ad ſanitatem, ſi quis eâ, quomodo convenit, utatur. Et alibi, ὥσπερ ἡ μυσικὴ μεγάλα συμβάλλεται πρὸς ὑγίειαν, οὕτω καὶ πολλὰ τῶν περὶ τὴν ψυχήν, καὶ τὸ σῶμα γιγνομένων παθῶν ἰατρεύεται. Ut concentus multum confert ſanitati, ita & multis animi & corporis adfectibus medetur. *Corporis affectus muſica reſtituit in integrum.*

DOLORIBUS in parte aliquâ corporis ſi angatur æger, in conſilium adhibeatur muſicus concentus. Hic ceu ſuavis aura à locis ſalubribus animum triſti ſenſu occupatum divertit, & in amicitiam & concordiam trahit, *κομίζειν τὰ τῆς ψυχῆς πάθη, διεγείρειν δὲ αὐτὴν ἐπ' ἀρετήν, animi affectiones ſopire, & ad virtutem*, contemtumque moleſtiæ, *membra erigere paratus.* 1.

Celius Aurelianus id vocat dolentia decantare.

AB IRA, MOERORE, LUCTU ſi non animus ſolùm dejectus, verùm etiam corpus malè habeat, gratus concentus, reliquis deſperatis quaſi, *ἀπὸ μηχανῆς* ſuccurrit. *Ἡ δὲ Μυσικὴ τὰ ἤθη παιδεύεται, καὶ τοὺς θυμοειδεῖς, καὶ τὰς γνώμας καταπραΰνει. Muſica & mores componit, & iratos mentiſque parum compotes lenit ac demulcet.* 2.

SYMPHONIA hæc, *autore Caſſiodoro lib. 2. variar. epiſt. 40. inſcripta à rege Theoderico, Boetio Patritio*, triſtitiam noxiam ſecundat: tumidos furores attenuat: cruentam ſævitiam efficit blandam: excitat ignaviam, ſaporantemque languorem: vigilantibus reddit ſaluberrimam quietem; vitiatam turpi amore, ad honeſtum ſtudium revocat caſtitatem: ſanat mentis tædium, bonis cogitationibus ſemper adverſum: pernicioſa odia convertit ad auxiliatricem gratiam: & quod beatum genus curationis eſt, per dulciſſimas voluptates expellit animi paſſiones. Incorpoream animam corporaliter mulcet, & ſolo auditu, ad quod vult, deducit: quam tenere non prævalet verbo tacito,

manibus clamat, ſine ore loquitur, & per inſenſibilium obſequium prævalet ſenſuum exercere dominatum.

3. ISCHIADICIS imprimis mederi tradit *Theophraſtus in libro* περὶ ἐνθουσιασμοῦ, *de divinis erroribus*, referente *Athenæo lib.* 14. notans: ἰσχιακοὺς ἀνόσους διατελεῖν, εἰ καταυλήσοι τις τοῦ τόπου τῇ Φρυγιστὶ ἁρμονίᾳ. *Qui vexantur coxendice, eo cruciatu liberari, ſi quis, dum dolor urget, tibiis Phrygiam modorum harmoniam canat.* Decantari amant loca condolentia, & ſenſus moleſtiæ perceptioni intenti ad auſcultationem tam dulcis moleſtiæ invitari. Phrygia autem gravis & ſonora locum præcipuè habere cenſetur modulatio.

PESTIS ferociam muſico concentu manſuefieri, hujusque curationis ſpecimen exhibuiſſe tradunt Thalentem Cretenſem, Pythii Apollinis oraculo à Lacedæmoniis, accitum, Muſicâque peſtem tunc graſſantem ſedaſſe.

Homerus Græcos peſtem muſicis concentibus depuliſſe tradit *Iliados* 1.

Cum verò nonnulli in concentu illo tantam vim haud agnoſcant, per remedium hoc interpretati ſunt animi affectuum modulationem, & tranquillitatem, pacatasque inter epulas & melodias pergræcationes.

Vis ſpecialis Muſicæ. Non ſolum à vetuſtate muſicæ in genere magna vis attributa in morborum curatione, ſed habitum fuit pro rato, vim naturalem herbarum muſicis modulis conjunctam, vim certam obtinere in certarum infirmitatum curatione, ſi fiſtulæ plantarum, morbos naturali ſympathiâ reſpicientium conjungantur.

Ex thyrſis Hellebori fiſtulæ confectæ ſonitu LYMPHATICOS curabant veteres, hoſce enim helleborus ſumtus ſanat. Fiſtula ex caule Ricini purgat hydropicos.

Ex cortice Populi arboris confecta fiſtula iſchiadicos dolores ſonitu mitigare cenſebatur: populeum enim unguentum maximè prodeſt coxendicum doloribus.

Τὰ ὀστέα τοῦ ὄνου, ζώου παχυτάτου καὶ ἀμουσοτάτου ὄντος λεπτότατον καὶ μουσικώτατον ὀστέον παρέχειν, *oſſa animalis craſſiſſimi & à Muſis alieni os præbere tenue & maximè ſonorum*, mirandum eſt.

Tibiæ

Tibiæ exinde paratæ maximè ſonoræ ſublevant arthriticos & podagricos, ſi fides habenda jocis.

Ad VENEREM incitabat auditorem, è thyrſis ſeu caulibus ſatyrii conſtructa fiſtula. 4.

DILIQUIUM ANIMI ex cinamomi cortice conſtructum inſtrumentum muſicum depellere credebatur. 5.

VIGILIAS contumaces ſanabat paſtoria fiſtula ex ſex caulibus cicutæ artificioſè, more veterum parata. 6.

CAPUT XX.

Remedium infirmitatum à continuatione ſtudiorum.

PRæſentaneum eſt ALTERNÆ QUIETIS VICISSITUDO, ut vires novo ſpirituum interventu reſocillentur. Statuendi ſunt certi modi, *Alterna vicißitudo.*

quos ultrà citràque nequit conſiſtere rectum.

Militaris intemperantia eſt, ſemper ſtare in acie: prudentia, quiete vires reſtaurare.

RELAXATIO IN MUSARUM PALÆSTRA ſimilis eſt neceſſaria. Hæc moderationis ſtudiorum cura magnum habet ad vitæ benè inſtituendæ rationem momenti. Ἡ φύσις ζητεῖ μὴ μόνον ἀσχολεῖν ὀρθῶς, ἀλλὰ καὶ σχολάζειν δύνασθαι καλῶς. *Natura non ſolùm rectè in negocio verum etiam in otio verſari quærit honeſtè.*

Studioſus, cui caput imbecillum, poſt cœnam neque ſcribat, neque legat, neque voce contendat, poſtquam neque cogitatio illi eſt tuta. *Conſilium.*

A veſpertinis & nocturnis lucubrationibus virium ſi proceſſerit enervatio, prava mutetur conſuetudo, & juſto tempore, veſperi laſſata membra molli lecto concredantur & rurſum leventur, cum tribus planetis, qui contemplationi & eloquentiæ lumini & flumini maximè favent, noctuque nos deſerunt, manèque cum Gratiis noſtros reſalutant lares, *Cubitum eatur juſto tempore.*

3. & ſurgatur.

Sole, Venere, & Mercurio, jam horizontem ſupergreſſis. In eo qui fuerit circumſpectus, ut tempus ſurgendi differat in horam poſt exortum ſolis, benè ſibi conſulit. POSTERIOR hæc ſomni pars, *ſcribit vir magni nominis*, cerebro, & cordi, omnium functionum, quæ ſtudia complectuntur, moderatoribus, ſuavior longè eſt, utiliorque PRIORI, quæ ventriculi & jecoris uſibus tantùm videtur eſſe deſtinata. Poſt cum ſupremo ſtudiorum directore Deo loquatur, illorum ſucceſſus eidem commendet, & ad opus ſacrum ſe accingat, eo tempore, quo ſanguis novâ agitatione tenuatur, ſpiritusque, quibus materiam ſubminiſtrat, ſubtiliores elaborantur, & ad munia promtiores ſunt & paratiores.

Tum vigor intus agit major, tunc pectora cœlo
ingenus primâ luce calente favent.
Inde fluunt ſacri latices, ſtudioque perennes;
fons matutinus fundit apertus aquas.

Ante orientem ☉ ſurgere.

Si tempus antevertat, ante orientem ſolem ſurgat, & noctis dominio ſe concredat, ejus incommoda, aëris nondum à craſſioribus fumis purgati, coctionisq; & diſtributionis impeditæ noxas experietur. Si tamen res aliter non ferant, & cogatur quis per longas moras lucubrationes ſcribendo, meditando vel legendo extendere, & neceſſitas diri capax teli ita juſſerit, melius ſibi conſulet, ſi juſto à cœnâ intervallo eas inſtituat, in mediam noctem protrahat, à mediâ nocte ad diluculum uſq; dormiat, quàm ſi vice versâ noctem à ſomno incipiat, ipſamq; porrò vigiliis terminet. Priori modo peractâ ſub matutinum tempus ciborum elaboratione benigni vapores per arterias cum ſpirituoſo ſanguine delati in caput, animalem facultatem ceu ſericis vinculis aureisque catenulis molliter vinciunt, ſenſusque leniunt.

lucubrationibus nocturnis ſe exponere.

Si veſpertinis lucubrationibus ad X. vel XI. & ultrà ſe conſecrarit horas, incidet in perſequutionem noctis, quæ laſſitudinis, tenebrarum, ſilentii ac humidæ qualitatis interventu, ſomnos ſuadet, motum ſanguinis à circumferentiâ inclinat ad centrum, ſeque exponet pœnis, quas transgreſſoribus nox minatur, cruditatibus, effumationibus, & inde naſci ſolitis morbis.

morbis. Ludibrio ſe exponet pœnarum, quas *libri 2, ſect. 3 c. 54.* minatur nexium Malè merebitur idem de viſu ſuo, ſenſu περὶ τὸ εὖ εἶναι ſummè neceſſario. Vides, dicebat ille, oculos meos ægros, aſſiduisque ad morientis olivi flammam lucubrationibus jam perditos. Menſuram nominis ſui implet nox à nocendo dicta, etiam in oculis, vigiliis interpolata. Balnea, Venus, piper, venti, fumus, nocent oculis, ſed vigilare magis.

CAPUT XXI.

Diſſentientes proponuntur.

NOnnulli ab hâc propè ſtudiorum ratione dimoveri ſe patiuntur, 1. exemplo eorum qui λυχνόβιοι nocte ſurgunt dimidiâ. Theodoſius Imperator adeò ſacrorum codicum lectioni fuit addictus, ut nocte etiam legendo eos operam daret. Auguſtus Thuanus veſperi, levi ſumto cibo, cum ſe quieti dediſſet, nocte concubiâ, primoque ſomno exacto ſurgebat, eâ ferè horâ, quâ monachi ad matutinas fundendas preces ſurgunt. Tum quatuor horas ſtudiis impendebat. His elapſis rurſus ſe ad quietem componebat, & benè habebat.

Caſparus Hoſmannus ambulando corpus leniter exercebat. Poſt prandium Platonicum leni deambulatione, ſcrobiculo cordis pulvinari tecto, peractâ, cum ſentiebat ventriculum intumeſcere, in lecto ſomnum capiebat, alios juſſit in ſellâ propenſiorem in ſomnum conſolari. Finitâ cœnâ molli componebat membra grabato. Duodecimâ auditâ de pluteo cogitabat. Circà tertiam vel quartam æſtate cum Deabus Horis cœli foribus adſtabat, quadrigas & equos Soli prodeunti præparaturus & auroræ obviam ibat. Matutinas horas aliquot rurſum ſomno conſecrabat, & ſic ad canam ſenectutē perveniebat.

2. Palladi conſecrati ſunt dracones & noctuæ, ob facultatem de nocte non minus videndi quàm de die.

3. *Heſiodus in theogoniâ* Jovem ex Mnemoſyne Muſas omnes novem noctium concubitu ſuſcepiſſe autor eſt. Inſinuare voluit inter tranquillæ noctis ſilentia, velut è memoriæ penu omnes artes & ſcientias naſci.

4. Vehe-

4. 4. Vehemens applicatio animi ad aliquid in ſtudiis magnâ cum voluptate agendum nocte fit commodiſſimè. Tum nihil eſt, quod ſenſus avocet, nihil quod oculos provocet, nihil quod incondito aures repleat murmure, nihil quod officii ratione corpus à pluteo removeat.

Noctu acrius audimus. Magna omnium rerum noctu eſt tranquillitas, ut ſi viveret Pythagoras, cœleſtis ſphæræ harmoniam audire poſſet. Nox εὐφρόνη à ſapiendo dictâ. Noctu *acrius audimus, quàm interdiu*, quod animus de die variis negociis diſtractus, minus accommodet ſe illis, quæ à ſenſibus percipiuntur. Νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει, *mens videt, mens audit.* Ἐν νυκτὶ ἡ βουλή, *in nocte conſilium.* Nox conſilii, prudentiæ, eruditionis nutrix. Cariora, *ſcribit Petrus Cellenſis Abbas lib. 5. epiſt. 1.* forte & utiliora mihi ſunt ſpatia nocturnalia, quàm diurna. Diurna accerſitis & contraductis copioſarum opinionum catervis, animam meam de manibus meis tollunt, & me mihi violenter & fraudulenter ſubtrahunt. Nocturnalia, præſertim hyemalia duplex conferunt beneficium, corpori tribuunt requiem, & animæ renovant vetuſtatem, & juventutis flore coronant.

Cadmus, qui primus omnium literarum lumen Græcis intulit, Lychnus Heliconius dictus fuit, quod pervigili lucubratione ſcientias & artes ex Helicone in Græciam tranſtulerit.

Multi, quò famam eruditionis laboribus ſuis conciliarent, noctis titulum ipſis præfixerunt. Exemplum ſunt noctes Atticæ, Gellii, & aliæ, lucernam olentes, non minus quàm Demoſthenis enthymemata. Noſtro ſeculo excellunt noctes geniales *Joh. Nardii Florentini, & Johannis Freitagii.*

CAPUT XXII.

Argumentis his obviam itur.

1. 1. EXemplis allegatis nemo inniti poteſt, niſi ſummâ autoritate eminens, ad arbitratum vivere potens ſuum.

2. 2. Altera ratio debilis eſt. Naturæ proprietas ſingularis eſt, quod grandocula cum ſint animalia, à radiis ſolaribus viſivi ſpiritus ita diſſipentur, ut non niſi confusè objectorum viſibilium ſpecies admittant,

3. Dubi-

3. Dubitatur, an operum & dierum commentator eò reſpexerit. Impendere potuit etiam dies huis ſacris amoribus, in Pierio monte, *νόσφιν ἀπ' ἀθανάτων ἱερὸν λέχος εἰσαναβαίνων, ſeorſim à mortalibus ſacrum conſcendens lectum.*

4. Conceditur, quod noctium ſolitudo ſilentii plenam inferat tranquillitatem, ſed tamen etiam die abditos ſeceſſus quærunt docti. Ita inſtructi ſunt multi à variâ doctrinâ, infinitâ lectione, ingenii, judicii acumine, memoriæ facilitate, *ἐνθουσιασμῷ καὶ ἐρωτικῇ τινι ἐπιμελείᾳ τοῦ ἐπιτηδεύματος, divino quodam afflatu, & amatoriâ diligentiâ*, imo impetu, & concitatâ artis libidine, ut non impediantur à ſtrepitu & interpellatione. Econtra noctu nihil illis feliciter cedit.

NOCTIUM inſcriptio Nardiana non probat, noctu eſſe ſcripta erudita hæc colloquia. Si illuſtris doctrinæ ſubtilitatem & puriſſimi ſplendorem adſpiciamus ſtyli, nihil eſt, quod noctem refert, niſi quot verba legis impreſſa, tot rutilæ videri cenſeantur ſtellæ, noctis, quæ ſolis ſequitur occaſum, ſociæ. Ex adverſo, pleno meridie ſolares variè micantes eluceſcunt radii, diurnæ lucubrationis indices.

CAPUT XXIII

preces ad curationem omnium morborum commendat.

DEUM preces vincunt invincibilem & ligant omnipotentem. Ille vulnerat & ſanat. Medentur non ſolis illis morbis, quibus ceu *δοκιμασίαις probationibus* exploratur patientia, conſtantia, & in timore Dei perſeverantia, ſed etiam, qui ſunt *τιμωρίαι, pœnarum vicem tuentur*, & tàm corpori, quàm animo, negotium faceſſunt. *Ha magnam habent virtutem.*

Ardentibus ad Deum ſuſpiriis morbos è medio ſublatos memoria vetuſtatis, & etiamnum divinæ iræ flagella deprecationum publicarum placari ſuffragiis, teſtatur experientia, ſacrorum & profanorum autoritate firmata. In annales referri digna pietas ſereniſſimi Venetorum ducis & excelſi ſenatûs. Cum anno M D LXXVI, divino numine peccatis urbis infenſo, Angelo

gelo

gelo, peſtilentiæ, omnia, quæ humana reſpuebat conſilia, placebat ſtringere gladium, triduo, NONIS, nempe, ſeptimo, ac ſexto Idus ſeptembris ſupplicationes publicæ inſtitutæ. His interfuit Princeps cum ſenatu. Supplicationibus abſolutis, VOTUM conceptum SOLEMNE: BASILICAM CHRISTO REDEMTORI à fundamentis ERECTUM IRI. Vix emiſſum votum, cùm repentè gravi pondere preſſa hactenus civitas, præſenti numinis vi reſpirare viſa, & cunctorum animi ad meliorem ſpem ſtarent erecti, malumque tergum verteret.

Infringi ea poteſt hoc argumento.

OPPUGNARI earum exercitii gratiâ efficacia poteſt, eo argumento, quod preces ſint verba.

VERBA, ſi præſtent aliquid, præſtant id, ut inſtrumentum quoddam. Inſtrumentum autem reducitur ad cauſam efficientem. Ergò ad efficientem per ſe vel per accidens. SI PER SE cauſa eſt, aget inſitâ vi vel naturæ vel rationis. NON NATURÆ, quia latente virtute naturali non agit, ut herba. NON RATIONIS, quia rationis & conſilii verba ſunt expertia. SI PER ACCIDENS, aget facultate externâ, coactionis neceſſitate, vel fortunâ. NEUTRUM dici poteſt. Non enim vi magicâ, aut Dei alicujus transnaturali coactione, nec caſu: ergò verba & preces non ſunt efficaces ad ſanandum morbos.

℞. 1. ἄλογον & ἀσεβὲς eſt, ob ratiunculam aliquam amœnam à theologicâ temerè recedere veritate. Verbum Dei eſt: Αἰτεῖτε, καὶ λήψεσθε, *Petite & accipietis.* 2. Inſufficiens eſt enumeratio facultatum agendi. Non omnis inſita vis eſt vel naturæ vel rationis. Datur tertium, quod ex principio ſupernaturali oritur. Inde dicimus, & inſufficientiam argumentum ita complemus. Vis & facultas rei eſt vel φυσικὴ, vel λογικὴ, vel ὑπερφυσική. Illa in irrationalibus, hæc in ratione præditis, iſta in divinis mediis. Et ſic poteſt reduci ad cauſam ὑπερφυσικήν. 3. Verba conſiderantur, vel nudè, vel μετ' προσθήκης quatenus piis votis ſunt conjuncta, & promiſſionem habent bonorum temporalium & cœleſtium. Priori modo nullam, poſteriori incredibilem habent efficaciam.

APPEN-

APPENDIX ADDENDORUM.

Pag. 1. *lin.* 6. *commentatoriæ* ὡς ἐν γλώσ. *pag.* 8. *lin.* 9. ὡς ἐν γέν.

pag. 13. *lin.* 15. Ὁμωνυμία vocabulorum penuriæ filia, niſi probè enodetur, errorum mater eſt variorum. *Aequivocatio.*

pag. ead. lin. 33. Aequivoca ſub nominis ſimilitudine & vocis unitate plures res denotant, definiunt, & UNONYMA appellantur *à Scaligero lib.* 1. *de cauſ. L. L. cap.* 8.

pag 13. *lineâ ultimâ.*

POLYONYMA unum, AQUIVOCA multum ſignificant. *Polyonyma.*

POLYONYMA eſſe unum tradidit *Philoſophus* 1. *topic. cap.* 6. *vel* 7. Ἀριθμῷ μὲν ἕν ἐστιν, ὧν ὀνόματα πλείω, τὸ δὲ πρᾶγμα ἕν. οἷον λώπιον καὶ ἱμάτιον. *Numero eadem ſunt, quorum nomina plura, at res una eſt, ut veſtimentum & veſtis.* Una & eadem forma manet, nomina quantumvis ſint diverſa. Quæ autem formâ ſunt unum, in ſe ſunt unum, ſiquidem poſitâ formâ res ponitur. Notâ etiam ſunt unum. Materia ſaltem & ſono differunt. Sonus autem ponit ſyllabas & literas, quæ in vocibus materiam notant.

POLYONYMA ſunt verba vicaria.

pag 17. *lin.* 11. *In tribus voluminibus, quæ de moribus edidit ad Nicomachum, & in opere magnorum moralium ad Eudemum,* ethices definitionem poſuit nullam. Non latuit illum Ethices definitio, ſed occultavit, & ceu non neceſſariam proponere noluit. *Ariſtoteles definitionem ſilentio involvit.*

pag. 18. *lin.* 18. Quod licuit tanto numini, Ariſtoteli, non licet aliis. Ille methodicâ κρύψει lumen definitionis occultavit, excitare volens eos, ad quos ſcribebat, ut ex virtutum partitione & enumeratione, quæ & quanta ſit, ſtatuerent.

pag.19.l.13. Quid notius eſſe debet, aut poteſt definitione? Notiora autem debent eſſe priora.

pag. 19. lin. ult. In rerum claritate non ſemper neceſſarium eſt à definitione ordiri, at in obſcuris contrà.

Definitio fit ex notioribus.

pag. 25. lin. 14. ὁ γὰρ ὅρος ἀποδίδοται, *inquit Ariſt. 6. topic. cap. 4.* τοῦ γνωρίσαι χάριν τὸ λεχθέν· γνωρίζομεν δ' οὐκ ἐκ τῶν τυχόντων, ἀλλ' ἐκ τῶν προτέρων καὶ γνωριμωτέρων. *Definitio rei cognoſcendæ gratiâ traditur. Et rem cognoſcimus non ex rebus & verbis quibuslibet, ſed ex prioribus & magis perſpicuis, ſeu notioribus.*

Ἐκ τῶν ἑκάστοις γνωριμωτέρων τὸν ὁρισμὸν ποιεῖσθαι χρή. *Definitio ex iis, quæ notiora cuique ſunt & planiora, conſtitui debet. Ariſtot. 6. top. cap. 4.*

Spiritus mediator non agnoſcitur.

pag. 37. lin. 23. Spiritus talis ἀποτόμως negatur. 1. Quia ſic homo non eſſet unum per ſe: compoſitio actus & potentiæ ſi adſumat tertiam aliquam interjacentem, deſinit eſſe unum per ſe. 2. Sic fieret unum per aggregationem, cujus forma eſt ipſe ordo. 3. Spiritus ille aut accidens eſt aut ſubſtantia. *Non accidens*, quia pars eſſentialis ſemper eſt ejusdem categoriæ cum toto ſuo. Non *ſubſtantia*, quia eſſet vel ſubſtantia corporea, vel incorporea; Non poteſt eſſe *corporea*, ſic enim homo eſſet tricorporeus Geryon. Non *incorporea*, quia eſſet intellectivus.

Partes invicem paſſiones ſuas communicant.

pag 44. l.10. Τοῦ δὲ σώματος τὰ μέλεα, *inquit Hipp: lib. de locis in homine, in initio*, ἕκαστα τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ, ὁπόταν ἔνθα ἢ ἔνθα ὁρμήσῃ, νοῦσον παραυτίκα ποιεῖ. κοιλίη τῇ κεφαλῇ, καὶ ἡ κεφαλὴ τῇσι τε σαρξὶ καὶ τῇ κοιλίῃ. καὶ τἄλλα ὁπόταν οὕτω κατὰ λόγον, ὥσπερ ἡ κοιλίη τῇ κεφαλῇ καὶ ἡ κεφαλὴ τῇσι τε σαρξὶ καὶ τῇ κοιλίῃ. *Unaquæque verò corporis pars altera alteri, cum hinc vel illinc perruperit, ſtatim morbum facit, venter capiti, & caput carnibus ac ventri, & reliquæ omnes eâdem ratione, quemadmodum venter capiti & caput carnibus & ventri.*

Colon flatu diſtentum.

pag. 49. textu penultimo. In exuviis Joh. Drawizii, medicinæ Doctoris & practici Lipſienſis apertis, colon magnitudine brachii craſſioris à flatibus diſtentū apparuit. Vapor propriè non meretur dici ſpiritus. Vaporem volunt ſe habere ut Agar, & Iſmael ex domo Abrahami, qui exterminabantur. Craſſum dari vaporem, imprudenter negat *Helmontius jus duumviratûs*

inſcripto.

inſcripto libro. Multi affectus adſcribuntur vaporibus, & flatibus, qui merentur acceptum ferri humoribus. Dolores capitis potiſſimi cum communitate materierum per conſenſum inferiorum partium adſignantur vaporibus calidis, per arterias carotidas in caput ſubvolantibus, hinc & inde, quantitate & qualitate moleſti.

Productio morborum à vaporibus in totum negari nequit: determinatio in dubium vocari poteſt. Quidam ſtatuunt dolorem capitis exortum à vaporibus ex *ventriculo* elevatis, in ſincipite, ex *jecore* in dextrâ, ex *liene* in ſiniſtrâ capitis parte, ex *renibus* in occipitio, ex *utero* in oeſophago perſentiri, & hanc viciſſitudinem experientiâ niti. *Productio morborum à vaporibus.*

Hippocratis elegans ſententia, *6. epidem. com. 1. t. 2.* dolores ab utero poſt abortum in ſincipite ſentiri, docet. 1.

Galenus in comm. confirmat, & refert ad *calidos vapores, ex ſanguine putreſcente* elevatos. *Johannes Langius in epiſtolis medicinalibus* teſtatur, ſe plus quàm centies in hyſtericis paſſionibus ſolum capitis verticem propè futuram coronalem, ubi mulieres etiam præſentiunt glaciale frigus, dolere obſervaſſe. 2.

Sed hæc perpetuæ veritatis non ſunt. Neque humoribus nec vaporibus hîc ulla loci relinqui poteſt determinatio.

Secus qui ſentiunt, his reſpondetur: Τὸ δὲ ὁ Γάλλω҆ λέγει, οὐκ ἐγὼ, *ſerenus medicinæ antiſtes id dicit, non ego.*

Pag. 59. lin. 10. Φλέγμα, *autore Galeno 3. aphor. 12,* διὰ βραχείας ψύξιν γινόμενον ἢ βραχὺ γλυκύτητ҆ ἔχει, ἢ μηδεμίαν ἐναργῆ ποιότητα. *Pituita ab exiguâ quæ fit frigiditate, nullam ad guſtum manifeſtam qualitatem, aut certè paucam dulcedinem præ ſe fert.*

Pag. 59. textu antepenult: Hippocrates libro περὶ ἐντὸς παθῶν mentionem Φλέγματ҆ ἐπιδημίου *pituitæ epidemiæ facit.* Cujus hæc ſit naturæ, explicat *Mercurialis lib. 6. cap. 11.* *Phlegma epidemium.*

Pag. 74. lin. 30. Addantur, ἁλμυρὰ, αὐστηρὰ, καὶ τ' ἄλλα μυρία παντοίας δυνάμιας ἔχοντα, *ſalſa, auſtera, & alia ſexcenta quæ virium ratione magnas habent facultates. Pag. eâdem, lin. 33. ultimâ addatur,* motus.

Pag. 75. lin. 7. inſeratur. II. QUALITATUM eadem ratio, tum primarum manifeſtæ, occultæ, tum ſecundarum. Si enim humores calidisſimi ſiccisſimi, tenuisſimi, in ſummo gradu *ἁλμυροὶ, δυστηροὶ, ὀξεῖς, μετέωροι, ἄπεπτοι, καὶ ἄκρητοι, δυνάμεις καὶ ἀκρότητας μεγάλας ἔχοντες*, modum excesſerint, maxima eorum hæc activitas potenter nocebit.

Pag. 74. & 75, alia diſpoſitio capitis XVI, & XVII, absque diſtinctione determinati vel indeterminati generis proponitur.

CAPUT XVI.

De cauſis ſecundùm eſſendi modum, in quantitate, qualitate & motu conſideratis.

Eſſentia modus conſiſtit in tribus.

EXplicatâ efficiente causâ, intuitu eſſentiæ, eadem examinanda ſecundùm eſſentiæ modum. In tribus hic conſiſtit: *quantitate, qualitate, & motu, libro περὶ φύσιος ἀνθρώπου, de naturâ hominis,* & *περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς de veteri medicinâ, repetitis, & hoc eodem noſtro libro,* allegatis *pag. 88.*

1. Quantitas ratione ſui.

2. activitatis

I. ΤΟΥ͂ ΠΟΣΟΥ, QUANTITATIS ſeu corporeæ molis ratione, excesſus, cauſæ morbificæ occurrit à ſtatu naturali, vel defectus. Cum humor affligens, & morbo alicui alimentum præbens fuerit non ſolùm copioſus, verùm etiam robuſtus, virtute valens & non paulatim, ſed catervatim & acervatim turbas dat in corpore, magnæ oriuntur molitiones.

II. Qualitates primæ manifeſta, occulta.

II. ΤΟ ΠΟΙΟ͂Ν QUALITAS humoris, tum manifeſta, PRIMA, calida, frigida, ſicca, humida, ſimplex vel compoſita, tum occulta, cum habet aliquid peculiare, cujus ratio promptè dari non poteſt, magni eſt momenti.

SECUNDÆ

Secundæ qualitates, 1. ratione ſui

SECUNDÆ qualitates etiam modum eſſentiæ addunt, cum materia eſt nimis craſſa, tenuis, putrida, atomis irregularibus infeſta, habens δυνάμεις, καὶ ἀκρότητας, τὸ ἁλμυρὸν, αὐστηρὸν, ὀξὺ, γλυκὺ, στρυφνὸν, πλαδαρὸν, *vires, poteſtates, eminentiasque, ſalſum, auſterum, acidum, dulce, acerbum vel lubricum,* ſeminaque, *ut loquitur Severinus ideâ medicinæ*, gravia adſcendentia.

2. Activitatis & paſſibilitatis.

Hæc omnia, quò magis excedunt in gradu, & calida, frigida, tenuia, craſſa, irregularia, ſalſa, auſtera, acida, dulcia, acerba, lubrica, fuerint calidiora, frigidiora, &c. ſeminaque eorum gravia adſcenderint ad culmina elatiora, eò majoris erunt activitatis, & aſtralem ſpirituum microcoſmicorum potentiam activis tincturis & dynamicis facultatibus effulgentem, unicâ prædeſtinatione ſubvertent, non ſolum in ſuperiori, quæ cœlo reſpondet, mediâ, quæ vitales dirigit actiones, ſed infimâ etiam, quæ terrenum globum refert, regione. In artubus etiam ſalis interioris balſamum corrumpere facili poſſunt negotio.

MINOR ſi adfuerit qualitatum activitas, impreſſio levior.

III. Motus, duplex.

III. MOTUS cauſæ morbificæ benè eſt perpendendus, nam & hic cauſis peculiarem addit modum. Motus hic duplex eſt: *generationis & localis.*

Inſcriptio capitis.

Pag. 81. lin. 30. novum caput inſeratur, cujus titulus: Hippocratis & aliorum, de morbis intemperiei ſententia.

Tractatio dilucidatur Hippocratis ſententiâ. 1.

Hippocrates libro de veteri medicinâ, ſusque deque habito calido, frigido, ſicco, actionum alias deſignat cauſas, nempe δυνάμεις, καὶ ἀκρότητας, πολλὰς ἄλλας δυνάμεων. τὸ δὲ θερμὸν, ψυχρὸν, ὑγρὸν, ξηρὸν οὐ μεγάλην δύναμιν ἔχει. *Omnia fiunt à poteſtatibus: neq; calidum, frigidum, humidum, ſiccum magnam poteſtatem habet.*

2.

Et libro de hominis naturâ, iterum nominat τὸ πικρὸν καὶ ἁλμυρὸν, καὶ γλυκὺ, καὶ ὀξὺ καὶ στρυφνὸν, καὶ πλαδαρὸν, καὶ ἄλλα μυρία παντοίας δυνάμιας ἔχοντα, πλῆθός τε καὶ ἰσχὺν, *amarum, ſalſum, dulce, acidum, acerbum, inſipidum, aliaque infinita, quæ præ copiâ & viribus* varias habent facultates. πάντα, ὅσα κακοπαθέει ὁ ἄνθρωπος

θρωπος, ἀπὸ δυνάμεων ἔρχεσθαι, *omnia, quæ homo patitur, mala, à poteſtatibus eſſe*, conſtans ejus fuit opinio. Et *paulo poſt lib. de vet. medicina*, cum fortè quidam, exemplo febrium calidi vires in morborum productione prætenderent, ſubjungit: Ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν μέγιστον τεκμήριον ἡγοῦμαι εἶναι, ὅτι διὰ τὸ θερμὸν ἁπλῶς οὐ πυρεταίνουσιν οἱ ἄνθρωποι, οὐδὲ τοῦτο εἴη τὸ αἴτιον τῆς κακώσιος μοῦνον, ἀλλ' ἔστι καὶ πικρὸν καὶ θερμὸν τὸ αὐτό, καὶ θερμὸν καὶ ὀξύ, καὶ ἁλμυρὸν καὶ θερμόν, καὶ ἄλλα μυρία, καὶ πάλιν καὶ ψυχρὸν μετὰ δυνάμεων ἑτέρων. τὰ μὲν οὖν λυμαινόμενα ταῦτά ἐστι. συμπάρεστι δὲ καὶ τὸ θερμόν, ῥώμης μετέχον, ὡς ἂν τὸ ἡγούμενον, καὶ παροξυνόμενον, καὶ αὐξανόμενον ἅμα κείνῳ, δύναμιν δὲ οὐδεμίην πλείω τῆς προσηκούσης δηλαδή. *Iſtud vero mihi magno argumento eſſe videtur, quod neque calidum ſimpliciter febricitantium, neq; ipſum ſolum affectionis cauſa ſit, ſed & amarum & calidum idem, & calidum & acutum, & ſalſum & calidum, aliaque innumera, ac rurſus frigidum aliis facultatibus conjunctum. Hæc ſunt igitur à quibus noxa provenit. Sed & calidum adjunctum eſt, robur ac veluti principatum habens, quod incitat & unà cum eo, cui conjunctum eſt, augetur, nullam tamen peculiarem vim, quàm conveniat, obtinet.*

Paracelſus, & Severinus producunt in ſcenam. *Paracelſus, Petrus Severinus*, & *alii*, non niſi de radicibus, balſamis, ſeminibus magna ſentiunt, & δυνάμεις *poteſtates Hippocraticas* vocant ſemina gravia adſcendentia, ὅταν οἱ χυμοὶ πέπονες, ἄπεπτοι, καὶ ἄκρητοι, *cum ſucci exaltati, incocti, & ab aliis ſeparati* ἀκρότητας *apices* ſuos exſerunt: qualitates autem primas ceſolaceas, nullius adſerunt efficaciæ, ſtatuuntq; hominē ægrotare, non quia humores iſti ſunt calidi & ſicci, frigidi, aut humidi. Signa hæc vocant concomitantia ad cognitionem cauſæ, non autem cauſas ipſas.

Alii hic adſtipulantur. Non deſunt *alii* ex eminentiorum medicorum ſectâ, qui verentur, ne Ariſtoteles plus tribuat qualitatibus primis, quam re verâ in iis eſt, dum calidum, frigidum, humidum, & ſiccum omnium morborum cauſas & principia poſuerunt. Ariſtoteles, ut naturalis ſcriptor, magnam illis efficientiam tribuit, at ſecundis qualitatibus omne illud tribuendum, quicquid noſtro geritur in corpore. Calidum & frigidum facilè ſe elidunt &

mutuò

mutuò infringunt. At magna vis ſanguinis acris, ſalſi, & acidi, utpote quo natura uti recuſat.

Sed Hippocratis autoritas nullum hic cenſetur habere locum. Poteſtates illæ latent etiam in qualitatibus primis. IV.
1. Qualitates primas non ſimpliciter rejicit Hippocrates, ſed propter hypotheſin aliorum ſuſpectas reddit. Conſiderabant nonnulli eas abſtractivè ſolùm, earum ut materialium & concretivè ſumtarum penitus obliti. His ſe opponit Hippocrates, & non qualitatem nudam, ſed cum materiâ conjunctam ad morborum generationem facere oſtendit. Hinc duo morborum materialia principia, *πνεύματα καὶ ῥεύματα*, non uno in loco ponit. Πῦρ, *ſcribit libro de diætâ*, *πάντα κινεῖν, ὕδωρ πάντα τρέφειν δύναται*, *ignis omnia movere, aqua omnia nutrire poteſt.* Ad hunc mitiorem ſenſum verti poteſt, cum negat calidum, frigidum *μεγάλην δύναμιν ἔχειν*, *magnam habere vim*, aliàs ſibi non leviter contrariaretur. Nam, *l. de naturâ hominis*, calido & frigido multum tribuit, eaq; morbos producere & contrariis curari, concedit. *Πᾶσιν δὲ αὐτὴ ἡ ἀπαλλαγή*, *hæc ſunt ejus verba*, *ἐκ μὲν τῆς ψύξιος διαθερμανθῆναι. ἐκ δὲ τοῦ καύματος διαψυχθῆναι. καὶ ταῦτα ταχέως παραγίνεται.* *Hi omnes liberantur, ſi ex frigore quidem percaleſcant, ex ardore verò perfrigeſcant, quæ celeriter contingunt, & nullius concoctionis indigent.*

Contradictionem hanc ut evitaret *Billichius*, dubitat cum multis, an liber *περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς* ſit genuinus.

De Paracelſi & Severini ſectatorũ doctrinâ idẽ ſentiendũ. 1.

Pag. 85. l. ult. adde, poſt jecorariâ, articulorum dolentium *Φλογώσει*. 2.

Pag. 92. lin. 1. & 2. recedat, *ἐκ πλεονεξίας τοῦ ἐναντίου* *ex abundantiâ contrarii*, calidum ad calidos, frigidum ad frigidos, humidum & ſiccum ad congeneres diſponit morbos.

Pag. 93. lin. 3. *Ἀντιπεραξίαν* viſcerum imprimis ventriculi calidam, jecoris frigidam, vel contrario ſe habentem modo, fores aperire à multis cenſetur ægritudinibus.

Ἀντιπεραξία viſcerum.

Pag. 94. cap. 33. notanda diſtinctio: morbi *οἱ μὲν συγγενεῖς, οἱ δὲ σύντροφοι*, *alii connati, alii connutriti.* Sæpe nati citiùs paternorum malorum, quàm bonorum fiunt hæredes.

Diſtinctio morborum in connatos & adſcititios.

Anni climacterici æſtimantur à

Pag. 97. omiſſum caput de vi annorum climactericorum. Magnam eam eſſe, obſervatum multâ hominum memoriâ experientiâque comprobatum. Imprimis numerum annorum ſeptenarium novies adſumtum, ſeu ſexageſimum tertium vitæ annum raro ſine periculo & clade aliquâ aut corporis aut animæ ægritudinis, finem ſuum attingere, vel etiam malitiam ſuam ad LXIV. extendere comprobatum. Hinc illa illuſtris imperatoris Auguſti gratulatio, quod LXIII. annum exegerit.

Ranzovio,

Multum iis tribuit *Henricus Ranzovius togâ ſagoque illuſtris*, in tractatu de annis climactericis.

à Dureto vilipenduntur.

Vanitatem hanc ridet *Ludovicus Duretus commentario in Coas prænotiones.* Inſpiciatur *ordo & methodus noſtra cognoſcendi & curandi febres generalis. cap. 73.*

Salubres & inſalubres cauſæ.

Pag. 100. lin. 15. Omnes hæ μετὰ τῆς δεούσης χρήσεως, *autore Galeno arte medic. cap. 84.* αἴτια γίνεται φυλακτικά τε καὶ ὑγιεινά· διαμαρτανόμενα δὲ τῆς συμμετρίας, νοσώδη καθίσταται. *commodo uſu adhibito cauſæ fiunt conſervatrices atque ſalubres: ſi verò incommodè illis utamur, inſalubres redduntur.*

Attractio aeris.

Pag. 102. lin. ultimâ. Clariùs ſuam mentem explicat *libro de morbo ſacro:* aerem attractum inſpiratione in cerebrum, ventriculum, pulmones, venas & exinde in totum migrare corpus. ὅταν ἐπιλάβῃ τὴν ἀναπνοὴν ὁ ἄνθρωπος, κατὰ τὸ στόμα καὶ τοὺς μυκτῆρας, τὸ πνεῦμα πρῶτον μὲν ἐς τὸν ἐγκέφαλον ἔρχεται, ἔπειτα δ' ἐς τὴν κοιλίην τὸ πλεῖστον μέρος· τὸ δὲ ἐπὶ τὸν πνεύμονα· τὸ δὲ ἐπὶ τὰς φλέβας, ἐκ τουτέων δὲ σκίδναται ἐς τὰ λοιπὰ μέρεα κατὰ τὰς φλέβας. *Cum enim ſpiritum ore & naribus homo accipiat, primum quidem cerebrum petit, deinde magnâ ex parte & in ventriculum fertur, pars quidem ad pulmonem, pars etiam ad venas, indéque per venas ad reliquas partes diſpergitur.*

Diverſitas affectionum aeris.

Pag. 106. cap. 41. Diverſimodè afficitur aër ab exhalationibus. Sulphureis atomis imprægnatus propè Puteolos exſiccat: ſalinis ad littora oceani ſal ſapit.

Exempla. 1.

Pag. 107. lin. 3. Angli per tot maria vecti in occupatâ inſulâ Jamaicâ, gravibus, noſtrâ memoriâ, tentati fuêre malis, febri-

febribus, ulceribus, quorum tam ferina indoles, ut neque proventus vermium in iis potuerit præcaveri. Familiare exemplum præbent ſtudioſi, ex patriis oris in noſtram academiam migrantes, ſcabie tentantur moleſtiſſimâ, diuturnâ, quantumvis bono utantur victûs regimine.

Grave exemplum in iis, qui Neapoli Romam iter faciunt menſibus Julio, & Auguſto, magno febrium malignarum & vitæ periculo, cum econtrà Româ Neapolin, ex impuro ad purum proficiſcentibus, nullum imineat periculum. In vico Vitri Neapoli redux Fridericus Brunnerus, exemplum pietatis, modeſtiæ, doctrinæ, febri malignâ cum ingentibus capitis doloribus correptus, paucarum dierum ſpacio periit. Pluribus periculoſam hanc peregrinationem illuſtrat *Joſephus Quercetanus diæt. polyhiſtor. ſect. 2. cap. 1.* 2.

Pag. 107. lin. 6. ſtatu à ventis inducto.

Pag. 107. lin. 8. poſt alteratus: Venti cardinales ſunt quatuor, ſecundùm quatuor mundi plagas. *Eurus* calidus & ſiccus cum ſuis collateralibus ab ortu aequinoctiali: *Zephyrus* frigidus & humidus ab occaſu aequinoctiali: *Boreas* frigidus & ſiccus à ſeptentrione: *Auſter* calidus & humidus à meridie ſpirat. *Ventorum nomina.*

Pag. 109. poſt titulum capitis. Αἱ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων μάλιςα, *ſcribit Hippocrates 3. aphor. 1.* τίκτυσι νοσήματα, καὶ ἐν τῇσιν ὥρησιν αἱ μεγάλαι μεταλλαγαὶ, ἢ ψύξιος ἢ θάλψιος, καὶ τ' ἄλλα κτ' λόγον ὅτως. Duo dicit Hippocrates: 1. *Mutationes* ſeu *ſucceſſiones* temporum nempe veris, æſtatis, autumni, hyemis, & 2. *in ipſis temporibus mutationes alias magnas peculiares frigoris, æſtus, pro ratione, eodem modo,* facere morbos. *Mutationes temporum.*

Galenus in comm. non de primis, ſed de poſtremis Hippocratem loquutum fuiſſe cenſet.

Per magnas in anni partium ſucceſſionibus mutationes intelligendæ, quæ proponuntur ab *Herodoto in Euterpe, de* Aegyptiorum moribus & vitæ genere: nimirum ſingulis menſibus per tres dies utebantur συρμαϊσμῷ *potione corpus purgante,* clyſteribusque & vomitibus, putantes, quoſcunque morbos πᾶσιν ἀνθρώποισιν ἀπὸ τῶν τρεφόντων σιτίων γίνεσθαι, *hominibus* *Explicatio.*

 à nu-

à nutrientibus cibis fieri. Putabatur itaque in hâc conſuetudine ſi quid immutaretur, cauſam morbi fieri poſſe.

Diviſio anni Hippocratica in ſeptem partes.

. Notatu digna eſt partitio temporum anni Hippocratica *à Galeno in principio epidemiorum commentariorum* propoſita, cum & ea diverſis morbis originem præbere valeant. Totum annum Hippocrates, & ante eum Heſiodus ac Homerus dividebant in ſeptem partes. VER inchoabant ab æquinoctio, usque ad Pleiadum exortum: ab hoc ÆSTAS erat ad Canis ortum: à Cane OPORA usque ad Arcturi exortum durabat: AUTUMNUS verò ab Arcturo uſque ad Pleiadum occaſum extendebatur: RELIQUUM TEMPORIS TRACTUM in tres partes partiebantur, quarum primam Autumno CONTINUAM, *Sementarium,* quaſi ſeminibus jaciendis aptam; MEDIAM *Hyemem*, poſtremam & VERI ADJACENTEM *Plantarium,* quaſi tunc plantæ colerentur, vocarunt.

Ver.

Pag. 110. lin. 19. Vernale tempus tribus ſignis cœleſtibus definitur. ♈, ♉, & ♋, Horum primum eſt mobile, ſecundum fixum, tertium eſt commune. Inde Ver tres habet partes: prima aſſimilatur hyemi, ſecunda eſt temperata, tertia adſimilatur æſtati. VER cum TEMPERATUM adſeritur, de ſecundâ ejus parte id intelligendum, cum extremæ deflectant ad vicinarum partium naturam, quod non facit ſecunda in ſigno fixo, ubi ☉ dicitur ſtare fixus.

Aeſtas.

Pag. 110. linea ultima dua deleantur. Aeſtatis pars, quæ ὀπώρα dicitur, maximè omnium calida & ſicca, & viriũ conſumtrix credita, moleſta fuit *Galeno,* qui *libro de ſuccorum bonitate & vitio, cap. 1.* refert, ſe hoc tempore toto caniculæ, quæ Græcis ὀπώρα eſt, cum ſe omnibus fugacibus fructibus expleviſſet, circà Autumnum incidiſſe in acutum morbum.

Autumnus

Pag. 110. lin. 34. AUTUMNUS morborum ferax. Recenſentur illi *3. aphor. 22.* æſtivi morbi multi, febres quartanæ, & incertæ, σπλῆνες lienes tumentes, aqua inter cutim, tabes, urinæ difficultas, &c.

Anni tempus Autumnale ſeri ferax. Egregiè *Ballonius ephem. & epid. p. 149.*

Hyemi.

Pag. 111. lin. 8. Hyemales morbi recenſentur ab *Hippocrate*

3. aphor.

3. aphor. 22. Autumnalium morborum naturales cauſæ delineantur egregiè à *Ballonio. epid. & eph. p. 180. &c.*

Pag. 118. ſub titulo capitis 50. ICTERUM minatur & ignem ſacrum, oculorumque præmaturam caliginem ☿rius malè affectus in domo ♂tis. ☿ius damnatus ſub terrâ notat fellis ægritudinem. Mars ſub terrâ malè affectus aut combuſtus natum diſponit ad icterum. *Icterus.*

Pag. 119. lin. 27. Debilitatem renum non mediocriter auget, adque calculum horum & veſicæ diſponit Saturnus cum ☿rio in VIII. domô conſtitutus in diurnâ geniturâ: aut in domiciliis cadentibus conſtitutus, maximè ſi vires ſuas Mars ipſi quoque porrigat. *Calculus renum.*

Pag. 122. lin. 21. Perſæ, *autore Xenophonte, oratore & hiſtorico eloquentiſſimo,* turpe judicabant τὸ ἀποπτύειν καὶ τὸ ἀπομύττεσθαι καὶ τὸ φύσης μεςὰς φαίνεσθαι, καὶ οὐρῆσαι ἕνεκα ἰόντα που φανερὸν γενέσθαι. *exſpuere & emungi, & urinæ mittendæ gratiâ quopiam ſecedere.* Impetrarunt autem illud victu modico, καὶ τὸ ὑγρὸν ἐκπονοῦντας *& humiditatem per laborem diſſipando.* *Victûs beneficia.*

Ἀσκησις ὑγιείας ἀοκνίη πόνων. *Impigrum eſſe ad laborem, ſanitatis exercitatio eſt.*

Pag. 121. lin. 5. Tacitæ & ſilentes *nonnunquam* adſunt morborum cauſæ, latentes in ſeminibus exaltari & adſcendere geſtientibus, quæ non ſemper ab elementis, eorumque qualitatibus in apricum producuntur, ſed ab aſtralibus influentiis dependent. Febres peſtilentes, malignæ, peſtis ipſâ æſtate media inchoantes non reſtinguuntur ſemper hyeme, habent enim affinitatem magnam cum adſcendentibus ſtellis aliquot fixis, quæ totam anni invertere poteſt ſeriem, autumnumque pro vere, æſtatem pro hyeme, & vernum tempus pro autumno exhibere, malignitatiſque fovere ἀκρότητας, ipſaſque adverſus anni partium beneficia defendere. *Silentes morborum cauſa.*

Pag. 122. lin. 31. Princeps Imperii annorum XX. in hippodromo, poſt equitationem ſuccuſſoriam incidit in ſputum ſanguinis, ſubſequente pulmonis ulcere, lethale. *Motus corporis.*

Pag. 122. lin. ult. INCONCINNUS corporis motus, &

CASUS ab alto herniam ſcroti, prolapſo inteſtino, excitarunt.

Vigiliæ. *Pag. 123. lin. 20.* Ἀγρυπνίη, *teſte Coo 2. de victûs rat. in acutis t. 55. Gal.* ἰσχυρὴ, πόμα καὶ σιτία ὠμὰ, καὶ ἀπεπτότερα ποιέει, καὶ ἡ ἐπὶ τὰ ἕτερα αὖ μεταβολὴ διαλύει τὸ σῶμα, καὶ ἑφθότητα καὶ καρηβαρίαν ἐμποιέει. *Fortis vigilia potum ac cibos crudos inconcoctosq, reddit, atque in diverſa mutatio corpus diſſolvit, elixationemque & capitis gravitatem adfert.*

Cruditates *Pag. 124. lin. 25.* αἱ διαφθοραὶ τῆς ἀπεψίας, *ſcribit Galenus 3. de ſympt. cauſis cap. 1.* κνισσώδεις μὲν ἐπὶ τοῖς θερμοτέροις τε καὶ χολωδεστέροις ἐδέσμασι συμπίπτουσιν. ὀξώδεις δ' ἐπὶ τοῖς ψυχροτέροις καὶ φλεγματωδεστέροις. *Porrò corruptelæ, quæ quidem nidoroſæ ſunt, fiunt ex calidioribus magiſquè biliofis cibis; acidæ verò ex iis, qui frigidiores naturâ ſunt, magiſquè pituitoſis.* Εἰ μὲν, *idem, 1. de locis aff. cap. 4.* κνισσοῦται τὰ σιτία κατὰ τὴν γαστέρα, μὴ διὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν, ἀναγκαῖον ἐστι τὴν ταῦτ' ἐργαζομένην αἰτίαν εἶναι θερμήν. εἰδ' ὀξύνεται, ψυχράν. *Igitur ſi in ventriculo cibi in nidorem tranſeunt, non ſuapte naturâ, efficientem cauſam calidam: ſi verò aceſcunt, eam frigidam eſſe neceſſe eſt.*

Pag. 128. lin. 18. Ut ἡ ποιότης ἀγαθὴ *qualitas grata* & modeſta ciborum valetudini confert, οὕτως ἡ μοχθηρὴ *prava* obeſt, & magni in generandis morbis æſtimatur momenti.

Pag. 131. R. 4. lin. 3. Huc pertinet *cap. 73.*

Heſiodus ſtercorandi rationem parvi æſtimat. *Pag. 139. R. 12. lin. 5.* Heſiodus ſterquilinium in agricultûrâ neglexit, non quod facti fuerit ignarus, ſed quod ſalubritati potiùs quàm fertilitati conſulendum exiſtimarit. 1. Alio lætamine, nempe culmis lupinorum, piſorum, fabarum vomere inverſis magna ſterilitas expugnari poteſt. 2. Curculiones in agris, & frugibus ex fimo naſcuntur, noxii. Inde cereviſia ex frugibus iſtis cocta corruptelæ obnoxia. 3. Fruges adoleſcunt aëre puro ventis ſalubribus expoſitæ. Ovium urinis irrigatos agros panem præbere nocivum *nonnulli* putant.

Sed videtur metus hic inanis.

Aqua. *Pag. 142. R. 15. lin. 26.* Ut aquæ paluſtres ex ſtatione & calore extrà corpus corrumpuntur in amarorem, unde etiam *Hippocrates, libro de aere, aquis, & locis* τὰ ὕδατα οὐκ ἀπόῤῥυτα

ἐόντα

ἐόντα ἄχροά τε εἶναι, καὶ πονηρὰ, καὶ χολώδεα, aquas, quæ non perfluunt, decolores, pravas, & biliosas eſſe, docuit; ita etiam in corpore, in quo magnus viget calor, dum diutiùs morantur in hypochondriis, corrumpuntur & in bilem tranſeunt, ut explanat *Martianus comm. in hunc locum.*

In BILIOSIS etiam, quibus os amareſcit, aquæ uſus noxius eſt.

Pag. 146. lin. 15. σημεῖα τῶν παρόντων, καὶ μελλόντων δειλωτικὰ, aliàs appellantur. *Signa.*

Fundamentum diſtinctionis ſignorum in rememorativa, præſentia & futura præbet *Coiis 1. epidem. ſect. 2.* Λέγειν τὰ προγινόμενα, γινώσκειν τὰ παρεόντα, προλέγειν τὰ ἐσόμενα. *Summâ curâ eniti oportet, ut præterita enarres, præſentia cognoſcas, & futura prædicas.* Sed prima ad diagnoſtica referri queunt.

Pag. 147. lin. 21. καὶ μᾶλλον ἀπὸ τύχης ἰᾶται ἢ ἀπὸ τέχνης, *& magis à fortunâ, quàm arte curationem aggreditur.*

Pag. 148 lin. 30. Error dignotionis periculoſus. Argumento eſt peſtis Veneta anni 1576, circà æſtatem, quæ ſiccitate, atq; intolerabili æſtûs vi adeò ſæviebat, ut nemo ſimile quippiam aliàs contigiſſe meminiſſet, urbemq; devaſtabat. Latebat primò virus peſtilens, & ſerrâ contentionis reciprocabat inter medicos Venetos, peſtem eſſe adſerentibus his, & Patavinis eſſe negantibus. Cùm Deo, ſceleribus urbis infenſo, permittente Patavinorum ſententia rata haberetur, & quæ ad peſtem ſopiendam facerent, negligerentur, magna ſtrages inſequuta, & Patavini pudore ſuffuſi dimiſſi ſunt. *Error dignotionis.*

Malignæ febres in incunabulis ſuis difficilis ſunt dignotionis, conjecturâ tamen κακοήθεια ipſarum explorari poteſt à medico circumſpecto.

Pag. 152. lin. 8. Breviter *Hipp. lib. de inſomniis*, tradit τὰς ἀγρυπνίας ταραχὴν σημαίνειν ἐν τῷ σώματι, *inſomnia perturbationem in corpore denunciare.* καὶ ἣν μὲν ἰσχυρὴ ᾖ, ἰσχυρὸν τὸ κακόν· ἣν δὲ φαύλη, ἀσθενέστερον. *Et vehemens quidem, malum vehemens, leve verò debilius indicat.* πλησμονῆς γὰρ τινὸς ἐγγινομένης, ἀπόκρισις ἐγένετό τις, ἥτις ἐτάραξε τὴν ψυχήν, *ubi enim plenitudo inciderit, ſecretio quædam excitatur, quæ animum perturbat.* *Vigiliæ*

Pag.

Sudores. *Pag. 155. lin. 9.* Sudores ſonori facultatis robur, materiæq; copiam notant & flatuoſitatem: arenoſi & ſabuloſi, tanti nonnunquã apparentes, ut concreti & exſiccati digitorũ admotorũ retineant veſtigia, hypochondriacæ affectionis præſentiam.

Similitudo *Pag. 156. lin. 31.* ponatur IV. EXEMPLUM ſeu SIMILITUDO. *lin. 33.* addatur: Exempli vocabulum ſumitur pro ſimilitudine, depromtâ 1. ab eo, quod non fit, nec fieri poteſt, ſed tantùm fieri fingitur. Huc refertur apologus *Judic. 9. v. 8.* ſeqq. 2. ab eo, quod verè aliquando factum eſt, & cum re, de quâ agitur, affinitatem & ſimilitudinem habet, ut quod ibi obſervatum ſit, hîc etiam obſervari poſſit debeatve. Hoc loco non in priori, ſed poſteriori ſignificato vox exempli ſumitur.

Similitudo adnotata videtur in monumentis *Galenicis, lib. 2. de criſibus cap. 3.* & obſervata ab Archigene, qui ex ſimiliter vagantibus morbis de præſente morbo ferebat judicium.

Si putridæ febres in aliquâ urbe vagentur, veriſimile eſt, eam, quæ præſentem affligit ægrum, etiam putridam eſſe. Si inveniatur æger, cujus natura ad putridas inclinet febres, ratione temperamenti, errores in diætâ commiſerit, cacochymiæ parentes haud ignotos, putridis aliàs infeſtatus fuerit febribus, & rurſus ægrotet, veriſimile eſt & hanc talem eſſe.

Pag. 158. lin. 27. usque ad finem capitis referantur ad illuſtrationem *pag. 201. 202.*

Pag. 160. linea. tertia uſque ad finem capitis faciunt ad dilucidationem *p. 203. 204.*

Signa differentiarum. *Pag. 164. lin. 13.* Novum caput inſerendum, de ſignis differentiarum formalium, & diſtinctivis ab aliis affectibus, ut quibus ſignis differat apoplexia à caro, lethargo, ſuffocatione uterinâ, catalepſi: quibus diſcernatur incubus, à vertigine, inſomniis, apoplexiâ, epilepſiâ.

Pag. 180. lin. 24. προλέγειν δὲ ὀρθῶς ἂν ἔχοι, *autore Coo,* θάνατον ἢ ὀδύνας ἰσχυράς. *Pulchrum autem & ex medici dignitate fuerit, mortem ipſam prædicere, aut graves dolores.*

Locus prognoſeos. *Pag. 188. lin. ult.* CAPUT hoc inſerendum: Prædictio ante indicationes, non poſt indicationes proponi debet.

Nonnulli, ut *Alexander Maſſarias*, poſt indicationes de eâ agunt.

Inni-

Innituntur 1. autoritati *Galeni lib. de conſt. artis cap. 17.* qui primò egit de indicationibus, poſt de prognoſticis. Oſtendere voluit, ex indicationibus prognoſticum eſſe eliciendum.

2. Ratio hunc ordinem videtur approbare. Ex indicationibus enim eventum morbi prænoſcimus, dum perpendimus, an illis ſcopis ſatis fieri queat.

Deinde, quamvis morbum ſecundùm eſſentiam ſuam, curabilem vel incurabilem, longum vel brevem, ejusque modum eventûs percipiamus, at tum demum fundamentaliter de hisce judicare poterimus, ſi ad indicationes reſpiciamus, & an iis ſatisfieri queat, an non, expendamus.

Verùm rectiùs præmittitur. 1. quia quæſtio an ſit, præcedere debet quæſtionem, quid ſit. Sed prognoſis docet, an affectûs curatio ſit poſſibilis an non. Ergò præcedere debet indicationes, quæ quid in curatione ſit agendum, monſtrant. 2. Prognoſis eſt pars theoriæ, indicatio practicæ & curativæ partis. Poſtponenda ergò eſt hæc. *Vera ſententia.*

℞. ad Galeni autoritatem, quod illa methodo propoſitæ non adverſetur. Non præmiſit prognoſticis indicationes Galenus, ut oſtenderet, prognoſticum ex indicationibus eliciendum. Potius ſtatuit contrarium. Poſtquam enim *cap. 6.* produxerat loca, quibus innoteſcunt morbi, & partes affectæ, hæc addit *in medio capitis:* Ab iisdem locis eſſe præſagiendi eventûs morbi rationem petendam. Conſtat ex hisce, præſagium eſſe petendum ab eſſentiâ morbi, partis affectæ, & ſymptomatibus, non verò ex INDICATIONIBUS. Ex indicationibus id ſolùm habemus, utendum eſſe evacuantibus, alterantibus. *℞. ad argumenta diſſentientium.*

Egit autem *citato loco Galenus* primùm de indicationibus, deinde de prognoſticis, *ait Silvaticus*, quia artem medicam dum meditaretur, partes ejus magis eſſentiales minùs eſſentialibus præmittendas putabat. Eſſentialis autem maximè erat methodus curativa per indicationes elicita, cum finem medici operantis complectatur: minùs verò eſſentialis pars eſt prognoſis, quia non concurrit ut finis, neque ut finem conſtituens.

Validiſſimâ à parte petita prognoſis.

Pag. 201. lin. 19. Notatu digna eſt *Hippocratis* περὶ φύσιος ἀνθρώπου *de naturâ hominis* ſententiâ : ὁκόσα τῶν νοσημάτων ἀπὸ τοῦ σώματος γίνεται τῶν μερέων τοῦ ἰσχυροτάτου, ταῦτα δεινότατά ἐστι. καὶ γὰρ ἢν αὐτοῦ μένῃ ἔνθα ἂν ἄρξηται, ἀνάγκη τοῦ ἰσχυροτάτου τῶν μερέων πονεομένου, ἅπαν τὸ σῶμα πονέεσθαι. Κἂν ἐπί τι τῶν ἀσθενεστέρων ἀφίκηται ἀπὸ τοῦ ἰσχυροτέρου, χαλεπαὶ αἱ ἀπολύσιες γίνονται. ὁκόσα δὲ ἂν ἀπὸ τῶν ἀσθενεστέρων ἐπὶ τὰ ἰσχυρότερα ἔλθοι, εὐλυτώτερά ἐστιν. ὑπὸ γὰρ τὸ ἰσχύος ἀποσπάσσεται ῥηϊδίως τὰ ἐπιῤῥέοντα. *Morbi à validiſſimâ corporis parte exorti, graviſſimi exiſtunt. Etenim ſi unde originem ſumſerunt, iſthic perſtiterint, cum pars valentiſſima laboret, corpus univerſum laborare neceſſe eſt. Quod ſi ad imbecilliorem aliquam ex validiſſimâ devenerint, difficiles habent abſolutiones. Qui verò ab imbecillioribus ad valentiores veniunt, faciliùs ſolvuntur, quod quæ influunt, facilè per vim liberantur.* Explicatur hæc ſententia *à Martiano in commentario.*

Vulnera.

Pag. 203. lin. 24. Vulnera φαινομένως parva & levia, ὄντως poſſunt eſſe gravia.

Inveteratus morbus.

Pag. 204. lin. 20. INVETERATUS morbus, cum inveteratio cauſæ morbificæ principatum naturæ ſic occupat, ut, eo collapſo, à privatione ad habitum comparari non poſſit regreſſus, δυσβοήθητος, *irrita medicationis eſt.*

Pag. 208. lineâ 1. ponatur συγγενὴς, *connatus.*

Hiſtoria de pulſu intermittente.

Pag. 208. lin. 28. Notatu digna hiſtoria *Joh. Wieri libro obſervationum* in curatione febris malignæ proponitur. Medici nonnulli Marino de Caballis Venetorum ad Chriſtianisſimum

1. regem legato brevis vitæ ſpacium prædixerant, pulſus intermittentis judicio irretiti. Domum redux aliter informatus, & benè ſperare juſſus diu ſupervixit, multis expeditionibus ad imperatorem Romanorum & Turcarum.

2. Monacho pulſus intermittebat, quamdiu vixit. In hoc pulsûs judicio, niſi ſciatur, qualis in ſanitate fuerit pulſus, & niſi utriusque manûs pulſus tangatur, cum ſæpe ſit diverſus; in aliis etiam dextræ arteriæ corpus profundiùs jaceat, quàm ſiniſtræ, facile eſt labi. Cum medicus in ardente febri nulla pulsûs deprehenderet veſtigia, ἀσφυξίαν morboſam putans &

concla-

conclamatum eſſe edicebat. Sed illa erat naturalis, ob profundum arteriæ ſitum.

Magni nominis medicus, vocatus ad ægrum in brachio ſiniſtro vulneratum, poſt deligationem, cui ipſe non interfuerat, nullam inveniens pulſationem ſuprà carpum, deſperatum eſſe ſtatum enunciavit. Aeger indignabundus medicum præcipitantiæ accuſavit, quod non conſideraret, faſciam brachio ſuperiùs eſſe injectam, dimiſit, & alium vocari juſſit. 8.

Sorbilis ſomnus.

Pag. 217. lin. 33. SORBILIS ſomni, ſopori ſimilis, meminit *Celius Aurelianus libro acutorum cap. 4.* qualis contingit illis, qui altercum biberunt. In eo maximus advertitur ſtertor, & in multis morbis, anginâ, apoplexiâ, pravum eſt ſignum.

Diſplicentia ſui.

Lin. 36. Δυσαρέστησις alias appellatur. In eâ ægroti ad omnia moroſè ſe habent, de omnibus ſunt φιλαίτιοι, & vel ſemetipſis diſplicent.

Pag. 218. lin. 1. omiſſum eſt poſt *ἀρίστερα, κακόν.*

Pag. 219. lin. 18. accidentia, non ſolùm ratione qualitatis, ſed etiam ratione διαχωρήσεως humorum ſegregationis. Aegri ante obitum potum naribus rejicientes mox moriuntur.

Larga ſudatio.

Pag. 226. lin. 32. LARGA ſudatio ut multa habet commoda, ita etiam naturam inde ſublevatum iri ſpem facit. Plumas ſudor madefacere viſus ſæpe ardente febre laborantes reſtituit.

Sudor ſonorus.

Cum SILENTIO erumpens ſudor ſecurior, cum SONITU & SIBILO ambigit. Obſervatus eſt ſonorus ſudor *à Paulo Simonetâ in compendio medicinæ, capit. de ſudore* in quodam ægrotante, in quo percipiebatur quidam ſonus, obtuſus, quique ſibilum præ ſe ferebat ad ſimilitudinem undarum, quarum colliſione emergit ſpuma. Causæ videntur flatus plurimi permiſti ſero, excitati in tranſitu, à pororum conſtipatione impediti. Quis eventus hunc exceperit, non addit. Tendere poteſt ad ſalutem & mortem, pro cauſarum varietate, *πέψεως καὶ λύσεως* ratione.

Pag. 227. lin. 26. Nihil paucum criticum.

Pag. 230. lin. 12. Retrocedentes & diſparentes lethales.

Vultûs mutationes.

Pag. 232. ad finem *capitis 25. lin. 2.* VULTUS MUTATIONES in ardentibus & malignis prædictionem mortis ſuppeditant. Dn. Engarranus filius febre afflictus, cum non eſſet vultu matri ſimilis, illius tamen vultus erat materno ſimilis, ante mortem. Virgo nobilis matri disſimilis, paulò ante obitum fiebat ſimilis, & moriebatur. Generoſus Juſtus Reinhard à Schönfeld, nobilis Thuringus, ſtudiorum gratiâ in hoc Athenæo commoratus, magnæ expectationis & ob virtutis amorem æſtimationis, malignâ febre laborans, in agone Patrem vultu repræſentabat, magna aſtantium cum admiratione, cum ſanus ad eundem nullis accederet lineamentis. In aliis idem obſervatum. Inde per ἐπαγωγὴν, ἥ μέν ἐστιν ἀπὸ τῶν καθ' ἕκαστα ἐπὶ τὰ καθόλου ἔφοδος, *inductionem, quæ eſt progreſſus ex rebus ſingularibus ad univerſale*, aptâq; argumentatione ex ſingularibus ſufficienter enumeratis colligere licet diſtributum univerſale, funeſtam hanc vultuum, in febribus, quâ vel parentibus, vel avis, vel atavis ſimiles fiunt, mutationem.

Pag. 228. lin. 6. τὰ σμικρὰ ἐπιφαίνεσθαι, οἷον στάξιας, κακὸν μὲν παντός· *Exigua quædam ſuperapparere, velut ſanguinis ſubſtilla, omninò malum.* Verba ſunt *Hipp. Coarum prænot. lib. 3. tract. 4. cap. 3. t. 56. D.*

Pars affecta, fons prædictionis.

Pag. 233. lin. 24. Inſeratur caput novum, cum titulo: Prædictionis fons pars affecta.

Hippocrates 2. epidem. ſect. 6. t. 21. meminit dextram mammam, oculum dextrum, uterique partem dextram, ἐν ᾗ μὲν τὰ ἄρσενα, *in quâ mares* generantur, δύναμιν πλείστην ἔχειν, *plurimum habere dignitatis & præſtantiæ.* Inde colligunt practici, partes dextras eſſe nobiliores ſiniſtris, majoriſque eorum affectus momenti. Inde hemicraniam, pleuritidem, arthritidem periculoſiores ſtatuunt. Sed fortè ſine fundamento.

Morbos à validisſimâ corporis parte exortos gravisſimos exiſtere tradidit *Hippocrates lib. de naturâ hominis.* Videatur *pag. 201. lin. 19.*

Morbi eſſentiales.

Morbi cerebri eſſentiales difficiles curatu. Inter ſympathicos difficiliores, qui nullam ſignificationem ſui præbent,

ex quâ corporis parte initium duxerint, an liene, vel epate. Id verum imprimis de morbis cerebri. Inde *Hippocrates* de epilepſiâ. Difficillimè curatur morbus ſacer, qui à puero prehendit, & qui nullam ſignificationem præbet, ex quâ corporis parte initium cœperit.

Pag. 234. lin. 20. ὅταν μετέωροι, ἄπεπτοι καὶ ἄκριτοι, cum exaltati fuerint, incocti, & ab aliis ſeparati humores, & ut loquitur *Severinus*, ſemina habuerint gravia adſcendentia, ſummas vires ac extremas poteſtates calamitoſâ pernicie oſtendunt ſymptomatũ.

Pag. 235. lineâ 4. Titulus capitis ita mutetur. 1. naturalium rerum, temperamenti, ætatis, hæreditariæ diſpoſitionis habitûs corporis.

Lin. 14. Periculoſiùs ægrotant, quos ſenecta ætas conficit. *ὥσπερ βωμὸς καὶ ἐργαστήριον τῶν κακῶν, ut ara & laboratorium ærumnarum.* *Morbi ſenectutis.*

Pag. 2. lin. 236. Celſus lib. 2. cap. 1. ita vertit: Obeſi plerumque acutis morbis & difficultate ſpirandi ſtrangulantur, ſubitoque ſæpe moriuntur, quod in corpore tenuiore vix evenit. *Plinius lib. 11. cap. 37.* præpinguia corpora celeriùs ſeneſcere ſcripſit. *Obeſi.*

Pag. 236. lin. 28. Exorti morbi à mutatione aëris puri ad craſſum, non rarò fatales ad mortem. Teſtimonium huic prognoſtico præbent peregrinantes Neapoli Romam, facto itinere menſe Julio & Auguſto, de quibus *paginâ 105.* pluribus agitur. *Mutatio aëris.*

Pag. 236. lin. 30. Fœtura ſymptomatum in morbis autumnalibus maxima & periculoſa eſt. In illis medentium operam & oleum perdi teſtantur graviſſimi medici. Carcinomatum inſtar habere clamant. Ægreſcunt medendo, quartanæ autumnales, irritantur purgationibus & venæſectionibus. Incuratæ quartanæ ſponte redeunt ad meliorem ſtatum.

Lin. 32. ſexus ſequior, habitâ ratione beneficiorum lunarium, periculoſiùs decumbere cenſetur.

Pag. 237. Gg. 2. lin. 14. Ab aſtralibus influentiis alteratus aër prædictionis fontem aperit. Hebræi & Arabes adſerunt, *Aëris alteratio.*

Ttttt 3 cœlum

cœlum eſſe librum, ſtellis veluti literis inſignitum, ex quorum congruâ combinatione omnium ſeculorum eventus, decretaque hominum Dei digito inſcripta legi poſſunt. Boni adſpectus, cum incidunt in periculoſum morbum, ſecuritatem pollicentur & contrà.

Excernenda. ſemen.

